# DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS

CELEBERRIMI DOCTORIS domini Antonii Neguſantii de Fano Tractatus Iuriſprudentiæ ſtudioſis vtiliſsimus, Summariiſq; per Numeros aptè illuſtratus, nuperrimè diphthongis, necnon accentibus decenter ornatus, ac quàm hactenus fuerit emendatior redditus.

Non indiget correctione

*

*Index alphabetica ſerie nuperrime digeſtus, Pignorum & Hypothecarum materias diſtincte complectens.*

LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Giuntæ.
M. D. XLIX.

del collegio de la comp.a de Jesus de granada

12-5371

# DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS

R-5371

CELEBERRIMI DOCTORIS domini Antonii Neguſantii de Fano Tractatus Iuriſprudentiæ ſtudioſis vtiliſsimus, Summariisq́; per Numeros aptè illuſtratus, nuperrimè diphthongis, necnon accentibus decenter ornatus, ac quàm hactenus fuerit emendatior redditus.

Non indiget correctione

*Index alphabetica ſerie nuperrime digeſtus, Pignorum & Hypothecarum materias diſtincte complectens.*




LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Giuntæ.
M. D. XLIX.

del collegio de la comp.a de Jhs de granada

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ET D. DOMINO GORO CHERIO Piſtorienſi, Epiſcopo Fanenſi apoſtolicæ ſedis Bononienſis, Vicelegato digniſsimo, Antonius Neguſantius Fanen. I.V.D. Salutem, & plurimam commendationem deſiderat.

SCIENTIAM iuris ciuilis, Reuerendiſsime Pater & Domine, humano generi non ſolum vtilem, ſed perquam neceſſariam eſſe nemo inficiari poteſt. In ea enim ciuitatum, populorum, & regnorum omnium libertatem, pacem, dignitatem, omnemq; poteſtatem tanquam in ſolido fundamento conſtitutam eſſe, exploratum eſt. Nemo igitur admirari debet ſi ſemper antiquitas in magna veneratione Iuriſconſultos habuit: & ſi illi apud Imperatores & Reges tantum autoritate valuerunt: vt eis plerunq; vniuerſa reipublice gubernacula cōmiſſa fuerint. Nam ſi liberè veritatem loqui licet: felix illud Romanorum genus non minus legibus & iuſtitia, quàm armis & bello alijs nationibus anteponi, & omnibus gentibus dominari meruit: & niſi prius ab ipſa iuſtitia declinatū fuiſſet: diutius etiam res militaris conſeruari potuiſſet. Nec minus (ſi rectè aduertatur) arma legum, quàm leges armorum præſidio indigent. In qua quidem ſcientia: ſi ſatis ꝑfeciſſem, partius de eius laude dicerem: nunc de me nihil dico: ſed de alijs qui in hac dignitate excelluerunt. Nam quanquā noſtræ tempeſtatis iuriſconſulti, cùm illis antiquis, neq; doctrina, neq; elegantia dicēdi conferri poſsint: quod ex latinæ linguæ corruptione eueniſſe opinor. Illud tamen hæc noſtra ętas abſq; contentione aſſequuta eſt, vt legum enigmata, & ſenſus abſtruſi, iam quadam facilitate & copia palā, & quaſi vulgo intelligantur. Scripta enim extant tot doctiſsimorum: virorū: vt quòd olim difficillimum fuerat hodie onus iudicandi & ciuiles controuerſias decidendi planum & facillimum effectum ſit. Ego enim ſic exiſtimo, ſic mihi perſuadeo ſi quid per modernos iudices peccatur, id potius dolo quàm errore peccari: quando quidē ferè nulla pars iuris reperitur quę iam abunde declarata nō ſit. Nec ſolum in ipſo iuris corpore cōmentaria conſcripta ſunt, quæ multa leguntur: ſed, quod eſt magis propinquū, variæ ſummæ, tractatus, & compilationes extant, in quibus ſingulorum titulorum materia cōprehenſa fuit. Non enim eſt nouū huiuſmodi edere traditiones: ſed & maiores noſtri, & veteres legum doctores id prius vſurpauere, leguntur ꝗ; de teſtibus, de arbitris, de iudicijs, de quæſtionibus, de emptione & vēditione: & de pluribus alijs iuris articulis: varij libelli etiā ab ipſo Bartolo & Baldo: alijſq; antiquis & modernis doctoribꝰ cōpoſiti. Ita vt affirmari poſſit nullā ferè aliā materiam ad hæc noſtra tempora ſuo ſcriptore fraudatā: niſi hāc

pignorū

pignorum & hypothecarum iuris ciuilis non exiguam partem, quā nec in ipſo iuris corpore ordinariè ab aliquo collectam, neq; in ſuum proprium libellum redactam adhuc vidimus: quod profectò valde admirandum eſt cùm materia ipſa, alioquin ex ſe vaga ſit & difficilis, & nō minus quotidiana & vtilis, quā aliqua alia iuris pars: Eāq; Imperator in procemio digeſtorum ſtudentibus in tertio anno addiſcendam propoſuit: habetq; plurima Papiniani iuriſcōſultorum diſertiſsimi reſponſa: quaſi in primordio omnium titulorum inſerta. Cùm autem iam prope nouem annis in hac rota, ſeu conſilio iuſtitiæ excelſæ reipublicæ Florentinæ iudicandi munere functus ſim: & in hac materia hypothecaria, ſæpe numero varię difficultates occurrerint. In hiſq; plerumq; erratum fuiſſe perpenderim: non alia de cauſa, niſi quòd varijs in locis materia quaſi diſſeminata reperitur. Cupiens aliquando in tanto ætatis meæ ſpacio, tantaq; rerum forenſium experientia publicæ vtilitati in aliquo prodeſſe: hanc quoq; iuris partem alijs aſſociandam & in vnum libellum colligendam curaui: iſtūq; tractatum de pignoribus & hypothecis, qua potui cura & diligentia compilaui: fateor hāc materiam pro ſua difficultate, amplitudineq; aliū interpretem, aliūq; autorem maiori doctrina, & ingenio præditū requiſiuiſſe: debuiſſeq; & potuiſſe ſtilo magis copioſo & eleganti pertractari: ſed cùm ab alijs prætermiſſa, & quaſi neglecta videretur. Nolui (qualiſcunq; ſim) huic muneri meam quoq; manum ſubtrahere. Teſtor tamen deos omnes me hunc laborē potius communis vtilitatis cauſa, quàm alicuius laudis cupiditate ſuſcepiſſe. Verū cùm ita natura comparatum ſit, nullas actiones humanas per ſe ſubſiſtere poſſe: ſed ſemper alieno auxilio indigere: proptereaq; in more inſtitutoq; maiorum ſemper fuiſſe: vt rerū ſcriptores eorum libellos alicui illuſtri principi cōmendauerint: vt ſub tali tutela & autoritate magis excellere viderentur. Mihi quoq; id obſeruare cupienti: ſolus inter tantos, Reueren. pater & domine, mihi occurriſti, cui hunc meum libellum dicandum eſſe putauerim. Nam præter id quòd in dulci patria mea Faneſtri: mihi præſul venerandus & dominus ſis: quodq; de me ſemper optime meritus fueris: multaq; ex tua benignitate beneficia recognoſcam: ea es etiam iuſtitia, fide, tēperantia, liberalitate & ſapientia pręditus: vt inter omnes eccleſiaſticos prælatos: quaſi quoddam clariſsimum ſydus fulgeas: & licet adminiſtrandarum ciuitatum & prouinciarum, maximè iſtis temporibus conditiones difficillimæ ſint: tanta tamen eſt virtus & probitas tua, vt in omnibus locis tuo ſanctiſsimo regimini commiſsis ab omnibus ſimul ameris & timearis: & ij populi beatiſsimi eſſe videantur: apud quos diutius ipſe cōmoraris: teq; omnes admirantur, non tanquā à ſede apoſtolica miſſum: ſed tanquam de cœlo lapſum, & tuam iuſtitiam & manſuetudinem experti: nunc deniq; incipiunt credere tales fuiſſe olim antiquos prælatos qualem te probant & experiuntur, qđ apud pleroſq; falſo memoriæ preditū fuiſſe putabatur. Et nunc apud iſtam inclytam Bononienſem prouinciam, vbi legati de latere ſedis apoſtolicæ vicem geris ſpendor libertatis eccleſiaſticæ, in tua virtute lucet. Nunc intelligunt maiores ſuos non ſine cauſa maluiſſe Romanis pontificibus ſeruire, quā alijs imperare. Diſtat eñ pluſquam exiſtimari poteſt: in quibus perſonis dignitates, & magiſtratus collocentur. Nam licet honorum gradus ſummis homi-



nibus

nibus & infimis pares ſint : glorie tamen & laudis diſpares ſunt. Agè verò, quanta ſemper fuerit fides & obſeruantia tua erga Clementem vij. Romanorum pontificem maximum, totamq; illuſtriſsimam domum Medicé. Omnes nanq; cogitationes, & actiones tuæ nunq̃ aliud egerunt, aut agunt, niſi ſuæ ſanctitatis & totius illius inclitæ familiæ honorem, vtilitatem, gloriam & famã. Illuc tua conſilia, illuc ſtipendia, clientelæ, conatus & omnes vires tuæ ſemper dirigũtur: & quaſi tui oblitus nihil quæris, niſi ea quæ dignitatem, excellentiam, & cõmoda ſuæ beatitudinis concernunt : quòd ſi de moribus & vita tuæ Reuerendiſsimæ D. nunc dicendum eſſet, plurima alia commemorare poſſem, quę demum legentes admirarentur & obſtupeſcerent : ſed non id agimus : ſolùm nunc dico ex quibus mihi meritus præ cæteris viſus fueris, cui hæc noſtra lucubratio dirigeretur. Accipe igitur Reuerendiſ. & illuſtriſ. pater & domine benigno animo hunc libellum tuo nomini dicatum: tibi (vt opinor) tantò iucundiorem futurum, quantò magis forenſibus controuerſijs eum cognoueris profuturũ: & diu feliciter Vale, ſeruitutis noſtræ memor.

# AD LECTOREM.

PIGNORVM & hypothecarum materiam, lector candidiſsime & doctiſsime, latè admodũ patere & ſubtilem ac frequentẽ eſſe quotidiana rerũ foreſium experientia docet. Cùm in omni penè controuerſia aliquis articulus huius materię intercidat: & quãuis per antiquos legũ latores : ſatis copioſè pertractata fuerit. Sunt enim in digeſtis & Iuſtiniano codice triginta peculiares tituli de ea inſcripti: & vnus tantũ in Decretalibus. Tamen per doctores poſtea legentes ſuper ea in locis ordinarijs modicè ſcriptum fuit: & in conſultationibus edendis litibuſq; decidendis non ſine magno labore: in varijs locis quærenda. & quaſi mendicanda eſt. Iure igitur hic noſter libellus, in quo tota ipſa materia collecta eſt, tibi ingratus videri non deberet: ex eo enim laborem & multarum chartarum reuolutionem euitabis. Conatus etiã ſum pro mei ingenij mediocritate, opus in partes conuenienter diſtinguere: & indicem (quem repertorium appellant) adiunxi. Si tamen aliquando nonnulla minus congruè, & non ſuis locis appoſita videbuntur, excuſatũ me iri oportebit: quandoquidem materia adeò connexa & quaſi affinis eſt: vt etiam apud ipſos antiquos legum latores in ſituandis legibus ſub congruis titulis: aliquãdo aberratum fuiſſe conſtet. Nam lex rem alienam poſita ſub titulo de pigno. actione debuiſſet poni ſub titulo de pignoribus. cùm de hypothecaria diffiniat, & non de pignoratitia, vt ibi Accurſius, Salycetus, & Paulus de caſtro aduertertũt: & econuerſo : lex ſi Titio, de pignoribus: ſub titulo de pigno. actione ſituari debuerit, cùm de actione pignoratitia loquatur. In cæteris autẽ per me ſcriptis, fateor elegantius & copioſius rem explicari potuiſſe & debuiſſe: & facillimè aliquos errores ſubeſſe poſſe: (homo enim ſum) & ideo, omnia tuæ, & aliorum doctiſsimorũ virorum correctioni ſubijcio : & præſertim ad id requiro meos in hoc magiſtratu Rotæ honorandos collegas, D. videlicet Gabrielem Calderonum fauentinum, D. Martinũ Ieneurũ rachanatenſem, D. Bernardinum Ruffum Furcieñſem, D. Eneam Vbaldum peruſinum & D. Neazarium ſcopulum Mantuanum, doctrina, acumine ingenij, experiẽtia, maturitate conſilij, elegãtia dicendi & ſapientia nullis alijs huius noſtræ ætatis poſtponendos : erit igitur eorum arbitrij demere, & addere quæcunq; eis demenda, & addenda, videbuntur. Vale, benigniſsime lector, amantiſsimeq; virtutis, & mei memor.

## IVLIVS NEGVSANTIVS, FILIVS ad operis autorem eius patrem.

Debebam genitor ꝙ etiam tibi in orbe creatus
Quodq́; pari Studio diſcere iura licet:
Pignora nunc paruo tradis cumulata libello
Quæ prius in varijs ſcripta fuere locis.
Perpetuum natis nomen, famamq́; dediſti:
Vincula ſunt oneris ſic duplicata mei.

### Idem ad lectorem.

Pignora Cæſarei lector pars optima iuris:
Quæ prius in variis ſparſa fuere locis.
Omnia ſunt iſto nouiter collecta libello:
Quem genitor mira condidit arte manu.
Si cupis in cauſis errorem explodere agendis
Hunc cape: multorum hic vnicus inſtar erit.

### Idem in libellum diſtichon.

Dum fuerit legum in terris veneranda poteſtas:
Gratus leguleis iſte libellus erit.

# INDEX ALPHABETICVS,

indicans ſingulares ſententias de Pignoribus & Hypothecis, per D. Antonium Neguſantium de Fano.

## ¶De litera A.

ACcedens pignori, an dicat̃ pignus. pte.iij. memb. nu.18.fo.64.

Acquiſitio dominij rei hypothecatę, an cõfundat hypothecã parte.v.mẽb.j.nu.55.fo.105.

Agi nõ põt cõtra tertiũ poſſeſſorem hypothecaria niſi prius actũ ſit perſonali cõtra principalem debitorem, vel eius hæredes. parte.viij.membr.j. numero.10. ſo.189.

Agens hypothecaria ex obligatione generali contra tertiũ poſſeſſoré poteſt vnã rem inſolidum eligere. parte.viij.mẽb. ij.nu.4.ſol.199.

Agens hypothecaria contra hæredem debitoris cuiꝰ bona defunctus obligauit qd probare debeat.parte.viij. mẽb.iij. nu. 7.fo.101.

Agens hypothecaria cõtra tertium poſſeſſorem quæ probare debeat parte.viij. memb.iij.nu.8.ſo.201.

Actio pignoratitia in quibꝰ differat ab hypothecaria.parte.vij.membr.j.nume.1. fo.178.

Actio ſemel extincta non reuiuiſcit. parte. vj.memb.j.nu.44.ſo.162.

Actio pro dote regulariter non competit conſtante matrimonio parte.v. memb. j.nu 30.fo.98.

Actio pignoratitia dicitur bonæfidei: hypothecaria vero ſtricti iuris. parte. vij. memb.j.nu.4.fo.177.

Actio pignoratitia directa & contraria, an poſsint cõcurrere.parte.vij. membro.j. nu.5.fo.177.

Actio pignoratitia differt ab hypothecaria duratione: nam diuerſis tolluntur ſpacijs.parte.vij.mẽb.j.nu.6.fo.178.

Actio pignoratitia, an ſit pſonalis, vel realis.parte.vij.membro ſecundo.numero 1.fo.178.

Actio pignoratitia, an ſit in rem ſcripta. parte.vij.mẽbro.ij.nu.2.fo.eod.

Actio hypothecaria datur ad bona ſita extra territorium contractus. parte. viij. mem.ij.nu.8.fo.199.

Actio de dote non oritur conſtante matrimonio, niſi in caſu emergẽtis inopię mariti.parte.viij.mem.iij.nu.1.fo.200.

Actio hypothecaria in contractu emptionis pro euictione non oritur, niſi ſecuta euictione.parte.viij.mẽbro.iij. numerò 2.fo.eod.

Actio realis vel perſonalis in rem ſcripta competens cõtra actoré, cõperit etiã cõtra eius ſingularem ſucceſſorem.parte viij.memb.iij.nu.12.fo.203.

Actio hypothecaria vtilis cõpetit, vbi hypotheca reconualuit: qa debitor ſucceſſit domino rei obligatæ.parte.viij.mẽb. iij.nu.13.fo.eod.

Actio pignoratitia non requirit probationem dominij. parte ſecunda.memb.iij. nu.66.fo.36.

Actio pignoratitia directa competens debitori quo tempore & quare naſcatur. parte.vij.mẽb.ij.nu.7.fo.199.

Actio pignoratitia directa non naſcit̃ niſi prius ſoluto debito: fallit quatuor caſibus.parte.vij.mẽb.ij.nu.8.fo.180.

Actio hypothecaria differt ab interdicto Saluiano in pluribus. parte.viij. mẽb.j. nu.1.fo.188.

Actio directa oritur vbicũq; in aliqua diſpoſitione iuris cõcurrunt verba & mẽs legiſlatoris. parte.viij. membr.j.nume. 5.fo.eo.

5.fol.eod.
Actio hypothecaria nõ procedit cõtra tertium poſſeſſorem niſi prius diſcuſsis bonis principalis debitoris & fideiuſſorũ. parte.viij.mébr.j.nu.11.fo.189.
Actio hypothecaria & quaſi ſeruiana in nihil differunt.parte.viij.membr.j.nuñ. 8.fo.189.
Actio perſonalis & hypothecaria,an in eodé libello cumulari poſsint.parte.viij. membr.3.nu.9.fol.eod.
Actio pignoratitia contraria,an competat creditori decepto in pignore cõtra fideiuſſoré ſibi cũ pignore datũ parte.vij. mébr.iij.nu.21.fo.186.
Actio pignoratitia non ſequitur tertium poſſeſſorem.parte.ſex.mébro.v.nu.20. fol.182.
Actio hypothecaria quéadmodũ diuerſimode intentatur:ita diuerſimode libellus in ea concipitur.parte.viij.mébr.iij. nu.20.fo.204.
Actio pignoratitia directa:quæ datur debitori,quãdo naſcat.parte tertia.mébr. j.nu.11.fol.63.
Actio ſemel nata, non põt iterũ naſci.ꝑte tertia mébro.j.nu.12.fo.64.
Actio perſonalis nõ tranſit de ſubiecto in ſubiectum.parte ſecunda.membro.iij. nu.32.fol.19.
Actio hypothecaria eſt realis,& tranſit de ſubiecto in ſubiectũ.ibidé.nu.eo.
Actio ſubſidiaria non habet locum in materia hypothecaria.parte.v.memb.j.nume.39.fo.100.
Actio & paſsio nõ ſtãt in eodem ſubiecto.parte.v.méb.j.nu.49.fo.103.
Actio q̃ datur primo creditori quare dicat directa:& ea quæ datur ſecũdo cui primus obligauit quare dicatur vtilis.parte ſecũda méb.iij.nu.25.fo.18.
Actio cõpetés primo legatario,non tranſit in ſecundũ,niſi cedatur:quéadmodum illa quæ competit hæredi,nõ tranſit in fideicõmiſſarium vniuerſalé, niſi facta reſtitutione parte ſecũda.memb.iij.nu. 34.fol.19.
Actio hypothecaria ſequit ratio: fallit in mercibus venalibus alienatis ante ortũ hypothecariæ. parte ſecũda.membr.ij. nu.24.fo.9.
Actio quæ cumulatiuè accedit alteri,ſortitur eandé naturam cũ prima.parte.ij. membr.iij.nu.60.fo.35.
Actio dotis cõſideratur in tacita hypotheca,non quantitas ipſius dotis.parte.ij. méb.iiij.nu.48.fo.32.
Actióe perſonali ceſſa,an cenſeatur etiam ceſſa hypothecaria cedéti cõpetens parte.v.membr.iij.nu.23.fo.125.
Actus diuerſo modo intelligibilis per qué veniat interpretandus.parte.iiij.nume. 28.fol.86.
Actus quãtũcũq; ꝑfectus nihilominus recipit formã declaratoriã.parte.iiij.nu. 29.fo.eod.
Actus purus differt à conditionali.parte ij.membri tertij.v.partis principa.nu. 32.fo.136.
Adminiſtratores ciuitatis,an poſsint obligare bona ciuitatis:quando pro ciuitate accipiunt aliquã pecuniã. parte. iij. membr.j.nu.44.fo.68.
Adminiſtratores rerum alienarũ,an poſſint in actu cõtrahédi præiudicare principalibus.parte quarta.numero.37.folio.88.
Alienari prohibita,an veniant in generali obligatione bonorum.parte.ij.membr. ij.nu.29.fol.10.
Alienari prohibita ſub pœna,nõ veniunt in generali obligatióe bonorũ.parte.ij. mébr.ij.nu.42.fo.12.
Alienatio ꝓhibita cum ſpeciali hypotheca rei ꝓhibitæ alienari,reddit alienationé nullã:ſecus ſi cũ generali hypotheca.ij. parte.
parte.



parte.membr.j.nu.5.fo.4.
Alienatio nõ infringit per rei alienatę ſpeciale hypothecã dũmodo per pactũ nõ ſit ꝓhibita alienatio.parte.ij.membr.j. nu.6.fo.4.
Alienatio facta,etiã cũ cõſenſu creditoris nõ tollit hypothecã.parte.vj.mébr.iij. nu.31.fo.173.
Alienatióis prohibitio nõ cõprehédit hypothecã ꝓpriè,ſed interꝓtatiuè & extẽſiue.parte.ij.membro.iij.numero.71. folio.23.
Alienatióe prohibita,nõ eſt prohibita pignoris obligatio:dũmodo nõ obligetur res pro toto,ꝙ veriſimiliter non ſit ſpes luitionis.parte.ij. membr. ij. nume.30. folio.10.
Alienatione prohibita cenſetur prohibita hypotheca:& hoc in diſpoſitione fauorabili,ſecus in odioſa vel pœnali.parte ij.membr.iiij.nu.73.fo.24.
In alternatiua exigédi,electio eſt agentis. parte.v.membr.j.nu.7.fo.92.
Appellari põt à ſentétia lata ſup hypothecaria.parte.viij.mébr.j.nu.2.fo.188.
Appellari,an poſsit à ſentétia lata in interdicto Saluiano.parte.viij.membro.j. nu.3.fol.188.
Appellatione alienationis venit hypotheca,improprie tamen & interpretatiue. parte ſecunda.membro.ij. numero.31. folio.10.
Appellatione domus, quæ veniant. parte ſecunda. membro.iiij. numero. 139. folio.54.
Argumentum de libertate ad pietatem validum eſt.parte.ſexta mébr.iij. nume. 24.fo.172.
Argumentum de perſonali actione ad hypothe.nõ procedit.parte.ij.membr.iiij. nu.103.fo.44.
Anterioritas,vel poſterioritas inſtrumentorum conſideratur ſecundũ ordinem ſcripturæ.parte.ij. membro.iiij. nume. 110.folio.47.

¶ De litera.B.

Beneficium retentionis competit in cauſa dotis ſolué dę.parte.ij.memb.iiij.nu. 130.fo.51.
Beneficium cedendarum fideiuſſori competés,vnde cauſetur.parte.v.membr.iij.nu.30.fo.125.
Beneficio cedendarum actionũ,an renuntiari poſsit:ita ꝙ qui renuntiauit amplius non valeat excipere de ceſsione ſibi facienda,nec eam amplius petere. parte.v.membro.iij.nu.24.fo.215.
Beneficio cedendarũ actionum,an requiratur ſpecialis & indiuidua renuntiatio.parte.v.membro.iij.numero.25. folio eodem.
Bona delinquentiũ,an ꝓ pœnis fiſco applicandis cenſeantur tacite ipſi obligata.parte.ij.mébr.4.nu.115.fo.49.
Bona delinquentis, puta furis cenſentur pro reſtitutione,vel ſatiſfactione fienda tacite hypothecata.parte.ij.membr.iiij. nu.124.fo.10.
Bona emphyteutica,ꝓ quibus canon debetur quolibet anno,an ſint tacite pro illo obligata.parte.ij.membr.iiij.nume. 127.fol.51.
Bona inuecta,vel illata in domo cõducta, non cenſentur tacite hypothecata,niſi quatenus ſint per conductorem illata: cuius ꝓbatio incumbit agenti.parte.ij. membr.iiij.nu.150.fo.55.
Bona minoris inducta in domum conductam,non veniunt in tacita hypotheca pro cõductione contracta.parte.ij.mébro.iiij.nu.154.fo.56.
Bona vſurariorum,an dicantur tacite hypothecata pro reſtitutione vſurarum. parte.ij.

parte.ij.mẽbr.iiij.nu.155.fo.56.

Bona ſecũdi mariti quo caſu ſint tacite hypothecata filijs primi matrimonij.parte ij.membr.iiij.nu.156.fo.eod.

Bona feudalia nõ veniũt in generali obligatione.& quar.parte.ij.membr.ij.nu.43.folio.12.

Bona eccleſiæ in cõtractu pmiſſo poſſunt obligari generaliter per prelatum abſq; traditione,ſpecialiter autem nõ.ſecũda parte.j.membr.nu.3.fo.3.

Bona patris pro adminiſtratione bonorũ filij,in quibus non habet vſumfructum cenſentur hypotheca,ſi geſsit ſe pro legitimo adminiſtratore:non aliter.parte ſecunda.mẽbr.iiij.nu.16.fo.29.

Bona ſubiecta reſtitutiõi fideicõmiſſariæ in conditionis euentũ,non veniunt in generali obligatione bonorum.parte.ij.mẽbr.ij.nu.53.fo.12.

Bona hæredis nõ veniũt in generali obligatione bonorũ facta per defunctũ:niſi hæres illa pſcripſerit cõtinuata præſcriptiõe cũ defuncto.p.ij.mẽ.ij.n.54.f.13.

Bona heredis an & quando expreſſe poſſunt obligari p defunctũ.parte.ij.mẽb.ij.nu.55.fo.13.

Bona mulieris minoris promittentis,vel dantis doté,an tacite hypothecẽtur,p dicta promiſsione obſeruanda.parte.ij.mẽbr.iiij.nu.74.fo.37.

Bona mariti,an pro pretio rerum dotaliũ per ipſum venditarum ſint tacite hypothecata:& an pretiũ redactũ ex ipſius bonis dicatur tacite obligatum p dote.parte.ij.membr.iiij.nu.58.fo.35.

Bona futura veniunt in tacita hypotheca.parte.ij.mẽb.iiij.nu.21.fo.29.

Bonæ fidei poſſeſſor lucratur fructus,etiã ſine titulo.parte.v.mẽbr.iiij.nume.12.folio.145.

Bone fidei poſſeſſor lucratur fructus melioramentorum pro rata.parte.v.mẽbr.iiij.nu.20.fo.146.

Bonis generaliter duobus creditoribus hypothecatis diuerſis tẽporibus,an alter illorum ſit aliquo modo præferendus.parte.v.membr.ij.nu.39.fo.114.

Bonis tutoris & curatoris obligatis.an cẽſeantur & bona hæredis obligata.parte ij.mẽbr.iiij.nu.11.fo.28.

¶ De litera C.

CAſus quinq; in quibus poſterior efficit anterior.parte.v.membr.ij.nume.30.folio.112.

Caſu quo debitor lite pendẽte alienauit rem hypothecatã,põt poſſeſſor abſq; debiti principalis excuſsione conueniri hypothecaria.parte.viij.membr.j.nu.17.fo.108.

Caſibus quibus ius offerendi competit,an poſsit fieri oblatio lata ſententia in hypothecaria.parte.v.membr.iij.numero 51.folio.132.

Cautela pro liberanda prima hypotheca.parte.vj.membr.iij.nu.5.fo.cxliiij.

Ceſsio,quã cogit facere creditor primus,vel alius poſteriori creditori ſoluenti,vel offerenti,quo iure petatur.parte.v.membr.iij.nu.15.fo.123.

Ceſsione facta de dote ſimpliciter p mulieré,cenſetur etiam ceſſa hypotheca tacita.parte.ij.mẽbr.iiij.nu.33.fo.30.

Ceſsionem habẽs à creditore,an poſsit pignus vendere.parte.vj.memb.j.nu.19.folio.154.

Citatio in caſu excuſsiõis bonorũ alicui debet eſſe ſpecialis.pt.viij.mẽbro.j.nu.13.fol.160.

Clauſula,ex nũc,prout ex tunc,in cõtractibus quid operetur.ſecunda parte.ij.membr.nu.5.fo.7.

Clauſulæ in inſtrumẽtis & cõtractib' appo-

poni

poni ſolitæ,an ſemper ſubintelligãtur.parte.iij.membr.j.nu.25.fo.65.

Colũbaria,an ſit locabilis.parte.v.mẽbro v.nu.9.fo.149.

Compenſatio de ſpecie ad quãtitaté,non admittitur.parte.v.membr.v.nume.11.folio.148.

Cõpenſatio particularis admittitur,parte ij.tertij membri.v.partis principa.nu.24.folio.138.

Condẽnatus ad reſtitutioné rei,an poſsit excipere de melioramẽtis:& eorũ occaſione illam rem retinere.parte.v.mẽbr.iiij.nu.10.fo.144.

Conditio extrinſeca oblationi,vel depoſitioni appoſita reddit illã inefficacem.parte ſecũda mẽbri tertij.v.partis principalis.nu.11.fo.136.

Conditio caſualis nõ trahitur retro,quando extremũ à quo tempore purificatæ cõditiõis nõ erat habile in eſſentia,ſiue ex parte rei,ſiue ex parte perſone.parte v.mẽbr.ij.nu.41.fo.115.

Cõditio quo caſu retrotrahat̃,& quo caſu non.parte.v.membro.j.numero.15.folio.94.

Conditio retrotrahitur in cõtractibus,ſed non in legatis.parte.v.membr.ij.nume.10.folio.108.

Conditio caſualis in cõtractibus trahitur retro reſpectu obligationis,nõ auté reſpectu traditionis.ſecũda parte.ij.mẽbro.nu.6.fo.7.

Conditio ſuſpenſiua impedit obligationẽ parte.v.membr.j.nu.25.fo.96.

Conductor cui pro obſeruantia locatiõis fuit obligata res locata,ſiue generaliter,ſiue ſpecialiter habet ſolum ius retinendi illam rem pro pignore:& ſingularis ſucceſſor non cogitur ex hoc præciſe ſtare locationi,ſed ſoluendo intereſſe reſoluit ius retinendi,niſi in contractu eſſet appoſitum iuramentũ.prima parte.j.membr.nume.7.&.9.fo.4.&.5.

Conſenſus illius de cuius præiudicio agitur,non debet neceſſario eſſe ſolẽnis,vel formalis.parte.ij.memb.iiij.numero.43.fol.32.

Cõſenſus creditoris in caſu pignoris:per debitorem alienãdi quid operetur:parte.vj.mẽb.iij.nu.21.fo.

Conſignatio in pecunia requiſita an etiã requiratur in rebus mobilibus.parte ſecunda membri tertij.v.partis principa.nu.15.fo.172.

Conſuetudo,an validet pactum legis commiſſoriæ in pignoribus cõſtitutũ.parte iiij.nu.5.fo.81.

Conſtitutum collatum in tempus mortis verificatur in articulo mortis.Nam viuens quis quandoq; mori dicitur.parte ſecunda membro.ij.numero.7.folio.7.

Cõſtitutum in obligatione bonorum adiectum quid operetur.parte.ij.membr.ij.nu.3.fo.6.

Conſtitutum collatum poſt mortem conſtituentis,eſt inefficax:niſi in illo fuerit adiecta clauſula,ex nunc,prout ex tũc.ſecunda parte.ij.membro numero 4.folio.7.

Contendentium pro re inſolidum obligata,melior eſt conditio poſsidentis.partẽ v.mẽbr.ij.nu.32.fo.112.

Cõtractus liuellarius quis,& qñ dicatur.parte.ij.mẽbr.ij.nu.51.fo.12.

Contractus liuellarius propriè dicit̃,quãdo vaſallus locat feudum alteri de licẽtia domini:impropriè auté æqparatur cõtractui emphyteutico.parte.ij.mẽbr.ij.nu.51.&.52.fo.12.

Contractus pignoris dicitur nominatus.parte.iij.membr.j.nu.23.fo.65.

In contractibus bonæfidei fructus nõ veniunt iure actionis,ſed officio iudicis mercenario.parte ſecũda.membro.iiij.

nu.

nu.53.fo.37.

Conuẽtio facta inter creditorẽ & debitorẽ, ꝙ creditor nõ poſſit vẽdere pignus. an ſit validum parte.vj.membro.1.nu.3.fol.152.

Correctio iuris communis non recipit extenſionẽ de caſu ad caſum.parte ſecunda memb.iiij.nu.102.fo.44.

Creditor quo caſu teneatur partem debiti ſibi oblatũ recipere.parte ſecũda mẽbri tertij.v.partis principa.nu.19.fo.137.

Creditor habẽs duo pignora pro diuerſis debitis,vnũ videlicet minus idoneum, aliud valde idoneum,an poſſit retinere illud valde idoneum pro vtroq; debito. parte.v.mẽbr.iij.nu.49.fo.132.

Creditor conueniẽs cũ debitore,vt ad eũ pignus pleno iure pertineat, remittit hypothecam.parte.vj.memb.iij.nu.22.fol.152.

Creditor qui vẽdidit pignus, & promiſit de euictiõe in caſibus permiſsis,põt retinere alia pignora,donec ſibi à debitore de indemnitate caueatur. parte.vj.memb.j.nu.46.fo.163.

Creditor chyrographarius dicitur habere ius retinẽdi pignus.ſed non vendendi. par.v.mẽb.iiij.nu.50.fo.132.

Creditor recuſans debitũ oblatũ,an amittat ius petendi.parte.v.membr.iij.nu.40.fol.130.

Creditor,an teneatur recipere debitum ab extraneo à debitore oblatum.parte.v.mẽb.iij.nu.41.fo.eod.

Creditor qui non poteſt cedere,an ſemper repellatur exceptione cedendarũ.parte.v.mẽb.iij.nu.36.fo.129.

Creditor vẽdens pignus,an teneatur emptori de euictione.parte.vj.mẽbr.j.nu.40.fo.159.

Creditor vendẽs pignus iure permittẽte, an poterit euincere illud ab emptore parte.vj.mẽbr.j.nu.41.fol.160.

Creditor recipiens duos fideiuſſores pro vno debito,an vno abſente teneatur recipere particularem ſolutionem tangẽtem vnum fideiuſſorem parte ſecunda tertij membri. v.partis principalis.nu.23.fol.138.

Creditor dicitur in pignore ꝓcurator debitoris: parte.vj.membri.j.numero.13.fo.153.

Creditor,an poſſit vendere fructus pignoris parte. vj.membro.j.numero.20.folio.154.

Creditor,an poſſit vendere pignus ꝑ parte redemptum.parte.vj.membro.j.nu.21.fo.155.

Creditor immiſſus ex primo decreto non tenẽt circa prætoriũ pignus de leui culpa,ſed bene de dolo & lata culpa.parte v.mẽbr.v.nu.5.fol.148.

Creditor ingreſſus poſſeſsionẽ ex primo decreto tenetur iurare de fructib' percipiendis. parte.v.membro.v.nume.6.fol.148.

Creditor inhabitans domum pignoratam tenetur hanc locationem in ſortem deducere, ac ſi alteri locaſſet, & fructus percepiſſet parte.v.membr.v.nume.7.fo.148.

Creditor an poſſit admitti ad emptionem pignoris iudicialis,vel prætorij.parte.vj.memb.j.nume.10.fo.153.

Creditor,an poſſit alienare pignus conuentionale.parte.vj.membr.j.nume.11.fol.153.

Creditor ſecundus,an & quo pacto poſſit vendere pignus.parte.vj.membr.j.nu.30.fo.157.

Creditor cui actualiter traditũ eſt pignus ſi cadat ab eius poſſeſsione põt dimiſſo principali illud hypothecaria recuperare.parte.viij.mẽb.j.nu.18.fol.190.

Creditor in repetitione expenſarum in re pignorata factarum præfertur cæteris credi-

creditoribus.parte.vij.memb.iij.num.16.fo.185.

Creditor,an teneatur probare expẽſas in pignorata factas: & ſi præſumantur. parte.vij.mẽbro.iij.nume.17.fo.185.

Creditor quãdo dicatur aliquid feciſſe in re pignorata tacito conſenſu debitoris. parte.vij.mẽb.iij.nu.18.fol.eod.

Creditor volẽs vendere pignus minus iuſto pretio,poteſt impediri per debitorẽ, parte.vj.mẽbro.j.nu.29.fo.156.

Creditor nõ poteſt ad venditionẽ pignoris peruenire,niſi debitor ſit in mora. parte.vj.mẽbr.1.nume.1.fol.152.

Creditor non dicitur is qui ſub cõditione creditor eſt.parte.v. membro.j.nu.26.folio.97.

Creditor cui vnus ſocius rei cõmunis pro indiuiſo obligauit, poteſt procurari ad diuiſionem per alium ſocium,& ſi cõtingat totam rem adiudicari ſocio non auditur poſtea alius ſocius,niſi totam rem redimat:parte.ij.mẽbro.iij.nume.59.fol.20.

Creditor qualiter dicatur pignus poſſidere:& qualiter debitor.parte.iij.mẽbr.j.nu.34.fo.66.

Creditor,an vendendo pignus poſſet habere fidem de pretio.parte.vj.mẽbro.j.nume.37.fol.158.

Creditor poſterior præfertur anteriori ob ipſius prioris culpam & vitium.part.v.membr.ij.nu.26 .fo.11.

Creditor poſterior pro debito primipili preferendus ex priori.parte.v.mẽbr.ij.nu.27.fol.eod.

Creditor ex vna cauſa tantùm,an teneat recipere particularem ſolutionem.par.v.membr.iij.nume.12.fo.122.

Creditor ſecundus offerens primo ſuccedit in ius hypothecæ prioris creditoris: ſucceditq; in ius perſonalis actionis.ꝑte.v.membr.iij.nume.13.fo.eod.

Creditor poteſt vendere pignus, ſeruatis tamen ſeruandis.parte.vj.membr.j.nu.15.fo.154.

Creditor,an poſſit vendere pignus pẽdẽte lite mota per alium contra debitorẽ ſuper re pignorata.parte.vj.mẽbr.j.nu.16.fo.154.

Creditor põt vendere pignus nõ obſtante diuiſione de eo facta inter hęredes debitoris.par.vj.membr.j.nu.17.fo.eod.

Creditor,an poſſit vẽdere ſimplicem hypothecam.parte.vj.mẽbro.j.nume.18.fol.eod.

Creditor cadẽs à pignore ꝑtorio,an poſſit illud recuperare ꝑ hypothecariã: quẽadmodum poteſt pignus conuentionale.parte.iij.mẽbr.ij.nume.25.fo.71.

Creditor turbatus in poſſeſsiõe rei pignoratæ,habet interdictum vti poſſidetis. parte.iij.mẽbr.j.nu.31.fol.66.

Creditor habens caſtrum pignoratum poteſt exercere iuriſdictionem.par.iij.mẽ.j.nu.32.fo.eod.

Creditor,an poſſit cogi cedere iniuſto poſſeſſori.parte.v.mẽbro.iij.nume.26.folio.125.

Creditor non cogitur agere cõtra debitorem:& nõ conſtituitur in mora nõ agẽdo.parte.vij.mẽbr.iij.nu.10.fo.184.

Creditor non põt in cõuentionali pignore agere contra tertios poſſeſſores dicti pignoris,niſi prius facta excuſsiõe principalis debitoris.Secus in pignore prætorio.parte.iij.mẽbr.ij.nu.40.fo.78.

Creditor non poteſt excipere de dominio contra debitorem, reſpectu rei pignoratę:ipſi creditori.par.ij.mẽbr.iij.nu.68.fo.23.

Creditor ſubiens notabilem laborem pro pignore.poteſt in compẽſam talis laboris fructus locrari: nec illos tenetur in ſortem computare.par.v.mem.v.nu.13.fol.149.

Creditor nō poteſt inuitus aſtringi ad pignorum cuſtodiam parte.v.membro.j.nu.2.2.fol.91.

Creditor agens pignoratia contraria contra debitorem pro re aliena ſibi obligata ad quid agere debeat.parte.vij.mēb.iij.nu.20.fo.185.

Creditor habens generalem & ſpecialem hypothecā, an poſsit cumulate agere ꝑ v[illegible].parte.viij.membro.j.nume.20.fol.191.

Creditor male ſe habens in pignore cōuētionali, tenetur debitori pignoratitia: in pignore autē prætorio actione factum. parte.iij.membr.ij.nu.31.fo.77.

Creditor in pignore conuentionali habet naturalem & ciuilē poſſeſsionē in prætorio nullam.ibidem.

Creditor habet in conuentionali pignore interdictū vti poſsidetis, in prętorio ſecus.parte tertia.mēbro.ij.nu.33.fol.77.

Creditor in pignore cōuētionali aliter tenetur quā in prætorio.parte tertia.mēbro.ij.nu.34.fol.77.

Creditor agens hypothecaria cōtra tertiū poſſeſſorē nō habentē cauſam à debitore, quid probare debeat parte.viij.mēb.iij.nu.11.fol.202.

Creditor ꝑmittēs pignus vēdi vel ꝑmutari ꝑ debitorē an ꝑdat hypothecā parte vj.mēbr.iij.nu.12.fo.170.

Creditor cōſentiēs debitori alienanti vel obliganti rem ſibi obligatā videtur remittere ius pignoris parte.vj.membro iij.nu.13.fol.171.

Creditor, an teneatur de caſu fortuito rei pignoratę.parte.vij.mēbro.iij.nume.5.fol.183.

Creditor reſtituens pignus debitori ſoluto debito tenetur repromittere debitori de dolo & culpa.parte.vij.mēbro.iij.nu.6.fo.183.

Creditor tenet̃ & cogi pōt actiōne pignoratia cōpenſare fructus perceptos ex re pignorata.parte.vij.mēbro.iij.nume.7.folio.183.

Creditor cōſentiēs debitori: ꝙ eius hæres alienet pignus, an renuntiet hypothecæ parte.vj.mēbro.iij.nume.15.fol.171.

Creditor, an poſsit ꝓpria autoritate occupare hypothecam, parte.viij.mēbro.j.nu.53.fo.198.

Creditor, an teneat̃ cōſentire debitori volenti vendere pignus.parte.vj.mēbro.j.nu.23.fol.155.

Creditor, an poſsit vēdere pignora incorporalia.parte.vj.mēbr.j.nu.24.fo.155.

Creditor an poſsit pignus precario debitori conceſſum vendere.parte.vj.mēbr.j.nu.25.fo.155.

Creditor, an poſsit vendere pignus debitori.parte.vi.mēbr.j.nu.26.fol.155.

Creditor emens rem à debitore videtur hypothecam remittere.parte.vj.mēbr.iij.nu.17.fol.171.

Creditor ſubſcribens chyrographo debitoris vendentis alteri vel obligantis, videtur hypothecam remittere.parte.vj.membro tertio.numero.18.folio eodem.

Creditor reſtituens debitor chirographū in quo res eſt ſibi obligata, cenſetur hypothecam remittere parte.vj.mēbr.iij.nu.19.fol.eod.

Creditori multis caſibus cōpetit pignoraratitia cōtraria contra debitorē parte.vij.mēbr.iij.nu.22.fo.186.

Creditori contra depoſitarium ad petendum depoſitū competit actio vti lis depoſiti, & in rē.ꝑte ſecūda mēbri tertij.v.partis principa.nu.29.fo.139.

Creditore vnum ex fideiuſſoribus liberāte, an ipſi creditori obſtet exceptio cedēdarum.parte.v.membro.iij.numer.37.fol.129.

Creditore agente hypothecaria cōtra tertium ſimplicē poſſeſſorē ex duobus creditis quorum vnum anterius eſt altero, poſſeſſor non poteſt vnum offerre ſine altero.parte.v.membro.iij.numero.32.fol.127.

Creditore cedente ius debitori datur ipſi debitori retentio pignoris contra alterius vſucationē ꝑte.v.mēb.iij.nu.44.folio.130.

Creditore vno in poſſeſſionē immiſſo cęteri cēſentur immiſſi.limitatur & ampliatur multis caſibus.ꝑte tertia.mēbro.ij.nu.10.fo.72.

Creditorē poſſe transferre dominiū pignoris in ementem, qualiter intelligatur. parte.vj.membro.j.nu.14.fo.154.

Creditorum, quorum vnus prætendit pignus cōuētionale, alter prætorium præfertur prior tēpore.parte.v.mēb.ij.nu.7.fo.107.

¶ De litera D.

DAta tenuta creditori i aliqua re ſibi hypothecata i qua dāda fuit inordinare proceſſum, ex quo tenuta veniat, annullanda, an poterit dicta res per prius obligata retineri. parte iii.membro.ij.nu.20.fo.75.

Datio pignoris, q̃d operetur, & ad q̃d fiat. parte.v.mēbro.j.nu.13.fo.92.

Datio fideiuſſoris, & datio pignoris æquiparantur.parte ſecunda.mēb.iiij.num.54.fo.34.

Debitor offerens creditori impedit venditionem pignoris & moram purgat.parte.v.memb.iij.nu.43.fo.130.

Debitor, an poſsit à quolibet indifferenter etiam inuitus liberari.parte.v.mēbr.iij.nu.39.fo.130.

Debitor poteſt redimere vel reſoluere pignus datum pignori ſecundo creditori per primum, ipſi ſecundo creditori ſatiſfaciendo.parte.vij.membr.ij.numeri.3.fo.198.

Debitor pignus redimens ſiue à primo creditore ſiue à ſecundo reſoluit vtramq; hypothecam.parte.vij.membr.ij.nu.4.fo.179.

Debitor qua actione agere debeat contra ſuum fideiuſſorem pignus redimentem parte.vij.mem.ij.nu.5.fo.eod.

Debitor conſtituens ſe poſsidere bona hypothecata pro creditore ſi ea alienet pōt creditor agere ad reuocationem.parte.vj.memb.j.nu.36.fo.158.

Debitor dans pignus cum pacto ꝙ creditor poſsit certo tempore illud vendere, pōt nō obſtāte pacto ipſum pignus ante venditionem redimere.parte.vij.mem.ij.nu.14.fo.181.

Debitor emens pignus a creditore poteſt agere contra creditorem pignoratitia: quia talis venditio nulla eſt.parte.vij.mem.ij.nu.15.fo.eod.

Debitor offerens debitum creditori, an ſi creditor nolit acceptare habeat ipſe debitor pignoratitiā directam contra creditorem.parte.vij.membr.ij.nu.12.fol.180.

Debitor, an pro vēditiōe pignoris debeat admoneri vt adſit venditioni.parte.vj.mem.j.nu.6.fo.153.

Debitor, an liberetur vnica oblatiōe, vel ſi plures teneatur offerre parte ſecunda.mem.tertij.v.partis principa.nu.30.fo.139.

Debitor qua actione agat contra ſingularem ſucceſſorē ſui creditoris.parte.vij.mem.ij.nu.6.fo.179.

Debitor prohibens in ſuo teſtamento pignoris alienationē, an præiudicet creditori: & an hac prohibitione reſoluatur hypotheca.parte.vj.mem.iij.nume.11.fol.

fo.170.
Debitor obligans omnia bona ſua credito ri pro debito, an poſsit vendere, & domi nium transferre par.ſexta membro.j. nu.35.fo.157.
Debitor habet actionem pignoratitiã con tra creditorem dolo pignus vendeté parte ſexta.mébro primo. numero.27. fol.173.
Debitor ſoluens alteri quam creditori de voluntate tamen ipſius creditoris, an acquirat actionem hypothecariam cõ tra ipſum creditorem parte.vij.memb. ij.nu.10.fo.180.
Debitor ſuſpectus de fuga pôt capi etiam pendente conditione.parte quarta.nu. 16.fo.83.
Debitor alternatiuè promittens, vel ſolue re, vel dare pignora, an dans pignus li beretur parte.v.membro.j.nume.5.fo- lio.91.
Debitor principalis cuius nomẽ fuit obli- gatum per creditorem alteri creditori, an poſsit ſoluere primo creditori in prę iudicium ſecundi creditoris cui nomen ſuum eſt obligatum.parte ſecunda.mé bro.iij.nu.26.fo.18.
Debitor decipiens creditoré in re pigno- rata tenetur actione pignoratitia con- traria: ſubmittens aũt aliã pro iam tra- dita tenetur actione furti.parte.vij.mé bro.iij.nu.23.fo.186.
Debitor pignorans rem alienam tenetur pignoratitia cõtraria.parte.vij.membr. iij.nu.24.fo.eod.
Debitor habens vſumfructũ in bonis, an poſsit illum obligare vſq; ad nu.26.pte ſecunda.membro.iij.nu.9. fo.16.
Debitor conuentus ex hypotheca genera li pôt excipere de dominio alterius: ſe- cus ſi ex ſpeciali conueniatur.ij.parte. membro.j.nu.2.fo.3.
Debitor, an in ſoluẽdo, vel offerẽdo credi tori teneatur offerre creditũ chyrogra- phariũ.parte.v.mẽb.iij.nu.46.fo.131.
Debitorem nõ poſſe præiudicare credito- ri hypothecario in acquirẽdis qualiter procedat parte.quarta.numero.41.fo- lio.81.
Debitoré poſsidere ré pignoratã, quo ad effectũ vſucapiẽdi, qualiter ſit intelligé dũ.parte.iij.membro.j.nu.33.fo.66.
Debitore ſoluente de pecunia aliena, an ille de cuius pecunia ſoluitur ſuccedat in ius illius creditoris.parte.v.mébro iij.nu.45.fo.130.
Debitum intricatũ non eget oblatiõe, ſed interpellatione.parte.ij.membri tertij. v.partis principa.nu.5.fo.134.
Debitum legis diſpoſitione pôt particula tim ſolui.parte.ij.membri.tertij.v.par- tis principa.nu.26.fo.38.
Debiti principalis remiſsione exiſtéte in- ualida, an nihilominus valeat pignoris liberatio.parte.vj.memb.iij.nuñ.47. fol.176.
Debitor principali vitiato, an vitietur etiã pignoris remiſsio.parte.vj. membr.iij. nu.48.fo.176.
Debitor ſoluto oritur debitori actio pi- gnoratitia directa ad repetendum pi- gnus.parte.vij. mébro.ij.nu.9.fo.180.
Debito extincto qualiter agat debitor ꝑ pignore conuentionali: & qualiter pro prætorio.parte.iij. mem.ij.nu.35.f.75.
Denuntiatio trina qualiter ſit fienda, & quãtũ interuallũ in illa eſſe debeat.pte vj.membro.j.nu.4.fo.152.
Depoſitarius, an poſsit reddere depoſi- tum deponenti.parte.ij.tertij membri. v.particula.nu.28.fol.
Detentatio, ſeu cuſtodia poſſeſsionis quæ acquiritur per immiſsionem ex primo decreto, an animo retineatur.parte.iij. membro.ij.nu.4.fo.70.
Deteriorans rem alterius etiam commo- datam datã tenetur de deterioratione. parte ij.mébr.iiij.nu.138.fo.53.
Dictio diu, quantũ tempus cõprehendat. parte.vj.méb.iij.nu.46.fo.176.
Dictio omnis, in ſingulari numero eſt di- ſtributiua, & attribuit actũ cuilibet in- ſolidũ.parte.viij.méb.j.nu.49.fo.197.
Dictio omnis, q̃nq; reſtringitur, vt omnia includat, vel nihil excludat.parte.ij.mé bro.ij.nu.38.fol.11.
Dictio omnis, adiecta diſpoſitioni de futu ro continenti conceſsioné noui actus re cipit reſtrictioné de habilitate.parte.ij. membro.ij.nu.39.fo.11.
Differentia inter pignus & hypotheca eſt potius nominis & vocis quã rei & effe- ctus.prima parte.nu.9.fo.1.
Diſpoſitio.l. apud celſum.§.de anctoris. ff.de doli exceptione, quo caſu ꝓcedat. parte.viij.méb.iij.nu.9.fol.201.
Diſpoſitio in vltimis vol ũtatib⁹ ſemp re- putat̃ cõditionalis.parte.4.n.38.f.88.
Diſpoſitio.l.quoties.C.de rei vendi.an lo cum habeat in pignore.parte.v.méb.j. nu.46.fo.102.
Diſpoſitio generalis in vltimis volũtati- bus comprehendit illa, de quibus tra- ctat.l.obligatione generali.ff.de pigno. parte ſecunda.memb.ij.numero.36.fo lio.11.
Diſpoſitio.l.j.ff.qui potio.in pig.hab.non procedit ſpecialiter in dote, ſed in quo- libet creditore.parte ſecũda.mébr.iiij. nu.78.fo.39.
Diſpoſitio adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.parte.ij.méb. iiij.nu.37.fo.38.
Diſpoſitum in vno ex æquiparatis, cenſe- tur diſpoſitũ in alio.parte.ij.membro iiij.nu.23.fo.29.
Diuiſio peti poteſt per creditoré conuen- tionalem contra condominum rei hy- pothecatę.parte.ij.memb.iij.nuñ.40. folio.20.
Diuiſio poteſt fieri per ſociũ cum alio ſo- cio, non obſtante quod vnus eorũ par- tem ſuam obligauerit creditori: & obli gatio integra manebit.parte.ij. memb. iij.nu. 43.fol.20.
Diuiſio rei communis non tollit obliga- tionem factam per vnum ex ſocijs de parte ſua pro indiuiſa.parte.ij. mébro. iij.nu.37.fo.20.
Dominium alicuius rei non habens, an poſsit in alterũ transferre.parte.vj.mé. j.nu.12.fo.153.
Dominium qualiter in actiõe hypotheca ria probetur.parte.viij.memb.iij.nuñ. 25.fo.206.
Dominium poteſt tranſire de vno in aliũ, & perambulare per mille manus. par- te ſecunda.membro.iij.numero.11. fo- lio.16.
Dominium quare non ſit multiplicabile. parte tertia.membr.ij.numero. 28.fo- lio.77.
Dominus pleno iure obligãs alicui vſum- fructum. facit illum vſumfructum qui erat cauſalis penes eũ in perſona credi- toris formalé.parte ſecunda.mébro.iij. nu.10.fo.16.
Domus cõbuſta creditori hypothecata, ſi à debitore reędificetur, an poſsit extũc per creditorem vendi.parte.vj.memb. j.nu.39.fol.159.
Donatio facta vxori, quæ venit morte ma riti confirmanda cenſetur reuocata ſi maritus rem donatã alteri ſpecialiter hypothecat: ſecus ſi generaliter hypo- thecet omnia bona. ſecunda parte.mé- bro.j.nu.fo.3.
Donatio ꝑp nuptias, an & qualiter dicat̃ in dominium vxoris tranſire.parte.ij. memb.iiij.nu.66.fo.36.
Donatione reſoluta defectu inſinuatio- nis &c. videtur etiã reſoluta hypotheca cauſa-

cauſata penes donatariũ.parte.v.mẽb. primo nu.45.fo.102.

Dos,ſeu res dotales tam inæſtimatę quã æſtimatę,& tam ex parte mariti quàm vxoris non veniunt in generali obligatione bonorum.parte ſecunda.mẽbr.ij. nu.58.fo.11.

Dos poſterior in hypotheca tacita præfert anteriori in rebus ſecundę dotis exiſtẽtibus.parte.v.memb.ij.numero.22.folio.111.

Dos cum fructibus ipſius dantur marito pro oneribus matrimonij ſupportãdis. parte ſecũda.membro.iiij.numero.50. fol.33.

Dotis tacita hypotheca præfertur alteri anteriori tacitè.parte.v.mẽbr.ij.nu.23. fol.111.

Dotibus duabus conſtitutis præfert tempore prior.parte.v.mẽb.ij.numero.12. fol.109.

Dubius euentus alicuius conditionis q̃n ſit in conſideratione.parte.v.mẽbro.j. nu.27.fol.97.

¶De litera E.

EMere rem ſuã nemo poteſt parte.vj.membro.j.nu.33. fol.157.

Emẽs pignus à debitore pręfertur ementi à creditore ſalua hypotheca creditori competenti parte.vj.membro primo.numero.32. fol.157.

Emens non dicitur cõfiteri rem quã emit eſſe venditoris:nec hoc tenetur cõfiteri ſi conueniatur.parte.viij.membr.iij. nu.10.fol.201.

Emens rẽ à debitore,vt ſatisfaciat creditori,ſi non ſatisfaciat tenetur hypothecaria.parte.viij.membro.ij. numero.5. fol.199.

Emens rem alteri hypothecatã,an teneatur ſoluere pretiũ venditori,priuſquã res vendita ſit libera.parte.v.mẽbro.j. nu.24.fol.155.

Emptor rei ſubiectę reſtitutionis fideicõmiſſariæ in euentum conditionis non repetit melioramenta.parte.v.membr. iiij.nu.19.fo.146.

Emptor ſi agat rei vendicatione contra vẽditorem,non poteſt venditor refricare quæſtionem dominij.parte ſecũda.mẽ. iij.nu.63.fo.26.

Emptor non tenetur fateri venditorẽ eſſe dominum:nec negando dominũ videtur illius turpitudinem allegare.parte ſecunda.membro tertio.nume.64. fol.23.

Emphyteuſis etiam eccleſiaſtica venit in generali obligatione bonorum.parte ſecunda.mẽbro ſecundo.numero.18. fo.10.

Emphyteuſis alienatio ſine traditione caducitatem non inducit.parte ſecunda mẽb.iij.nu.79.fol.24.

Emphyteuta prædiorum & patrimonij cæſaris,admittitur ad particularem ſolutionem:ſecus in emphyteuta priuati. parte ſecunda tertij membri.v.partis prin.nu.22.fo.137.

Euictio in dotalibus rebus,an & quando debeatur.parte ſecunda mẽb.iiij.nũ. 27.fol.29.

Exceptio intentionis & facti non dicitur propriè exceptio,parte.vj.mẽbr.iij.nume.34.fol.174.

Exceptio excuſsionis quando ſit in iudicijs opponenda,parte.viij. memb.j.nume.34.fo.165.

Exceptio excuſsiõis opponẽda eſt clarè & ſpecificè.pte.viij.mẽbr.j.nu.35. fo.eod.

Exceptio excuſsionis omiſſa in prima inſtantia non poteſt amplius opponi.parte.viij.memb.j.nu.36.fol.eod.





Exceptio cedẽdarum,an obſtet creditori cui poſſeſſor offert, ſi creditor liberauit alia bona hypothecata.parte.v.mẽbro.iij.nu.29.fo.127.

Exceptio cedẽdarũ nõ obſtat mulieri agẽti & cõtra correum vel fideiuſſorẽ obligatum ad reſtitutionem dotis.parte.v. memb.tertio nu.31.fol.127.

Exceptio excuſsionis nõ competit mercatoribus,campſoribus,nummularijs, & ſimilibus perſonis.parte.viij.membro primo nu.29.fol.194.

Exceptio excuſsiõis,an admitti poſsit coram arbitro & arbitratore, parte.viij. mẽb.primo nu.30.fol.eod.

Exceptio excuſsionis põt dupliciter conſiderari parte.viij.memb.primo nu.31. fol.eod.

Excuſsio non procedit vbi agitur vigore inſtrumenti guarentigiati,vel habentis executionem paratam,parte.viij.mẽb. primo nu.32.fol.195.

Excuſsio facienda cõtra hæreditatem iacentem requirit curatoris dationem, alias eſt inualida,parte.viij.mẽbro.primo nu.40.fo.196.

Excuſsio facta ad inſtantiam vnius creditoris:an ꝓſit alijs creditoribus in alijs cauſis,parte.viij.mẽb.primo nume.38. fol.eod.

Excuſsio,an ſit faciẽda de bonis extra territorium iudicantis exiſtentibus.parte viij.mẽb.primo nu.42.fo.eo.

Excuſsio nõ eſt neceſſaria in hypotheca legali.parte.viij.mẽb.primo nu.21.f.clx.

Excuſsio quo iure fuerit introducta.parte viij.memb.primo nu.22.fol.192.

Excuſsio nõ requiritur in repetitione dotis.parte octaua.membr.primo nume. 23.fol.eod.

Excuſsio requiritur in hypothecaria intẽtata ex pignore conuentionali:ſecus q̃n agitur ex pignore prætorio ad pignus à quo immiſſus cecidit.parte tertia.mẽbro.ii.nu.26.fo.77.

Excuſsio multis caſibus in actione hypothecaria nõ requiritur.parte.viii. membro.primo nu.16.fo.190.

Excuſsio bonorum alicuius præſupponit citationem poſsidentium & fideiuſſorum.parte octaua.memb.primo nu.12. fol.189.

Excuſsio fit de illis bonis tãtum,quę ſine controuerſia poſsideri poſſunt.parte octaua.nu.44.fo.197.

Excuſsio,an procedat in cauſa dotis.parte octaua.membro primo numero.27. fol.193.

Excuſsionis exceptione pendente iudicio hypothecario oppoſita duobus remedijs prouidetur actori.parte octaua. memb.primo nu.37.fo.195.

Excuſsionis ſententia,an tranſeat in rem iudicatam:ita ꝙ ab illa appellari non poſsit.parte octaua.membr.primo nume.39.fo.196.

Excuſsionis forma quæ ſit remiſsiuè.parte octaua.mẽbro primo numero.44. fol.197.

Excuſsione facta contra debitorem,& lite conteſtata contra tertium poſſeſſorem:ſi poſtea ſuperueniant bona debitoris poteſt tertius poſſeſſor etiam poſt litis conteſtationem de illis excipere. parte octaua.membro primo.numero 41.fo.clx.

Executio facta vigore ſentẽtiæ per primũ decretum non reuocatur per ſatiſdationem de iudicio ſiſti:ſicut reuocatur primum decretũ in cõtumacia interpoſitum,ſed requiritur ſolutio debiti.parte tertia.membr.tertio nume.3.fo.70.

Executio pacti de ingrediendo &c.poteſt exerceri etiam contra hæredem debitoris:etiam ſi hæres eſſet pupillus vel minor.parte quarta.nume.17.fo.70.

Executio facta vigore inſtrumenti habentis vim ſentētiæ non reuocatur, niſi debito ſoluto. parte tertia. membro. iij. numero. 4. fo. 70.

Expenſa funeris præfertur omni æri alieno. parte. v. membro. ij. numero. 28. folio. 111.

Expenſæ neceſſariæ quæ dicātur parte ſeptima. memb. iij. nu. 15. fo. 156.

Expreſſa hypotheca non trahitur ad tempus promiſsionis dotis, niſi promiſsio ſit facta tempore matrimonij contracti, vel poſt matrimonium. parte ſecunda, membro quarto. numero. 79. folio. 39.

Extenſio de ſtricta ſignificatiōe ad latam procedit, etiā in correctorijs, ſi militet eadem ratio. parte. v. membro. iij. numero. 47. fo. 131.

Extraneus ſoluens vel offerens creditori, an poſsit impetrare ceſsionem iurium contra debitorem. parte. v. membro. iij. nume. 42. fo. 130.

¶ De litera F.

FActum in eadem oratione & factū in diuerſa, differunt. parte quarta. nume. 42. fo. 59.

Fauore dotis cōpetit mulieri, retentio bonorum mariti. parte. v. membro. iiij. nu. 5. fo. 134.

Feudum alienari dicitur, ſi vaſallus illud dat pignori domino: & eidem domino conſentienti nulla fit iniuria. parte ſecunda. membro. ij. nu. 44. fo. 12.

Feudum pluribus dominis attinens diuiduum, poteſt vni ex dominis pignorari, etiam alijs non conſentientibus. parte ſecunda. membro. ij. numero. 45. folio. 12.

Feudum poteſt pro neceſsitatibus & ſeruitijs domini obligari. parte ſecunda. membro. ij. nu. 46. fo. 12.

Feudū poteſt obligari animo luendi abſq; tamen ipſius traditione. parte ſecunda. membro. ij. nu. 47. fo. eod.

Feudum non poteſt reſpectu dominij & proprietatis obligari. reſpectu verò fructuum & commoditatū ſic. parte ſecunda. mēbro. ij. nu. 48. fo. cod.

Fictio tranſlatiua de tempore ad tempus requirit duplex extremum, videlicet à quo, & ad quod. parte. v. mēb. ij. nume. 40. fo. 115.

Fictio cuius ſit naturæ: & an ſemp habeat iuris effectum. parte. v. membro. j. nu. 13. fo. 93.

Fideiuſſor poteſt accedere pro dote danda marito, ſed non pro dote vxori reddenda. parte ſecunda. membro. iiij. nu. 89. fo. 41.

Fideiuſſor ſimpliciter intercedēs, tenetur etiam pro acceſsionibus & vſuris, quæ veniunt officio iudicis. parte ſecunda. mēbro. iiij. nume. 56. fo. 43.

Fideiuſſoris datio ſimplex qui veteri obligationi accedat non inducit nouā obligationem, ſed ſolum eſt additamētum maioris cautionis. parte ſecunda. membro. iiij. numero. 92. fo. 42.

Fides de pretio rei venditæ transfert dominium rei venditæ in emptorem: ſi tamen venditor expreſsè conueniat quòd res vendita ſit ſibi pro pretio hypothecata: tunc eſt cæteris in illa præferēdus. ſecus ſi non fecit tale pactum. parte. v. mem. ij. nu. 18. fo. 110.

Filiusfamilias, imò & ſeruus pro negotio & cauſa peculiari ſi liberam habeant adminiſtrationem poſſunt res peculiares pignori dare. parte tertia. mēb. j. nume. 13. fo. 64.

Filij, nec alij homines liberi poſſunt hypothecari. parte ſecunda. memb. iij. nume. 50. fo. 21.

Fiſcus alienās rem alteri obligatam, an & quo caſu tollat ius pignoris. parte. vj. membro. iij. nu. 25. fo. 173.

Fiſcus præfertur anteriori creditori in bonis quæſitis per debitorem poſt contractum fiſci, præterq̄ ſi anterior eſſet priuilegiatus, vt pupillus. parte. v. memb. ij. nu. 42. fo. 115.

Fiſcus poteſt vendere & obligare totā rem quam habet communem pro indiuiſo cum priuato. parte ſecunda mēb. iij. nu. 36. fo. 20.

Fiſcus & mulier in materia hypothecaria pari paſſu ambulant. parte ſecūda. mēb. iiij. nu. 108. fo. 47.

Fiſcus in quibus ciuitatibus, vel populis eſſe dicatur. parte ſecunda. mēbr. iiij. nu. 114. fo. 48.

Fiſcus, an in dubio præferatur priuato, vel econtra. parte ſecunda. mēb. iiij. nu. 117. fol. 49.

Fiſcus in cauſa oneroſa præfertur in dubio priuato: in cauſa autem lucratiua præferri debet priuatus. parte ſecunda. memb. iiij. nu. 118. fo. 50.

Forma libelli hypothecarij in quo differat à forma libelli vtilis ſaluiani interdicti parte. viij. membro. iij. numero. 26. folio. 206.

Fructus percepti ab eo qui emit ignoranter rem dotalem à marito non computantur cum melioramentis. parte. v. memb. iiij. nu. 13. fo. 145.

Fructus percepti ratione dominij etiā vtilis non computantur cum melioramentis, ſecus ſi eſſent percepti ratiōe poſſeſſionis tantùm. parte. v. membr. iiij. nu. 14. fo. eod.

Fructus ex æquitate debiti veniunt cum melioramentis cōputandi. ſecus ſi de rigore. parte. v. membro. iiij. nu. 15. fo. eo.

Fructus alicuius rei qn̄ dicantur conſumpti parte. v. membro. v. nu. 12. fo. 149.

Fructus percepti per creditorē ex pignore computantur in ſortē. parte. v. mēb. v. nu. 1. fo. 148.

Fructus ex columbariis percepti, an veniant in ſumptibus melioramentorum computandi. parte. v. memb. v. nume. 8. fo. 149.

Fruct⁹ percepti ex re pignorata extenuāt ſortē: ſimiliter & illius rei deteriorationem parte. v. mēbro. v. nu. 2. fo. 148.

Fructus rei pignoratę qui ſuperſunt vltra ſatisfactionem ſortis: debet debitori reſtitui cū pignore. parte. v. mēbro. v. numero. 3. fo. eo.

Fructus percepti ex pignore prætorio extenuant ſortē. parte. v. membro. v. nu. 4. fo. eod.

Fructus fundi conducti indiſtinctè dicuntur tacitè hypothecati pro pretio cōducto. parte. ij. mēb. iiij. nu. 147. fo. 55.

Fructus induſtriales nō ſunt intelligendi tacitè obligati pro penſione prædij ruſtici, ſecus de naturalibus. parte ſecunda. mēbro. iiij. nu. 148. fo. eod.

Fructus & acceſsiones dotis percepti per maritum, peti dicuntur per mulierem actione dotis. parte ſecunda. mēbro. iiij. nu. 49. fo. 33.

Fructus rei non traditę, an ratione more irregularis debeantur. parte tertia. mēb. ij. nu. 19. fo. 75.

Fructus pendētes poſſunt obligari: & quælibet res futura, vt part⁹ ancillæ, fœtus pecorum, & ſimiles. parte ſecūda. mēb. iij. nu. 45. fo. 21.

Fructus percepti per generum ex pignore ſibi dato à ſocero ꝓ dote, an ſint in ſortem computandi. parte. v. membro. v. nu. 16. fo. 150.

Fructus rei pignoratæ quo caſu cedāt creditori. parte tertia. mēb. j. nu. 30. fo. 66.

Fructus rei pignoratæ, quibus caſibus non

 veniant

veniant in ſortem computandi.parte.v. membro.nu.v.14.fo.150.

Furioſus, an aliquo caſu dicatur cenſentire.parte.ij.membr.iiij.nu.44.fol.32.

¶De litera G.

GEneralis obligatio bonorum comprehendit res venditas & locatas. Emptor enim vel cõductor obligãs omnia bona cẽſetur etiã obligare rem emptam & conductam.parte ſecũda méb.ij. nume.33. fol.11.

Generalis obligatio bonorum nõ comprehendit ea,quæ qs veriſimiliter nõ eſſet ſpecialiter obligaturus, niſi talis obligatio eſſet collata poſt mortem obligãtis. parte ſecunda.méb.ij. numer.34.&.35. fo.eo.

Generalis obligatio bonorũ,an cõprehendat merces & venalia parte.ij.membro ij.nu.14.fo.8.

Generalis obligatio bonorũ, etiã cũdictione omnis nõ cõprehendit ea de quibus in.l.obligatione generali.ff.de pig.parte ſecunda.mébro.ij.nu.37.fo.11.

Generalis obligatio comprehẽdens ea, de quibus in.l.obligatione generali .ff. de pig. qualiter cõcipi debeat parte ſecunda mébro.ij.nu. 41.fo.12.

Generalis obligatio bonorum comprehendit præſentia & futura. parte ſecunda méb.ij.nu.1.fo.6.

Generalis hypotheca minus afficit rẽ quã ſpecialis,& per ſpecialẽ cõſtituitur plus iuris creditori q̃ per generalẽ: & regulariter prouiſio ſpecialis plus operatur quàm generalis parte.ij.mébr.j.nu.10. fo.5.

¶De litera H.

HAbens ius in re põt eã obligare: licet nõ ſit ei debita, nec ſit in eius bonis. parte.ij.méb.iij. nume. 6.fo.16.

Hæres debitoris ſui, ſi anteq̃ adeat, cedat hypothecã ſuã, vtilis quæ cõpetit ceſsionario nõ cõfunditur p̃ ſequentẽ aditionem: directa aũt ſic.parte.v.mébr.j.nu. 56.fo.106.

Hypotheca conuentionalis per quas perſonas poſsit, vel non poſsit cõſtitui.parte tertia.méb.j.nu.35.fo.66.

Hypotheca conditionalis competens pro legatis nunq̃ retrotrahitur. parte.v.mébro.ij.nu.24.fo.111.

Hypotheca, an tollat̃ vel extinguatur ſublata actione perſonali. parte.vj. mébro ij.nu.5.fo.165.

Hypotheca non tollitur per confuſionem inductam ex aditione.parte.vj.mébro.ij.nu.6.fo.165.

Hypotheca tollitur ex pacto, ex quo tollitur principalis obligatio.parte.vj. membro.ij.nu.8.fo.166.

Hypotheca tollitur per pactũ de non petendo factum ſuper principali etiam ſi factum ſit ad tempus. parte.vj. mébro. ij.nu.9.fo.eod.

Hypotheca tollit̃ per iuramentũ deciſiuũ delatũ per creditorem debitori iuranti nõ debere.pte.vj.méb.ij.nu.10. fo.eod.

Hypotheca non cẽſetur remiſſa per cõſenſum creditoris, de alienando vno modo ſi alio deteriori modo alienetur.par.vj. mébro.iij.nu.26.fo.173.

Hypotheca non cenſetur remiſſa per alienationẽ factam de cõſenſu creditoris, ſi talis alienatio nõ valeat.parte.vj.membro.iij.nu.27.fo.eo.

Hypoteca vẽdita per debitorẽ de cõſenſu pupilli creditoris ſine tutore vel decreto iudicis nõ cẽſetur remiſſa. parte.vj. membro mẽbro.iij.nu.28.fo.eod.

Hypotheca non põt remitti gratis p̃ filiũ, vel ſeruum in cauſa peculiari. parte.vj. mébro.iij.nu.29.fo.eod.

Hypotheca tollitur per ſententiã abſolutoriam ſuper obligatione principali latam in fauorẽ debitoris. parte.vj. mébro.ij. nu.11.fo.166.

Hypotheca multis tollit̃ modis. parte. vj. membro.ij.nu.12.fo.eod.

Hypotheca, quæ defuncto cõpetebat nõ diuiditur inter hæredes, ſed indiuiſa remanet, & vnicuiq; competit inſolidum. parte.v.mébro.ij.nu.35.fo.113.

Hypotheca dicitur ius in re, ſeu ius reale: parte.v.memb.ij.nu.36.fo.eod.

Hypotheca conſtituitur per pactũ initum inter debitorem & creditorem, q̃ liceat creditori alienare rem debitoris. parte tertia memb.j.nu.4.fo.73.

Hypotheca cõſtituitur per verbũ mutuo. parte tertia.mébro.j.nu.5.fo.eod.

Hypotheca ſemel in rebus acquiſita non tollitur per aliũ ſubſequente contractũ factum ſine conſenſu illius cui primò acquiſita eſt.parte. ſecunda. memb.iiij. nu.143.fo.54.

Hypotheca introducta à lege in bonis paternis pro adminiſtratione facta per patrem, in bonis filii dupliciter cõſideratur.parte tertia.méb.i.nu.10.fol.63.

Hypotheca, an tollatur per vſucapionem triennalem.parte.vi. membro.ii. numero.14.fo.166.

Hypotheca prima non cẽſetur nouata, nec ſublata per prorogationem termini ad ſoluendum facta debitori.parte.vi.mébro.iii.nu.6.fo.170.

Hypotheca expreſsè in obligatione nouante repetita cenſetur repetita cum priuilegio prælationis.parte.vi.membro.iii. nu.7.fo.eod.

Hypotheca põt cedi ſine principali: & cuius ſit effectus talis ceſsio. parte tertia mébro.i.nu.14.fo.64.

Hypotheca tacita non poteſt probari per teſtes, expreſſa autem ſic parte ſecunda.memb.iiii.nu.5.fo.28.

Hypotheca tacita competit in bonis tutoris, vel curatoris. parte ſecunda. mem. iiii.nu.6.fo.eod.

Hypotheca tacita non ſolum inducitur in bonis tutorum, ſed etiam protutorum, & qui ſe gerunt pro tutore.parte ſecunda.mem.iiii.nu.7.fo.eod.

Hypotheca tacita locum habet in bonis curatorum ad lites datorum: & eorum fideiuſſorum . parte ſecunda. mem.iiii. nu.8.fo.eod.

Hypotheca tacita procedit etiam in bonis actorum à tutoribus, vel curatoribus conſtitutorum.parte ſecunda membro iiij.nu.9.fo.eod.

Hypotheca non cẽſetur remiſſa per cõſenſum de alienando, ſi alienatio non ſequatur.parte.vj.memb.iij. numero.30. fo.173.

Hypoteca tollitur per conſenſum creditoris, non ſolum reſpectu eius qui cõſenſit ſed alterius qui in eius locũ, ſeu ius ſuccedit.parte.vj.membr.iij.nume.16. fo.171.

Hypotheca non cẽſetur remiſſa, ſi debitor vendat de conſenſu creditoris poſt tempus conuentum.parte.vj.membr.iij.nu. 32.fo.173.

Hypotheca, an ſolo conſenſu diſſoluat̃ parte.vj.memb.iij.nu.33.fo.cxliiij.

Hypotheca remiſſa non cenſetur debitum principale remiſſum.parte.vj. mem.iij. nu.37.fo.174.

Hypotheca per ſtipulationem cõtracta, an ſolo conſenſu diſſoluatur.parte. vj.mé. iij.nu.38.fo.eod.

Hypotheca, quæ datur pro grano, vino, & oleo extendit̃ ad incremẽtũ, ſeu æſtimationem



Biblioteca Univ

tionem.parte.viij.membro.j.nume.52. folio.197.

Hypotheca tacita,vel expreſſa conditionalis,licet conſtituatur ab initio actus:tamen ex ea non oritur actio,niſi purificata conditione.parte.v.membro.j.nu.14.folio.94.

Hypotheca poteſt remitti pacto debito principali non ſatiſfacto.parte.iij.méb.j.nu.15.fo.64.

Hypotheca poteſt legari p teſtatoré.parte tertia. membro primo numero.16. folio eodem.

Hypotheca tacita quæ competit pro legatis differat ab alijs hypothecis.parte ſecunda.membro quarto.numero.160. folio.58.

Hypotheca non confunditur ſucceſsione: parte.v.membr.j.nu.52.fo.103.

Hypotheca,an confundatur per aditioné hæreditatis debitoris per creditoré hypothecarium factam.parte.v.membr.j.nu.53.fo.104.

Hypotheca,an poſsit renunciari per mulierem.parte.vj.membro.iij.nume.14. folio.171.

Hypotheca cõuentionalis adiecta p principali obligatione nõ ſe extendit ad pœnam in contractu appoſitam reſpectu priuilegii.parte.v.membr.j.nume.41. folio.[illegible]

Hypotheca in inſtrumento nõ adiecta,an per notarium ex ſuo officio poſsit ſuppleri & apponi.parte tertia.membro.j. nu.24.fo.65.

Hypotheca tacita tráſit ad quécũq; tráſsit actio de dote.parte ſecũda.membr.iiij. nu.30.fo.

Hypotheca præſcriptione perempta perit: ſic & autoritas vendendi pignus.parte vj.membr.j.nu.31.fo.30.

Hypotheca tacita dicitur illa quæ eſt introducta à lege,vel ſtatuto:licet etiam appelletur expreſſa parte ſecũda.méb. iiij.nu.1.fo.27.

Hypotheca tacita reſpectu bonorũ dotalium diuerſimodè conſideratur.parte ſecunda membro quarto.numero.25. folio.29.

Hypotheca tacita,an locum habere poſsit in dote euicta marito.parte.ij.membr. iiij.nu.26.fo.eod.

Hypotheca tacita pro dote competit etiã, quando pater agit ad doté vt legitimus adminiſtrator filię.parte ſecunda.meb. iiij.nu.34.fo.30.

Hypotheca tacita quæ competit pro legatis conditionalibus,non trahitur retro purificata conditione:ſicut in contractibus.parte quinta.membro.j.nume.20. folio.95.

Hypotheca non poteſt conſtitui in præmio futuræ victoriæ.parte.ij.membr.ij. nu.51.folio.21.

Hypotheca in re aliena in qua debitor habet aliquod ius conſtitui poteſt reſpectu illius iuris:& ſi dominiũ poſtea ſuperueniat debitori valet in tota re.parte ſecunda.membro.iij.numero,57.folio eodem.

Hypotheca in hoc differt à venditione:vt ea conſtituenda non requiritur verbũ promiſsiuum:in venditione autem,ſic. parte.ij.memb.iiij.nu.58.fo.22.

Hypotheca introducta à lege,vel ſtatuto licet ſit tacita,eſt tamé vera nõ ficta nõ obſtãte impoſitione,vel inductione per verba fictioné denotãtia parte.ij.mébr. iiij.nu.3.fo.28.

Hypotheca de re aliena nõ valet in præiudiciũ domini,valet tñ in p̃iudiciũ tertij poſſeſſoris nullũ titulũ habétis ad cauſandũ vtilem hypothecariã ad ſimilitudiné hypothecariæ.parte.ij.membr.iij. nu.60.fo.22.

Hypotheca tacita incipit tépore admini-

ſtrationis

ſtrationis bonorũ filij per patré fraudulenta.parte.ij.mébr.iiij.nu.17.fo.29.

Hypotheca de re aliena valet in p̃iudiciũ debitoris: & quomodo.parte.ij.mébr. iij.nu.62.fo.22.

Hypotheca cõtra prohibitioné conſtituta nulla interueniente traditione eſt inualida.parte.ij.mébr.iij.nu.80.fo.25.

Hypotheca vẽdi poteſt per creditoré,etiã pignore exiſtéte apud debitorem.parte ij.mébr.iij.nu.81.fo.eod.

Hypotheca p̃hibita ſub pœna intelligitur de illa in qua interuenit traditio:nõ autem de illa que fit ſine traditione:quia per illã non incurritur pœna. parte.ii. membr.iij.nu.78.fo.xiij.

Hypotheca põt etiã conſtitui in fructibus pendétibꝰ & fœtibus futuris animaliũ. parte.ij.méb.iij.nu.35.fo.24.

Hypotheca dicitur,ab hypos ꝙ eſt ſub,& theſis poſitio:quaſi quædã ſuppoſitio, vel obligatio rerũ.prima parte.nume. 2.folio.2.

Hypotheca dicitur ius reale,vel actio realis:q̃a cõſtituitur ſuper rebus.& per eã nõ obligatur perſona debitoris,ſed res ibidem,nume.3.

Hypotheca in quibus contractibus,& pro q̃bus debitis poſsit cõſtitui & cõtrahi. parte.ij.mébr.iij.nu.3.fo.15.

Hypotheca ſpecialis req̃rit,ꝙ res ſit in bonis debitoris tempore obligationis contractæ. parte ſecunda.membro.iij. nume.4.fo.15.

Hypotheca pro dote expreſſa quo tempore incipiat:& q̃d in tacita.parte.ij.méb. iiij.nu.77.fo.38.

Hypotheca ſimplex ſi ſine traditiõe cõtrahatur creditor non poteſt agere hypothecaria cõtra tertiũ poſſeſſoré,niſi facta excuſsione cõtra debitorem principalem:ſecus ſi pignus ſit datum creditori:& poſtea cadat à poſſeſsiõe.prima parte.nu.7.fo.2.

Hypotheca ſpecialis & exp̃ſſa dicitur illa, in qua res particularis obligatur.parte ſecunda. membro.iij. numero.1. folio.15.

Hypotheca poteſt cõſtitui in re in qua debitor habet quaſi dominiũ,& idem ius tranſfertur vtiliter in creditorem.parte.ij.méb.iij.nu.7.fo.16.

Hypothecę ſpecialis eſſentia quę requirat. ſecunda parte principa.j.mébro nume. 1.folio.3.

Hypothecaria directa datur quando debitor tempore obligationis emerat, ſed nondũ erat ſibi res tradita:ſed fuit tradita poſtea.parte.viij.mébro.iij.nu.14. folio.201.

Hypothecaria directa cõpetit q̃n debitor obligauit rem ſub conditione,ſi res ſua fieret:& poſtea fuit acquiſita parte.viij. mébr.iij.nu.15.fo.203.

Hypothecaria directa competit ex obligatiõe generali in bonis poſtea acquiſitis. parte.viij.mébr.iij.nu.16.fo.eod.

Hypothecaria nõ cõpetit ad poſſeſsionem obligatam ſi debitor illã amiſit,& fuit occupata per alium.parte.viij.mébr.iij. nu.17.fo.eod.

Hypothecaria,an & quibus caſibus locũ habeat pro poſſeſsione amiſſa per debitorem.parte.viij.membro.iij.nume.18. folio.203.

Hypothecaria in legato cõditionali,vel in diem non oritur,niſi purificata conditione:idé in quacũq; obligatione.parte viij.mébr.iij.nu.3.fo.200.

Hypothecaria in fideicõmiſſo vniuerſali facta reſtitutiõe verbali adhuc cõpetit: facta autem reſtitutione reali nõ.parte viij.memb.iij.nu.4.fo.eod.

Hypothecaria in cõtractibus paris oritur à die obligationis contractæ.parte.viij. mébr.iij.nu.5.fo.eod.

Hypo

Hypothecaria quibus perſonis competat, & cõtra quas & pro quibus rebus.parte.viij.mẽb.ij.nu.1.fo.198.
Hypothecaria ideo competit inſolidũ q̃a eſt acceſſoria: ſicut dicitur in pluribus fideiuſſoribus.parte.viij.membr.j.nu.50.fol.197.
Hypothecaria quæ datur pro legatis contra hęredes,daĩ ad inſtar perſonalis:nec datur inſolidũ,ſed ꝓ hæreditarijs portionibus.pte.viij.mebr.j.nu.51.fol.eo.
Hypothecaria cõtra debitorem poteſt cumulari cũ perſonali:etiã poſt productũ libellum in perſonali tantũ.parte.viij.memb.ij.nu.6.fo.199.
Hypothecaria datur cõtra tertiũ poſſeſſorẽ in ſubſidiũ ad ſpretiũ,re præſcripta, vel perempta,quando ille poſſidet ex cauſa lucratiua.parte.viij.mẽbro.ij.nu.7.folio.eod.
Hypothecaria nõ oritur ex obligatione cõtracta in diem certã pendente die:niſi debitor ſit ſuſpectus de fuga.parte.8.mẽbr.j.nu.47.fo.197.
Hypothecaria datur inſolidum cõtra vnũ ex poſſeſſoribus bonorũ.obligatorum.parte.viij.membro primo numero.48.folio eodem.
Hypothecaria obtenta pro aliqua re que nõ ſufficit pro toto debito nõ tollit pſonalem in reſiduo.parte.viij.membro.j.nu.46.fo.eod.
Hypothecaria datur contra tertiũ poſſeſſorem tam pro tacita quã pro expreſſa hypotheca.parte.ij.membr.iiij.nu.132.folio.52.
Hypothecaria nõ extinguitur cum perſonali,ſi pſonalis de rigore tollatur.parte v.mẽb.j.nu.50.fo.103.
Hypothecaria ſua conditione durat,quouſq; ſit ſolutũ & ſatiſfactum creditori.parte.v.membr.j.nu.51.fo.103.
Hypothecaria quæ datur ſecundo creditori in locũ primi ſuccedenti,an ſit eadem quæ datur primo.parte.v.memb.iij.nu.16.fo.123.

¶ De litera I.

Immiſsio in perſonalẽ actionẽ in quo differat ab immiſsione in realem.parte tertia.membro.ij.nume.7.fo.71.
Immiſsio facta de vno creditore ex ſecũdo decreto nõ prodeſt alijs creditoribus.parte.iij.mẽb.ij.nu.11.fo.73.
Immiſsio & decretum,an poſsit in nominibus debitorum & actionibus interponi.parte tertia.membro.ij.numero.24.folio.76.
Iudiciũ diuiſoriũ nõ põt intẽtari per cõſociũ,qui alteri cõſocio partẽ ſuã obligauit non reſoluta prius hypotheca ſi de hoc cõſocius excipiat.parte.ij.mẽb.iij.nu.44.fo.20.
Iuramẽtũ,an obliget preciſe ad factũ.parte.v.mẽbr.v.nu.15.fo.150.
Iuramentũ qualiter deferatur in hypothecaria & creditore in litẽ iurãte cõdẽnabitur debitor & in quantum.parte.viij.mẽbro.ij.nu.2.fol.198.
Iuramẽtũ in litẽ in materia hypothecariæ diuerſimodẽ cõſideratĩ.parte.viij.mẽb.ij.nu.3.fol.eod.
Ius retẽtionis poſſeſſori ratiõe melioramẽtorũ cõpetẽs,tranſit in illius ſingularẽ ſucceſſorem abſq; alia ceſsione.parte.v.mẽb.iiij.nu.23.fo.147.
Ius digeſtorum,& ius.C.differũt in materia venditionis pignorũ.parte.vj.mẽb.j.nu.2.fo.152.
Ius hæreditariũ indiuiduum quo caſu veniat in iudicium fami.erc.parte.v.mẽb.ij.nu.37.fol.114.
Ius offerẽdi competẽs tertio poſſeſſori,an locum habeat in poſsidẽte rem æſtimatã in dotẽ datam.parte.v.membro.iij.nu.28.fo.126.
Ius reale conſtituitur ꝑ pignus:& hoc eſt ſpeciale in pignore.& quare.pte tertia.memb.j.nu.1.fo.62.
Ius creditoris cui debitor obligauit rẽ in qua habebat quaſi dominium,vel ſupſiciem reſoluitur eo ipſo ꝙ reſoluitur ius debitoris.parte ſecũda.membro.iij.nu.8.folio.16.
Iuspatronatus nõ venit in generali obligatione bonorũ:ſed eius cõmoditas & fructus,pte ſecũda.mẽb.ij.nu.60.fo.14.
Ius ſi de futuro cõpetat iure actiõis,actor poteſt illud petere,& ad illud agere.parte tertia.mẽb.ij.nu.14.fo.74.
Ius offerendi qualiter competat fideiuſſori debitoris.parte.v.memb.iij.nume.33.fo.128.
Iuris apex nõ cõſideratur vbi procedẽdũ eſt,ſola facti veritate inſpecta.pte.viij.memb.j.nu.28.fo.194.
Iuri offerendi,an poſſit præſcribi.parte.v.memb.iij.nu.52.fo.133.
Iuri hypothecæ quã creditor habet in bonis debitoris ſui ſibi obligatis quãto tẽpore præſcribatur.parte.vj.membr.iij.nu.1.fo.164.
Immiſſus in actiõe hypothecaria ante annũ efficitur poſſeſſor reuocabiliter:poſt annũ verò irreuocabiliter.parte tertia.memb.ij.nu.8.fo.71.
Immiſſus in poſſeſsionẽ ex ſecũdo decreto an ſtatim efficiatur poſſeſſor.parte tertia.membro.ij.nu.9.fo.72.
Immiſſus in poſſeſsione ex primo decreto, an poſsit cõpellere illũ cõtra quẽ eſt facta immiſsio exire à poſſeſsione.pte tertia.mẽbro.ij.nu.2.fo.69.
Immiſſus in poſſeſsionem ex primo decreto,an efficiatur poſſeſſor.parte tertia.memb.ij.nu.6.fo.70.
Immobilia qualiter dicãtur tradi manu.prima parte.nu.1.fo.1.
Impendens in re aliena bona fide quod remedium habeat.parte.v.mẽb.iiij.nu.9.fo.144.
Ingredi in poſſeſsionẽ,& eſſe in poſſeſsione,& poſsidere differunt.parte quarta.nu.10.fo.82.
Inſtrumentũ publicum dñi præfertur ſcripturæ priuatæ procuratoris.parte.v.membro.ij.nu.50.fo.118.
Inſtrumẽta ruralia nõ poſſunt hypothecari,nec prętorio pignore accipi:licet hoc de conſuetudine nõ ſeruetur.parte ſecũda.membro.iij.nu.49.fo.21.
Interdictũ Saluianũ in cuius fauorẽ fuit introductum,& in quẽ finẽ.parte.viij.memb.j.nu.4.fo.188.
Interdictũ Saluianũ vtile cõpetit cuilibet creditori hypothecario.pte.viij.memb.iij.nu.19.fo.204.
Interdictũ Saluianũ dicitur poſſeſſoriũ:& datur ſolũ reſpectu poſſeſsionis.parte.viij.mẽbr.j.nu.6.fol.188.
Interdictũ Saluianũ à quo dicatur.parte.viij.mẽbr.j.nu.7.fo.189.
Intereſſe quod debitor paſſus eſt ex eo ꝙ creditor recuſauit reſtituere pignus,an veniat in pignoratitia.parte.vij.mẽbr.iij.nu.3.fol.200.
Iudicium familiæ erciſcundæ non datur inter plures cohæredes, quoad actiones perſonales,& nomina debitorum.parte.v.membro.ij.numero.34.folio.113.
Iudicium diuiſorium cõpetit inter duos creditores,qui rem communem pro indiuiſo pignori acceperũt.parte ſecũda.mẽbr.iiij.nu.38.fo.20.
Iudicium diuiſorium habet locum inter duos tenutarios eiuſdem rei.parte ſecũda.mẽbr.iij.nu.41.fo.20.
Iudicium diuiſorium põt intẽtari per tenuta-

nutarium contra habentem cõmunionem in re parte.ſecunda.mẽbro.iij.nu. 42.fol.20.

Iuſſus,differt,à ſimplici cõſenſu,mãdato ratihabitione:& volũtate.parte ſecunda membr.iiij.nu.42.fol.31.

Iuſſus,ſeu primum decretum de immittẽdo quãto tempore expiret.parte tertia. mẽbr.ij.nu.3.fo.59.

¶ De litera L.

LEgata & pignora,an veniãt in generali.obligatiõe bonorũ.pte ſecũda.mẽbr.ij. nu.15.fol.8.

Legatarius particularis cui primus eſt grauat⁹ reſtituere habet realem actionem ſine ceſsione: licet non perſonalẽ.parte ſecũda.membro.iij.nu. 31.fo.29.

Legatarius ſecũdus cui primus eſt grauatus reſtituere.habet vtilẽ hypothecariã contra hæ.eũ abſq; reſtitutione,vel ceſsione.parte ſecũda.mẽbro.ij.nu.29. fol.18.

Lex.ij.C.de fideiuſſoribus.quibus caſibus procedat & quibus nõ.parte.v.mẽb.iij. nu.34.fo.128.

Lex ſi.ff.quib.mo.pign.vel hypo.ſol.duas recipit reſtrictiões.parte ſecũda tertij membri.v.partis .principa.numero.21. fol.137.

Lex promittnedo.ff.de iure dot.quo caſu procedat.pte.viij.mẽb.j.nu.24.fo.193.

Lex põt fieri de caſu dubitabili.parte.viij. mẽbr.j.nu.25.fo.193.

Lex.ij.C.de reſcin.vẽdi.an locũ habeat in cõtractu pignoris.p.v.mẽ.j.n.42.f.101.

Lex ſcripturas.C.qui potiores in pig.hab. qualiter intelligi poſsit.pte.v.mẽbro.ij. nu.47.fo.117.

Lex obligatione generali.ff.de pign.an ſit reſtringibilis ad indefinitã.parte.ſecũda.membr.ij.nu.40.fol.11.

Lex.j.C.de iure fiſci.&.l.ſi is q.ff.de iure fiſci.nõ habent locũ vbi mulier cõtẽdit cũ fiſco pro dote.parte ſecũda membr. iiij.nu.109.fol.44.

Lex iubemus.&.l.etiam.C.ad velleia.quo caſu diſponant.parte.ij.membr.iiij.nu. 88.fo.41.

Lex aſsiduis.§.exceptis.C.q potio.in pi. hab.quo caſu loquatur & diſponat.parte .ſecunda.membro. iiij. numero.97. fol. 43.

Lex fingendo in actu deſcendente à poteſtate iuris non operatur fictè,ſed verè: parte.ij.memb.iiij.nu.4.fo.28.

Libellus in hypothecaria directa.vel vtili alternatiuè conceptus,an non declaratus procedat.parte.viij . mebro.iij.nu. 21.fo.205.

Libellus in actione hypothecaria diuerſimodè venit conſiderandus.parte . viij. membr.iij.nu.22.fol.eod.

Libellus in pignoratitia directa qualiter ſit formãdus.parte.vij.memb.iij.nu.25. fo.186.

Libellus in pignoratitia directa,an debeat continere probationẽ dominij.part.vij. membr.iij.nu.26.fol.eod.

Libellus qualiter ſit in pignoratitia contraria cõcipiendus.parte.vij.membr.iij. nu.27.fo.187.

In libello hypothecario qd & qualiter ſit concludendum. parte.viij.mebr.iij.nu. 24.fo.205.

Libellus propriè ſumptus nõ venit in generali obligatione bonorum . parte.ij. membr.ij.nu.50.fo.12.

Litis æſtimatio in cauſa hypothecaria qualiter offeratur.parte.v.membro.iiij.nu. 12.fol.146.

Locator prouidens ſibi de ſpeciali & expreſſa hypotheca in certa re cõductoris, non propterea ceſſare facit tacitã inductam à lege ſuper bonis inuectis & illatis.parte ſecunda.membr.iiij.num̃.91. fo.42.

Lucrum & damnum inter ſocios,an ſemper debeat eſſe commune.parte.v.mẽbro.ij.nu.33.fol.113.

¶ De litera M.

MAritus qualiter petere poſsit,vel debeat acceſsiones dotis.parte ſecũda membro.ij.nu.59.fol.14.

Maritus an poſsit obligare res dotales ex pte vxoris.parte.ij.mẽb. ij.nu.59.fol.eod.

Mater tranſiens ad ſecũda vota dicit tacitè hypothecare bona ſua filijs primi matrimonij . parte. ij.membro.iiij.nu.20. fol.29.

In materia hypothecæ tacitè dicta de matre locum habere poſſunt in patre.parte ſecunda.membro quarto.numer.22. fol.29.

Matrimonium putatiuum bona fide contractum habet priuilegia veri matrimonij quoad dotẽ.parte ſecũda mẽbr. iiij.nu.105.fo.45.

Medium inter eſſe obligatum,& non eſſe obligatum eſt ſuſpenſio obligationis:ad tempus . parte.vj.membro.j.nume.45. fo.162.

Melioramenta faciens in re quam poſsidet,ſi cõueniatur ſuper ea hypothecaria poteſt offerre agẽti æſtimationẽ rei detractis melioramẽtis.par.v.membro. iiij.nu.21.fol.146.

Melioramenta facta per debitorem in re quam hypothecauit creditori,cẽſentur hypothecata ipſi criditori ſicut ipſa res in qua facta ſunt.parte.v.mẽbr.iiij.nu. 18.fo.145.

Melioramenta rerũ pignoratarum qualiter veniant exigenda.parte.v.membro. iiij.nu.11.fo.144.

Merx ſeu mercantia ſupponit corpus vniuerſale.parte ſecunda membro.ij.num̃. 21.fol.9.

Merces venales inuectę in domo cõducta, an veniãt in tacita hypotheca.parte ſecunda.membr.quarto.numero.153.folio.56.

Merces venales etiam futuræ veniunt in generali obligatione merciũ.parte ſecũdo.membr.ij.nu.17.fol.9.

Merces acquiſitę in vita defuncti veniũt in generali obligatione,nõ autẽ acquiſitæ per hæredem,niſi hæres acquiſiuerit eas explicãdo negotia cœpta per defunctum.parte ſecunda.membr.ſecundo.nume.vigeſimoſecundo.fo.9.

Merces repertæ apud debitorem tempore ortæ actionis hypothecariæ vel moti iudicij hypothecarij veniũt in obligatione generali:nõ autem alienata ante per ipſum debitorẽ parte.ij.membro.ij nu. 23.fo.9.

Militia empta ex pecunia expreſsim mutuata ad dictam militiam emendam,eſt ſpecialiter pro ipſa pecunia hypot ta cum priuilegio prælationis.part membr.ij.nu.21.fo.110.

Mulier,an in caſu inopiæ mariti poſsit lius bona omnia occupare.pte.v.mẽ j.nu.33.fo.98.

Mulier,an cõſtãte matrimonio poſsit i pedire hypothecam bonorum ſui ma ti.parte.v.mẽbr.j.nu.34.fo.eod.

Mulier poteſt in cauſa dotis bona m fiſco publicata vendicare.par.v.mẽbr. nu.35.fol.99.

Mulier an poſsit actionẽ ſibi pro dote cõ petente ratione inopiæ emergentis alteri cedere parte.v.membro.j.num̃.28. fo.eod.

Mulier

Mulier poteſt agere vtili rei vendicatione ad rem emptã ex pecunia dotali,& ad rem æſtimatam in dotem,ſi maritus nõ ſit ſoluendo.parte.v.membro.j.nu.40. fol.100.
Mulier habens expreſſam hypothecã pro dote,an præferatur alijs habentibus tacitam anteriorem.parte ſecũda mẽbro. iiij.nu.99.fo.44.
Mulier habens expreſſam hypothecã pro dote posterioré,an præferatur creditori habenti expreſſam anterioré.part.ij. membr.iiij.nu.100.fo.eod.
Mulier iudæa habet tacitam hypothecam in bonis mariti iudæi: nã inter iudæos eſt matrimoniũ.parte.ij.mẽbro.iiij.nu. 69.fo.37.
Mulier in cauſa dotis licet ſit poſterior in hypotheca præfertur priori creditori. parte.v.membr.ij.nu.16.fo.109.
Mulier habens per pactum & conuentionem expreſſam hypothecã pro dote,an etiam illam dicatur habere tacitam à lege inductã.part.ij.membr.iiij.nu.82. fo.40.
Mulier agens ad donationem propter nuptias habet tacitam hypothecam abſq; priuilegio prælationis.parte.ij.mẽbro. iiij.nu.65.fo.36.
Mulieri agẽti ad bona mariti hypotheca-ta,an poſſit per creditores offerri dos in pecunia & peti relaxatio bonorum cum ceſsione iuriũ dotaliũ.parte.v.mẽbr.j. nu.31.fo.98.
Mulieri poſt mortem mariti debẽtur alimenta de bonis dotalibus:& ſi hæredes fuerint in mora conſtituti,tenentur ad vſuras & intereſſe.parte tertia.mẽbr.ij. nu.17.fo.75.
Mulieri in cauſa dotis agenti fauendum eſt.par.v..membro.j.nu.32.fol.98.
Mutuans alienam pecuniam ſuo proprio nomine,& pro ea accipiens pignus,non acqrit hypothecã domino pecuniæ,ſed ſibi mutuanti.parte.iij.mẽbro.j.nu.43. fol.68.
Mutuum datum ad domũ reficiendã non extinguit primã hypothecã primo creditori in illa cõpetentem.parte.v.mẽbr. ij.nu.4.fo.107.

¶ De litera N.

Nomen debitoris põt per creditorem pignori obligari. parte ſecunda.mẽb.iij.nu. 21.fo.17.
Nomen ſuum proprium põt quis ſibijpſi obligare.parte.ij.membro. iij.nume.22.fol.eod.
Nomen debitoris non dicitur ipſius debitoris: ſed eſt creditoris.par.ij.mẽbr.iij. nu.23.fo.eo.
Nomen debitoris includitur in generali hypotheca bonorum.par.ij.mẽb.ij.nu. 8.fol.7.
Nomen debitoris nõ cõprehẽditur in generali obligatione bonorum mobilium & immobiliũ:quia eſt tertia ſpecies.pte ij.mẽbr.ij.nu.9.fo.8.
Nomine debitoris obligatio creditori põt ipſe creditor ad illud agere vtili hypothecaria abſq; excuſsione debitoris principalis.par.viij.membr.j.nu.19.fo.109.
Nomine debitoris obligatio qua actione agaĩ ad illud.pt.ij.mẽb.iij.nu.24.f.17.
Notoriè non ſoluendo quem eſſe,qualiter intelligatur.parte.viij. membr.1.nu.15. folio.190.
Notoriũ releuat ab onere probãdi.parte viij.membr.j.nu.14.fol.eod.
Nouatio neceſſaria quæ fit per litis cõteſtationé,vel per ſẽtẽtiã nõ eſt priuatiua ſeu extinctiua primæ obligationis: ſed accumulatiua aliorum effectuũ cũ primis.par.vj.mẽbr.iij.nu.2.fo.169.

Noua



Nouatio inualida nõ tollit pignora,vel hypothecas præcedẽtis obligationis.parte. vj.mem.iij.nu.3.fo.eod.

¶ De litera O.

Oblatio debitoris ſtat in arbitrio creditoris.parte.ij. mẽb.iij.v.partis principalis.num.7.fol. 135.
Oblatio verbalis prodeſt, ſi debitor teneatur ſoluere in alieno loco. parte.ij.memb.iij.v.partis principa. nu. 8.fo.eod.
Oblatio valida præſupponit locũ congruũ & tempus.parte.ij.mem.tertij.v. partis principalis.nu.9.fo.eod.
Oblatio debet eſſe pura.parte.ij.mem.tertij.v.partis prin.nu.10.fo.eod.
Oblatio verbalis quæ dicatur.parte tertia memb.tertij.v.part.principal.nu.1. fol. 139.
Oblatio realis quę fit extraiudicialiter,qd operetur.part.iij.memb. tertij.v. part. principalis.nu.2.fo.eod.
Oblatio debiti etiam ſine conſignatione liberat à pœna caducitatis. parte tertia memb.tertij.v.partis principa.nume.3. fo.140.
Oblatio realis cauſat debitori actionem pignoratitiam contra creditorem ad repetendum pignus.part.iij.memb.tertij. v. partis prin.nu.4.fo.eod.
Oblatio facta cũ cõſignatione & depoſitio ne quid operetur.parte tertia,tertij mẽ. v.partis principalis.nu.8.fo.141.
Oblatio debiti,quam creditor non vult acceptare diuerſimodè operatur.par. tertia, memb.tertij.v.partis princip.nu.9. fo.142.
Oblatio ſola, an aliquam producat actionem.part.tertia membr.tertij.v. partis prin.nu.10.fo.eod.
Oblatio pręſenti facta importat promiſsionem.parte tertia, memb.tertij.v. partis prin.nu.11.fo.142.
Oblatio debet eſſe realis:nam verbalis nõ releuat.parte.ij.mẽ. tertij.v.partis.nu. 1.fo.139.
Oblatio debet eſſe ſpecialis: generalis eñ non releuat.perte ſecunda membri tertij.v.partis principalis.numero. 16.folio.136.
Oblatio debiti debet eſſe totalis & ĩtegra: Creditor enim nõ tenetur recipere partem debiti.parte ſecunda,membri tertij v.par.prin.nu.17.fo.eod.
Oblatio debiti debet fieri præſenti.par. ij. tertij mem.v.partis.principa.num. 27. fo.138.
Oblatio facta per ſecundum creditoré primo poſſidẽti,an præcludat viam primo offerenti ſecundo. parte.v.mem.iij.nu. 20.fo.124.
Oblatio iudicialis quæ dicatur. parte tertia mem.tertij.v.partis principa.nu. 6. fo.141.
Oblatio iudicialis etiam abſq; depoſitione & obſignatione facit euitariiudicium:ſi fiat ante litis conteſtationem. part. iij. mem.tertij. v.partis principalis.nu.7. fo.codem.
Oblatio poteſt fieri per alium creditorem tertium ſecundo creditori qui obtulit primo & in ius ſucceſsit.parte.v. mem. iij.nu.22.fo.224.
Oblatio, an & quãdo poſsit fieri p primũ creditorem ſecundo.parte.v.mem. ter. nu.17.fo.123.
Oblatio per ſecundum creditorem non poteſt fieri emptori qui emit à primo vendente iure creditoris.parte.v. mem.iij. num.4.fo.120.
Oblatio poteſt fieri primo creditori etiam poſt rem rei adiudicatam inſolutũ per iudicem ex ſecundo decreto iudiciario

ordine

ordine:& hoc per ſecundum creditorẽ non per debitorem.parte.v.mẽbro.iij.nu.8.fo.122.

Oblatio facta per ſecundum creditorẽ primò cum depoſitione & conſignatione liberat pignus.parte.v.mẽbr.iij.nu.10.fol.eod.

Oblatio.quę fit à ſecũdo creditore,primò fit de credito anteriori, nec requiritur offerre poſterius.parte.v. membro.iij.nu.11.fo.122.

Oblatio poteſt fieri per habentem ſolum ius dominij in re.parte.v.mẽbr.iij.nu.38.fol.129.

Oblatio poteſt fieri per ſecundũ creditorem primò,non ſolũ quando ſecundus conuenitur à primo:ſed etiam quando ſecundus agit contra primum: quo caſu primus tenetur cedere ſecundo iura tenuti.parte.v.mẽbro.iij . numero.14.fo.123.

Obligans pignus pro alio,an tenetur. diu pati talem obligationem : & an poſſit poſt tẽpus aliquod petere liberationem pignoris.parte.vj. membr.iij.nũ.45.fol.176.

Obligans ad nudam cautionem,an liberetur promittendo ſub hypotheca ſuorũ bonorũ.parte.v.membro.j.nume.9.fol.92.

Obligatio omnis argenti,vel omniũ rerũ, quid & quæ includat.parte ſecũda.mẽ.ij.nu.16.fo.8.

Obligatio tabernæ cõprehendit etiã merces futuras.parte ſecunda mẽbr.ij.nu.18.fol.9.

Obligatio ad intereſſe regulariter ſuccedit in obligationibus facti : nec in eis poteſt agi præciſè ad factũ.parte.ij.mẽ.j.nu.8.fo.5.

Obligatio omnium bonorum mobiliũ & immobilium pro reſtitutione dotis facta non includit nomina debitorũ.parte ſecunda.mẽbro.iiij. numero.84.folio.40.

Obligatio perſonalis, ſeu principalis dupliciter cõſideratur.parte ſecunda.mẽ.iiij.nu.18.fo.29.

Obligatio conſecutiua ad actũ in quo differat à conuentionali.parte ſecũda.mẽbro.iiij.nu.45.fo.32.

Obligatio pignoris,an poſſit alicui quæri per alterũ.parte tertia.memb.j.nu.39.fol.57.

Obligatio conditionalis purificata conditione retrotrahitur,niſi obſtet defectus rei,vel perſonæ.parte tertia.mẽb.j.nu.37.fo.eod.

Obligatio rei obligatæ creditori licet non ſit in bonis debitoris,ipſi tamen debitori debita eſt valida.parte.ſecunda.mẽb.iij.nu.5.fo.15.

Obligatio rei alienę ſub conditione ſi ſua erit eſt valida . parte ſecunda.mẽbr.iij.nu.53.fo.21.

Obligatio rei alienæ validatur per ratifitionẽ dominij illius rei.parte ſecunda mẽbr.iij.nu.54.fo.eod.

Obligatio rei alienæ validatur per dominij ſuperuentionẽ ipſi debitori.parte ſecunda mẽbr.iii.nu.55.fo.eod.

Obligatiõe fideiuſſoria ceſſante,an ceſſet hypotheca. parte.vj.membro ſecundo nu.7.fol.165.

Obſignatio ſpeciali & expreſſa prohibita cenſetur etiam prohibita generalis:parte ſecunda.mẽbr.ij.nu.61.fo.14.

Obligatio,vel conſignatio, ſeu ſigillatio qualiter & quando fieri dicatur . parte ſecunda mẽbri tertij.v.partis principalis.nu.13.fol.136.

Officium iudicis nobile nullam actionem vel obligationem præſupponit.parte ſecunda.mẽbro.iiij.nu.51.fo.33.

Ordo in venditione pignoris iudicialis, qualis ſit ſeruandus.parte.vj.mẽb.primo





mo.nu.7.fol.153.

¶De litera P.

PActũ,quod creditor lucretur fructus pignoris pro intereſſe,ſeu vſuris inualidũ eſt:& tali pacto inito nihilominus tenetur illos fructus in ſortem computare.parte v.memb.v.nu.10.fo.149.

Pactum,quod pignus vendi poſſit per creditorem,nulla denuntiatione precedẽte validum eſt.parte.vj.membro.primo nu.5.fo.152.

Pactum tacitum nihil poteſt remittere. parte.vj.membro tertio.numero.35. folio.174.

Pactum de non petendo debitum principale,an extinguat hypothecam.par.vj.mẽb.tertio.nu.36.fo.eo.

Pactum,quod res emenda ex pecunia per me mutuata ad illam emendam ſit mihi ſpecialiter obligata pro mea pecunia,facit me præferri omnibus anterioribus:etiam doti.parte.v.mem.ſecũdo nu.17.fol.110.

Pactum quòd de ingrediendo & occupãdo propria autoritate pignus, excuſat creditorem occupantem à pœna vi bonorum raptorũ valet.parte.quarta nu.9.fol.82.

Pactum de ingrediendo &c.nõ poteſt exequi niſi mora debitoris præcedente vel ſuſpitione de fuga.parte.quarta.nu.15.fo.83.

Pactum de ingrediendo non operatur niſi creditor exprimat vim pacti.pte.iiij.nume.27.fo.85.

Pactum legis commiſſoriæ in contractu emptionis & venditionis dicitur illud quod concipitur per verba directa.parte.quarta.nu.1.fo.8.

Pactum legis commiſſoriæ eſt in pignoribus improbatum.parte quarta.nũ.2.fol.eod.

Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus conſtitutũ,an firmetur iuramento.parte quarta nume.3.fo.81.

Pactũ firmari iuramento,& iuramentum metu periurij eſſe ſeruandũ,differunt.parte quarta.nu.4.fol.eo.

Pactum initum cum creditore,de ingrediẽdo excuſat à pœna ingreſſus:ſed nõ excuſat ſi perſeueret,vel retineat : niſi hoc expreſſum ſit in pacto.parte quarta.nu.11.fo.82.

Pactum de ingrediẽdo &c.põt fieri etiam in vltimis voluntatibus & in alijs contractibus quàm pignoris.parte quarta.nu.12.fo.83.

Pactum de ingrediendo excuſat à vitio clandeſtinitatis.parte quarta.nume.13.fol.eod.

Pactum de ingrediendo &c.põt executioni mandari,etiam ſi debitor verbo contradicat.parte quarta . numero.14.folio.eod.

Pactum inter creditorem & debitorem, quòd debitori non liceat luere pignus ante annum,valet quòd autem in perpetuum non liceat,non . parte quarta.nu.30.fol.86.

Pactum,quod debitori imperpetuum nõ liceat luere pignus,non valet etiam in vim alienationis.parte quarta.numero.31.fo.eo.

Pactum,quod debitor non poſſit luere pignus infra.xxx.annos,non valet.parte quarta.nu.32.fo.87.

Pactum,quod res vendita ſit ſpecialiter,et prius obligata vni creditori ipſius emptoris,an poſſit adijci in prę iudicium anteriorum creditorum ipſius emptoris.parte quarta. numero.33. folio.87.

Pactum legis commiſſorię in pignore ad-

iectum non à principio tempore cótractus,ſed poſt ex interuallo adiectum eſt validum.parte quarta . numero.6 . folio.81.

Pactum de ingrediendo &c.an poſsit fieri cum tutore vel pupillo.parte quarta.numero.18.fol.83.

Pactum de ingrediẽdo &c.an poſsit fieri cum eccleſia.parte.iiij.numero.19. folio.84.

Pactum de ingrediendo,an poſsit exerceri contra ſingularem ſucceſſorem , vel quando in pacto fuit appoſitum conſtitutum,vel præcarium.itẽ an tranſmittatur ad heredẽ creditoris.parte.quarta.numero. 20.fo.eod.

Pactum de ingrediendo &c.poteſt cedi in alium.item poteſt exerceri cõtra debitorem ſine iudice:contra tertium poſſeſſorem non.parte quarta.numero.21. fol.eod.

Pactum de ingrediẽdo.&c.an poſsit exerceri ante liquidationem debiti.parte. quarta.numero.22.fol.85.

Pactum de ingrediendo per creditorem deductum ad iudicem : & iudex dedit licentiam ſine citatione partis,an ſit validum.parte quarta.numero.23 . folio eodem.

Pactum de ingrediendo poteſt dupliciter ad iudicem deduci . parte quarta . numero.24.fol.eod.

Pactum de ingrediendo delatum ad iudicem,an poſsit propria autoritate exerceri . parte quarta . numero.25.folio eodem.

Pacta in pignoribus cõſtituta,an ſint ſemper & de iure valida , niſi reperiantur prohibita.parte quarta . numero.8.folio. 81.

Pater naturali ratione tenetur dotare filium,& filium donis propter nuptias honorare.parte ſecunda.memb.iiij.numero.40.fol.31.

Pater cenſetur obligatus pro dote filio ipſius iuſſu data.parte ſecunda.mẽbro. iiij.numero.41.fol.eod.

Pater in bonis in quibus habet vſumfructum non tenetur reddere adminiſtrationẽ filio de ijs quæ culpabiliter geſſit:de fraudulenter autem geſtis ſic.in his autem in quibus non habet vſumfructum indiſtinctè tenetur . parte ſecunda.membro.iiij.nume.14.& numero.15.fo.18.&.29.

Pater agens procuratorio nomine filię & ad filiæ vtilitatem gaudere debet priuilegio tacitè hypothecæ:ſecus ſi nomine proprio.parte ſecũda.membro.iiij.numero.35.fo.30.

Pater quibus caſibus cenſeatur obligatus pro reſtitutione,vel conſeruatione dotis ſuæ nurus.parte ſecunda.mem.iiij. nu.36.fol.eod,

Pater, an vt adminiſtrator legitimus filij accipiendo pignus,vel obligationem acquirat vtilem hypothecariam filio. parte tertia.membro primo.nume.41. fol.68.

Pecunia,an veniat in generali obligatione.parte ſecunda.membro.ij. nume.11. folio.8.

Pecunia debitoris aliunde habita quàm à creditore cui obligantur bona non venit in generali obligatione.parte ſecunda.membro ſecundo.numero.12.folio.eod.

Pecunia,an poſsit dici tacitè hypothecata.parte ſecunda. membro.iiij.nu.166. fol.61.

Pœna falſi qua tenetur vendens rẽ duobus non habet locum in pignorantem rem duobus. parte.v.membr.j.numero.47.fo.102.

Periculum creditoris vendentis pignus & habentis fidem de pretio in quo verſetur.parte.vj.membro. j . numero.38. fol.159.

Pignorans,an & quo caſu habeat ſe probare dominum rei pignoratitiæ.parte ſecunda. membro.tertio . numero.67. fol.23.

Pignorans ſuam poſſeſsionem vtẽdo verbo poſſeſsionem,intelligitur illam pleno iure pignorare.parte tertia.mẽbr.j. nu.7.fo.63.

Pignoratio,vel hypothecatio facta pro tãto debito quod nulla ſit ſpes luitionis: potius dicitur alienatio quàm pignoratio.parte tertia.membro.j.nume.27. folio.65.

Pignoratio vnius rei pro alia, an ſit valida.parte tertia.membro.j. numero.19. folio.64.

Pignoratitia directa cõpetit tam pro pignore pretorio quàm conuentionali. parte.vij.membro tertio.numero.11.folio.184.

Pignoratitia directa,an & quando reijciatur per exceptionẽ dominij parte.vij. mẽbro.iij.nu.12.fo.eo.

Pignoratitia contraria põt creditori competere contra directam. parte.vij.mẽb. iij.nume.13.fo.185.

Pignoratitia directa non datur debitori contra creditorem niſi pignus traditũ fuerit vel ſaltem fingatur traditũ creditori.parte.vij. membro primo.nu.2. fol.177.

Pignoratitia directa competit creditori, etiam abſq; pignoris traditione.parte. vij.memb.j.nu.3.fo.eo.

Pignoratitia præſcriptione ſublata,an debitor poterit agere contra creditorem rei vendicatione ad pignus . parte.vj. memb.ij.nume.24.fo.168.

Pignoratitia quanto tempore præſcribat. parte ſexta.membro.ij.numero.29.folio.eod.

Pignoratitia nõ impeditur per exceptionem dominij:quia in ea nõ requirit ꝙ debitor ſit dominus.parte.ij.memb.iij. numero.65.fo.23.

Pignoratitia directa competens debitori ob deteriorationem rei à creditore factam,an datione pignoris inſolutũ creditori cenſeatur remiſſa.parte.vij.mẽ. iij.numero.8.folio.184.

Pignoratitia directa datur contra dominum pro pignore dato eius ſeruo peculiari nomine.parte.vij.memb.iij. numero.9.fo.eod.

In pignoratitia actione quæ veniãt.parte. vij.membr iij.nu.1.fol.183.

Pignoratitia directa datur ob dolum creditori:ſimiliter ob latam & leuem culpam.parte.vij.membro.iij . numero.4. fo.183.

Pignoratia cõtraria cõpetit pro re aliena, vel alteri obligata data pignori creditori ignoranti.parte . vij.membro.iij.nu. 19.fol.185.

Pignoratitia contraria competit creditoris ꝑ expẽſis neceſſarijs,& aliquãdo pro voluntarijs factis in pignore.parte. vij.memb..iij.nu.14.fo.eod.

Pignoratitia non oritur ex ſolutione partis debiti.parte.vij.membr.ij.num.17. fol.182.

Pignus prætorium creditori addictũ præſumitur pro toto debito datum : ſecus in conuentionali.parte tertia.membro. ij.nu.36.fo.78.

Pignus quodlibet à creditore acceptum præſumitur idoneum:nec ex tunc põt creditor facere capi debitorem fugientem tanquam ſuſpectum . parte tertia. membro.ij.numero.37.folio.78.

Pignus prætorium conſtitui poteſt in bonis minorum ſimiliter.conuentionale autem non : niſi decreto iudicis . parte tertia.membro.ij.nu.38.fol.eod.

Pignus conuentionale & prætoriũ diuerſimodè recuperãtur. parte tertia. mẽb. ij.nu.39.fo.eod.

Pignus poteſt alteri pignori dari: quo facto primus creditor habet directam: ſecundus vtilem hypothecariã. parte.ij. memb.iij.nu.19.fo.17.

Pignus non ſolum per primum, ſed etiam per ſecũdum & tertium creditorem & alios poſteriores poteſt pignori dari. parte ſecũda. membro.iij. numero.20. fol.eod.

Pignus prætorium infra quantũ tempus vendi poſsit. parte.vj.membro.j.nume. 8.fo.153.

Pignus venditum quo caſu poſsit à debitore vendicari. parte vj.membr.j.num. 28.fo.156.

Pignus, vel hypotheca, an tollatur nouatione. parte vj.membro.iij. nume.1. folio.169.

Pignus licet pluries, vel pluribus obligatum ſit: vnica tamen ſolutione liberatur. parte.vij.membro.ij.numero.13.folio.18.

Pignus quando intelligatur obligatum pto vſuris. parte.vij.membro.ij. numero.16.fo.eod.

Pignus conuentionale poteſt inter abſentes conſtitui: & per literas. parte tertia. memb.j.nu.2.fo.62.

Pign⁹ vel hypotheca, an poſsint accedere obligationi nulli & inefficaci. parte tertia.membro primo.nu.8.fo.63.

Pignus vel hypotheca non conſtituuntur, niſi aliqua obligatione præcedente. parte tertia. membro.j. numero.9.folio.eod.

Pignus dicitur commercium. parte ſecunda.memb.iij.nu.70.fo.23.

Pignus conuentionale quibuſcunq; verbis cõtrahi poteſt & ſine ſcriptura. Itẽ in quãcũq; obligatione poteſt contrahi. Item poteſt conſtitui pro toto tempore & pro parte temporis. Item de nocte: & pro quacũq; cauſa &c. parte tertia. mẽ. j.nu.3.fo.62.

Pignus dicitur in bonis debitoris remanere. parte ſecunda.membro.iij. nume. 72.fo.24.

Pign⁹ pignoratum omnino liberatur per ſolutionem debitoris primo creditori factam. parte ſecunda.memb.iij. numero.28.fo.18.

Pignus vnde dicatur, & in quibus cõſiſtat prima parte.nu.1.fo.1.

Pignus prætorium cuius ſit effectus. parte tertia. membro ſecundo. numero.5. fol.70.

Pignus conuentionale ſolo conſenſu conſtituitur: prætoriũ verò requirit actualem immiſsionem. parte tertia.mem.ij. nu.30.fo.77.

Pignus iudiciale quod dicatur, & qualiter conſtituatur. parte tertia.memb.iij.nu. 1.fo.79.

Pignus iudiciale, an & in quo differat à prætorio. parte tertia.mem.iij.numero 2.fo.eod.

Pignus ſpeciale per mulierem pro dote receptum non facit ceſſare generalem tacitam hypothecam à lege, inductã. parte ſecunda membro.iiij.numero.83.folio.40.

Pignus & hypotheca differunt in proprio ſignificatu. prima parte.nu.6.fo.1.

Pignus & hypotheca in quo differant. prima parte.nu.4.fol.2.

Pignus non poteſt conſtitui neq; dari adiecto ſolutioni. parte.v.membr.numero 23.fo.96.

Pignus prætorium & iudiciale poteſt retineri ꝓ debito chirographario. parte.v. memb.iij.nu.48.fo.131.

Pignus non conſtituitur mandato, niſi ſit ad hoc ſpeciale. parte tertia. membro.j. nume. nume.36.fo.66.

Pignus prætoriũ quod dicatur. parte tertia memb.ij.nu.1.fo.69.

Pignus prætorium, an poſsit in eadem re concurrere cũ conuentionali. parte tertia.membr.ij.nu.27.fol.77.

Pignus conuentionale & prætoriũ in quibus conueniant, & in quibus differant. parte tertia.membro ſecundo. numero 29.fo.eod.

Pignora data locatori in contractu locationis, an per reconductionem cẽſeantur repetita. parte tertia. membro.j.nu. 22.fol.65.

Pignora noua data in obligatione nouante inualida accumulantur veteri obligationi. parte ſexta. membro.iij.nume. 4.fo.169.

Pluribus immiſsis ex primo decreto vigore rei iudicatæ vel iuris exequibilis nullus in iure præfertur. parte.v. memb.ij. nu.25.fo.111.

Poſſeſsio non tranſit de vno ad alium ſine animo poſsidentis. parte.v.membro.iij. nu.21.fo.124.

Poſſeſſor conuentus hypothecaria poteſt offerendo debitum petere ſibi cedi iura ſi onus luendi rem poſſeſſam & hypothecam non incumbat ipſi poſſeſſori. parte.v. membro.iij. numero.27.folio.126.

Poſſeſſor non dicitur qui incontinenti expelli poteſt. parte tertia.membro.ij.nu. 16.fol.74.

Poſsidens audiendus eſt de ſuo iure in iudicio poſſeſſorio, vbi ex iuſta cauſa ad eũ peruenit poſſeſsio. parte tertia.mẽb. ij.nu.21.fo.76.

Poſterior creditor præfertur priori multis caſibus. parte.v. membro.ij.numero 15.fo.109.

Pretium rerum mariti venditarum & tacitè obligatarum pro reſtitutione dotis ſuccedit loco dictarum rerum. parte ſecunda. membro.iiij. numero.59. folio.135.

Pretium non ſuccedit loco rei in actione hypothecaria ſingulari. parte ſecunda. mem.iiij.nu.149.fo.55.

Pretiũ, an in hypotheca ſuccedat loco rei parte.v.membro primo.numero.48.folio.102.

Prædium vrbanum in quo diſtinguatur à ruſtico. parte ſecunda.membro.iiij.nu. 146.fo.55.

Prælatus in multis æquiparatur tutori. parte ſecunda.membro.iiij. nume.121. fol.50.

Præſcriptio in hypothecaria non impeditur per malam fidem autoris. parte.vj. memb.ij.nu.2.fo.164.

Præſcriptio vtilis dominij contra debitorem, an tollat hypothecariam cõtra creditorem. parte ſexta.membro.ij.nume. 13.fo.166.

Præſcriptio actionis pignoratitiæ reſpectu iuris offerendi, quo mediante ipſa oritur à quo tempore incipiat. parte ſexta membro ſecundo numero.19. folio.167.

Præſcriptio aliter conſideratur in pignore, aliter in hypotheca. prima parte. nume.5.fo.2.

Præſcriptio impedit excuſsionem. parte viij.memb.j.nu.33.fol.193.

Præſcriptio cõtra pignoratitiam, an de iure canonico procedat. parte.vj. membr. ij.nu.11.fo.168.

Præſcriptio poteſt currere etiã quod præſcribens ſciat alteri ius competere, ſi actio nondum ſit nata &c. ibid.

Præſcriptioni obſtat mala fides, ſi id quod præſcribitur debetur iure actionis: ſecus ſi officio iudicis. parte ſexta.memb. ij.nu.23.fo 167.

Præſentia creditoris in venditione pigno-

ris quid operetur. parte.vj. mébro.iij. nu.23.fo.172.

Primus creditor non poſsidens, an poſsit ſecundo offerre.parte.v.membr.iij.nu. 18.fo.123.

Primus creditor non poteſt cogi offerre ſecundo.parte.v. membr.iij.numero.19. folio.124.

Primus creditor ſi habeat ſpecialem & generalem hypothecam: ſecundus autem ſpecialem, non poteſt primus deſcendere ad generalem, in qua comprehenditur ſpecialis ſecundi creditoris, niſi in ſubſidium.parte. v.membro.ij.num.51. fo.118.

Prior tempore pręfertur poſteriori, etiam ſi ſit nouata ſua obligatio cum repetitione pignorum.parte.v.mébr.2.num. 13.fo.109.

Prior in tempore habens generalem hypothecam præfertur poſteriori, etiam habenti ſpecialem.parte.v. membro.ij. nu.14.fol.eod.

Prior tempore in hypotheca potior eſt in iure: & multis caſibus ampliatur hæc regula.parte.v.membro.ij. nume.1. folio.107.

Prior in tempore priuatus præfertur fiſco in bonis quæſitis ante obligationem fiſci: ſed non poſtea.parte.v.mébro.ij. nume.11.fo.109.

Prioritas hypothecæ in multis prodeſt, & multa operatur.parte.v.membro.ij.nu. 2.fo.107.

Prioritatem vel poſterioritatem allegandi incumbit onus probandi.parte.v.mébro ſecundo.nu.43.fo.116.

Priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione, an competit pro dote putatiua. parte ſecunda.membro.iiij.nume.104. fo.45.

Priuilegium dotis non extenditur vltra ſuos limites: nec augmentum quod in omni caſu dos ſit priuilegiata eſt validum.parte quarta.nume.7.fo.81.

Priuilegium tacitæ hypothecæ introductum in §. & vt plenius.C.de rei vxo. actio.datum, cenſetur actioni non perſonę.parte ſecunda.membro quarto.nume.19.fo.30.

Priuilegium tacitæ hypothecæ, an locum habeat in matrimonio putatiuo ex parte mariti. parte ſecunda. membro.iiij. nu.106.fo.45.

Priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione, an poſsit per mulierem cedi: vt tranſeat in ceſsionarium. parte ſecũda. memb.iiij.nu.107.fo.eod.

Priuilegiũ tacitæ hypothecæ mulieri pro dote datum, an tranſeat ad quoſcunq; hæredes. parte ſecunda mébro.iiij.nu. 111.fo.48.

Priuilegium tacitæ hypothecæ, ſine priuilegio prælationis ad quos hæredes tráſeat.parte ſecunda.méb.iiij. numer.94. fol.42.

Priuilegium tacitæ hypothecæ cum priuilegio prelationis, an tranſeat ad filios ſecundi, vel alterius matrimonij. parte ſecunda. membro.iiij. numero.95. folio.43.

Priuilegium tacitæ hypothecæ cum prelatione, an competat vni mulieri contra aliam prætendentem ſimilem hypothecam ex cauſa alterius dotis.parte ſecunda memb.iiij.nu.96.fo.eod.

Priuilegium prælationis tacitæ hypothecæ quod datur dotis: non datur pœnę illi adiectæ.parte ſecunda.membr.iiij.nume.70.fo.37.

Priuilegium tacitæ hypothecæ non procedit in muliere hæretica parte ſecunda memb.iiij.nu.58.fo.eod.

Priuilegium tacitæ hypothecæ habet locũ & poteſt procedere cõtra fideiuſſorem. parte ſecunda.memb.iiij.nu.62.fol.36

Priuilegium

Priuilegium tacitę hypothecę poteſt competere vxori in bonis mariti non ſolum dotalibus, ſed etiam paraphernalibus. parte ſecunda.membro.iiij. numer.63. fo.eod.

Priuilegium tacitæ hypothecæ procedit etiam pro pretio rerum dotalium per maritum alienatarum parte.ij.membr. iiij.nu.57.fo.35.

Priuilegium tacitæ hypothecæ conceſſum actioni de dote competit etiam pro augmento dotis.parte.ij.mébro.iiij.nume. 46.fo.34.

Priuilegia dotis an competant ſoluto matrimonio.parte.ij.membro.112. fo.48.

Probanda quãdo agitur hypothecaria contra debitorem.parte.viij.memb.iij.nume.6.fo.200.

Probans ſemper præfertur nihil probanti. parte.v.membro.ij. numero.46. folio.116.

Probatio prioritatis, vel poſterioritatis qualiter ſit facienda.parte.v. méb.ij.nume.45.fo.eod.

Prohibita alienari quandoq; cenſentur & prohibita pignorari, vel obligari parte ſecunda méb.iij.nu.77.fol.24.

Prohibitio alienationis non includit hypothecam.parte ſecunda. mébro.iij.nume.76.fo.24.

Promiſſum, vel debitũ conditionale non eſt ante conditionis euentũ offerendũ. parte ſecunda mébri tertij.v.partis principalis.nu.6.fo.135.

Promittens dare fideiuſſores, an dãdo pignꝰ inuito creditore liberetur. parte.v. mébro.j.nu.1.fo.91.

Pronuntiatio & executio per nuntium facienda in cauſa creditoris non requirit citationẽ poſſeſſoris.parte tertia. mem. ij.nu.15.fo.74.

Proteſtatio ſeruat ius proteſtanti. parte quarta.nu.26.fo.85.

Prouiſio legis eſt efficacior prouiſione hominis.parte ſecunda.mébro.iiij.nume. 86.fo.41.

Prouiſio legis quando tollatur per prouiſionem hominis.parte ſecunda. mébro iiij.nu.93.fo.42.

Prouiſioné hominis annihilare prouiſioné legis, qualiter ſit intelligendũ. parte ſecunda méb.iiij.nu.87.fo.41.

Publicatio bonorũ mobiliũ & immobiliũ non cõprehendit iura, nec actiones.parte ſecunda mébro.ij.nu.10.fo.8.

Pupillaris res non põt obligari per ſolum pupillũ: nec cũ tutore, ſine decreto iudicis.parte ſecũda.méb.iij.nu.48.fol.21.

Pupillus non poteſt obligari pignoratitia: non enim poteſt pignus recipere, nec dare.parte.vij.memb.ij.nu.19.fo.182.

Pupillꝰ, an poſsit rem pignori dare.parte tertia mébro.j.nu.42.fo.68.

¶De litera Q.

Qualitate rei hypothecatæ mutata, an nihilominꝰ duret hypotheca.parte vj.méb.iij.nu.9.f.170.

Qualitate rei legatæ mutata, an pereat legatum. parte.vj. mem. iij.nu.10.fo.170.

Quaſi contractus per litis conteſta. inductus quid operetur. parte ſecunda. mébro.iiij.nu.116.fo.49.

¶De litera R.

Ratificatio hypothecæ. & obligatiõis tacitæ de re aliena per dominũ rei validat pignꝰ vſq; à principio in præiudiciũ ratificantis, etiã ſi creditor ſciuerit rẽ eſſe alienã.parte ſecũda méb.ij.nu.56.fo.13.



Biblioteca Universitaria

Ratificatio de geſtis per defunctum in bonis hæredis, an inducatur per aditionē hæreditatis, & q̄uo. parte ſecunda. mēbro. ij. nu. 57. fo. eo.
Ratione melioramētorū factorum in vna re, nō poteſt alia retineri: parte. v. membro. iiij. nu. 17. fol. 145.
Recipiēs à colono ſuo fideiuſſorem, an videatur renūtiare tacitæ hypothecæ ſup rebus illatis & inductis. parte ſecunda mēbr. iiij. nu. 90. fo. 41.
Redditio rationis, quæ fienda eſt ꝑ adminiſtratione tutelæ non pōt ſeparari: ſed in ſimul tota reuideri. parte. v. membro j. nu. 37. fo. 99.
Redimenti pignus debitoris abſentis, cōpetit retentio illius pignoris pro pretio debiti ſoluti. parte. v. mēbro. iiij. nu. 6. fo. 143.
Regula, ꝙ ea quæ incontinenti fiunt cenſeantur ineſſe, dicitur quædā fictio: nec in multis caſibus locum habet. parte quarta. nu. 40. fo. 89.
Regula, qui prior eſt tempore &c. ꝓcedit non tantū pro ſorte principali, ſed etiā pro vſuris: & non ſolum in expreſſa hypotheca, ſed etiam in tacita. Itē tam in hypotheca cōditionali, quàm pura. parte. v. membro ſecundo. numero. 9. folio. 107.
Regula, qui prior eſt tempore potior eſt in iure, habet locum in pignore prætorio conceſſo pluribus creditoribus ex diuerſis titulis. parte. v. membro. ij. nu. 6. folio. 107.
Regula quòd ratihabitio retrotrahitur, et mandato comparatur, pluribus cauſis limitatur. parte tertia. membr. j. nu. 38. folio. 67.
Regula, quod acceſſorium ſequitur naturā principalis, procedit vbi acceſſorium nō pōt ſtare ſine principali. par. ij. mēb. iiij. nu. 61. fo. 36.
Regula, quòd vno prohibito, cenſetur prohibitum id per quod peruenitur ad illud: non procedit in diſpoſitionib⁹ pœnalibus & odioſis. parte ſecūda. mēb. nj. nu. 75. fo. 24.
Regula, quòd oblatio non poteſt fieri per creditorem ementi à primo: ſeptem modis neceſſarijs reſtringitur. par. v. mēb. iij. nu. 5. fo. 121.
Regula, quòd in alternatiuis electio ſit debitoris: procedit quando alternatiua cadit inter duo, quorum vtrūq; eſt in obligatione & ſolutione. par. v. memb. j. nu. 6. fo. 92.
Regula, quòd ſpoliatus venit reſtituēdus, nō procedit pro ſpoliato per iudicē, vel autoritate iudicis iudicialiter procedentis. parte tertia. mēb. ij. nu. 22. fo. 76.
Regula, quòd taciti & expreſsi idem eſt iudicium, procedit ſi tacitum procedat ſecundum regulas iuris communis: ſecus ſi contra. par. ij. mēbr. iiij. nu. 101. f. 44.
Res peruenta ad creditorem occaſione debiti, an poſsit abſq; illius obligatione retineri. part. v. membr. iiij. nume. 4. folio 143.
Res vna non poteſt pro alia retineri. part. v. memb. iiij. nu. 1. fo. eod.
Res retenta pro vno debito, an ipſa liberata poſsit pro alio debito retineri. par. v. mēb. iiij. nu. 2. fo. eodem.
Res obligata creditori tradita, an vēdi poſſit. par. vj. memb. j. nu. 43. fo. 161.
Res vna pluribus creditoribus hypotheca ta, an poſsit vendi. parte. vj. memb. j. nu. 34. fo. 157.
Res empta ex pecunijs pupilli eſt ipſi pupillo pro reſtitutiōe pecuniæ tacitę obligata. parte ſecunda. membr. iiij. nu. 163. fo. 58.
Res empta ex pecunia militis eſt tacitè ꝑ reſtitutione pecuniæ ipſi militi hypothecata. parte. ij. membro. iiij. nu. 164. folio. 59.
Res empta ex pecunijs alicuius quibus caſibus dicatur tacitè hypothecata. parte ſecunda. membro quarto. nu. 163. vſq; ad nu. 165. fo. 58.
Res illa dicitur eſſe in bonis, quando agitur ad illam, licet non poſsideatur: & ſi poſsideatur cum exceptione. parte octaua. membro tertio. numero. 23. fo. 25.
Res inutiles pro nihilo in excuſsionibus habentur. parte octaua mēbr. j. nu. 43. folio. 197.
Res legatæ à teſtatore non dicuntur in bonis ipſius, nec tacitè dicuntur hypothecatæ ꝑ ipſis legatis. parte ſecunda. mēbro quarto. nume. 158. fo. 57.
Res hæredis, an tacitè dicātur obligatę ꝑ legatis à teſtatore factis. parte. ij. mem. iiij. nu. 159. fol. 58.
Res obligata duobus ab vno debitore, an cenſeatur inſolidum cuilibet obligata, an pro parte. parte. v. membro. ij. nu. 31. folio. 112.
Res empta ex pecunia vnius creditoris eſt nihilominus obligata priori creditori emptoris: præferturq; ſecūdo creditori ex cuius pecunia res eſt empta. parte quarta. nu. 36. fo. 88.
Res hypothecata pro ſorte, an cēſeatur hypothecata etiam pro vſuris. parte. v. mēbro. j. nu. 10. fol. 92.
Res hypothecata tranſit cum ſuo onere. parte quinta. membro. iij. nume. 2. fol. 120.
Res pignorata qualiter dicatur à creditore poſsideri. patte tertia. memb. j. nuñ. 29. fo. 66.
Res inuectæ & illatæ in domum conductā tacitè ſunt obligatę pro penſione & affictu domus locatæ. parte ſecunda. mem. iiij. nu. 128. fo. 51.
Res inuectę & illatæ in domum cōductā, an poſsint retineri per locatorē ꝑ alio debito quā locationis tanquā tacitę hypothecatę. pte. ij. mē. iiij. nu. 129. fo. eo.
Res inuectę, ſeu inductæ in domum cōductam licet tacitè ſint hypothecatę nō tamen prohibentur alienari niſi expreſſè ſint obligatę. parte ſecunda mēbro. iiij. nu. 131. fol. 52.
Res expreſſè obligatę per ſecundum cōductorem primo conductori non ſunt ex illa conuentionali obligatione obligatæ primo locatori. parte ſecunda. mēb. iiij. nu. 135. fol. 52.
Res inuectæ & illatæ per ſecundum cōductorem, an pro primo cōductore cenſeātur tacitè obligatæ & quare. parte ſecūda. memb. iiij. nu. 136. fo. eo.
Res inductæ in naui conducta cenſentur tacitè hypothecatę pro penſione nauis. parte ſecunda. membr. iiij. nume. 140. fo. 54.
Res inuectæ & illatæ cenſentur pro quolibet mercede conducto tacitè obligatæ. parte ſecunda. membro quarto. nu. 141. fo. eodem.
Res illatæ & inuectæ in molēdino nō ſunt tacitè obligatæ pro penſiōe molendini. parte ſecunda. mem. iiij. nu. 144. fo. eo.
Res illatæ in prædium ruſticū non intelliguntur tacitè obligatæ: ſecus ſi in prædium vrbanum. parte ſecunda. mē. iiij. nu. 145. fo. eodem.
Res famuli inductæ in domo per dominū conducta: nō cenſentur tacitè obligatæ pro conductione. parte ſecunda. memb. iiij. nu. 151. fo. 55.
Res alienæ inductæ in domo conducta nō veniunt in tacita hypotheca. par. ij. mē. iiij. nuñ. 152. fo. 56.
Res prohibita alienari, an poſsit pignori dari. parte ſecunda membro tertio. nu. 69. fo. 23.
Res aliena non poteſt obligari. parte ſecūda mēb. iij. nu. 52. fo. 21.

Res aliena obligata creditori ignorãti ſuperueniente dñio debitori conualidať quoad vtilem hypothecariam: obligata autem ſcienti conualidatur quoad retentionem tantum. parte ſecunda. mem. iij. nu. 56. fo. eodem.
Res in qua eſt ſpes futuræ ſucceſsionis licet veniat in generali obligatiõe bonorum: tamen ſpecialiter obligari nõ põt. parte. ij. memb. iij. nu. 59. fo. 21.
Res litigioſa, nec obligari, nec alienari poteſt. par. ij. mẽb. iij. nu. 46. fo. 21.
Res religioſa & ſacra, nec emi, ne obligari nec alienari põt. pte. ij. mẽbr. iij. nu. 47. fol. eod.
Res orta ex re obligata cõprehendiť in hypotheca, dummodo orta ſit, vel ſaltẽ cõcepta donec obligata fuit apud debitorem. par. ij. memb. ij. nu. 25. fol. 10.
Res obligata tranſiens in aliã mutata materia, vt de ſylua in nauim: deſinit eſſe obligata, niſi obligatio formiter fuerit concepta. part. ij. memb. ij. nu. 26. fo. eo.
Res orta ex re obligata immediatè ſine facto hæredis eſt obligata. parte ſecunda membr. ij. nume. 27. fol. eo.
Res empta ex pecunia mutuata, non eſt, obligata mutuãti, etiã ſi mutuũ expreſſe ad hoc factum eſſet: ſed bene mutuãs tali caſu præfertur alijs creditoribus in actione perſonali. part. ij. mem. ij. nu. 13. folio. 8.
Res empta ex pecunia, pupilli ꝑ rata ſuæ pecuniç eſt ei tacitè hypothecata cũ priuilegio antelationis alijs creditoribus habẽtibus anteriorẽ generalem hypothecam in bonis eiuſdem debitoris. par. v. membr. ij. nu. 19. fol. 110.
Res empta ex pecunia militis, eſt ipſi tacite hypothecata cum beneficio antelationis cuiuslibet alterius. par. v. membr. ij. nu. 20. fo. eod.
Reiuẽdicatio differt ab hypotheca. par. iij. mẽbr. j. nu. 40. fo. 67.
Rem ſpecialiter & expreſſe obligari, & rẽ haberi ac ſi ſpecialiter eſſet obligata differunt: nec eſt idem. parre. ij. memb. iij. nu. 2. fo. 15.
Re empta per debitorẽ ex pecunia ſecũdi creditoris præferendus eſt in illa prior creditor in hypotheca generali. parte. v. mẽb. ij. nu. 3. fo. 107.
Re empta minus iuſto ꝑtio & alteri quã emptori hypothecata, an teneať emptor reſtituere, an libereť iuſtũ ꝑtiũ ſupplendo. parte. v. mẽbr. j. nu. 43. fo. 101.
Re primo creditori ex ſecũdo decreto adiudicata, nõ põt vltra creditor ſecũdus offerre. pte. v. mẽb. iij. nu. 7. fo. 122.
Rebus pluribus pignoratis, an poſsit creditor vẽdere vnã illarũ. parte. vj. mẽbr. j. nu. 22. fo. 155.
Reſtituẽs pignus, an cẽſeať ius pignoris remittere. par. vj. mẽb. iij. nu. 20. fo. 172.
Retentio, an locum habeat vbi ipſa hypotheca nulla eſt, vel ſaltem vitioſa: parte tertia mẽbro. j. nu. 17. fo. 64.
Retentio dotis quo caſu competat hæredibus cõtra vxorẽ defuncti part. v. mẽbr. j. nu. 36. fo. 99.
Retentio an locum habeat in pacto nudo. parte quinta. membro. iiij. nume. 7. folio. 143.
Retentio procedit pro melioramentis, vel expenſis circa rem pignoratam factis. parte. v. mẽbr. iiij. nu. 8. fo. 144.

¶ De litera S.

Saluianũ interdictũ cõpetit locatori pro rebus coloni illatis & inuectis: ꝑ rebus autẽ inquilini. vtile. parte ſecunda. membr. iiij. nu. 133. fol. 52.
Satiſdare coactus, an dando pignora, vel fideiuſſores liberetur. parte. v. mẽbro. j. nu. 4. fo. 91.
Satiſfactio melioramẽtorũ qualiter ſit debita. parte. v. membro. iiij. numero. 16. folio. 145.
Scriptura libri mercãtilis differt ab apodiſſa. parte. v. mẽb. ij. nu. 48. fo. 17.
Scriptura ſolẽnizata inducit prioritatem, & priuilegium prelationis. parte. v. mẽbro. ij. nu. 49. fo. eod.
Secũdus creditor, an poſsit offerre emẽti à debitore vt ſatiſfiat creditori primo. parte. v. mẽbr. iij. nu. 3. fo. 110.
Secũdus creditor põt offerre primo creditori ſuũ creditũ: & liberare pign⁹ à primo credito, & ſuam hypothecam confirmare. parte. v. membro. iij. numero. 1. folio eodem.
Secundus creditor offerens ſolutionem pignoris, efficitur anterior. parte. v. mẽb. ij. nu. 29. fo. 112.
Secundus creditor qui gratis à primo conductore domũ recepit, an teneatur de domus deterioratione: vt pro ea dicantur res illatæ tacitæ obligatæ. parte. ij. mẽb. iiij. nu. 137. fo. 53.
Secũdus creditor põt offerre primo creditori hypothecario, ſed nõ chyrographario. parte. v. mẽb. iij. nu. 6. fo. 121.
Sententia in iudicio hypothecario cuius forme eſſe debeat. parte. viij. mẽbro. iij. nu. 27. fo. 206.
Sententia nulla poteſt per iudicẽ appellationis confirmari. parte. iij. mẽbr. ij. nu. 23. fo. 76.
Sententia hypothecariæ non tranſfert dominium in creditorẽ, & ſentẽtia lata in ea cõtra vnum nõ poteſt exequi contra alium. parte. viij. membro. j. nume. 45. folio. 197.
Sententia lata contra debitorem poſt rem obligatam creditori præiudicat ipſi creditori ſcienti & patienti, ſimiliter lata antequàm res ſit ipſi obligata. parte. vj. mẽb. iij. nu. 39. fo. 174.
Sententia lata contra debitorem quo caſu præiudicet creditori, & quo caſu nõ. parte. vj. mẽbr. iij. nu. 40. fol. 175.
Sententia lata contra creditorẽ cõuẽtum præiudicat debitori ſcienti & patienti. parte. vj. mẽb. iij. nu. 40. fo. eo.
Sententia lata contra creditorem agẽtem. an præiudicet debitori. parte. vj. mẽbr. iij. nu. 42. fo. eod.
Sententia lata in fauorem tertij creditoris contra primum, an præiudicet ſecundo. parte. vj. membr. iij. numero. 43. fo. eodem.
Sententiæ ſemel parens per reſtitutionem rei, an ſi res iterum redeat ad condẽnatum poſsit iterari executio. pt. vj. mẽb. iij. nu. 44. fo. 176.
Sermo generalis non comprehendit perſonam loquentis. fallit vbi ſeruus obligat omnia bona domini de eius licẽtia: in tali enim obligatione cõprehenditur ipſe ſeruus. parte ſecũda. mẽb. ij. nu. 32. fol. 11.
Seruitus ruſtica poteſt hypothecari per dominum rei, ſed non vrbana: nõ autẽ per eum qui habet ſeruitutem. parte ſecunda. membro tertio numero. 15. folio. 16.
Seruitus cauſalis prædij ruſtici põt obligari: formalis autẽ nõ. parte ſecũda. mẽb. iij. nu. 16. fo. 17.
Seruitus ruſtica in quo differat ab vrbana. parte ſecunda. membr. iij. nume. 17. fol. eo.
Seruitus etiã vrbana qñ ex ære nõ inducitur deformatio ciuitatis poteſt obligari. parte ſecunda. membro. iij. nume. 18. fol. 17.
Signatio cuius ſit effectus. parte ſecunda mẽbri tertij. v. partis principalis. nu. 14. fo. 136.

Soluens pro debito te redimit pignus,acquiritq; actionem hypothecariam contra creditoré ſi mandato debitoris ſoluit.parte vij.mébro.ij.nume.11.fo.180.
Solutio de pecunia reprobata neminé releuat.parte.vij.membro.ij.numero. 18. folio.182.
Solutio particularis admittitur in pia cauſa & in libertate.parte ſecunda tertij membri.v.partis principalis.nu.20.folio.137.
Solutio,an poſsit fieri p primũ debitoré, cuius nomé fuit obligatũ ſecundò primo creditori q obligauit:& in hoc caſu ſufficiat ſola ſciẽtia obligationis,vel ſi requiratur denuntiatio obligationis factę.parte ſecunda. membr.iij.nu.27. fol.18.
Solutio particularis põt fieri publico exactori ipſo volente.parte ſecunda tertij membri.v.partis principa .numero.25. fol.138.
Solutio particularis maxima incommoda ſolet afferre.parte ſecunda membri tertij.v.partis principalis.nu.18.fo.137.
Solutione eius ꝙ debetur tollitur omnis obligationis.parte.vj.membr.1.nu.42. folio.161.
Specialitates plures circa idem à iure inductæ poſſunt cõcurrere.parte.v.mébr. j.nu.16.fol.94.
Sponſa, an habeat priuilegia dotis.parte ſecunda membro.iiij.numero. 72.folio.37.
Statutum loquens de pignore, an habeat locum in hypotheca.prima parte.nu.8. folio.2.
Statutum,ꝙ immiſſus in poſſeſsionem ex primo decreto lucretur fructus.vſq; in quinq; pro centenario non tollit quin poſsit petere etiam vltra quinq;,quando eius intereſſe eſſet maius vel ratione lucri ceſſantis.vel damni emergétis. parte tertia.mébr.ij.nu.12.fo.73.
Statutũ,ꝙ inſtrumenta confeſsionata,vel guarentigiata habeant executioné paratam, militat etiã ſi petatur executio vigore inſtrumenti ex quo reſultat tacita hypotheca.parte ſecũda mébr.iij.nu. 167.fo.61.
Statutũ generale,ꝙ nulla mulier poſsit cõtrahere ſine certa forma,an comprehédat cauſam dotis.parte.viij.mébr.j.nu. 26.fo.163.
Statutũ,ꝙ nullis actionibus ciuilibus præſcribatur minori ſpatio.xxx.an.an cõprehédat hypothecariũ.parte.vj.mébr. nu.18.fo.197.
Statuto dictáte.ꝙ quilibet teneatur facere deſcribi res ſuas in æſtimo,an creditor teneatur res pignoratas deſcribi facere:& ſub qua forma.parte tertia.mébro.j.nu.28.fol.66.
Subſcribens contractum, vel ſcripturam in qua res ſua eſt obligata dicit pignus cõſtituere,niſi ſubſcribat ſe tanquã teſtem.parte tertia mébr.j.nu.6.fo.63.
Subhaſtatio,an in venditione pignorum requiratur.parte.vj.membro.j.nu.47. fol.163.
Subſtantialia & naturalia contractus quæ dicantur.parte tertia.membro.j.nuñ. 26.fo.65.
Succeſsio qnandoq; eſt loco ſolutionis, & quandoq; non.parte v.membr.j.nu.54. fol.104.
Sufficientia debitoris quodammodo liberat eum à ſatiſdatione.parte.v.mébr.j. nu.3.fo.61.

¶ De litera T.

TAberna dicit corp⁹ vniuerſale: ga non recipit tãtũ nomé ab ædificio,ſed etiã à mercãtia par.ij. mem.ij.nu.20.fol.9.
Tacita hypotheca introducta à iure pro legatis,an competat etiam pro vſuris legatorũ.parte.v.membr.j.numero.11. fol.92.
Tacita hypotheca reſpectu vſurarum cõditionaliter debitarũ cuius téporis reſpectu ſit attédéda.parte.v.mébr.j.nu. 12.fo.93.
Tacita hypotheca inducitur in bonis adminiſtratorum ciuitatum.nam eorum bona ſunt ciuitatibus quãtum geſta eſt adminiſtratio tacitè hypothecata.part. ſecunda membr.iiij.nu.119.fo.50.
Tacita hypotheca habet locũ in bonis prę lati eccleſiæ pro mala adminiſtratione bonorum ipſius eccleſiæ.parte ſecunda membr.iiij.nu.120.fo.eod.
Tacita hypotheca includit, & comprehendere põt omnia bona præſentia & futura:etiam nomina debitorũ tam præſentia quàm futura.parte ſecũda.méb. méb.iiij.nu.165.fo.eod.
Tacita hypotheca procedit pro alimentis debitis vxori per maritũ.parte ſecũda. membr.iiii.nu.47.fo.60.
Tacita hypotheca in bonis tutoris vel curatoris à quo tépore incipiat.parte ſecunda.membr.iiij.nu.12.fo.28.
Tacita hypotheca cõpetit in bonis patris malè & fraudulenter bona filij adminiſtrantis.parte ſecunda.membro.iiij.nu. 13.fo.eod.
Tacita hypotheca tranſire poteſt in hæredem extraneũ . parte ſecũda.membro. iiij.nu.31.fo 30.
Tacita hypotheca poteſt tranſire in ceſsionariũ.parte ſecunda.membr.iiij.nuñ. 32.fol.eod.
Tacita hypotheca nõ procedit in camera epiſcopali:ſeu in contractu cũ epiſcopo inito.parte ſecunda.membr.iiij.nume. 122.fol.50.
Tacita hypotheca pcedit in bonis orphanotrophi,vel hoſpitalarij pro eorũ mala adminiſtratione.parte ſecũda.mébr. iiij.nu.123.fol.eod.
Tacita hypotheca inducitur in collectis, & fauore collectarum ſoluendarũ.par. ſecũda.membr.iiij.nume.125.fol.15.
Tacita hypotheca inducitur fauore decimarum ſoluendarũ in bonis,de quibus ſoluéda eſt decima.parte ſecũda.mébr. iiij.nu.126.fol.eod.
Tacita ſerui hypotheca,an impediat eius manumiſsioné.parte ſecũda.mébr.iiii. numero.134.fol.52.
Tacita hypotheca rerũ inuectarum,& inductarum,an per amotionem ipſarum expiret.parte.ii.mébro.iiii.nume.142. fo.54.
Tacita hypotheca inducitur in bonis teſtatoris pro legatis ab eo factis.parte ſecunda.membr.quarto numero.157.folio.56.
Tacita hypotheca inducta pro legatis cõpetit vniuerſaliter ſecundo legatario, cui primus eſt grauatus reſtituere.parte ſecunda.membro tertio numero.30. fol.18.
Tacita hypothecaria quæ datur pro legatis non venit acceſſoriè ad perſonalem: ſed oritur æquè principaliter.parte ſecunda mébr.iii.nu.33.fol.19.
Tacita hypotheca procedit etiam in bonis paternis:etiam ſi ſint ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſarię.parte.ii.memb iii.nu.38.fol.20.
Tacita hypotheca,an poſsit habere locu in bonis mentecapti, vel furioſi.par. ſecunda.membro quarto.nume.39.folio.31.
Tacita hypotheca cõtrahitur pro bonis à fiſco emptis.parte ſecunda membr.iiij. nu.113.fol.48.
Tacita hypotheca anterior pro dote præfertur expreſſe poſteriori.parte.ij.méb. iiij.

iiii.nu.98.fol.43.

Tacita hypotheca, an locum habeat in extraneo de dante & dotē repetēte.parte ſecūda.membr.iiii.nu.67.fo.36.

Tacita hypotheca in quo differat ab expreſſa.parte.ſecūda.membr.iiii.nu.85.fo.41.

Tacita hypotheca non procedit pro dote promiſſa, vel data pro ſponſa per verba de futuro.parte ſecunda.mēbr.iiij.nu.71.fo.37.

Tacita hypotheca, an locum habeat in bonis mariti minoris.xxv.an.contrahentis matrimonium & recipientis dotem.parte ſecunda.membro quarto.nu.73.fo.eod.

Tacita hypotheca inducitur in dote, & in actione dotis.parte ſecunda.mēbro.iiij.nu.24.fol.29.

Tacita hypotheca quæ datur pro actione dotis ſe extendit ad omne id, ad quod ipſa actio dotis.parte ſecunda.mēb.iiij.nu.52.fo.34.

Taciti & expreſsi, an & quando ſit eadem ratio & quando nō.parte ſecūda.mēbr.iiij.nu.81.fol.40.

In tacita hypotheca pro dote: an ſit inſpiciendum tempus promiſsionis, vel ſolutionis.parte ſecunda.mēbro.iiij.nu.80.fol.39.

Tacita hypotheca qualiter induci dicatur in bonis paternis.parte.ij.mēbr.iiij.nu.19.fol.29.

Tacita hypotheca diuerſimodè cōſideratur.parte ſecunda.membr.iiij.nume.2.fo.27.

Tacita hypotheca introducta pro dote, an locū habeat in donatione propter nuptias.parte ſecunda.mēbro.iiij.nu.64.fol.36.

Tacita hypotheca nō pcedit in bonis actoris loco tutorū vel curatorum à iudice.dati.parte.ij.mēbr.iiij.nu.10.fol.28.

Tacita hypotheca, an locum habeat in dote confeſſata.parte ſecūda.mēbr.iiij.nu.76.fol.38.

Tacita hypotheca competens pro legato conditionali, & vſuris non trahitur retro puricata cōditione in præiudicium emptoris vel creditoris, qui ab hærede acquiſiuit ius in bonis teſtatoris pendente conditione.parte.v.membr.j.nu.22.fol.95.

Tacita hypotheca à principio pro dote introducta non extenditur ad augmentū dotis: & quare.parte.v.mēb.j.num.17.fol.94.

Tacita hypotheca non eſt deterioris cōditionis quā expreſſa.parte.v.mēbr.j.nu.18.fo.95.

Tacita hypotheca quæ datur pro legatis cōſtituitur tēpore mortis teſtatoris ſub cōditione legati & ex ea nō oritur actio niſi purificata cōditione.pte.v.mēbr.j.nu.19.fol.eod.

Temporalia ad agendum perpetua ſunt ad excipiendū.parte.v.membr.iij.nu.53.fol.133.

Tempus requiſitū ad præſcribendū contra creditorem in hypotheca an contra creditorē currat reſpectu tertij poſſeſſoris antequā actū ſit cōtra principalē debitorem &c.parte.vj.mēbro.ij.nu.3.fol.165.

Tempus exiſtens alicuius actionis fundamentum preciſè eſt probandum.parte.quinta.membro ſecundo.numero.44.fol.93.

Teſtator poteſt remittere tacitā hypothecam introductam pro legatis.parte ſecunda.membr.quarto.numero.151.folio.58.

Tex.l.qui balneū.§.j.ver.ſed ſi hæres.ff.qui potio.in pign.hab.de quo pignore ſit intelligendus, parte.v.mēbr.j.nu.21.fo.95.

Titu-

Titulus quot modis accipiatur: & an hypotheca dicatur titulus.par.ſecūda.mē.iij.nu.61.fo.22.

Traditio rei hypothecatæ alteri hoc eſt ſecūdo creditori nō tollit hypothecā à primo.parte.v.membro ſecundo.nume.5.fo.107.

Traditio rei in contractu emptionis & venditionis id operatur, quod licet contractus nondum ſit abſolutus tranſit nihilominus dominium rei traditæ in emptorem.parte quarta.numero.39.folio.89.

¶ De litera V.

Vaſallus qualiter ex quo pacto dicatur poſſe fructus feudales obligare.parte ſecūda.memb.ij.nume.49.folio.12.

Vendens rem alteri hypothecatā ſub conditione non tenetur de dolo.parte quinta.membro primo.numero.28.folio.97.

Venditio pignoris, an per oblationem debiti reuocari poſsit.parte tertia mēbri tertij.v.partis principalis.numero.5.folio.141.

Venditio pignoris iudicialis, vel prætorij debet fieri autore prætore.parte.vj.mē.j.nu.9.fo.153.

Venditio ſecunda per ſecundum creditorem de re empta ſed non ſoluta facta nō tollit primam hypothecam cum primo venditore contractam.parte.v.mem.ij.nu.8.fo.107.

Venditio vnius rei pro alia, an ſit valida.parte tertia.membro.j.numero.20.fol.65.

Venditione facta cum pacto de reuendendo infra certū tempus, ſi fiat reuēditio hypothecę factæ ſuper illa re per emptorem cenſentur reſolutę.parte.v.memb.j.nu.44.fo.102

Venditor, an poſsit in vēditione rei ſuæ apponere pactum ſpecialis hypothecę in p̄iudiciū aliquorū creditorum.parte.iij.nu.34.fo.87.

Venditor nō habet ius pignoris in re vendita & tradita emptori.parte.iiij.nu.35.fo.88.

Venditor vendens rem alteri obligatā aſſerens illam eſſe liberam & nemini obligatam pœna falſi tenetur: diſsimulans, autē tenetur crimine ſtellionatus.parte tertia.memb.j.nu.21.fo.65.

Venditor poteſt retinere rem venditā pro pretio non ſoluto.parte.v.membro.iiij.nu.3.fo.143.

Verbū, ſua, obligationi bonorū adiectum, hoc modo, omnia bona ſua quid operetur.parte ſecunda.memb.ij.numero.2.fo.6.

Verbū, taberna, ſimpliciter prolatū quid ſignificet.parte ſecunda.membro.ij.nu.19.fo.9.

Verba nō ſufficiūt vbi opus eſt facto.parte ſecunda memb.tertij.v.part.princip.nu.2.fo.134.

Verba cōtractuū ſunt ſtrictè intelligenda.parte ſecuda.mem.iij.nu.74.fo.24.

Verbalis oblatio operatur quoad retractādam venditionem pignoris factam per creditorem.parte ſecunda memb.tertij.v.part.principa.nu.4.fo.134.

Verbalis oblatio procedit et operatur in rebus immobilibus.parte ſecunda memb.tertij.v.partis principalis.numero.3.fo.eodem.

Viro ad inopiā vergente licet mulieri agere ad conſignationē dotis parte.v.mē.j.nu.29.fo.97.

Vni ex duobus reis vel fideiuſſoribus ſoluenti creditori: tenetur creditor cedere iura & actiones &c.parte.v.membr.iij.num.

nume.35.fol.128.
Vno ex creditoribus habentibus hypothecam immiſſo ex primo decreto alij non cenſentur immiſſi.parte.v.mẽb.ſecũdo nu.38.fol.114.
Vſucapta reſpectu dominij, an creditor poſſit eam auocare reſpectu hypothecæ.parte.vj.mẽ.ſecundo nu.17.fo.167.
Vſucapio quare nõ tollat hypothecam in re mobili ſpatio triennij.parte.vj.membro.ſecundo nu.15.fo.166.
Vſucapio in re mobili perficitur triennio reſpectu dominij:& reſpectu hypothecæ inducitur præſcriptio per poſſeſſionem decennio continuatam.parte.vj. mẽb.ſecundo nu.15.fol.167.
Vſura,mora,dilatio,& ſimilia,an in obligatione voluntari à nouante cenſeantur repetita.parte.vj.mẽb.tertio nu.8. fo.170.
Vſuræ,an debitori debeãtur de illo pluri, quo pignus venditũ eſt per creditoré. parte.vij.memb.iij.nu.2.fo.183.
Vſuſfructus obligatus ſi vendatur ſimpliciter per creditorem,an cenſeatur vẽditus ſimpliciter vſuſfructus,an verò res & poſſeſſio.parte ſecunda.mẽb.iij.nume.14.fo.16.
Vſuſfructus obligatus creditori poteſt p eũ vendi iure creditoris:& ſi vendatur non redit amplius ad proprietaté.parte ſecunda.membro.iij.numero.12.folio.16.
Vxor minor non põt bona immobilia dare in dotem ſine curatore & decreto iudicis.parte ſecunda membro.iiij.num. 75.fol.37.
Vxor ſoluto matrimonio habens pignus pro dote reſtituenda, an compenſabit fructus in dotem.parte.v.mẽbro.v.nume.17.fol.151.
Vxori an cõſtante matrimonio currat præſcriptio ad repetendã dotem . parte ſeptima.memb.ſecundo.nu.4.fo.165.

Finis indicis.



¶Nouus & vtiliſsimus Tractatus ſubtilis,ac quotidianæ materiæ de pignoribus & hypothecis, Aeditus per excellentiſſimum.I.V.doc.dominũ Antonium Neguſantiũ de Fano Rotæ excelſæ rei publicæ Florẽtinæ auditorem. Summarijs nunc primum commodiſsimè auctus fideliterq; emendatus incipit.

PRæmiſſa itaq; præfatione. Deueniẽdo iã ad ipſum Tractatũ de pignoribus & hypotecis. Cũ perfectio omnis operis maximè conſiſtat in ordine:& ordo ſit modus entium vt per Bal.in procœmio.ff.& ſcire quid facias, & neſcire quo ordine facias (teſte Ambroſio) nõ eſt perfectæ cognitionis refert Iaſo.in l.Gallus.§.idem credendum.ij.colũ.in ij.lectura.ff.de libe.& poſthu.& ſapientis eſt ordinare ſecundum phyloſophũ. ij. Metaphyſicæ vt inquit Aretinus in conſilio.lxvij.diligenter, & mature in princip.& ex his,quæ inordinatè acta ſunt non poteſt ordinabiliter agi.c.qualiter & quando el.j.de accuſa.xiiij.qõ. v.c.forte.c. quoniam frequenter.vt lit. non conteſt.gloſſ.in.l. prolatam .C. de ſententijs.& Ariſtote.vj. Metaphyſicæ.Idcirco opus iſtud ordinando.Diuidam totum Tractatum in octo partes principales.

¶In prima parte videbimus vnde dicatur pignus & hypoteca,& quid ſint.

*compendium huj⁹ tractat⁹*

Item in quo differant pignus & hypoteca.

¶In ſecunda parte principali tractabimus de ſpeciebus hypotecæ: & diuiditur in quatuor membra. In primo mẽbro videbimus differentias inter generalem & ſpecialem hypotecam. In ſecundo mebro videbimus quæ veniant, & quæ non veniant in generali hypoteca bonorum. In tertio membro videbimus de ſpeciali expreſſa hypoteca videlicet quæ res ſpecialiter & expreſsè obligari poſsint,& quæ non. In quarto membro ponemus de tacita hypoteca, & quibus caſibus tacita hypoteca inducatur.

¶In tertia parte diſcutietur de pignoribus:& diuiditur in tria membra. In primo membro ponitur materia pignoris conuentionalis:in ſecundo materia pignoris prætorij,& in fine ponuntur.x. differẽtiæ inter pignus prætoriũ,& cõuentionalé:in tertio membro tangitur materia pignoris iudicialis.

¶In quarta parte examinatur materia pactorum ſuper pignoribus: & primò ponitur pactum legis commiſſoriæ,ſecundo pactum occupãdi hypothecam, ſeu pignus propria auctoritate: tertio ſubduntur diuerſa alia pacta.

¶In quinta parte ponũtur effectus,qui vario modo reſultant ex hypotecis ſeu pignoribus,& diuiditur in quinq; mẽbra.In primo tractatur de diuerſis effectibus in genere:in ſecundo de effectibus prioritatis & poſterioritatis hypotecę:in tertio de iure offerendi:& de eius effectibus:in quarto de iure retinẽdi bona ex cauſa obligationis & hypotecæ,& etiã de expenſis melioramentorũ: in quinto de fructibus pignorum.

¶In ſexta parte diſcutietur de reſolutione hypothecarum & pignorum, & a qui-

quibus modis tollantur & reſoluan-
tur: & diuiditur in tria mébra: in pri-
mo tractabitur de venditione & aliena
tione pignorum: & de pactis quæ appo
ni ſolent in eis: in ſecundo quibus mo-
dis pignora & hypotecæ tollantur præ
ſcriptione & vſucapione: in tertio quo
modo tollantur pignora, nouatione &
alijs diuerſis modis.

¶ In ſeptima parte diſputabitur de a-
ctione pignoratitia, & de eius materia:
& diuiditur in tria membra. In primo
videbimus in quibus differat pignora-
titia ab hypotecaria: in ſecundo de na-
tura huius actionis & quomodo naſca-
tur: in tertio quæ veniant in actione pi
gnoratitia, & pro quibus competat tam
directa quàm contraria & primò de di
recta, deinde de contraria: & de modo
libellãdi & deducédi in iudicio vtrãq;.

¶ In octaua parte & vltima ponetur ma
teria actionis hypotecariæ: & diuiditur
in tres partes. In prima videbimus
aliqua de natura iſtius actionis hypo-
tecariæ, & etiam Saluiani interdicti, &
quæ requirantur, vt competat & multa
ponetur in materia excuſsionis: in ſe-
cunda, quibus perſonis, & contra quas,
& pro quibus competat; in tertia quã-
do oriatur iſta actio hypothecaria: quę
ſint in ea probanda: & de modo libellã
di tam in hypotecaria, quàm in Saluia-
no interdicto.

✠ Summarium. ✠

1 *Pignus vnde dicatur & in quibus con ſiſtat,*
*Immobilia qualiter dicantur tradi manu.*

2 *Hypoteca dicitur ab hypos quod eſt ſub, & theſis poſitio: quaſi quædam ſuppoſitio, vel obligatio rerum.*

3 *Hypoteca dicitur ius reale vel actio realis: quia conſtituitur ſuper rebus per eam non obligatur perſona debitoris, ſed res.*

4 *Pignus & hypoteca in quo differant.*

5 *Præſcriptio aliter conſideratur in pignore, aliter in hypoteca.*

6 *Pignus & hypoteca differunt in proprio ſignificatu.*

7 *Hypoteca ſimplex ſi ſine traditione contrahatur creditor non poteſt agere hypotecaria contra tertium poſſeſſorem, niſi facta excuſſione contra debitorem principalem: ſecus ſi pignus ſit datum creditori, & poſtea cadat à poſsione.*

8 *Statutum loquens de pignore, an habeat locum in hypoteca.*

9 *Differentia inter pignus & hypothecam eſt potius nominis & vocis, quàm rei & effectus.*

CApiendo itaq; pri
mã par-
tem Tractatus noſtri, in
qua videndũ eſt vnde di-
catur pignus & hypoteca,
1 & in quo differãt. ¶ † Primò quæritur
vnde dicatur pignus? & reſpõdetur bre
uiter quòd pignus dicitur à pugno: vt
l. plebs. §. pignus. ff. de verborũ ſigni-
fi. ex qua alluſione videbatur dicen-
dum, quòd pignus non conſiſteret ni-
ſi in illis rebus mobilibus, quæ manu
traduntur, & ſic in rebus mobilibus
tantum. Tamen ſecus dicendum eſt,
videlicet quòd etiam conſiſtat in rebus
immobilibus: vt. l. ſciendum. §. credi-
tor. ff. qui ſatiſd. cogan. & . l. cùm notiſsi
mi. § . ſed cùm illud. C. de pręſcrip. xxx.
anno. quia etiam immobilia dicuntur
manu tradi & accipi: dum de illorum
terra, vel ſubſtantia pugno accipitur &
clauditur: ita declarat Salic. in. l. ſi rem
alienam. §. propriè. ff. de pig. act.

¶ Eſt bene verum quòd iſta traditio re-
rum immobilium per acceptionem de
illius



illius ſubſtantia eſt impropria & abuſi-
ua: quia non traditur, nec accipitur
tota res, ſed quædam portiuncula pro
toto: & ideò propriè loquédo pignus
dicitur de rebus mobilibus: impro-
priè autem & abuſiuè de immobili-
bus: vt eſt textus. & ibi not. gloſſ. in di
cta. l. plebes. §. pignus.

2 ¶ † Secundò quæro vnde dicatur hy-
poteca? & reſpondetur quòd hypoteca
dicitur ab hypos quod eſt ſub, & theſis
quod eſt poſitio, quaſi quædam ſuppo
ſitio, vel oblig. rerum nam ſupponere
idem eſt ꝙ obligare. vt probatur in Ru
bri. ff. de rebus eorum non alienandis,
vel ſupponendis. Nam illud partici-
pium ſupponẽdis ponitur ibi pro obli-
gandis, vel pignorandis, aut hypotecã
dis: vt probatur in. l. j. e. ti. §. fi. & . l. ſeq.
& ſeq. in quibus habetur ꝙ res pupillo
rum & minorum non poſſunt alienari,
nec etiã pignori dari: & ſic ſecũda pars
Rub. quæ loquit̃ de rebus nõ ſupponé-
dis verificat̃ in pignoribꝰ & hypotecis.

3 ¶ † Et quia hypoteca conſtituitur ſu-
per rebus, ideo dicitur ius in re, ſeu ius
reale, vel actio realis: quia per illam nõ
obligatur perſona debitoris ſed res: vt
l. cos. C. qui po. in pig. hab. & . l. pigno-
ris. C. de pig. & . l. pignoris. ff. eod. titu.
& inſtit. de actio. §. ité Seruiana. & no.
Alex. in. l. ſi filio. §. fina. in. ij. colum. in
verſicu. per hoc etiam dicebam. ff. ſolu.
matri. & ſequitur fundum & datur cõ
tra poſſeſſorem vt. l. ſi fundus. §. in ven
4 dicatione. ff. de pigno. ¶ † Tertiò quæ-
ritur an pignus & hypoteca differant?
& in hac quæſtio. dicendum eſt quòd
propriè loquendo, pignus dicitur quan
do res obligata traditur ipſi creditori:
maximè ſi ſit res mobilis vt dictũ fuit
in prima quæſtione. Sed quando nuda
conuentione res obligatur creditori, &
ei aliter non traditur, dicitur propriè
hypoteca: vt eſt text. in. l. ſi rem alienã.
§. proprie. ff. de pigno. actio. & inſtitu.
de actio. §. item Seruiana. verſicu. inter
pignus &c. ¶ Sed iſta differentia inter
pignus & hypotecã dicitur potius diſ-
fẽtia nominis vel vocis quàm rei & ef-
fectus: vt eſt text. in. l. res hypotecæ. §.
inter pignus. ff. de pignori. & quantum
attinet ad actionem hypotecariam non
differunt: vt eſt text. in dicto. §. ité Ser
uiana. verſicu. inter pignus. & ibi not.
5 gloſſ. in verſicu. nihil intereſt. ¶ † Hoc
tamen quod dixi videlicet non eſſe dif-
ferentiam inter pignus & hypotecam,
quantum pertinet ad actionem hypote
cariam: fallit in tribꝰ caſibus. ¶ Primus
caſus eſt reſpectu præſcriptiõis: qa quã
do ſumus in pignore proprio: quia ſci-
licet creditor poſsidet pignus, non cur
rit præſcriptio in hypotecaria, quæ illi
competit contra eum: quia cum poſsi-
deat non poteſt ei imputari ꝙ non ege-
rit hypotecaria, & ideo ſit ei præſcri-
ptum. Sed quando non poſsidet, & ſic
ſumus in hypoteca: tunc actioni hy-
potecariæ bene præſcribitur: diuer-
ſimodè tamen. Nam interdum præſcri
bitur. x. annis. Interdum. xx. Inter-
dum. xxx. Interdum. xl. Ita not. gloſ. in
d. §. item Seruiana. in glo. in verſi. nihil
intereſt. Declaratur ꝙ quando tertius
poſſeſſor poſsidet pignus cum titulo
actioni hypotecariæ competenti cre-
ditori præſcribitur. x. annis quando ſu
mus inter præſentes, ſed quãdo ſumus
inter abſentes. xx. vt. l. j. C. ſi aduer. cre
di. libro. vij. quando autem tertius poſ-
ſeſſor poſsidet ſine titu. requiruntur
xxx. anni. l. cùm notiſsimi. in princi. C.
de pręſcript. xxx. an. quando verò poſ-
ſidet debitor, vel eius hæres requirun-
tur anni. xl. vt eſt caſus. in. l. j. §. j. C. de

 annal.

annal.excep. Ita declarat glo.in dicta.l.
cùm notiſsimi.in prin.in ver. ſpacijs. &
Ange.de Areti.in.d.§.item Seruiana.in
vltima colū. ſuper.d. gloſ.in ver. Nihil
intereſt.& ponam de hac materia præ-
ſcriptionis latius.ĩ.in ſecundo membro
6 ſextæ partis principalis. ¶ † Secundus
caſus in quo inuenitur differentia inter
pignus & hypotecam in proprio ſigni
ficatu, eſt quando aliquis eſt obligatus
alicui idoneæ cauere. Nam licet ille qui
ad hoc tenetur adimpleat talem obli-
gationem dãdo ei pignora idonea: quia
idonea cautio intelligitur cum pigno-
re vel fideiuſſore: vt.l.ſi mandato Titij.
§.fina.ff. manda.tamen non ſufficeret
ſimplex hypoteca bonorum: quia pi-
gnus tranſit ad creditorem: hypoteca
autem remanet apud debitorem dicta
l.ſi rem alienam.§.propriè.ff. de pigno.
actio.& ideo nõ dicitur ita cautum cre-
ditori per hypotecam ſimplicem ſicut
per pignus ita tenet Io.An.in additio-
nibus Specu.ſuper Rubrica de pigno.
& alijs caut.in fi.in addi.quæ incipit, ad
ſecundam partem, & idem tenent Fran
ciſcus de Rampo.& Gaſpar de Caldari
nis in conſilio.xvj. eo.titulo refert & ſe
quit Domi.de.S.Gemi.in.c.fi.in prin-
ci.penul.col. in verſi.tamen Io.and.la-
7 tius &c.de vſuris.lib.vj. ¶ † Tertius ca
ſus in quo inuenitur differentia inter
pignus & hypotecam reſpectu actio-
nis hypotecariæ eſt: quia quando ſim-
plex hypoteca eſt contracta ſine tradi-
tione: regulariter creditor non põt age-
re hypotecaria contra tertium poſſeſ-
ſorem, non facta prius excuſsione con-
tra debitorem principalem vt in auten.
de fideiuſ.§.ſed neq;. & in auten.hoc ſi
debitor.C.de pign. Sed quando pignus
fuit traditum creditori, ſi ipſe poſtea ca
dat à poſſeſsione culpa ſua vel caſu for-
tuito poteſt agere hypotecaria contra
poſſeſſorem nõ excuſſo aliter principali
debitore vt firmat Alexander poſt Ra-
pha.in Repe.l.ſæpe.colum.xxx.in ver-
ſiculo.ſecundario dicitur &c. per alle-
gata ibi per eum de quo etiam latius
dicetur.infra in.viij.parte principali in
mẽbro excuſsionis in quinta fallentia.
8 ¶ † Quarto quæritur ex prædictis, an
ſtatutum loquens de pignore habeat lo
cum in hypoteca? & Barto.in.d.l.ſi rem
alienã.§.propriè.ff.de pigno.actio. mo-
uens.q.d.ꝙ videtur dicendum ꝙ nõ: qa
verba in ſtatutis debent accipi ſecundũ
propriam ſignificationem: tamẽ ſubdit
ꝙ ipſe non poneret hoc pro conſtanti.
Alex.ibi in apoſ.dicit contrarium: vult
ibi Pau.de caſt.ego nõ inuenio ꝙ Pau.
dicat de hoc aliquid. Idem Alexã.in.l. à
Diuo pio.§.in vẽditione. in quinta col.
in gloſ.in verſi. pignoribus.ff. de re iu-
di.mouet hanc difficultatem: & dicit ſe
nolle diſcutere ex quo alij non tangũt.
9 † Ego dubito de hac deciſiõe: quia dif-
ferentia inter pignus & hypotecã vide-
tur potius nominis & vocis, quã rei &
effectus: vt in.d.§.item Seruiana. & in
dicta.l. ſi rem alienam.§. propriè.& in
l. res hypotecæ. §. inter pignus. ff.de
pigno.& propterea non videtur atten-
denda: quia diſputatio de nomine relin
quenda eſt pertinacibus in iure vt eſt
text.& ibi gloſ.in ver.vocabula. & Bal.
& Saly.in.l. penul.C. de conſtit.pecu.
¶ Itẽ quia quando duo conueniunt in
nomine, ſaltem latè & impropriè ſum-
pto vocabulo: ſi in vtroque militat ea-
dem ratio: tunc ſtatutum etiam corre-
ctorium loquens in vno militat etiam
in alio.gloſſ.eſt not.in clemen. auditor.
in verſi.beneficio. de reſcrip.& gloſſ.in
cle.j.in verſi.eligatur. cum ibi not.per
Pau.de Leaza. de electio. & habetur
per



per Barto. Alexan. & Iaſ.in.l. Marcel-
lus.in princip.ff. ad trebel.per Sozin.in
Rubrica.ff.ſol.matri.in fine primæ col.
per Barb.in Rubrica extra de fi.inſtr.
in.iij.carta in verſicu.v.plus auden &c.
Cùm ergo pignus & hypotheca ſaltem
impropriè ſumpto vocabulo idem ſint
dicta.l. res hypotecæ.§. inter pignus.&
dicto.§. item Seruiana: ſequitur quod
vbi non datur ratio diuerſitatis inter
illa, quòd ſtatutum loquens de pigno-
re, habere debeat locum etiam in hy-
poteca, & econuerſo: & per hæc ex-
pedita ſit prima pars principalis iſtius
tractatus.

## Summarium.

1 *Hypotecæ ſpecialis eſſentia quæ reqrat.*
2 *Debitor conuentus ex hypotheca generali po
teſt excipere de dominio alterius: ſecus ſi ex
ſpeciali conueniatur.*
3 *Bona eccleſiæ in contractu permiſſo poſſunt
obligari generaliter per prelatum abſq; tra-
ditione. ſpecialiter autem non.*
4 *Donatio facta vxori quæ venit morte mariti
cõfirmanda cenſetur reuocata. ſi maritus rem
donatam alteri ſpecialiter hypotecat: ſecus ſi
generaliter hypotecet omnia bona.*
5 *Alienatio prohibita cum ſpeciali hypoteca
rei prohibita alienari reddit alienationẽ nul
lam: ſecus ſi cum generali hypoteca.*
6 *Alienatio nõ infringitur per rei alienatę ſpe
cialem hypotecam: dummodo per pactum non
ſit prohibita alienatio.*
7 *Conductor cui pro obſeruãtia locationis fuit
obligata res locata: ſiue generaliter ſiue ſpe-
cialiter habet ſolum ius retinendi illam rem
pro pignore & ſingularis ſucceſſor non cogi-
tur ex hoc preciſè ſtare locationi, ſed ſoluendo
intereſſe, reſoluit ius retinẽdi: niſi in cõtractu
eſſet appoſitum iuramentum. & nume. 9.*
8 *Obligatio ad intereſſe regulariter ſuccedit
in obligationibus facti: nec in eis poteſt agi
preciſe ad factum.*
10 *Generalis hypoteca minus afficit rem quàm
ſpecialis, & per ſpecialẽ cõſtituitur plus iuris
creditori quã p generali: & regulariter pro-
uiſio ſpecialis plus operatur quàm generalis.*

¶ Sequitur ſecunda pars
principalis.

IN iſta ſecunda
parte venit tractanda ma
teria hypotecæ: & diuidi-
tur in quatuor mẽbra. In
primo videbimus: in quibus differat ge
neralis & ſpecialis hypoteca: in ſecundo
quæ veniant & quæ non veniant in ge-
nerali hypoteca? in tertio de ſpeciali hy-
poteca. videlicet quæ poſsint & quæ nõ
poſsint ſpecialiter obligari: in quarto
de tacita hypoteca & in quibus caſibus
inducatur. ¶ Capio igitur primũ mem-
brũ, in quo videndum eſt quot ſint dif-
ferentiæ inter generalem & ſpecialem
hypothecam? Et inuenio inter genera-
lem & ſpecialem obligationem bono-
1 rum differentias ſex. ¶ † Prima itaque
differentia eſt, quia ad eſſentiam ſpecia
lis hypothecæ requiritur quòd tempo-
re obligationis contractæ res ſit in bo-
nis debitoris: ita quòd non ſufficeret ſi
illa res poſt obligationem contractam
ſuperueniret in dominio, ſeu quaſi de-
bitoris text.eſt & ibi no.in.l.j.in princi.
ff. de pigno. ſed ad eſſentiam generalis
obligationis omnium bonorum ſufficit
etiam ſi bona poſt contractam obliga-
tionem acquirantur ipſi debitori: vt in
dicta.l.j.in princi.& l. & quæ nondum.
§.j.eod.titu.& ibi per Barto.& hoc pro
cedit etiam ſi in generali obligatione
bonorum nihil fuit dictum de bonis fu
turis: quia illa omnino comprehendun-
tur: vt eſt caſus in.l.fi.C.quæ res pigno.

 oblig.

obliga.poſſ.& declarat gloſ. & Saly.in dicta.l.& quæ nondum.§.j.

2 ¶†Secunda differentia quæ etiam inſurgit ex prima. Eſt, quòd quando agitur cõtra debitorem hypotecaria ſi agatur ex generali hypoteca debitor poteſt excipere rem illam ad quam agitur non fuiſſe nec eſſe ſuam, ſed alterius: & nominare dominum pro quo poſsidet, & fructus percipit, & hoc probare: quia hoc modo excipiendo debitor non poteſt conuinci de mendacio, nec replicari de dolo contra eum: cùm obligauerit ſua bona in genere: & ſic poteſt eſſe quòd iſta res ad quam agitur non fuerit comprehenſa in generali obligatione cum non fuerit debitoris: & iſto caſu creditor cogetur probare de dominio directo, vtili, vel quaſi ipſius debitoris ad obtinendum in cauſa. Sed ſi agatur ex ſpeciali hypotheca tunc debitor contra quem agitur non poterit refricare quæſtioné dominij: quia ipſo facto conuincitur de mendacio: ex quo ipſam rem in ſpecie obligauit & hoc modo debet intelligi: & procedit.l. ſi inter colonum.§.j.ff. de pigno.&.l. rem alienam.ff.de pigno.actio. & ita ſingulariter not.Saly. in.l. cùm res.in penul. colum. in verſicu. Capio igitur iſtam materiam &c.C. ſi res alie.pign.da.ſit & refert Alexand.in.l.ſi pignore.§.j.ff. de pigno.actio.

3 ¶†Tertia differentia eſt: quia licet prælatus eccleſiaſticus in contractibus per eum factis non poſsit obligare ſpecialiter res particulares eccleſiæ per ea quæ habentur in capi.nulli. de rebus eccle. non alie.tamen in contractibus ei permiſsis bene poteſt obligare generaliter bona eccleſiæ abſque tamen traditione illorum: vt probat tex.in dicto cap.nulli à contrario ſenſu in verſicu.ſpecialis hypotecæ.& iſtud tenet ibi Egi.hoſtieñ. Ioan.andr.Car.floreñ.& Abb.qui pro hoc etiam allegant. id quod habetur in.l.pe.C. de his qui vend.æta. impetra.& quod legitur & not.in.l.fin.C. quæ res pigno.obliga.poſſ.vbi habetur quod generalis hypoteca eſt modici præiudicij: & hanc concluſionem tenet etiã Abba.in capi.iij. de precar.& quamuis Ant.de But.& Imo.in.d.c.nulli. teneãt ꝙ etiam generalis hypoteca ſit prohibita prælato per text.in auct.de nõ alie. emph.§. ſi verò.tamen magis communis opinio eſt in contrarium vt apparet ex præmiſsis. Quam opin.etiam tenuit glo.in.§. nos igitur in verſi.ſpecialis & in ver.Creditoribus.in auct.de nõ alienan.vbi gloſ.dicit, quòd poteſt fieri generalis hypoteca bonorum eccleſiæ dummodo fiat abſque traditione: licet ſpeciale pignus contrahi non poſsit: & ratio eſt ſecundum gloſ.ibi, quia plus iuris conſtituitur creditori per ſpeciale pignus quàm per generale: vnde videmus quòd mancipia, quamuis ſint generaliter obligata, tamen poſſunt manumitti: ſecus ſi eſſent obligata ſpecialiter vt.l.iij.C.de ſeruo.pig.da.manu.& per hoc allegat.gloſ.text.in.§.ſinautem creditor.verſic.ſi enim &c.in auct.de non alienã.& ibi hoc no.Iac.de belui.& non obſtat text.in.d.§.ſi verò contigerit. in auct.de non alie.& in.§.hoc etiam.eod. titu.quia illi text.loquuntur de ſpeciali hypotheca, non generali: & ita latè firmat Alex.in conſi.cxviij.pen.col. verſi. inſuper &c.in.v.volu.

4 ¶†Quarta differentia eſt: quia quamuis donatio vxori per maritũ quæ venit cõfirmanda morte mariti cenſeatur reuocata per ſpecialem obligationem rei donatæ facta per maritum poſt donationem ita ꝙ morte modo confirmari non poteſt vt not. in.l.



in.l.iij.C.de lega.& in.l.cũ hic ſtatus. §.ſi maritus.ff. de dona.inter virum & vxorem. Tamen ſecus eſt in obligatione generali bonorum facta per maritũ poſt donationem: nam per illam non reuocatur præcedens donatio. Ita ſingulariter not. Barto.in.l.rem legatam.circa fina .ff. de adi. lega.ſequitur Bald. in.l.ſi non virum. C. de dona.inter virùm & vxor.& refert & ſequitur Iaſ.in d.l.iij.in.ij.colum. in.ij.limi.C.de lega. & ratio eſt: quia generalis obligatio nõ afficit ita rem ſicut ſpecialis, argumento.l.eſt differentia.ff.in qui.caſi.pig.taci.contraha. Adde tu text.& bonam gl. in.l.licet.in glo.in ver.huiuſmodi.codé titulo.

5 ¶†Quinta differentia eſt, quòd licet regulariter prohibitio de non alienando, ſeu conuentio, vel pactum non reddat alienationem poſtea ſubſequutam contra dictam prohibitionem ineſficacem vt.l.ea lege.C.de condi.ob cauſam.& ibi per gloſ. Barto. Bald.& alios & in.l. ſi ita quis.§.ea lege.ff. de verbo. oblig.& ibi per ſcribentes & per gloſ.in l.fin.C.de rebus alie.non alie.& Innoc. in.c.Raynutius.in gloſ.in ver.pactum. de teſta.& iſtud procedit etiam ſi in dicta prohibitione, conuentione, vel pacto interceſsiſſet generalis obligatio, ſeu hypotheca bonorum: tamen ſecus eſſet ſi interueniſſet ſpecialis hypotheca illius rei prohibitæ alienari: nam per talem ſpecialem hypothecam cenſetur reſeruatum ius in dicta re & impeditur alienatio poſtea facta. text.eſt ſingularis in.l. ſi creditor.§. fina.ff. de diſtrac.pigno.ſecundũ literam Piſanam: vt ibi per Bart.& Bal.& ita etiam tenet Bar.in.d.§.ea lege.& cum eo tranſit ibi Imo.in.iij.colũ. Et mouetur, quia.d.l. ſi creditor.§.fi.eſt exhorbitans à iure communi: exhorbitat enim à dicto.§.ea lege. ideo non debet extendi ad generalem hypothecã: eandem opi.tenet Areti.in dicto.§.ea lege.motus, quia ſpecialis hypotheca magis impedit quam generalis.l.j.cum gloſ.in verſi.pignori. & ibi Bald.ad hoc non.C.de neceſ.ſer.hære.inſti. Idem tenet Barto. Imo.& Roma.in.l.qui abſenti.§.j.ff. de acqui.poſ. Bald.in.d.§.ea lege.in.iij.colũ. Imo.in l.filiusfami.§.diui.ff. de leg.j.in.iij.col. & licet Alexã.in.d.l.qui abſenti §.j.dicat ꝙ iſta opi.in puncto iuris non tranſeat ſine dubio. Tamen indubitanter tenenda eſt tanquã magis cõmunis, & illa tenet Alexã.in.l.ſi filio.§.ſi vir in quinqueniũ in.ij.col.in verſic.aduerte tamé &c.ff.ſo.matri.illam etiam tenet Iaſ.in d.§.ea lege.in.ix.col. & Iaſ.in.d.l.filiuſfami.§.diui.in.xiij. col.in verſi.iij. principaliter inquantum Bar.&c. & quamuis Cor.in conſi.cccxxj.quarto volu.firmet quod.d.l. ſi creditor.§.fi.loquatur indiſtinctè de hypotheca: & ideo ꝙ ſufficiat etiam generalis: tamé non puto recedendũ ab opinione cõmuni: ꝙ.ſ. ille tex.procedat ſolum in ſpeciali hypotheca: quia cum.d.§.fin.ſit exhorbitans, dixi.ſ. debet intelligi vt minus corrigat ius commune quã fieri poſsit.l. ius ſingulare &.l. quod verò contra.ff. de legi. in quo argumento ſe fundat Imo. cui non video fuiſſe reſponſum per aliquem: & propterea remanet firma concluſio, quod ſpecialis hypotheca in re prohibita alienari, operetur quod alienatio in contrarium ſubſequuta, ſit nulla.licet generalis hypotheca iſtud non operetur: Et ſic reſultat quinta differentia inter generalem & ſpecialem hypothecam.

6 ¶†Sed in prædictis inſurgit dubitatio: quid ſi in conuentione non fuit adiecta prohibitio de non alienando: neque pactum, quod nõ alienatur

tur res.ſed ſimpliciter fuit initus con-
tractus:puta quia facta fuit locatio ali-
cuius rei & promiſſa per locatorem ob-
ſeruantia : & in ſpecie pro obſeruantia
fuit hypotecata res locata,& poſtea du-
rante locatione locator alienauit dictã
rem locatam:dubitatur ergo an aliena-
tio iſta erit nulla:ſicut in precedenti ca-
ſu in quo in conuentione fuit prohibi-
ta alienatio?& breuiter dicendum eſt
quòd non:ſed quòd ſolũ iſto caſu em-
ptor tenebitur ſtare locationi,& con-
ductori dabitur retentio rei locatæ pro
omni ſuo intereſſe:& pro pœna:aliena-
tio autem valebit:& iſto caſu idem ope
rabitur generalis hypoteca quod ſpe-
cialis : quia ex vtraq; debet dari reten-
tio conductori pro ſuo intereſſe & pœ-
na:iſtam concluſionem tenet Barto.in
l.qui fundum.ff.loca.& ſequitur Pau-
lus de caſtro.in.l.ſi merces.§.ſi fundũ.
eodem titu.& Barto.in.l.j.§.quod au-
tem.ff.de ſuperficie.Bald.Ang.& Saly.
in.l.emptorem.C.loca.Abb.in.c.fi.vlt.
colum.ne pręla.vi.ſuas.Saly.in.l.manci
pia.C.de rebus alie.non alie.Alexand.
in conſilio.cxviij.in caſu,de quo quæri
tur &c.vlt.co.v.vo.eſt ergo cõmunis cõ
cluſio ꝙ qñ hypoteca , ſiue ſpecialis,ſi-
ue gnalis apponit in cõuẽtione pro ob-
ſeruantia contractus:ſine prohibitione
vel pacto de non alienando alienatio va
lebit,ſed dabitur retentio illius rei pro
intereſſe & pœna:& ratio eſt,quia ra-
tione hypotecæ etiam generalis datur
retentio rei iuxta no.per Bar.& alios.
in.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de cõ
ditio.indebi.& iſte ſecundus articulus
eſt diuerſus ab articulo præcedẽti:ideo
bene aduertas ne ſis in æquiuoco:quia
doctores ſcribunt ſuper ambobus,quaſi
ſuper vno:& non bene diſtingunt vnũ
7 ab alio.¶ † Inſurgit etiam in prædictis
alia difficultas videlicet an in terminis
ſecundi articuli proximè diſcuſsi ius
retentionis quod dictum fuit compete-
re colono pro ſuo intereſſe,& pœna re-
ſoluatur per ſolutionẽ intereſſe & pœ-
ne ei factam ab emptore rei.An vero
vigore dictæ retentionis poſsit emptor
precisè cogi ad obſeruantiam contra-
ctus locationis?& in hoc etiam commu
nis eſt concluſio quod propter dictam
hypotecam quam conductor habet in
re empta illius rei,non teneatur preci-
ſè ſtare conductori : & tenentes hanc
concluſionem mouentur:quia hypothe
ca eſt acceſſoria ad obligationem prin-
cipalem:ſed obligatio & actio principa
lis competens conductori contra loca-
torem ob inobſeruantiã contractus da-
tur ad intereſſe.d.l. qui fundum.ff.lo-
ca.vnde hypoteca que venit acceſſoriè
non habet ampliare ius actionis perſo-
nalis.l.item liberatur.in princ.ff.quib.
mod. pig.vel hy. ſol.l. intelligere cum
glo.C.de lui.pigno. & per conſequens
quàm primũ ſucceſſor ſingularis offert
ſuum intereſſe colono habenti fundum
hypotecatum videtur quod eum poſ-
ſit expellere.l. Paulus.aliàs incipit Sem
pronius.§.qui pignoris. ff. quib. mod.
pig.vel hypo.ſol.&.l. cum ſeruus.ff.de
diſtrac.pign.& iſtam opin.tenet Barto.
& Imo.in.l.vectigalia.ad finẽ.ff.de pu-
blica.& Barto.& Salyce.in.d.l.empto-
rem.C.loca.& Saly.in dicta.l.qui fun-
dum.& in.l.mancipia.C.de rebus alie.
non alie.Imo.Paulus de caſtro.& Ro-
ma.in.d.l.ſi filio.§.ſi vir in quinquen-
nium.& ante eos Iac.but.in.d.l.ſi mer-
ces.§.j.ff.loca.Eandem opin.tenet Ale
xand.in.d.§.ſi vir.in.ij.colum.in verſi.
predictis tamen adde &c. & Iaſ.in di-
cta.l.filiuſſami.§. diui.in.xiij.colum.in
verſicu . tertio principaliter &c . ¶ Sed
eſt aduer



eſt aduertendum quod contraria opi- 8
nio.valet ꝙ Conductor ratione hypo-
tecę poſsit retinere preciſe rem locatã
& non cogatur recipere intereſſe,tenet
Sozin.ſubtiliter more ſuo in cõſilio.xc.
viſis quibuſdam actis &c.in.iiij.volumi
ne.& mouetur per auctoritatem Bar-
to.in.d.§.ſi vir.in fin.vbi Bartol. vult
quod quando conductor habet obliga-
ta generaliter bona locatoris,dicitur ha
bere ius in re iuxta.l.j.§.autem.ff.de ſu
perficie.& ꝓpterea poteſt dicere ſe vel-
le remanere in re vigore pignoris,& ſuc
ceſſor non poterit eum expellere:tamẽ
hoc non obſtante non eſt recedendum
à commu.opinio.Quia vt habetur per
Alexand.in.d.§.ſi vir.in verſiculo.pre-
dictis tamen adde &c . dicta auctoritas
Barto.& ſequacium intelligitur quan-
do ſucceſſor ſingularis non offerret con
ductori intereſſe:tunc enim non poſſet
eum expellere,ſed poſſet retinere rem
loco pignoris:ſed ſi ei offert intereſſe, 9
ipſum poteſt expellere per.d.l. Paulus.
aliàs incipit Sempronius.§.qui pigno-
ris.ff.quibus mod. pign.vel hyp.ſol.&
l.cum ſeruus.ff.de diſtractio.pi.Ita in-
telligit ibi Alexand.dictam auctorita-
tatem Barto.& ſequacium & ita refert
tenere.ibi Imo.Pau.de caſtr.& Roma.
& Iaco.but.in.d.l.ſi merces.§.j.& Saly
ce.in.d.l.qui fundum.& in.d.l.manci-
pia.& in.d.l.emptorem.& ibi etiã hoc
ſentit Barto.& Barto.in.d.l.vectigalia.
& Imo.ibi.vnde vel auctoritas Bart.eſt
intelligenda vt.ſ.vel ſimpliciter intel-
lecta:vt videtur intelligere Sozi.nõ eſt
vera:& ita etiam ſunt intelligendæ alię
auctoritates allegatæ per Sozi.loquũ-
tur enim quòd conductor qui habet hy
pothecam poteſt retinere rem:& iſtud
non negatur,ſed dicitur quòd dictum
ius retinẽdi reſoluitur per ſolutionem
intereſſe.¶ † Et communis opinio pro-
batur concludenti fundamento iudicio
meo:quia patientia ad quam tenetur lo
cator,eſt qd facti:vt habetur in.l.edẽ.
C.loca.& propterea dicitur indiuidua
vt pulchre per Alexand.in.l.diuortio.
in princi.viij.colum. in verſicu.contra
eum etiam facit &c.ff.ſoluto matrimo.
& in obligationibus facti regulariter
ſuccedit obligatio ad intereſſe,nec po-
teſt agi præciſè ad factũ,vt latè per Bar
to.& alios.in.l.ſtipulationes non diui-
duntur.in.viij.qõ.ff.de verbo.obliga.&
quãuis ad iſtam regulam ſeu concluſio
nem ponatur ibi per Barto.& alios ali-
quæ limitatiões.tamẽ nulla poteſt ada-
ptari in propoſito : probatur etiam iſta
concluſio per.d.l. Paulus.§.j. vbi dici-
tur,ꝙ quando agitur contra non obli-
gatum hypotecaria ,·vel reali actione,
& ſic principaliter propter debitum ,
conſequendum poteſt à quocũq; offer-
ri intereſſe.¶ † Et prædicta videntur
clare procedere,niſi locator in contra-
ctu locationis iuraſſet:quia tunc vigore
iuramenti poſſet conductor præciſè pe-
tere ſibi locationem obſeruari:vt habe-
tur per Alexandr. in.d.l. ſtipulationes
non diui.colu.vij.& Iaſ.in.l.ſi pecuniã.
in prin.ff.de condi.ob cauſam.& in hoc
vlti.fundamento de iuramento potiſsi
mè ſe fundat Sozi.in.d.ſuo conſilio.xc.
parum curando de primo.& ideo non
obſtante contradictione Sozi.puto non
eſſe recedendum à concluſione commu
ni:ſcilicet quod ſola hypoteca condu-
ctor non poſsit contra ſingularem ſuc-
ceſſorẽ præciſè velle retinere:ſed quòd
illud ius retinendi reſolui poſsit per ſo
lutionem intereſſe:ſecus autem ſi hy-
poteca ſpecialis in illa re cõcurreret.cũ
prohibitione alienandi:quia tunc alie-
natio eſſet nulla : vt dictum fuit. ſ. in
hac

hac quinta differentia nume. quinto.

10 ¶ † Sexta differentia poteſt poni in genere quod ſcilicet ſpecialis hypoteca plus afficiat rem quàm generalis, & plus iuris conſtituatur creditori per ſpecialem hypotecam quam per generalem: vt dicit glo. not. in auct. de non alienã. §. nos igitur. verſicu. tradere creditoribus. ad fin. & probat, quia debitor poteſt manumittere mancipia generaliter obligata creditori, non obſtante dicta generali obligatione: ſpecialiter autem obligata non. vt. l. ij. C. de ſeruo pigno. dama. & hoc procedit non ſolum in expreſſa hypoteca: ſed etiam in tacita, quę reſultat ex inductione, vel illatione rerum conductoris in domũ conductam vt. l. item quia. ff. de pac. & l. ſi certi iuris. C. loca. quia talis tacita hypoteca tanquam generalis nõ obſtat, quin mancipium inuectum & illatum in domum poſsit manumitti per conductorem: ſecus quando illud eſſet in ſpecie hypotecatũ, textus eſt in. l. licet. ff. in quibus cau. pig. tacit. contrahi. & in. l. penulti. eodem titu. & habetur per Alexand. in d. conſilio. cxviij. vltima colũ. in. v. volumi. & faciunt optimè no. in gloſſ. magiſtra. xxiij. diſtin. capitu. quãquã. in ver. plus. in qua enumerantur plures caſus in quibus prouiſio ſpecialis magis operatur, & influit quã generalis &c.

✠ Summarium. ✠

1 ☞ *Generalis obligatio bonorum comprehendit præſentia & futura.*
2 *Verbum ſua obligationi bonorum adiectum hoc modo, omnia bona ſua. quid operetur.*
3 *Conſtitutum obligatione bonorũ, adiectum quid operetur.*
4 *Conſtitutum collatum poſt mortem cõſtituentis eſt ineſſicax, niſi in illo fuerit adiecta clauſula, ex nunc, prout ex tunc.*
5 *Clauſula ex nunc, prout ex tunc, in contractibus quid operetur.*
6 *Conditio caſualis in contractibus, trahitur retro reſpectu obligationis, non autem reſpectu traditionis.*
7 *Conſtitutum collatum in tempus mortis reſertur in articulo mortis. Nam viuens quis quandoq; mori dicitur.*
8 *Nomen debitoris includitur in generali hypotheca bonorum.*
9 *Nomen debitoris non comprehenditur in generali obligatione bonorum mobiliũ, & immobilium: quia eſt tertia ſpecies.*
10 *Publicatio bonorum mobilium & immobilium non comprehendit iura nec actiones.*
11 *Pecunia an veniat in generali obligatione.*
12 *Pecunia debitoris aliunde habita quã à creditore cui obligãtur bona, non venit in generali obligatione.*
13 *Rẽs empta ex pecunia mutuata non eſt obligata mutuanti, etiam ſi mutuum expreſſè ad hoc factum eſſet: ſed bene mutuans tali caſu præfertur alijs creditoribus in actione perſonali.*
14 *Generalis obligatio bonorum, an comprehendat merces & venalia.*
15 *Legata & pignora, an veniant in generali obligatione bonorum.*
16 *Obligatio omnis argenti vel omnium rerum quid & quæ includat.*
17 *Merces venales etiam futuræ veniunt in geneali obligatione mercium.*
18 *Obligatio tabernæ comprehendit etiã merces futuras.*
19 *Verbum taberna ſimpliciter prolatum quid ſignificet.*
20 *Taberna dicitur corpus vniuerſale: quia non recipit tantum nomen ab ædificio, ſed etiam à mercantia.*
21 *Merx, ſeu mercantia ſupponit corpus vniuerſale.*
22 *Merces acquiſitæ in vita defuncti veniunt in*

generali



*generali obligatione, non autem acquiſitæ per hæredem, niſi hæres acquiſiuerit eas explicando negotia cæpta defunctum.*
23 *Merces repertæ apud debitorem tempore ortæ actionis hypotecariæ, vel moti iudicij hypotecarij veniunt in obligatione generali: nõ autem alienata ante per ipſum debitorem.*
24 *Actio hypothecaria ſequitur rem. fallit in mercibus venalibus alienatis ante ortum hypotecariæ.*
25 *Res orta ex re obligata comprehenditur in hypoteca, dummodo orta ſit, vel ſaltem concæpta, donec obligata fuit apud debitorem.*
26 *Res obligata tranſiens in aliam mutata materia: vt de ſylua in nauim: deſinit eſſe obligata, niſi obligatio formiter fuerit cõcæpta.*
27 *Res orta ex re obligata immediatè ſine facto hæredis eſt obligata.*
28 *Emphyteuſis etiã eccleſiaſtica venit in generali obligatione bonorum.*
29 *Alienari prohibita, an veniant in generali obligatione bonorum.*
30 *Alienatione prohibita non eſt prohibita pignoris obligatio: dummodo non obligetur res pro tanto quòd veriſimiliter nõ ſit ſpes luitionis.*
31 *Appellatione alienationis venit hypoteca, impropriè tamen, & interpretatiuè.*
32 *Sermo generalis non comprehendit perſonã loquentis. fallit vbi ſeruus obligat omnia bona domini de eius licentia: in tali enim obligatione comprehenditur ipſe ſeruus.*
33 *Generalis obligatio bonorum comprehendit res vẽditas, & locatas: Emptor enim vel cõductor obligans omnia bona cenſetur etiam obligare rem emptam & conductam.*
34 *Generalis obligatio bonorum non cõprehendit ea quæ quis veriſimiliter non eſſet ſpecialiter obligaturus, niſi talis obligatio eſſet collata poſt mortem obligantis & nu. 35.*
36 *Diſpoſitio generalis in vltimis volũtatibus comprehendit illa de quibus tractat. l. obligatione generali. ff. de pig.*
37 *Generalis obligatio bonorum, etiam cũ dictione omnis, nõ comprehendit ea de quibus in. l. obligatione generali. ff. de pig.*
38 *Dictio omnis quãdoq; reſtringitur vt omnia includat vel nihil excludat.*
39 *Dictio omnis, adiecta diſpoſitioni de futuro continenti, conceſſionem noui actus recipit reſtrictionem de habilitate.*
40 *Lex obligatione generali. ff. de pigno. an ſit reſtringibilis ad indefinitam.*
41 *Generalis obligatio cõprehendens ea de quibus in. l. obligatione generali. ff. de pig. qualiter concipi debeat.*
42 *Alienari prohibita ſub pœna, non veniunt in generali obligatione bonorum.*
43 *Bona feudalia nõ veniunt in generali obligatione: & quare.*
44 *Feudũ alienari dicitur, ſi vaſallus illud dat pignori domino, & eidem domino cõſentienti nulla ſit iniuria.*
45 *Feudum pluribus dominis attinens diuiduũ poteſt vni ex dominis pignorari etiam alijs non conſentientibus.*
46 *Feudum poteſt pro neceſſitatibus & ſeruitijs domini obligari.*
47 *Feudũ poteſt obligari animo luendi, abſq; tamen ipſius traditione.*
48 *Feudum nõ poteſt reſpectu dominij, & proprietatis obligari: reſpectu verò fructuũ & commoditatum ſic.*
49 *Vaſallus qualiter, & quo pacto dicatur poſſe fructus feudales obligare.*
50 *Liuellus propriè ſumptus, non venit in generali obligatione bonorum.*
51 *Contractus liuellarius quis & quando dicatur.*
52 *Contractus liuellarius propriè dicitur, quando vaſallus locat feudũ alteri de licentia domini: impropriè autem æquiparatur contractui emphyteutico.*
53 *Bona ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſariæ in conditionis euentum, nõ veniunt in generali obligatione bonorum.*

54 *Bona hæredis non veniunt in generali obli-*
*gatione bonorum facta per defunctum: niſi*
*hæres illa præſcripſerit continuata præſcri-*
*ptione cum defuncto.*
55 *Bona hæredis, an & quando expreſſe poſsint*
*obligari per defunctum.*
56 *Ratificatio hypothecæ & obligationis factæ*
*de re aliena per dominum rei validat pignus*
*vſq; à principio in præiudicium ratificantis:*
*etiam ſi creditor ſciuerit rem eſſe alienam.*
57 *Ratificatio de geſtis per defunctum in bonis*
*hæredis, an inducatur per aditionem hæredi-*
*tatis, & quomodo.*
58 *Dos ſeu res dotales tam ineſtimatæ, quã æſti-*
*matæ, & tam ex parte mariti quam vxoris*
*non veniunt in generali obligatione bonorũ.*
59 *Maritus, an poſsit obligare res dotales ex*
*parte vxoris.*
60 *Ius patronatus non venit in generali obli-*
*gatione bonorum, ſed eius commoditas &*
*fructus.*
61 *Obligatione ſpeciali & expreſſa prohibita,*
*cenſetur etiam prohibita generalis.*

SEquitur modò
ſecũdũ mẽbrũ huius ſecũ
dæ partis principalis, in
quo diſcutiẽdũ venit q̃ cõ
prehẽdant, & q̃ nõ cõprehẽdant in ge-
nerali obligatione bonorũ: & ꝓ clariori
& faciliori intelligẽtia expediã materiã
per regulã ampliatiões, & fallẽtias, vi-
delicet ſeptẽ ampliationes, & fallentias
1 otto. ¶ † Regula ergo ſit ꝙ in generali
obligatiõe & hypotheca bonorũ cõtine
tur bona preſentia & futura, tex. eſt no.
2 in. l. fi. C, q̃ res pi. obli. poſ. ¶ † Primò,
amplia hanc regulam, ſiue in dicta obli-
gatione adiectum fuerit verbũ ſua, pu-
ta dicẽdo, obligauit omnia bona ſua: vt
de hoc eſt tex. in. d. l. fi. §. fi. ſiue etiã nõ
fuerit adiectũ dictum pronomẽ ſua: ſed
ſimpliciter dictum fuit, ꝙ talis obliga-
uit: bona nam etiam iſto caſu cõprehẽ-
dunt præſentia & futura: vt eſt tex. ita
intellectus ibi per Bar. in. l. j. in princip.
3 ff. de pig. ¶ † Secundò, amplia regulam,
etiam ſi debitor in obligatione bonorũ
apponeret cõſtitutum. Nam licet clau-
ſula cõſtituti nõ videatur poſſe referri,
niſi ad præſentia bona: q̃a futura incer-
ta ſunt & poſsideri nõ poſſunt: vt. l. iij.
§. & enim incertã. ff. de acq. poſ. & hinc
eſt etiã ꝙ cõſtitutũ collatũ poſt mortẽ
conſtituẽtis nõ valet tanquã collatũ in
tẽpus quo poſſeſsio extinguitur vt no.
Ang. & refert Alex. in. l. quãuis. §. ſi cõ-
ductor. ff. de acq. poſ. Tñ cõtraria opin.
videlicet ꝙ etiam adiecto conſtituto in
obligatione generali omniũ bonorũ ve-
niant futura, eſt magis cõmunis, & eam
tenẽt Iac. but. & Sali. in. d. l. fi. quæ res
pig. obli. poſ. & Bar. in conſil. lxxvj. pũ-
ctus talis eſt. pater filio ſuo emancipa-
to &c. & Angel. in. q. per eum diſputa-
ta incipiente, In fulgenti palatio &c. &
in cõſil. clxxix. viſis inſtrumentis &c. &
in. d. l. j. in prin. ff. de pigno. & Bal. in. l.
ſi quis argentũ. §. Sed & ſi quis per illũ
text. C. de dona. Imo. & Roma. in. l.
ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de ver.
obli. Ale. Are. & Iaſ. in. d. l. iij. §. etenim
incertam. vbi Iaſ. in. j. & . ij. lectura hoc
tenet videlicet in. j. in. iij. limi. & in. ij. in
vj. limi. ex quibus apparet, ꝙ iſta eſt ma
gis vera & communis opi. licet vt dicit
ibi Iaſ. iſta opi. non tranſeant ſine ſcru-
pulo & contrarium voluerit Bald. in. l.
fi. §. fi. per illum tex. cum glo. ff. pro ſo-
cio. & Bal. & Ang. in. d. l. ſtip. hoc modo
concepta. & Ange. in. d. l. fi. C. de pac. &
Rom. in. d. §. etenim incertã, & ad illud
quod dicebatur ꝙ futura bona ſunt in-
certa & ideò poſsideri nõ poſſunt: re-
ſpondetur per docto. tenentes cõmunẽ
opi. & max. per Sozi. & Iaſ. in. d. §. etenĩ
incer



incertã. quòd dicta incertitudo eſt an-
te acquiſitionẽ bonorum futurorũ: ſed
poſt acquiſitionẽ ceſſat talis incertitu-
do: ſicut dicitur in fructibus naſcituris
emptis: nam illis natis non dicitur em-
pta res incerta vt. l. interdũ. in princip.
ff. de verb. ob. & . l. nec emptio. ff. de cõ-
trahẽ. empt. Itẽ reſpondent ꝙ licet non
adſit omnimodo certitudo reſpectu re-
rum particularium eſt tamen certitudo
reſpectu vniuerſi & ſufficit certitudo
reſpectu vniuerſi & generalis argumẽ-
to. l. qui iure militari. ff. de teſtamento
milita. & ita referũt tenere inſignẽ doc.
d. Io. petrutium in. l. ab emptione. ff. de
4 pac. ¶ † Illud autem quod conſtitutum
collatum poſt mortem non operetur vt 5
per Alexã. poſt Angel. in. d. l. quãuis. §.
ſi conductor. ff. de acqui. poſ. limitatur
ſolenniter per Alexan. in conſil. lxxxiij.
viſa facti narratione. ij. col. verſi. confir-
matur &c. ſecundo vol. niſi in conſtitu-
to ſit adiecta clauſula, ex nunc, prout
ex tunc &c. & refert & ſequitur Iaſo. in
repe. l. quoties in. iiij. colum. in verſicu.
Nota tamẽ diligenter &c. C. de rei vẽ-
di. Sed iſtam limi. impugnat Decius in
conſilio. ccxlvij. in cauſa Mag. col. fin.
dicens, ꝙ dicta clauſula ex nunc, prout
ex tunc &c. in cõſtituto collato in tem-
pore mortis non põt operari: q̃a extre-
ma non ſunt habilia: vt ipſe declarat in
d. conſilio. in. ij. colum. in verſic. ij. hoc
idem probatur &c. vbi dicit. ꝙ licet cõ-
ditio exiſtens in contractibus retrotra-
hatur ad tempus contractus. l. qui po-
tior. & . l. qui balneum. ff. qui po. in pig.
ha. tamen hoc eſt verum, ſi tempore exi
ſtentis conditionis reperitur extremũ
à quo habile ad obligationem contra-
hendam: ſecus ſi ex parte rei reperitur
inhabile: ſed cum tempore purificatæ
conditionis dicti conſtituti extremum
à quo non erat habile, cum cõſtitutum
non potuiſſet tunc operari tranſlationẽ
poſſeſsionis, quæ tunc non erat apud
conſtituentem. ideo illa conditio retro
trahi non poteſt allegat. l. quoties. in fi.
ff. de noua. ſubdit etiam ꝙ non eſt ve-
rum, ꝙ conditio videatur purificari in
articulo mortis: vt dicit Oldra, in con-
ſi. cxxxix. ad habẽdum &c. in. v. dubio:
quia conditio appoſita in caſũ mortis
non videtur verificari, niſi poſt mortẽ:
quia donec aliquis vitæ ſpiritus ſuper-
eſt nõ dicitur quis mortuus: quia mors
omnia ſoluit: vt in. §. deinceps. in au-
ten. de nupt. ¶ Tamen iſtis non obſtã-
tibus puto veram eſſe limitationẽ Ale-
xan. in. d. conſilio. lxxxiij. ¶ † Quia di-
cta verba eſt nunc, prout ex tunc, ope-
rantur ꝙ vnum tempus videatur alte-
ri ineſſe, valet præſens tempus in futu-
ro & econuerſo, & ex quolibet dictorũ
temporum dici poteſt conuentionem,
ſeu actũ ſumere initium: ita dicit Ale-
xand. poſt Angel. & Imol. in. l. huiuſ-
modi. la. ij. ff. de verb. oblig. per allega-
ta ibi per eum: & vt dicit Bald. in. c. j.
de mili. vaſal. qui contu. eſt in. vj. colũ.
Verbum ex nunc ſignificat præſentem
actum: ſed futurum effectũ dictũ ver.
ex tunc: & ſequitur Alex. in. d. l. huiuſ-
modi. dicens ꝙ per dictũ ver. ex nunc,
cenſetur actus factus de præſenti tem-
pore conuentionis: & verbum ex tunc,
ſignificat effectum actus eſſe collatum
in illud tempus futurum, quod deſi-
gnatur per dictum verbum ex tunc.
Idem tenet Iaſ. in. l. j. in fin. C. de codi-
cil. & Alexan. in conſil. cxj. perſpectis li-
teris &c. vj. volu. nume. 27. cõſtat ergo
quòd quando diſpoſitio confertur poſt
mortem vendentis, vel aliter alienan-
tis: & ille qui alienat ex nunc, prout ex
tunc, conſtituit ſe poſsidere &c. ꝙ con-
ſtitutum

ſtitutum incipit,& ſumit initium à die
contractus : ſed eius effectus eſt colla-
tus poſt mortem & ſic indubitanter va-
let conſtitutum à primordio cõtractus
licet eius effectus differatur poſt mor-
tem : & ideo ceſſat conſideratio quam
faciebat Decius de inhabilitate extre-
morum cùm imo tempore conſtituti in
eſſe producti extremum fuerit habile:
quia conſtituens viuebat & poſsidebat:
& non obſtat quòd effectus conſtituti
ſit collatus poſt mortem : quia non per
hoc tolletur ꝙ conſtitutum non habeat
ſuam ſubſtantiam ab initio . vt colligi-
tur ex nota.per Alexandrũ in conſilio.
xiiij.Circa primum in.j.dubio.j.volu-
mi.vbi vult quòd licet donatio confe-
rantur poſt mortem donantis non pro-
pterea deſinit eſſe donatio inter viuos:
& in fine dicti conſilij firmat ꝙ conſti-
tutum adiectũ in donatione cuius exe-
cutio eſt collata poſt mortem donan-
tis operatur effectum ab initio:& dictũ
conſilio refert & approbat Iaſo.in.l.ſub
conditione .ff.de conditione indebiti,
& iſtam partem in proprijs terminis te-
net etiam Guido pape in concluſione.
cclxviij. Incipien.quidam donauit &c.
¶ Ceſſat etiam alia conſideratio ꝙ cõ-
ditio non poſsit retrotrahi ad diem cõ-
tractus ex eodem met fundamẽto:quia
non agitur hîc de trahendo retro effe-
ctum conſtituti ſubſequutũ poſt mor-
tem ad diem contractus : ſed concedi-
tur ꝙ effectus non trahatur retro. Et
dicitur ꝙ cõſtitutum fuit in eſſe dedu-
ctum tempore contractus : tunc enim
incipit conſtituens poſsidere pro eo pro
quo conſtituit poſsidere : ſed effectus
iſtius conſtituti. i. effectus traditionis
poſſeſsionis fuit collatus poſt mortem:
& ſic traditio fuit facta à principio : ſed
effectus traditionis fuit dilatus poſt

6 mortem.¶† Præterea licet in conditio-
nibus caſualibus conditio exiſtens tra-
hatur retro ad diem contractus : vt.d.
l.qui potior.&.d.l.qui balneum.tamen
illud eſt verum reſpectu obligationis,
non autem reſpectu traditionis:vt de-
clarant Ray.& Imo.in.d.l.huiuſmodi.
ff.de verbo.obli.& ibi refert Iaſ.Ita ꝙ
traditio collata in euentum cõditionis
caſualis : non trahitur retro ad diem
contractus : purificata cõditione : vnde
dicta conſideratio Decij non videtur
bene applicari ad terminos conſtituti.
7 ¶ † Præterea quando etiam ſubſtan-
tia actus conſtituti fuiſſet collata vna
cum ipſo effectu in tempus mortis : ꝙ
certæ non fuit ( vt dictum eſt:) Tamẽ
adhuc videtur poſſe ſubſtineri deci-
ſio Oldra.in.d.conſil.cxxxix.videlicet
ꝙ dictum conſtitutum verificetur in
actu moriendi non autem quòd inſpici
debeat tempus ſubſequens poſt mor-
tem : quia quis dicitur mori viuens.l.
qui duos.in princ.ff.de manu.teſt.pro-
pter ꝙ Iaſo.in.l.ſi quis poſthumos.§.ſi
filiũ.in.vij.col.in verſi.Imperator con-
ceſsit &c.ff.de libe.& poſth.tenet con-
tra Paul.de caſtr.ꝙ priuilegium legiti-
mandi conceſſum Comiti palatino in
vita & morte patris filij ſpurij:dum di-
cit in morte,debeat intelligi in articulo
mortis vt ibi late per eum:magis tamen
placet præcedens fundamentũ:& ideo
non puto recedẽdum à deciſione Alex.
in.d.conſilio.lxxxiij.quamuis autoritas
8 Decij apud omnes ſit maxima.¶† Ter
tio,ampliatur dicta regula.ꝙ etiam in
generali obligatione bonorum veniant
nomina debitorũ ipſius debitoris obli-
gantis.vt.l.iij.& ibi not.Bartol.Bald.&
Salyc.C.de hære.act.& not.Barto.in.l.
Quintus.§.argento.ff.de auro.& ar-
gen.lega.& l.nomen.& ibi Bart.& alij
C.quæ



9 C.quæ res pigno.oblig.poſ.¶† Reſtrin
gitur autem hæc ampliatio vt procedat
quando obligatio bonorum fit ſimpli-
citer:ſecus autem ſi fieret obligatio bo
norum mobilium & immobilium: tunc
enim non comprehenderentur iura &
actiones , vel nomina debitorum quia
actio , ſeu nomen debitoris dicitur ter-
tia ſpecies : & non comprehenditur ap-
pellatione mobilium vel immobilium:
vt.l.à Diuo pio . §. in venditione .ff. de
re.iudi.l.quam Tuberonis.§.penult.ff.
de pecu.lega.no. Dy.Bart.& alij in.l.po
teſt pupillus.ff.de aucto.tut.& in.l. mo
uentium.ff.de verb.ſigni . & cano.in.c.
nulli.de rebus eccle.non alie . Corn . in
conſi.clxxiij.ad fi.iij.vol.& in cõſi.ciiij.
10 ij.vol.In literã. ¶† Et facit quia in pu-
blicatione in qua ſimpliciter publican-
tur bona veniunt iura & actiones ſecus
autem eſt ſi publicentur bona mobilia
& immobilia vt per Bald . Angel . &
Alexand . in . l . ſi conſtante .§. fin . ad
fin.ff.ſol.mat.& per Alex.in conſil .cxj.
Viſo.themate.q.primiſſæ in.iij.colũ.in
verſic.ſed ita eſt quòd actio competens
&c.iiij.vo.& in conſi.xxj.vj.vo.in prin.
Adde Bartol.in.l.ſi conuenerit la .ij. ff.
de pig.actio.& in.l.vxori meę.ff.de vſu
fru.legat. ¶ Reſtringitur etiam alio mo
do vt infra in.iij. membro huius ſecun
dæ partis in.x.q.vbi vide.¶ Quę autem
actio competat,quando fuit obligatum
nomen debitoris: & an principalis debi
tor poſſit ſoluere ſuo primo creditori
non obſtante quòd dictus primus credi
tor obligauerit nomen dicti debitoris al
teri ſuo creditori?vide infra in.d.iij.mẽ
bro in.xj.q. quæ quæſtiones melius ibi
11 cadunt q̃ in hoc.ij. membro . ¶† Quar
tò, Amplia dictam regulam,vt etiam in
generali obligatione veniat ipſa pecu
nia,tex.eſt & ibi no.Bartol.in.l.cùm ta
bernam.§.fi.ff.de pig.& no.Alex . in.l.
ſi conſtante.in prin.in ſum.q .iij. partis
principalis.ff.ſo.ma.in verſi. confirmo,
12 nam in generali &c . ¶ † Reſtringe tũ
hanc ampliationem ad pecuniam debi-
toris aliunde habitam quam a credito
re cui obligantur bona.text . eſt in. d.l.
cùm tabernam. §.fina . ponderando ibi
verſic. ab alio. Et ratio eſt , quia illa pe-
cunia quam quis accepit mutuo ab illo
creditore cum quo facta fuit obligatio
bonorum . accepta fuit vt cum ea debi
tor poſsit explicare ſua negotia ideò nõ
eſt veriſimile quòd debitor voluerit eã
comprehendi in dicta obligatione bono
rum : quia ſi veniret in dicta obligatio
ne non poſſet ea vti pro ſuis negotijs:
ſed poſſet impediri per creditorem:ita
ſingulariter ponderat & firmat Bald.
poſt Richar . malumbre in .d.l. obliga
tione generali . & idẽ tenet Alber. guil.
in ſua Margarita.in tit.de pigno.verſic.
ſed pone accepi . & ita etiam tenet per
prædicta Roma . in ſuis ſingularibus
chart .xvij.iiij.col.incip.Accipio à te pe
13 cuniam &c.nu.605.¶† Pro quo etiam
optimè facit:quia res empta ex pecunia
mutuata non eſt præcipua in qua mu
tuans poſsit præferri alijs creditoribus,
vt tenent Dyn. Bar. Bald. Angel.& com
muniter doct.in.l.ſi cùm dotem.§.fi.ff.
ſolt.mat.per.l.procuratoris.§.planè. &
§.ſed & ſi dedi.& in verſi.& ſi quidem.
ff.de tribut.& per.l. quidã fundum.ff.
de in rem ver.& not. Ioã.fab.inſti.de re
rũ diui.§.venditæ.& Bald.in.l.fi. C.cõ
mo.& in.l.cũ cui.ff.de actio.& oblig.&
in.l.in rebus.in.ij.col.C.de iure dot. &
refert & ſequitur Alexã.in.d.l.ſi cũ do
tẽ.§.fi.in vi.col.in verſi.poſtremo &c.
limitans tamen prædicta niſi pecunia
fuiſſet expreſſè mutuata ad merces cõ-
parandas:quia tunc bene mutuans præ-
fere

ſeretur cæteris creditoribus, in dictis
mercibus in actione perſonali.l.quod
quis.cum gloſſ.communiter approba-
ta.ff.de priuile.credi. Imò fortius vo-
luit gl.no.in authé.quo iure.C.qui po.
in pign.hab.videlicet ꝙ talis mutuans
expríſè ad merces comparandas in illis
tacitam habeat hypotecam. Ita refert
Alexã.in.d.l.ſi cum dotem.§.fi.de quo
vltimo videbimus infrà in.xvij.tacita
hypoteca.vbi diſcutietur de veritate.d.
14 gloſſ.in.d.authé.quo iure.¶†Quinto
amplia dictam regulam,vt etiam in ge
nerali obligatione bonorum veniant
merces venales:ita colligitur ex no.per
Barto.in.l.generali.§.vxori.ff.de vſu-
fruc.lega.vbi Bar.vult quod diſpoſitio
generaliter facta de rebus comprehen
dat res venales allegat in argumẽtum
l.pediculis.§.labeo.ff.de auro.& argẽ.
lega.&.l.Iulianus.in princip.ff.de leg.
iij.Secus ſecundum eum, ſi diſpoſitio
generalis fieret. de rebus exiſtentibus
in certo loco:quia tunc non compreh-
derentur merces.& ſic ex dictis Barto.
elicitur iſta concluſio.ſ.quòd in genera
li obligatione rerum,ſeu bonorum nõ
reſtricta ad certum locum cõprehendũ
tur etiã merces & res venales:& iſtam
cõcluſionem expreſsè tenet Bald.in.l.
cùm tabernã.in prin.in reportatis anti
quis.ff.de pigno. vbi ita refert tenere
Bar.in.d.§.vxori.& aſsignat rationem
cõcludentẽ,videlicet quòd ſicut dictus
debitor fuiſſet venditurus,& ſpeciali-
ter obligaturus dictas merces,ita etiam
debẽt venire in generali obligatione.vt
d.l.obligatione genarali:& reſpõdet ad
d.§.vxori.quod ibi nõ fuit ſimpliciter
diſpoſitũ de rebus:ſed de rebus exiſten
tibus in certo loco:res autẽ venales nõ
videntur eſſe in certo loco:cùm nõ ſint
ibi perpetuo manſuræ,vt.l.venditor.ff.

de pig.ita tenet Bal.in.d.l.cùm taber-
nã.in princ.dicens iſtam.q.fuiſſe pridie
de facto:ita etiã tenet Alex.in.l.ſi con-
ſtante.in prin.in.iij.q.iij.q.partis prin-
cipalis,in verſi.item inquantũ Bar.hîc
&c.ff.ſolu.ma. Non obſtãte quod Ro-
ma.ibi tenuerit cõtrariũ & Bal.in.l.cer
ti iuris in.vj.q.C.loca.& Iaco.de Are.
in.d.§.vxori.Quia vt declarat Alexã.
præfati docto.qui tenet contrarium lo-
quutur,quando diſpoſitio fuit reſtri-
cta ad certum locũ:tunc enim verũ eſt
quod venales in ea non cõprehendun-
tur.vt no.Barto.in.d.§.vxori.& Bald.
in.d.l.cùm tabernã.ſecus aũt eſt quãdo
diſpoſitio eſt ſimplex & non reſtringi-
15 tur ad locũ.¶†Reſpondet etiã Alexã.
ad.d.l.pediculis.§.cùm quæritur.ff.de
au.& arg.lega.vbi legatũ fuerat omne
argentum,& tamen nõ venit venale;qđ
aliud ſit in legato,vt ibi:& aliud in pi-
gnoribus,ſeu contractibus, in quibus
nos loquimur:vt ſentit Bald.in Rubri.
C.de verb.ſignifi.in.iiij.q.per.d.l.cum
16 tabernã.in prin.¶†Secundo modo re-
ſpondet Alexã.quòd aliud ſit in legato
argenti vel alterius ſpeciei,& tunc ve-
rum ſit quòd non cõprehendantur ve-
nalia & habeat locum.d.l.pediculis.§.
cũ quæritur:& aliud in legato generis
omnium rerum,vel bonorum : quia in
eo omnis ſubſtantia comprehenditur.
l.quoties.§.fi.ff.de vſufru.& ideò com
prehenduntur etiam venalia & ita lo-
quitur Bart.in.d.§.vxori.& ita reſidet
Alexã.in.d.l.ſi conſtante.in prin.& ita
17 videtur tenẽdũ.¶†Sed circa prædicta
contingit vtiliter dubitari,an in gene-
rali obligatione merciũ veniant nõ ſo-
lum merces venales quas de præſenti
habet debitor,ſed etiam futuræ? Et in
hoc Sozi.in.l.qui Romæ.§. Calimacus
in.ij.no.ff.de verb.obliga.ponderat ibi
eſſe



eſſe tex.ꝙ futuræ merces non veniant:
ex quo ibi text.exprimit de mercibus
quas tũc habebat debitor & etiam de
emẽdis.ꝙ fieri nõ oportuiſſet,ſi de iure
fuiſſent cõprehenſæ in generali diſpoſi
tione:probat etiã ipſe:quia licet in ge-
nerali obligatiõe veniant etiã futura.d.
l.fi.C.quę res pi.obli.poſſ. Tamen cum
in generali obligatione non veniant
merces:ſi exprimitur de mercibus in-
telligendum videtur de præſentibus &
non de futuris : vt minus recedamus
à regulis iuris & pro hoc inducit tex.in
d.l.cùm tabernam.vbi ideo veniunt fu
turæ merces:quia obligatæ fuerũt ſub
nomine tabernæ,& ſic corporis vniuer
ſalis quo caſu vna res ſuccedit loco al-
terius,ergo in alio caſu non debent ve-
nire futuræ merces. Dicit tamẽ eſſe co-
gitandum.¶Sed in prædictis eſt aduer-
tendũ.Circa plura:& primò,quòd in-
quãtum Sozi.vult ꝙ in generali obli-
gatione bonorum non veniant merces
venales, niſi expreſsè eſſent obligatæ:
ꝙ in hoc malè loquutus fuit,& in con-
trarium eſt veritas & communis opin.
per no.per Alexã.in.d.l.ſi conſtante.in
princ.in.iij.q.tertiæ partis principalis;
vt ſ.retuli in principio iſti° quinte am
plationis vbi probaui ꝙ in generali obli
gatione bonorũ veniunt merces vena-
les,niſi diſpoſitio eſſet reſtricta ad cer-
tum locũ,& hãc concluſionẽ tenet etiã
Bal.in Rubrica.C.de verb.ſignifica.in
quarta quæſtione.& cõtra Sozinũ te-
net Iaſ.in.d.§.Calimacus.in.quarta.q.
18 nu.9.¶†Secundò,eſt aduertendũ in-
quantum Sozi.in.d.§.Calimacus.prin
cipaliter diſputando, tenet ꝙ in obli-
gatione mercium non veniunt futuræ
merces:niſi quando ſunt obligatæ ſub
nomine tabernæ,& ſic vniuerſalis cor-
poris prout ſecundũ eum loquitur tex.

in.d.l.cùm tabernã.quia licet neq; Iaſ.
neq; alij tangant. Tamẽ ego puto etiã
in hoc Soci,non rectè loqui. Nam pu-
to veriſsimum eſſe ꝙ in obligatione iu
ris,ſeu corporis vniuerſalis vt eſt grex
peculium & huiuſmodi,vna res ſucce-
dat loco alterius:& ſic ꝙ quãuis prima
corpora mutentur & noua loco ipſorũ
ſubrogentur ꝙ ſubrogata loco priorum
veniant in obligatione facta de priori-
bus vt eſt text.in.l.grege.in princip.ff.
de pigno.licet enim membra illius cor-
poris mutentur, ſeu nouentur : tamen
19 idem eſt corpus.vt ibi eſt text.¶†Itẽ
iſtud verbum taberna ſimpliciter pro-
latum non dicitur corpus vniuerſale,
ſed dicitur vniuerſale, prout refertur
ad merces,quæ in ea tenentur:vt decla
rat Bar.in.d.l.cùm tabernam.in princ.
& allegat.l.cũ pater.§.menſæ.ff.de le-
ga.ij.& ꝓpterea infert ipſe.quòd licet
merces mutentur,tñ eadem videtur eſ-
ſe taberna.d.l.gregæ.&.l. peculium.in
prin.ff.de leg.ij.Idẽ etiã tenet Bald.in
d.l.cum tabernam.poſt Rayn.& Bart.
ibi allegat.l.imperator.§.fi.de leg.ij.&
ex hoc infert notabiliter ꝙ pretiũ reda
ctũ ex mercibus antequàm ſit alio ver
ſum,erit obligatũ ſicut erat ipſæ mer-
ces ſecũdũ Alber.gal.in magarita.eo.ti
20 tu.¶†Iſtud etiã vult nota.Sali.in.d.l.
cũ tabernam.dicens ꝙ ideò taberna eſt
corpus vniuerſale:quia nõ recipit tãtũ
nomẽ ab edificio,quãtũ à mercãtia quę
ibi venditur:& ꝙ eſt nomen complexũ
extra ædificium aliquid importãs & ſi-
gnificans : & idem dicit de Apotheca.
Sed de domo dicit ſecus,videlicet ꝙ eſt
nomẽ ſimplex extra ſe nihil ſignificãs,
& ſic clarum eſt ꝙ ideo nomen taberna
ſignificat corpus vniuerſale : quia non
conſideratur ſimpliciter, ſed prout in
ea ſunt merces : virtus ergo vniuerſa-

21 lis corporis deſcendit à mercibus. † Et
per conſequens de neceſsitate infertur
quòd iſtud vocabulũ merx ſupponit de
ſe corpus vniuerſale, etiam ſine taber-
na: quod tamen negat Soci. in d. §. ca-
limacus. & vltra prædicta probatur per
nota. per Bald. in l. vbi adhuc. in. iiij.
qõ. in verſicu. tunc ego formo tibi. q. C.
de iure do. vbi dicit expreſsè quod mer
cantia eſt corpus vniuerſale, in quo vna
res ſubrogatur loco alterius. iſtud etiã
vult Barto. in d. l. cũm pater. §. menſæ.
& eſt textus. & ibi not. Bartol. in l. j. in
prin. & §. j. ff. de tributo. & tex. in l. p-
curatoris. §. mercis. & §. ſi propter. &
§. ſi plures. eo. titu. vbi verbum negotia
tio & merx idem ſupponit: vnde reſul-
tat concluſio contra Soci. in d. §. Cali-
macus. ꝙ ſicut quando obligatur taber
na habito reſpectu ad mercis in obliga
tione, veniũt tã præſentes quàm futuræ
merces, ita & quando obligatur merces
ſimpliciter, vel merx, vel mercantia.
22 ¶ † Inquantum tamen concluſum eſt
quòd in obligatione mercium veniunt
etiam futuræ merces: intelligi debet
de illis mercibus quæ durantæ vita il-
lius qui obligauit acquiſitæ ſunt: non
autem de illis quæ acquiſitæ fuerunt
poſt mortem obligantis per eius hære-
dem: qa ille nõ comprehendũtur: vt eſt
tex. in d. l. cũ tabernã. in fine principij,
& ibi gl. in ver. obligata. & ſequitur ibi
Bar. limitando tñ niſi hæres illas acqui
ſiuerit, explicando negocia cepta per
defunctũ: allegat ad hoc. l. furti. §. illud
planè. & ibi glo. in verſic. ſuccedit. ff. de
23 his qui no. infa. ¶ † Itẽ & ſecũdo prædi
cta ſunt intelligẽda: & in hoc bene ad-
uerte: qa eſt magnæ importãtiæ: ꝙ licet
in obligatione merciũ veniãt etiã futu-
ræ. Tñ iſtud reſtringit ad illas merces
tantũ, quæ reperiunt apud debitorem
obligatũ tẽpore quo oritur actio hypo
tecaria ad merces, vel tpe moti iudicij:
ita tenet Bal. in d. l. vbi adhuc. in. iij. co
lũ. in ver. ſed pone maritus erat merca-
tor &c. C. de iur. dot. ita ꝙ ſi dictę mer
ces ante mortẽ debitoris, vel ante ortã
hypotecariã, vel ante motũ iudiciũ fue
rint alienatæ, in extraneũ nõ cõpeteret
ad illas hypotecaria: & ratio eſt ſecun-
dum Bald. ibi: quia licet merces vena
les veniant in obligatione bonorum:
tamen non veniunt taliter quòd liberè
vendi & permutari non poſsint: argu-
men. d. l. cũ tabernam. & ita etiam te-
net ibi Bald. in lectura antiqua poſt Ia-
cob. de Areti. idem tenet Bart. in d. l. ſi
conſtante. in princip. in. iij. q. tertię par-
24 tis principalis. ¶ † Ex quibus habes
magnam limitationem ad illam regu-
lam, quòd hypotecaria ſequitur rem, de
qua in l. diſtractis. & in l. pignoris. C.
de pigno. & in l. pignoris. ff. eod. Nam
fallit in mercibus venalibus: quia licet
illæ ſint hypotecatæ: tamen illis vendi-
tis ante ortum hypotecariæ deſinit cõ-
petere hypotecaria ad illas. Sed ad
pretium redactum ex dictis mercibus
antequàm ſit conuerſum in alias res
bene dabitur hypotecaria: quia cũm
ſimus in vniuerſalibus (vt dictum eſt
ſ.) illud ſuccedet loco mercium ar-
gu. l. imperator. §. fina. ff. de lega. ij. &
ita not. Bald. in dicta. l. cum tabernam.
in principio per Alberic. Gale. in ſua
margarita in titu. de pignor. & quæ di-
cta ſunt, de mercibus futuris proce-
dunt iuxta terminos Sozin. in d. §. cali-
macus. videlicet quando eſſent obliga-
tæ merces ſimpliciter. Nam ſi obliga
tis eſſet facta de bonis in genere tunc
indubitanter venirent merces præſen-
tes, & futuræ vt concluſum fuit. ſ. in
princip. huius quintæ ampliationis.
Præ-



25 ¶ † Prædictis autem, põt applicari alia
notabilis. q. videlicet qd ſi ſunt obliga-
ta corpora quę nõ ſunt vniuerſalia, ſed
particularia videlicet res pticulares: an
tunc ſi res hypothecata eſſe deſierit, &
alia eius loco fuerit ſubrogata, dicta res
ſubrogata comprehẽdatur in dicta obli
gatione ſicut prima? & breuiter dicen-
dũ eſt, quod ſi res ſubrogata ſit orta ex
prima ꝙ comprehẽdatur. text. eſt & ibi
no. Bar. in l. fideiuſſor. §. ſi. ff. de pigno.
¶ Iſtud tñ limitatur tribus modis: pri-
mo quãdò illa res quæ oritur ex prima
obligata orta, vel ſaltẽ concæpta fuit do
nec res fuit apud debitorẽ, vel eius hæ
redẽ: ſed ſi orta eſſet apud aliũ ad quem
res obligata deuenit: tũc nõ illa res or-
ta ex ea nõ veniret in obligatione. text.
eſt & ibi nota. Bar. in l. paulus. §. j. ff. de
pigno. & ibi etiã gl. in ver. pepererint.
iũcto tex. in l. ſi cõuenerit. §. ſi fundus.
26 ff. de pigno. actio. ¶ † Secundò limita
niſi res orta fuerit ex prima: quia ma-
teria tranſierit in materiatum: quia qñ
materia quæ fuit obligata trãſit in ma
teriatum: tunc illa prima materia deſi-
nit eſſe, & extinguit, & incipit eſſe alia
ſpecies: & ꝓpterea hypotheca quę erat
in prima materia extinguit vt eſt tex.
no. in l. ſi cõuenerit. §. ſi quis. ff. de pig.
actio. vbi eſt tex. ꝙ ſilua fuerat data pi-
gnori: & ex illa ſilua fuit poſteà cõpoſi-
ta nauis: dicitur ibi quod nauis non eſt
pignori nexa: niſi in obligatiõe facta de
ſilua dictũ fuiſſet: ꝙ ſilua obligabatur
vna cũ omnibus quæ ex ſilua facta na-
tave eſſent. tunc enim etiam nauis eſſet
obligata & ibi gloſſ. optimæ declarat &
Bar. poſt Iac. bu. ponit diſtinctionẽ con
cludẽs: ꝙ quãdo res obligata tranſit in
aliã formã reducibilẽ ad primã mate-
riã, non extinguitur hypotecata: ſecus
ſi non ſit reducibilis per tex. ibi & in l.
quæſitũ. §. illud fortaſſæ. ff. de leg. iij. &
idem firmat Saly. in l. quãuis. C. in qui
27 bus cauſ. pig. taci. contraha. ¶ † Ter-
tiò limita, qn res oritur ex prima obli-
gata immediatæ: ſecus ſi oriatur me-
diantæ facto hæredis: qa tũc nõ cõpre-
henditur in obligatione, in qua prima
erat comprehenſa vtpũtà in fructibus:
qa fructus naturales percepti ex re pi-
gnorata per hæredem, veniunt in obli-
gatione rei pignoratæ: quia immediatè
percipi dicuntur ex ipſa re: ſed fructus
induſtriales nõ ita not. Bart. interpre-
tando gloſſ. in l. aſsiduis. C. qui po. in
pi. hab. & habetur in l. iij. C. in quibus
cau. pi. ta. cõtra. & in d. l. Paulº. in prin.
& §. j. ff. de pigno. Et intellige hoc, etiã
ſi fructus fuiſſent iam ſati à debitore
in re obligata: quia licet illi fructus cen
ſeantur pars prædij obligati: vt. l. fru-
ctus pendentes. ff. de rei vendi. Tñ illi
nõ cẽſentur p ſe prout ſunt fructus ſed
vna cũ fundo: vt eſt tex. no. in l. fi. §. fru
ctus. ff. quę in frau. credi. quãuis in cõ-
trarium videatur text. in l. diuortio. in
princ. ff. ſol. ma. ſed ibi eſt diuerſa ratio
& ideò ſi tales fructus non percipian-
tur à debitore, ſed ab alio bonæ fidei
poſſeſſore nõ competit pro illis hypote
caria: quia verum eſt dicere illos nunq̃
fuiſſe in dominio debitoris text. in l. j.
§. cũm prædiũ. & ibi glo. in ver. nũquã
debitoris. & ibi etiam Bart. ff. de pign.
qui declarat gloſſ. quæ prima facie vi-
debatur velle contrariũ. In hoc tamen
articulo. ſ. an & qñ fructus rei hypote-
catæ veniant in obligatione, & quo iu-
re peti poſſint. Salice. poſt Iaco. de are.
& Cy. in l. iij. C. in quibus cau. pi. tacit.
cõtraha. ponit vnã plenam & pulchrã
diſtinctionem: nõ tñ diſcordat à prædi-
ctis: idẽ etiã facit. Sal. in l. j. §. cũm præ
diũ. in. ij. q. ff. de pigno. & qñ caſus oc-

 currit

eurrit vide Sali.in locis prædictis : quia
perfectè loqnitur. & adde in materia
fructuum perceptorum ex bonis obliga
tis Socin.in conſi.xciij. Circa primum
&c.co.viij.verſi.Confirmatur dicta cõ-
cluſio.j.volu.¶ † Sextò,amplia regu-
28 lam prædictã quòd in generali obliga-
tione bonorum, veniat etiam bona em-
phyteutica: & ſic quòd licet regulariter
bona emphyteutica alienari nõ poſſint
irrequiſito domino: tamẽ poſſunt hypo
tecari. Ita not, Barto.& clarius Bald.&
Pau.de caſt.in l.tutor.§.fi.ff.de pigno.
actio.&.l.lex vectigalis.ff.de pigno. &
Bart.in.l. ſi conſtante.in princ.in.iij.q.
tertiæ.q.prin.ff.ſol.mat. & ibi ſequitur
Alexã.reprehendens Roma.qui ibi vo-
luit cõtrariũ: idẽ tenet Spec.in tit.de lo
ca.§.nunc aliqua.ver:cxxij.idem tenet
glo.in.l.fi.in verſ.vendere.& ibi Sali.&
alij.C.de iure emph. Dicit tamẽ Salice.
ibi in.ij.col.audiuiſſe quendam ſolen-
nem doc.tenẽtem,quòd ſi eſſet emphy-
teuſis eccleſiæ non poſsit obligari neq;
hypotecari per aut. hoc ius porrectum.
& aut.quas res.C.de ſacroſanct.eccleſi.
Sed ſubdit ipſe, quòd illa iura hoc non
probant: quia loquuntur in adminiſtra
tore eccleſiæ , non in emphyteuta , qui
ius ſuum tantùm,& non ius eccleſiæ pi
gnorat: nã ius eccl.obligare non poſſet.
l.rẽ alienã.ff.de pigno.acti. & ita refert
& ſequitur Iaſo.in.d.l.fi.car.185.col.iij.
& facit, quia pignorans,vel hypotecans
non alienat, nec ius in alium transfert:
quia pignus remanet in bonis debitoris
29 l.pignus.C.de pigno.actio.¶ † Et non
obſtat quòd ꝓhibita alienari nõ veniãt
in obligatione bonorum iuxta.not.per
Bar.in.l.codicillis.§.inſtituto.ff.de leg.
ij.& per Bald.in.l.j.C.quæ res pi.obli.
poſ.& in.l.volũtas.ad fi.C.de fideicom
miſ.per Bart.no.in.l.& quorũ.ff.de pi-
gno.& in l.multũ intereſt.ff.de ver.ob-
li.per Cyn.Bal.& Sal.in.l.fi.vbi bonus
text.C.de rebus alien.nõ.alie.per Bart.
in.l.qui habebat.in princ.ff.de leg.iij.&
in.l.legata.§.fi.ff.de adi.lega.in quibus
locis habetur,quòd regulariter res pro-
hibita alienari, nõ poteſt obligari. Nam
ad iſtud reſpondetur quod.d.l.fi. C.de
iure emphyt.in qua fundãtur tenentes,
quòd res emphyteutica non poſſit obli-
gari, nõ prohibet ſimpliciter & directo
alienationem, ſed prohibet ius emphy-
teuticum in alium trãsferri. & aliud eſt
alienare,aliud tranſſerre:nam etiã ſim
plex locatio dicitur tranſlatio.l.fina.in
verſi.tranſtulerunt.cum glo. & ibi Bal.
C.de bon.aut.iur.poſ.& ideo nõ ſumus
in regula quòd res prohibita alienari,
non poſſit obligari:& ita reſpondet Iaſ.
30 in d.l.fi.cart.185.nu.34.colũ.iiij.¶ † Se
cũdo, vltra.Iaſ.poteſt reſponderi vt re-
ſpondet Bar.in.d.l.qui habebat.in fi.ff.
de lega.iij.videlicet quòd imò prohibi-
ta alienatione non ſit prohibita obliga.
pignoris dũmodo nõ obligetur res pro
tanta quantitate,quòd veriſimiliter nõ
ſit ſpes luitionis:intelligẽdo tamẽ quod
oblig.pignoris ſit facta ſola conuẽtione
abſq; traditiõe: nã per talem ſimplicem
obligationem nũquàm prohibitus alie-
nare dicitur venire contra prohibitionẽ
alienandi: ita tenet & firmat Bal.in ca.
j.in.§.aut ſi libellario.quibus mod.feu.
amit.vl.col.in verſi.Sequitur in tex.aut
31 pignori.¶ † Tertiò,poteſt reſpõderi ꝙ
licet app.alienationis veniat hypoteca:
tamẽ iſtud eſt impropriè,& ex interpre
tatione : vt dicit.gloſſ.in.d.l.fi.C.de re.
alie.non alie.& ex hoc inferunt ibi Bal.
Cyn.Paul.de caſt. & omnes quod tunc
appel.alienationis venit hypoteca quan
do ſumus in diſpoſitiõe, in qua fit latiſ-
ſima interpretatio,vt in teſtamentis:ſe-





eus autem quando ſumus in interpreta
tione in qua fit ſtricta interpretatio : vt
in ſtatutis & in prohibitione alienatio-
nis quæ ſit in odium alterius : & ita vi-
dentur intelligenda no.per Barto.in d.
l.qui habebat.& in.d.l.rem legatam.&
ita declarat & firmat Sozi.in cõſil.lxxv.
primo vol.ij.col.verſi. ſed his non ob-
ſtantibus &c.Vnde cum ſimus in diſpo
ſitione.d.l.fin.C.de iure emphyt.quæ
eſt pœnalis inducẽs caducitatem & pri
uationem : & per conſequens ſit ſtrictè
intelligenda, iuxta.l.cum quidã.ad fin.
& ibi gloſſ.ff.de lib.& poſthum.prohibi
ta alienatione non cenſetur prohibita
hypoteca. Et iſtum articulum, an res
prohibita alienari, poſſit obligari : po-
nam.ĩ.in hac ſecunda parte in.iij.mem
bro in.xij.q.vbi latè examinabitˉ. Et ad
materiam adde Alex.in cõſil.clxxiij.ſe-
cũdo vol.& Pau.de Caſt.in cõſi.cxxxv.
in caſu præſenti.ad fin.vbi inaduerten-
ter dixit quòd in generali obligatione
non venit res emphyteutica contra con
32 cluſionem. ſ̃. firmatam. ¶ † Septimò,
amplia regulam prædictam quòd licet
aliàs in generali ſermone non continea-
tur perſona loquentis : vt.l.inquiſitio.
C.de ſolut.cum concordantijs. Tamen
ſi ſeruus de licentia domini obliget om-
nia bona domini in tali generali obliga-
tione continebitur etiã ipſe ſeruus text.
eſt in.l. Paulus.§.fi. & ibi gl.ff.de pign.
& ratio iſtius deciſionis eſt : quia in di-
cta obligatione contracta per ſeruũ,ipſe
ſeruus non conſideratur vt perſona: ſed
magis vt res ſpectãs ad dominum vt in-
quit ibi Bart.dicens ita ſolui cõtrarium
de dict.l.inquiſitio Bald.autem ibi poſt
Franc.Accur.aliter ſoluebat , videlicet
quod ſeruus in cõtrahenda obligatione
non fuit loquutus,vt ipſe: ſed vt domi-
nus,& eſt ſubtilis ſolutio.& dictũ.§.in-
33 ducit ibi Alexan.ad plures.q.¶ † Et ex
prædictis infertur etiã quòd in genera-
li obligatiõe omniũ bonorũ appoſita in
contractu locationis pro obſeruãtia, &
in cõtractatu emptionis,in quo emptor
promiſit ſoluere pretium , vel fecit pa-
ctũ de reuendẽdo vel aliã conuentionẽ:
comprehenditur etiã res locata & ven-
dita per no.per Bart.in.l.qui fundũ.ff.
loca.& in.l.ſi filio.§.fi.in fi.ff.ſo.mat.&
in.l.j.§.ꝙ autem.ff.de ſuperficiẽ.& per
Paul.de ca.in.l.ſi merces.§.j.ff.loca.iũ-
ctis alijs allegatis.ſ̃.& etiã not.ſ̃.in iſta
ſecũda parte in pri.membro in.5.diffe-
rẽtia nu.5. Expeditis Ampliationibus,
venio nunc ad fallentias dictæ regulæ.
34 ¶ † Et primò, dicta regula quòd in ge-
nerali obligatione veniant bona præſen
tia & futura : fallit quo ad ea bona quæ
veriſimiliter nullus in ſpecie fuiſſet ob-
ligaturus: quia illa non veniunt in gene
rali obligatione bonorũ: vt eſt caſus in.l.
obligatiõe generali.ff.de pigno.quæ au
tẽ ſint iſta bona quæ veriſimiliter quis
in ſpecie non fuiſſet obligaturus expri-
munt in.d.l.obligatione.cum tribus.ll.
ſequentibus iunctis not.ibi per Bart.&
Alex.& per Bart. & alios in.l.j.C.quæ
res pi.obli.poſ.& per Spe.in tit.de loca.
35 §.5.verſi.cæterum.¶ † Limita tamẽ &
reſtringe hanc fallentiam,niſi obligatio
generalis bonorũ eſſet collata poſt mor
tẽ obligantis: quia qñ obligatio confer-
tur poſt mortẽ ceſſat ratio, de qua in.d.
l.obligatiõe.& ideo veniũt in ea omnia
etiã exceptuata in dictis.ll.ita no.limi-
tat Alex.in.l.ſtip.hoc modo cõcepta in.
vj.col.in ver. ꝙ videtur verũ.ff.de ver.
36 oblig.¶ † Et hinc eſt quod in vltimis vo
lũtatibus in gñali diſpõne nõ exceptuã
tur ea de quibus in.d.l.obligatione ge-
nerali.& alijs tribus ſequentibus.l.nam
ꝙ.§.fi.cùm.l.ſeq.ff.ad treb.&.l.his ver

bis.ff. de hære di.inſtit.ita ſingulariter
no.Cor.præceptor meus in conſi.lxj.in
37 litera.q.ij.volu.ꝙ no.perpetuo.¶†Se-
cũdo iſta prima fallentia videtur reſtrin
genda & ſublimitanda: vt nõ procedat
qñ in diſpoſitione & obligatione gene-
rali bonorũ eſſet adiecta dictio vniver-
ſalis omnis.q enim omne dicit nihil ex-
cipit.l.à procuratore.C.mandati.ita limi
tat ſubtilis & excellens doct.Decius in
cõſi.xxx.in.ij.col.verſi.ij.nõ obſtat &c.
intelligens.d.l.obligatione generali.pro
cedere in obligatiõe indefinita, puta bo
norũ: ſecus ſi adijciatᷣ dicto omniũ.idẽ
etiã tenet Decius in.l.omnia.in.j.colũ.
ff.ſi cer.pet.vbi etiam ad hoc mouetur
ex no.per Bar.in.l.generali.§.vxori.ff.
de vſufru.leg.¶Sed licet auctoritas De
cij ſit magna: tñ ego dubito de iſta ſua
deciſione.Primò, quia doc.intelligunt.
d.l.obligatione generali.qñ etiã ſunt fa-
cta obligatio cũ dictione omniũ: vt per
Bart.in.l.codicillis.§.inſtituto.de lega.
ij.& per Matheſi.in no.142.per Bart.&
Saly.in.l.j.C.quæ res pig.obli.poſſ.& p
Alex.& doc.in.d.l.ſtip.hoc modo conce
pta.ſecũdo, quia opi.Decij nõ probatᷣ p
no.p Bart.in.l.generali.§.vxori.Nã (vt
etiã dixi.ſ.in hoc mẽbro in.5.ampliatio
ne nu.14.)ex dictis Bart.ibi colligitᷣ, ꝙ
diſpoſitio,ſeu obligatio generalis ſimpli
citer facta cõprehẽdit etiã venalia ſed ſi
dicta diſpoſitio generalis reſtringatᷣ ad
certũ locũ.puta relinquo oĩa quæ in do
mo ſunt: tunc ꝓpter locũ deſignatũ re-
ſtringitᷣ diſpoſitio generalis,& nõ cõm-
prehẽditᷣ venalia quæ ſunt in domo:niſi
dicto loco deſignato adijciatur aliud ſi-
gnũ vniuerſale,puto dicẽdo: quæ domi
quoquo modo ſunt:tũc enim illa reſtri-
ctio loci tollitᷣ per dictã clauſulã vniuer
ſalẽ quoquo modo.& prout prius cõpre
hendebantᷣ venalia:qñ diſpoſitio erat fa
cta ſine deſignatione loci.Ita & nũc cũ
deſignatione loci ampliata p dictã clau-
ſulam quoque modo ita vult in effectu
& ſubſtãtia ibi Bart.& ſic Bart.nõ facit
ibi differẽtiã inter legatũ ſeu diſpoſitio
ne indefinitã & vniuerſalẽ vt facit De-
cius in ſua deciſione.¶Nec etiã fundari
põt deciſio Decij ex no.per Bart.in.l.ſi
pluribꝰ.ff.de leg.ij.ad quẽ ſe refert De-
cius: quia Bar.ibi examinat,an & qñ in
definita equipolleat vniuerſali:& in ꝓ-
poſito dicit,ꝙ qñ indefinita profertᷣ ab
homine:ſi depẽdet ex voluntate profe-
rẽtis,an cõprehẽdantᷣ vel nõ cõprehẽdã
tur oĩa:tunc debet attẽdi ꝙ ipſe voluit:
in caſu aũt dubio qñ nõ cõſtat,qd volue
rit:diſtinguitᷣ, an ſit eadẽ ratio omnium
cõtentorũ ſub indefinita,an nõ prout ſe
cundũ Bart.ibi diſtinguit Dy.in Rub.
de reg.iur.lib.vj.in terminis autẽ.d.l.
obligatione generali nõ eſt eadem ratio
omniũ cõprehẽſorũ:& ideo excludunᷣt
ea de qbus in.d.l.obligatione.cũ tribus.
38 ll.ſeque.¶†.Tertiò,nõ obſtat illud vul-
gare ꝙ qui omne dicit nihil excludit.
d.l.à ꝓcuratore.qa terminus omnis re-
ſtringitᷣ ad ea quæ ſunt de natura cõtra
ctus: vt pulchrè declarat Barto.in.d.l.à
ꝓcuratore.& in.d.l.q habebat.in prin.
39 ff.de leg.iij.¶† Præterea dictio omnis,
adiecta diſpoſitioni de futuro cõtinẽti
cõceſſione noui actus recipit reſtrictio-
nẽ de habilitate vt latè p Bar.Alexã.&
Iaſ.in.l.j.§.nũciatio.ff.de no.oper.nũc.
Et propterea dictio omnis,adiecta in ge
nerali obligatione bonorũ reſtringi de-
bet ad bona quæ habilia ſunt cõprehẽdi
in ea,nõ aũt ad inhabilia iuxta.d.l.obli
40 gatione generali.¶† Quartò,quia lex
obligatione generali loquitur expreſsè
de generali obligatione, ergo nõ eſt re-
ſtringenda ad indefinitam,vt facit De-
cius. Nam oratio vniuerſalis,generalis,
particula



particularis,& indefinita differũt adin-
uicẽ,vt latè habetur per Bart.in.l.ſi ita.
ff.de auro.& arg.lega.& per Bar.in.l.fi.
§.j.ff.de leg.ij.merito diſpoſitio.d.l.ob
ligatione generali.procedit etiã qñ adie
cta fuit dictio generalis,omnis:quia illa
dictio facit obligationem generalem: vt
per Bart.in.d.l.ſi ita.& ſine dicta dictio
ne omnis diceretur indefinita,vt ibi per
41 Barto.¶† Et propterea doctores volen
tes dare cautelã ꝙ in obligatione & hy-
potheca comprehẽdantur etiam ea quæ
excipiuntur in.d.l.obligatione.cum ſe-
quẽtibus dicunt ꝙ obligẽtur omnia bõ
na præſentia & futura etiã ſuppellecti-
lia & veſtes proprie ꝑſone vel quelibet
alia res quæ ſpeciale requireret expreſ-
ſione.nã iſto modo bene cõprehendentᷣ
ea de quibus in.d.l.obligatione arg.c.q
ad agendum de procura.lib.vj.& iſtam
cautelã tradit Mattheſi.in.d.not.142.
refert Alex.in.d.l.obligatione generali:
ex quo datur intelligi ꝙ ſola dictio o-
mnis nõ ſufficit & ita puto tenendum.
42 ¶† Secũdo fallit principaliter dicta re-
gula in bonis prohibitis alienari ſub pe
na:qnia illa comprehẽduntur in gene-
rali obligatione bonorum vt per Bar.in
l.codicillis.§.inſtituto.ff.de lega.ij.per
Specula.in titulo de pigno.§.j.ad fin.
verſicu.ſed nunquid cadit feudum per
Bald.in.l.j.per illum tex.poſt Barto.ibi
C.quæ res pi.oblig.poſſeſ.& in.l.volun
tas.C.de fideicom.& in.c.imperialem.
in princip.colũ.de prohibi.feu.aliena.
per Federi.per Ange.in authen.de non
aliena.& ea quæ parit.in prin.per Ale-
xan.in conſil.20.ij.colũ.verſicu.fortifi
cantur prædicta.5.volu.per Bart.in.l.ſi
conſtante.in princ.in.iij.q.tertię partis
princ.& ibi per Alexã.ff.ſol.mat.& per
41 Alex.in conſi.x.ad fi.vij.vol.¶† Ter-
tiò fallit dicta regula in bonis feudali-
bus quia illa non veniunt in generali
obligatione:ea ratione, quia feudũ non
ſolum prohibetur alienari, ſed etiã pi-
gnorari:vt eſt text.in.c.j.in princip.de
prohibi.feu.alie.per Federi.& no.Bar.
in.d.l.qui habebat.in fine principij.ff.
de lega.iij.¶Et ideò ſolet reprehendi
Barto.in.d.l.ſi conſtante.in princip.in
iij.q.tertiæ.q.principa.dum ibi vult,ꝙ
in tacita hypote.data à iure pro reſtitu-
tione dotis comprehendantur etiam
bona feudalia,prout ibi eum reprehen
dunt Bal.& Roma.dicẽtes ꝙ in genera
li hypotheca nõ venit feudũ ꝓpter pœ-
nã priuationis,quam incurrit alienans
vel obligãs illud p.d.l.j.in princ.& ideò
non eſt veriſimile,ꝙ illud quis in ſpecie
fuiſſet obligaturus.d.l.obligatione ge-
nerali.¶Et cõtra Barto.in hoc.ſ.ꝙ feu-
dum neq; generaliter, neq; ſpecialiter,
neq; expreſsè, neq; tacitè obligari poſ-
ſit,tenet Spe.in tit.de pig.§.j.verſi.ſed
nũquid feudum.& Saly.in.d.l.C.de iu-
re emphy.& Bald.in.l.iij.C.vt in poſſ.
lega.& in.d.c.j.§.aut ſi liuellario.qui-
bus mo.feu.amit.& Alexan.in.d.l.ſi cõ
ſtante.in princi.in.iij.q.tertiæ.q.princ.
& Alex.in conſi.41.viſo themate nu.1.
&.2.vj.vol.& Iaſ.in.d.l.fin.in car.185.
nume.34.& ſic iſta eſt communis & ve
44 ra concluſio.¶† Reſtringitur tamẽ &
limitatur iſta concluſio quinq; modis
Primò,niſi vaſallus daret feudũ pigno-
ri domino,quia tunc cum dominus cõ-
ſentiat, nulla ei fit iniuria.c.j.extrà de
feudo.ita tenet Bal.in.c.j.in prin.de pro
45 hibi.feu.alie.per Fede.¶† Secundò,re
ſtringitur,quãdo eſſent plures domini,
& feudum eſſet diuiduũ:quia tunc poſ-
ſet pignorari vni ex dñis, etiam alijs nõ
46 cõſentiẽtibus.ita no.Bal.co.lo.¶† Ter
tiò limitatur, niſi feudum obligaretur
pro neceſsitatibus vel ſeruitijs domini.

47 ¶ † Quartò limitatur, niſi obligaret
abſq; traditiōe animo luendi.iſtis duo-
bus modis limitat Bal.in.ij.C.commu.
de lega.& in.d.§.aut ſi liuellario.licet
Ambro.opizo.in repeti.l.filiuſfami.§.
diui.in.ix.limi.nume.61.ff.de leg.j.in-
uoluendo ſe in hoc firmet contrarium.
Ad cuius dicta reſponde vt.ſ.in hoc
membro in.vj.ampliatione:& latius.j.
in.iij.membro in.xij.qō.vbi latè poſui
an & quādo prohibita alienari,ſint etiā
48 prohibita hypothecari. ¶ † Quintò
reſtringitur & limitat reſpectu fructuū
& commoditatum feudi quia licet feu-
dum reſpectu dominij & proprietatis
non poſsit pignorari tamē reſpectu fru
ctuū & commoditatū illius ſic ita tenet
Ioā.Fab.in.§.item ſeruiana.in.xiiij.co-
lū.inſti.de acti.refert & ſequitur Iaſ.in
49 d.l.fi.char.185.iij.col.¶ † Intellige ta-
men tu & declara iſtud,quādo vaſallus
obligaret ſe actione perſonali ad dictos
fructus & commoditates feudi:nā tūc
valeret obligatio.ſecus autē ſi pro di-
ctis fructibus & commoditatibus vaſal
lus cōſtitueret ius vſuſfructus in re feu
dali prout no.per Bart.in.d.l.codicillis.
§.inſtituto.in.ij.q.ff.de lega.ij.& ibi ſe
quitur Bald.& reputat notabile.Nam
ibi Bar.vult ꝙ prohibitus vendere vel
obligare,poteſt tñ fructus rei ꝓhibitæ
alienare:vendere & obligare ſe pſonali
actione ad preſtandū dictos fructus:nō
autem poſsit vſumfructū cōſtituere:qa
tunc cōſtitueret ius in re,& eſſet quædā
alienatio vel obligatio:iuxta no.in.l.ſi.
50 C.de rebus alie.non alie.¶ † Quartò
fallit regula principalis,in bonis liuella
rijs,qa etiā illa nō veniūt in obligatiōe
generali:ita tenet Ang.in autē.de reſti.
& ea que.par.in prin.& facit tex.in cap.
generali.ſi de feu.fue.contro.inter do.
& agna.& in.c.j.de cap.qui curiam vē-
di.Et ita per pdicta iura tenet Alex.in
d.l.ſi cōſtāte.in.d.iij.q.tertiæ.q.princ.
51 & Iaſ.in.d.l.fi.char.185.col.iij.¶ † Sed
dubitatur in materia,quis dicatur con
tractus liuellarius?in quo dicendū eſt,
ꝙ in propoſito cōtractus liuellarius di-
citur,quādo vaſallus concedit alteri ꝑ
certa annua mercede prædium,vel aliā
rem,quā ipſe vaſallus habet in feudū:
ꝙ olim fieri poterat ſine cōſenſu domi-
ni:ſecundū id ꝙ habetur in.c.j.in prin.
§.ſi clientulus de aliena.feu.Hodie au-
tem iſtud fieri non poteſt ſine conſenſu
dñi:quia omnis alienatio eſt ꝓhibita va
ſallo ſine cōſenſu domini.d.c.j.de ꝓhi.
feu alie.p Fede.& ſecundū iſtā declara
tionē intellige iſtā quartā limi.¶ † Nā
ſi caperes cōtractum liuellariū ſecūdū
cōmunē vſum loquēdi,ſecundū quē cō
uertitur cum cōtractu emphyteutico &
pro eo ponitur vt predicta habētur per
Alex.late in.l.ſi finita.§.ſi de vectigali
bus.in.xiiij.&.xv.colū.in verſi.item dū
in eadē.q.querit Barto.ff.de dā.infect.
tunc nō procederet iſta.4.fal.Sed tunc
eſſet dicendū de tali liuello,ꝑut dictū
fuit de bonis emphyteuticis.ſ.in hoc
membro in.vj.ampliatione nume.28.
53 ¶ † Quintò fallit regula principalis,in
rebus ſubiectis reſtitutioni fideicōmiſſa
riæ in cōditionis euentū.quia tales res
nō veniūt in generali obligatiōe.ita no.
Ang.in aut.de reſti.& ea q par.in prin.
in verſi.in gl.q̄ incipit hāc primā dubi-
tationē.& ita refert & ſequit Alexā.in
d.l.ſi cōſtāte.in tertia.q.tertiæ.q.prin.
Bona autē q̄ ſunt ſubiecta reſtitutioni
fideicommiſſariæ purè nulla expectata
cōditione:nō ſolū non veniunt in gñali
obligatione:ſed non poſſunt vllo modo
etiā ſpecialiter & expſſè hypotecari vt
eſt tex.in.l.fin.§.ſed quia noſtra.C.cō-
mu.de leg.& ibi per omnes &c. Sextò
limita



limita prædictam regulā principalē,in
bonis hæredis illius,q obligat & hypo-
tecat:qa illa nō veniunt in generali obli
gatiōe bonorū:vt eſt text.in.l.Paulus.
in princ.ff.de pig.& ibi Bar.& glo.ma-
gna in.l.aſsiduis.C.qui po.in pi.ha.idē
tenēt Cy.Bar.Bal.Salyce.& alij in.d.l.
aſsiduis.ꝑut etiā nō veniūt in legali ſeu
tacita hyp.vt.l.j.in fin.& ibi per doc.C.
cōmu.de lega.& firmat Bal.in.d.l.pau-
lus.in prin.in lectura antiqua: licet ſe-
cus dicat in priuilegio ſeu actione perſo
nali qa cōpetit nō ſolū contra bona de-
functi,ſed etiā heredis.ita dicit ibi Bal.
poſt Iac.de are.& Cyn.in additionibus
allegat ad hoc text.in.l.dabimus.ff.de
54 priui.credi.¶ † Sed circa hoc dubitat
vtiliter,an res pſcripta per hæredē con
tinuātē in tempore cū defuncto veniat
in obligatione bonorū facta per defun-
ctū?& in hoc Bal.in.d.l.Paul⁹.in princ.
in lectura noua,rñdet ꝙ ſic,ſi defunct⁹
habebat titulū:ſi autē nō habebat titu-
lum,idē tenet allegat.l.q alienā.&.l.ſi
aliena.ff.de donatio.cauſa.mor.&.l.ve-
niūt.C.fami.erc.&.l.j.in fi.C.cōmu.de
lega.& facit ma.l.Pomponius.§.cū qs
adminiculo.ff.de acquir.poſ.vbi habet
ꝙ qui vult vti cōmodo ex alterius per-
ſona,debet etiam ex perſona eiuſdē vti
incōmodo.& facit ratio.l.ſecundum na
turam.ff.de reg.iur.cū alijs concordan-
55 tijs.¶ † Maius autē dubiū eſt in mate
ria,an defunctus poſsit expſſè obligare
bona futuri hæredis?non dico bona hæ
reditaria:& in hoc Bal.in.l.aſsiduis.C.
qui po.in pig.hab.poſt Petrū ibi ſentit,
ꝙ ſic.Nā Petrus ibi dicit ꝙ hæres adeū
do hæreditatē defuncti,cenſetur ratifi-
care obligationē factā per defunctū.&
pro hoc facit text.in.l.ſi fundus.§.j.ff.
de pig.vbi habetur,ꝙ hypothecatio rei
alienæ conualidatur per ratificationem
dominii:idem tenet Bald.in.l.j.vlti.col.
ff.ſolu.ma.idem tenet Ange.in.d.l.aſsi
duis, ſicut eñ defunctus pōt legare rē
heredis.l.vnū ex familia.§.ſi rem.ff.de
leg.ij.ita videtur ꝙ poſsit rem illi⁹ obli
gare.& ita tenet Alex.in cōſil.clxiij.vi-
ſo themate & ſcriptis.in.ij.col.in ver.&
tunc etiam dicta res.ij.volu. Contrariā
autē opi.ſcilicet ꝙ defunctus nō poſsit
obligare bona hæredis, tenent Cy.Saly.
& Rapha.in.d.l.aſsiduis.& mouentur,
qa teſtator legando rem hæredis,nō po
teſt ei auferre dominiū & transferre in
legatariū recta via.ergo eadē ratione nō
debet poſſe rem hæredis afficere hypo-
theca & obligatione, Et cum dicta opi-
nio.Cyn.tranſeunt ſimpliciter Imol.&
Pau.de caſt.in.l.ſi hæredis ſeruus.ff.de
leg.j.eandē.opi.ſequitur Bal.ſibi con-
trarius in.d.l.Paulus.in prin.in lectu-
ra antiqua.ff.de pign.mouetur quia ex
quo creditor habet ſcientiam rei alienę
ergo ſibi non poteſt confirmari pignus,
per.l.j.in prin.eo.titu.Nec videtur ve-
rum, ꝙ adeundo videatur ratificaſſe:
quia talis oblig.nō deſcendit ad hære-
dem arg.l.quæſitū.in fi.de precario.ita
inquit Bald.eandē opi.tenet Saly.in.d.
l.Paulus.in prin.& pro iſta opi.videtur
text.in.l.ſi Titio.ff.de pigno.& in.l.rē
alienā ſecūdo reſpōſo.ff.de pign.actio.
vbi habetur,ꝙ ſi debitor obligauit cre-
ditori rem alienam:& poſteà dominus
illius rei efficiatur hæres debitoris,nō
reconualeſcit obligatio pignoris,vt ex
ea creditor poſsit agere hypothecaria
contra dictum hæredem:ſed dabitur ei
pignoratitia cōtraria deſcēdens ex per-
ſona defuncti in hæredem:ſecundū ve-
ram lecturam quā ſequitur Bar.in.d.l.
ſi Titio.vnde nō videt verum,ꝙ aditio
hæredis faciat recōualeſcere hypothe-
56 cam que ab initio non valuit.¶ † Et
hos

hoc eſt verum quãuis ſoleat cõcludi,ꝙ
ſi dñs rei obligatæ ratificet obligationẽ
factam de re ſua, obligatio reconuale-
ſcat,vt à principio:vt eſt text.in.l.ſi fun
dus.§.j.ff.de pigno.& habetur per Bar
to.in.l.j.§.j.eod.titu. Et hoc, etiam ſi
obligatio facta fuerit proprio nomine
debitoris:& non nomine domini rei:qa
licet regula ſit,quòd quis non poſſit ha
bere ratum id,quòd non eſt geſtum no
mine ſuo:vt.l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.
de nego.geſt.tamen illud eſt verũ,ad cõ
modum ratificantis:quia ſcilicet per ra
tificationem actus non geſti ſuo nomi-
ne quis non trahit ad illud negotiũ nec
acquirit actionem nego.geſtorum.d.§.
ſed ſi ego.Sed quo ad præiudicium ſuu
bene poteſt quis ratificare id,quod nõ
fuit geſtum nomine ſuo:ita pulchrè de-
clarat Barto.in.d.l.ſi fundus.§.j.& idẽ
firmat Barto.in.l.j.§.ſed & ſi cum ꝗs.
ff.de vi & vi arma.vnde concluditur,ꝙ
licet ratificatio expreſſa illius,cuius res
per alium fuit hypothecata validet hy-
pothecam vſq; à principio:tamen ſecus
eſt in tacita ratificatione quę inducitur
57 per aditionẽ hæreditatis.† quia illud
quod dicitur quòd quis ſuccedendo al-
teri videtur,habere ratũ ꝙ per illũ fuit
geſtũ:habet locũ & ꝓcedit ſolũ in his,
que defunctus geſſit nomine hæredis.
vel in quibus pro eo de rato promiſit:&
tũc enim hæres ſuccedendo defuncto
videtur illa ratificare:ſecus autẽ eſt in
alijs caſibus.Ita declarat Bart.in.d.l.rẽ
alienã.in vlti.col.in ver.itẽ oppono ex-
tra glo.ff.de pig.actio.¶ Et hoc quo ad
actionem:quia ſcilicet creditor,qñ hæ-
res ſuccedit debitori qui obligauit ſim-
pliciter & nõ nomine hæredis,nec pro
eo promiſit de rato:nõ habet actionem
hypothecariã:ſed quo ad exceptionẽ vi
delicet ſi hæres ageret cõtra illũ credi-
torem poſſidentẽ tũc per ſucceſſionem
bene cõfirmata eſſet obligatio ad repel
lendum hæredẽ debitoris agentem.Ita
declarat Barto.in.d.l.rem alienã:in vl-
ti.col.in ſecunda opp.ſecundæ partis.&
habetur per Barto.in.l.cum vir.in vlti.
col.in ver.quæro quid econuerſò.ff.de
vſuca ¶ Et ſic eſt differentia inter ex-
preſſam ratificationem & tacitam:quia
ratificatio expreſſa validat obligationẽ
vſq; à prin.Tacita aũt,quæ fit per ſuc-
ceſſionẽ in hæreditate debitoris,nõ va-
lidat hypothecam factam per debitorẽ
de re hæredis:niſi facta fuiſſet nomine
hæredis: vel defunctus pro hærede de
rato promiſiſſet quo ad actionem hypo
thecariam:ſed beno quo ad exceptionẽ:
vnde in terminis noſtris dum quæritur
an hæres adeundo videat ratificare obli-
gationem de bonis hæredis factam per
defunctũ.Alex.relatis opi.in.d.l.ſi hæ-
redis ſeruus fundamentaliter loquen-
do,cõcludit eſſe diſtinguendum,ꝙ aut
defunctus obligauit bona hæredis no-
mine ipſius hæredis: ſupple tu vel pro
eo de rato promittendo & tunc ſit verã
opi.Pe.& ſequaciũ,quòd obligatio ſit
ratificata & cõfirmata per aditionẽ.per
no.per Bar.in.d.l.rem alienã.in vlt.col.
Aut defunctus obligãdo bona hæredis
nõ fecit mentionem de hærede:& tunc
procedit opi.contraria ꝙ obligatio nõ
cenſeatur ratificata per aditionem hæ-
redis quo ad concedendam actionẽ hy-
pothecariam creditori:ſed quo ad ex-
ceptionem tantum per no.per Barto.in
d.l.rem alienã.& in.d.l.cum vir.& etiã
quo ad dandam pignoratitiam contra
hæredem per.d.l.ſi Titio.& ibi Barto.
¶ Et non obſtat,quòd ex quo creditor
ſciuit rem eſſe alienam,non reconuali-
dat pignus per ratificationẽ dñi:qa imo
etiam data ſciẽtia creditori per ratifi-
cationem



cationẽ domini reconualeſcit pignus:vt
habetur per Bart.in.l.j.§.j.ff. de pig. in ſua
diſtinctiõe.¶ Nõ obſtat etiã ꝙ talis obli
gatio nõ deſcendat ad hæredẽ ar.l. quæ
ſitũ.in fi.ff.de preca.quia loquitur in di
uerſis terminis ideo ceſſat arg.l.fi.ff. de
calũnia.cum vulga.¶ Ad alia aũt,quę in
contrarium allegantur,reſponde:vt per
Alex.in.d.l.ſi hæredis ſeruus.& ſic opi.
quã firmat Alexã.cũ declarationibus &
ſuppletionibus,de quibus .ſ. eſt tenen-
58 da tãquã verior & cõmunior.¶ † Septi
mo fallit.d.reg.in bonis dotalibus:quia
illa non veniunt neq; comprehendun-
tur in obligatione generali omnium bo
norũ: & hoc tã in perſona mariti, quã
vxoris.ita tenet Cy.& Bal.in.l.ſi conſtã
te.§.ſi maritus.ff.ſol.ma.& ibi ſequitur
Alex.& mouetur quia maritus non põt
alteri obligare res dotales.l.vni.§.& cũ
lex.C.de rei vxo.acti.& inſti.ꝗbus alie.
licet.in prin.& aut.ſiue à me. C.ad Vel
le.Et propterea nõ veniunt in obligatio
ne generali quia ſi nõ põt expreſſè obli-
gare,non poteſt etiam tacitè:arg.l.cùm
quid.ff.ſi cer.pe.& facit reg.in generali
lib.vj.& idẽ etiam ex parte vxoris:quia
vxor non põt conſentire,ꝗ maritus res
dotales vel aliâs obliget,in p̃iudicio do
tis:vt eſt text.in.d.§.& cũ lex. & habet̃
per Ang.de Are.inſti.ꝗbus alie.licet.in
prin.& habet̃ in.d. aut.ſiue à me.& qa
et res dotales ſunt ĩ dñio mariti.l. doce
ancillã.C.de rei vendi.ideò tales res nõ
veniunt in obligatione generali bonorũ
facta per vxorem conſtante matrimo-
59 nio.¶ † Et intellige prædicta non ſolũ
in rebus dotalibus in æſtimatis:ſed etiã
in rebus dotalibus æſtimatis vera æſti-
matione, quæ faciat emptionem: iux
ta lege quotiens.& lege ſi inter virum.
Cod. de iure dotium quia ſi maritus
non eſſet idoneus in alijs ſuis bonis
pro reſtitutiõe dictæ dotis eſtimatæ,tũc
ipſo iure in ſubſidiu dominium dictaru
rerum æſtimatarum retranſſertur in vxo
rem:iuxta tex.& ibi per gl.& doct. in.l.
in rebus. C.de iure do. & propterea tan
quã res dotales non fuerunt affectæ per
aliquã obligationẽ factam per maritum
ſuis creditoribus cõſtãte ma.in præiud.
vxoris.ita no.Bal.& Sal.in.l.itereſt.C.
de vſufruc.& firmat Iaſ.in.l.ex cõuẽtio
ne.in.4.limi.C.de pac.poſt Bald.ibi in
iij.opp.& faciũt no per Imo.in.l.ſi ęſti
matis.ff.ſo.ma.& per Bal.no.in trac.do
60 tis in.viij.parte in.vij.priui.¶ † Octauò
fallit.d.regu.in iure patronatus: quia li
cet in contractu pignoratio tranſeat in
creditorem pẽſio debita eccleſiæ pro iu
re patronatus: qa illa põt reſtitui vel in
debitũ cõpẽſari:iuxta no.in.l.j.&.ij.C.
de pign. actio. Tamen ipſum ius patro
natus,quod cõpetit eccleſiæ non tranſit
in creditorẽ eccleſiæ cui ſolẽniter per
eccleſiã fuit hypothecata vniuerſitas:in
qua aliâs comprehenditur ipſum ius pa
tronatus:quia iſtud ius non poſſet neq;
reſtitui neq; compẽſari in ſortem. Nam
ſi creditor eligeret & pręſentaret:& pre
ſentatus inſtitueretur,non deberet poſt
modum remoueri:& ſic reſtitui ius pa-
tronatus eccleſię debitrici:nec poſſet ha
beri ratio ęſtimationis dicti iuris patro
natus:quia eſt res inæſtimabilis: & ideo
non venit in obligatione generali. iſte
eſt tex.ſingu.in.c.cum Bertoldus. de re
iudi.& ibi habetur per Abb.in pen. col.
poſt gl. dũ ſoluit cõtrarium formatum
de.c.ex literis.de iure patr.tenendo ſe-
cundã ſolutio.gl.ibi: & hoc modo ſunt
intelligenda notata per Bar.in.l.ſi is ꝗ.
§.iura.in fi.ff.de pigno.vbi loquitur de
hoc arti.allegando.d.c.cum Bertoldus.
61 ¶ † Poſſet etiam limitari.d.regula prin
cipalis in omnibus caſibus, in qui-
bus

bus de iure bona expſſè & in ſpecie obligari non poſſunt: de quibus tractabitur in ſequẽti.iij.mẽbro: qa vbi eſt ꝓhibita obligatio expreſſa & ſpecialis, ibi etiam cenſet̃ prohibita generalis: arg.l.cũ qd. ff.ſi cer.pe. Tamẽ vt magis ordinatè ꝓcedamus, dictos caſus ponem⁹ in ſequẽti membro ad ꝙ nunc deuenimus.

## ✣ Summarium. ✣

1 Hypoteca ſpecialis & expreſſa dicitur illa, in qua res particularis obligatur.

2 Rem ſpecialiter & expreſſe obligari, & rem haberi ac ſi ſpecialiter eſſet obligata, diffe-runt: nec eſt idem.

3 Hypoteca in quibus contractibus, & pro quibus debitis poſſit conſtitui & contrahi.

4 Hypoteca ſpecialis requirit, quòd res ſit in bonis debitoris tempore obligationis contractæ.

5 Obligatio rei obligatæ creditori licet non ſit in bonis debitoris, ipſi tamen debitori debita eſt valida.

6 Habens ius in re, poteſt eam obligare: licet non ſit ei debita: nec ſit in eius bonis.

7 Hypoteca poteſt conſtitui in re qua debitor habet quaſi dominium & idem ius transfertur vtiliter in creditorem.

8 Ius creditoris cui debitor obligauit rẽ in qua habebat quaſi dominium vel ſuperficiem, reſoluitur eo ipſo: ꝙ reſoluitur ius debitoris.

9 Debitor habens vſumfructum in bonis an poſſit illum obligare: vſq; ad nume. 26.

26 Debitor principalis, cuius nomen fuit obligatum per creditorẽ alteri creditori, an poſſit ſoluere primo creditori in præiudicium ſecundi creditoris, cui nomen ſuum eſt obligatum?

27 Solutio an poſſit fieri per primum debitorem, cuius nomen fuit obligatum ſecundo primo creditori qui obligauit, & an hoc caſu ſufficiat ſola ſcientia obligationis: vel ſi requiratur denunciatio obligationis factæ.

28 Pignus pignoratum, omnino liberatur per ſolutionem debitoris primo creditori factã.

29 Legatarius ſecundus cui primus eſt grauatus reſtituere habet vtilem hypothecariam contra hæredem abſq; reſtitutione vel ceſſione.

30 Tacita hypoteca inducta pro legatis competit vtiliter ſecundo legatario, cui primus eſt grauatus reſtituere.

31 Legatarius particularis cui primus eſt grauatus reſtituere, habet realem actionem ſine ceſſione: licet non perſonalem.

32 Actio perſonalis non tranſit de ſubiecto in ſubiectum.

Actio hypotecaria eſt realis: & tranſit de ſubiecto in ſubiectum.

33 Tacita hypothecaria quæ datur pro legatis non venit acceſſoriè ad perſonalem: ſed oritur æque principalior.

34 Actio competens primo legetario, non tranſit in ſecundum niſi cedatur: quemadmodũ illa, quæ cõpetit hæredi non tranſit in fideicommiſſarium vniuerſalẽ niſi facta reſtitutione:

35 Hypotheca poteſt etiam conſtitui in fructibus pendẽtibus & fœtibus futuris animaliũ.

36 Fiſcus poteſt vendere & obligare totam rẽ, quam habet communem pro indiuiſo cum priuato.

37 Diuiſio rei communis non tollit obligationem factam per vnum ex ſocijs de parte ſua pro indiuiſa.

28 Iudicium diuiſorium cõpetit inter duos creditores qui rem communem pro indiuiſo pignori acceperunt.

30 Creditor cui vnus ſocius rei communis pro indiuiſo obligant, poteſt prouocari ad diuiſionem per alium ſocium & ſi contingat totam rem adiudicari ſocio, non audietur poſteà alius ſocius, niſi totam rem redimat.

40 Diuiſio peti poteſt per creditorem conuentionalem cõtra condominum rei hypotecatæ.

41 Iudicium diuiſorium habet locum inter duos tenutarios eiuſdem rei.

tenuta

42 Iudicium diuiſorium poteſt intentari per tenutarium contra habentem communionem in re.

43 Diuiſio poteſt fieri per ſocium cum alio ſocio nõ obſtante, ꝙ vnus eorũ partẽ ſuã obligauerit creditori & obligatio integra manebit.

44 Iudicium diuiſorium non poteſt intentari per conſocium, qui alteri conſocio partem ſuam obligauit non reſoluta prius hypoteca: ſi de hoc conſocius excipiat.

45 Fructus pendentes poſſunt obligari: & quelibet res futura: vt partus ancille: fœtus pecorum: & ſimiles.

46 Res litigioſa nec obligari nec alienari põt.

47 Res religioſa & ſacra nec emi, nec obligari, nec alienari poteſt.

48 Pupillaris res non poteſt obligari per ſolum pupillum: nec cum tutore ſine decreto iudicis.

49 Inſtrumẽta ruralia non poſſunt hypotecari nec prætorio pignore accipi: licet hoc de conſuetudine non ſeruetur.

50 Filij nec alij homines liberi poſſunt hypotecari.

51 Hypotheca nõ poteſt conſtitui in præmio futuræ victoriæ.

52 Res aliena non poteſt obligari.

53 Obligatio rei alienæ ſub conditione ſi ſua erit, eſt valida.

54 Obligatio rei alienæ validatur per ratificationem domini illius rei.

55 Obligatio rei alienæ validatur per dominij superuentionem ipſi debitori.

56 Res aliena obligata creditori ignoranti, ſuperuenienti dño debitori, conualidatur quo ad vtilẽ hypothecariã: obligata autẽ ſcienti, conualidatur quo ad retentionem tantum.

57 Hypoteca in re aliena in qua debitor habet aliquod ius conſtitui poteſt reſpectu illius iuris: & ſi dominium poſt ſuperueniat debitori, valet in tota re.

58 Hypoteca in hoc differt à venditione: quòd in ea conſtituenda non requiritur verbum promiſſiuum: in venditione autem ſic.

59 Res in qua eſt ſpes futuræ ſucceſſionis, licet veniat in generali obligatione bonorum: tamen ſpecialiter obligari non poteſt.

60 Hypoteca de re aliena non valet in præiudicium domini: valet tamen in preiudicium tertij poſſeſſoris nullum titulum habentis ad cauſandum vtilem hypotecariam ad ſimilitudinem hypotecariæ.

61 Titulus quot modis accipiatur: & an hypoteca dicatur titulus.

62 Hypoteca de re aliena, valet in preiudicium debitoris: & quomodo.

63 Emptor ſi agat rei vendicatione contra venditorem, non poteſt venditor refricare quæſtionem dominij.

64 Emptor non tenetur fateri venditorem eſſe dominum: nec negando dominum, videtur illius turpitudinem allegare.

65 Pignoratitia non impeditur per exceptionem dominij: quia in ea non requiritur quòd debitor ſit dominus.

66 Actio pignoratitia non requirit probationem dominij.

67 Pignorans an & quo caſu habeat ſe probare dominum rei pignoratitiæ.

68 Creditor non poteſt excipere de dominio contra debitorem reſpectu rei pignoratæ ipſi creditori.

69 Res prohibita alienari, an poſſit pignori dari?

70 Pignus, dicitur commercium.

71 Alienationis prohibitio non comprehendit hypotecam propriè: ſed interpretatiuè & extenſiuè.

72 Pignus dicitur in bonis debitoris remanere.

73 Alienatione prohibita, cenſentur prohibita hypoteca: & hoc in diſputatione fauorabili. ſecus in odioſa vel perſonali.

74 Verba cõtractuum ſunt ſtrictè intelligẽda.

75 Regula, quod vno prohibito cenſetur prohibitum id, per quod peruenitur ad illud, non ꝓcedit in diſpoſitionibus pœnalib⁹ & odioſis.

Probi

*76 Prohibitio alienationis non includit hy-
potehcam.*
*77 Prohibita alienari quandoq; cenſentur &
prohibita pignorari,vel obligari.*
*78 Hypotheca prohibita ſub pœna,intelligitur
de illa,in qua interuenit traditio non autem
de illa,quæ fit ſiue traditione:quia per illam
non incurritur pœna.*
*79 Emphyteuſim alienatio ſine traditione,ca-
ducitatem non inducit.*
*80 Hypoteca cõtra prohibitionẽ conſtituta nul
la interueniente traditione,eſt inualida.*
*81 Hypoteca vendi poteſt per creditorem,etiam
pignore exiſtente apud debitorem.*

## ¶ Tertium membrum ſecundæ Partis.

SEquitũ ergo ter-
1 tium † membrum huius
ſecundæ Partis principa-
lis:in quo tractandum eſt
de hypotheca ſpeciali expreſſa: & pro
intelligentia præmito, quòd ſpecialis
hypotheca expreſſa dicitur,quando vna
res particularis obligatur.vt eſt text.in
l.j.in principio ſecundo reſponſo.ff.de
pign.iuncta gloſſ.ibi in ver.recepta.
¶ Poteſt etiam dici ſpecialis hypothe-
ca,cùm obligantur bona præſentia tan-
tum:vt eſt text.iuncta gloſſ.in.l.& quæ
nondum.§.j.ff.de pigno.in glo.in ver.
ſpecialiter. Et ſic in hac materia di-
ctio ſpecialis, capitur ad differentiam
generalis.¶ Aliquando tamen iſta di-
ctio ſpecialis, exponitur.i.expreſſa: vt
no.gloſſ.in.l.negotium.C.de neg.geſt.
& habetur per Alex.in.l.j.in.iij.colum.
ſuper gloſſ.ij ff.de offi.eius,cui man.eſt
iuriſ.& in.l.j.ad fi.ff.ſi quis in ius vocã.
non ie.¶ In terminis autem noſtris di-
ctio, ſpecialis, accipitur primo modo,
videlicet, quando vna res particularis
vel plures in ſpecie expreſſè hypothe-
2 cantur.¶ † Adde tamen,quòd aliud eſt
rem ſpecialiter & expreſſè obligari: &
aliud perinde haberi, ac ſi ſpecialiter
eſſet obligata.Ita not. Bartol.in.licet.
ff.in quibus cau.pig.ta.contraha.quod
poteſt ſeruire ad multa.& facit.l.mer-
cis.cum ibi no.per Bar.ff.de verb.ſign.
vbi habeĩ, ꝙ aliud eſt eſſe tale,& aliud
haberi pro tali.¶ In quibus:autẽ diffe-
rat generalis hypotheca à ſpeciali,di-
ctum fuit.ſ.in ſecũda parte,in ſecundo
membro:vbi poſuit ſex differentias,ibi
3 vide.¶ † Item præmitte,ꝙ hypotheca
& obligatio bonorũ poteſt interponi in
quolibet cõtractu ſeu obligatione,ſiue
ſit pura ſiue in diem,ſiue cõditionalis,
& tam in cõtractu qui de præſenti cele-
bratur,quã etiã pro eo,qui iam celebra
tus eſt & tam pro toto debito,quã pro
parte:& etiã pro narurali obligatione,
vt de his omnibus eſt tex.in.l.res hypo
thece.in prin.ff.de pigno.¶ Itẽ hypothe
ca interponi poteſt non ſolũ pro ſuo de-
bito,ſed etiã pro alieno:vt eſt text.in.d.
l.res hypothecæ.§.fin.de pluribus autẽ
modis cõtrahẽdi hypotehcã & pignus,
latius dicetur.ſ.in.iij.parte principali
in princi.vbi de pignore conuentionali
4 tractabitur.¶ † His premiſsis queritur,
quæ res in ſpecie & expreſſè obligari
poſsint.& reſpõdet ꝙ omnia,quæ ſunt
in bonis noſtris,obligari poſſunt: vt.l.
quæ prædiũ.C.ſi alie.res pi.da.ſit.& in
l.qui filios.C.q̃ res pig.obli.poſ.& not.
gl.in.l.ſi is qui.§.vſufructus.ff.de pign.
Itẽ quicquid vendi põt:põt etiam pi-
gnorari.l.ſed & quod.§.j.ff.de pign.Et
iſtud ſit pro regula.¶ Ad quam regu-
lam pro faciliori ordine,ponã amplia-
tiones & limitationes: ponemus ergo
primò ſex ampliationes:& ſecũdo loco
5 octo limitationes.¶ † Primò igitur am-
plia regulam,quòd etiam ſi res obliga-
ta creditori non ſit in bonis debitoris
ſed ſit aliena tamen ſit debitori debita
ex aliqua cauſa,valet obligatio vt.l.iij.
§.j.& ibi no.gl.ff.qui pot.in pig.hab.&
not.gl.& Bar.& alij in.l.j.§.j.vbi ponĩ
diſtinctio plena in materia.ff.de pigno.
6 ¶ † Secundo amplià,etiã ſi res obligata
non ſit in bonis debitoris,neq; ei de-
bita: ſed debitor in ea habeat aliquod
ius in re:quia in illo iure conſiſtet obli-
gatio:& hinc eſt,ꝙ q nõ habet aliquod
ius in re, niſi ſolius ſuperficiei, poteſt
illud obligare: vt.l.grege.§.& in ſuper-
ficiarijs: & ibi glo.quæ allegat concor-
dantes.ff.de pigno.& aſsignat rationẽ:
quia.ſ.talis ſuperficiarius habet vtile
dominium vt.l.in prouinciali.§.pen.ff.
de no.oper.nun.& in.l.j.§.j de ſuperfi-
7 cie.¶ † Et ex hoc iufertur idem eſſe in
eo debitore,qui in re habet quaſi domi
nium & poſſet experiri publiciana.quia
ſcilicet ille etiã poteſt dictũ quaſi do-
minium pignori obligare:& per talem
obligationem creditor conſequitur idẽ
ius:ꝙ habet debitor:& aduerſus illos,
aduerſus quos debitor poterat ſe tue-
ri vigore quaſi dominij, poterit etiam
ſe tueri creditor.Vnde ſi verus domi-
nus rei ageret,creditor ſe tueri nõ poſ-
ſet: quia etiã debitor cõtra eũ obtinere
nõ poſſet iſte eſt text.& ibi gl.no.in.l.ſi
ab eo.ff.de pigno.& ibi optimè declarat
8 Bar.¶ † Intellige tamẽ,ꝙ vterq; præ-
dictorũ tã.ſ.habens hypotecã à ſuperfi-
ciario,quã à quaſi domino amittet ius
dictæ obligatiõis eo ipſo,ꝙ reſoluetur
ius debitoris obligãtis:vt no.Bar.in.d.
l.grege.§.& in ſuperſiciarijs ꝑ ea,que
ibi allegat:& habens hypothecã ab illo:
quia habet vtile dominium,vel quaſi,
quãdo ageret vtili hypotecaria qd ha-
beat probare,& qd deducere in libello,
9 docet Bar.in.d.l.ſi ab eo.¶ † Secundo
ex iſta ampliatione dubitatur, quid in
vſufructu:an.ſ.debitor habẽs vſumfru-
ctum in bonis poſsit illum obligare? &
videbaĩ dicendũ ꝙ non:qa aut per hy-
pothecã conſtituitur creditori vſuſfru
ctus formalis: qui apud alium eſt, per
modum ſeruitutis:vt per Bald.& doct.
in.l.vſufructu.ff.ſo.ma.& per Alexã.in
l.ſi ita ſtipulatus.§.titius.ff.de ver. obli
ga.Et nõ videtur, quòd illum creditor
poſsit habere obligatũ:quia ſi vſuſfru-
ctus eſt ſibi conſtitutus,eſt ſuus:& ideò
ſibi non poteſt eſſe obligatus.l. neq; pi-
gnus.ff.de reg.iur. Aut nullus vſuſfru-
ctus eſt conſtitutus:& cũ nõ ſit, nõ de-
bet poſſe venire in obligationẽ.Tamen
hoc non obſtante,dicendũ eſt, quòd li-
cet per dictam obligationẽ non ſit con-
ſtitutus vſuſfructus:tamen illa facultas
& cõmoditas vtendi & fruẽdi, quæ eſt
apud debitorẽ,poteſt deduci in obliga-
tionem:& ſic non ipſe vſuſfructus: ſed
ius vtendi & fruẽdi cenſetur obligatũ:
& ſicut debitor poſſet vendendo tranſ-
ferre vſumfructum in alium:ita credi-
tor vigore hypotecæ, debitore non ſol-
uente poterit dictũ vſumfructum ven-
dere:ita in prædictis tenet Barto.in.l.ſi
is qui.§.vſuſfructus.ff.de pignori.¶ Et
nõ obſtat ſi dicatur, ꝙ vſuſfructus non
poteſt vendi.vt inſti.de vſufruc.§.fini
tur:& etiam non poteſt obligari vt.l.ſed
& ſi quid.in fi.ff.de pigno.quia reſpon-
detur, ꝙ licet non poſsit vendi & obli-
gari, vt transferatur ius vſuſfructus.
Tamen bene poteſt vendi & obligari,
vt transferatur commoditas:vt.l. arbo-
ribus.§.vſufructuarius.ff.de vſufruct.
Ita declarat Bartol. in.d.l.ſi is qui.§.
vſuſfructus.& Cy.& Salyce.in.l.j.C.ſi
10 pign.pig.da.ſit.† Dicunt enim quan-
do dominus pleno iure obligat alicui
vſumfructum: tunc vſuſfructus cauſa-
lis

lis,qui erat penes eum efficitur forma-
lis in perſona creditoris:& ſi poſteà cre
ditor alteri illũ obliget:vſuſfructus ille
formalis non recedit ab eo:ſed ius rea-
lis obligationis trãſfertur,in ſecũdum
11 creditorẽ.†& idẽ tenet ibi Bal.dicens,
ꝙ ius quæſitũ creditori in pignore eſt
reale & de facili tranſit ab oſsibus cre-
ditoris in aliũ:ſicut dominiũ:quod eſt
trãſitorium de vno in aliũ,& perambu
lat per mille manus:& idem ſemper eſt
ius licet trãſeat per multas manus:&
ideò creditor primus qui habet obliga
tum vſum fructũ:ſi alteri illũ obliget,
nõ trãſmittit ius vſuſfructus nec ab eo
ſeparatur:ſed tantum tranſfert ius rea-
le,quod habet in vſufructu vigore hy-
potecæ & obligationis.ita inquit ibi
12 Bald.¶†Adde tamen prædictis,ꝙ li-
cet(vt dictũ eſt.ſ.)creditor qui habet
hypotecam in vſuſfructu poſsit vende-
re vſumfructum,vt tenet Bartol.in.d.
l.ſi is qui.§.vſuſfructus.tamen non po-
teſt vendere proprietatem,in qua conſi
ſtit vſuſfructꝰ.vt eſt tex.in.l.j.C.ſi pig.
13 pi.da.ſit.¶†Sed dubitatur,an vendito
vſufructu per creditorem vigore pi-
gnoris & hypotecæ ſibi in eo conſtitu-
tæ an ille amplius reuertatur ad pro-
prietatem?& videbatur dicendum,ꝙ
ſic:vt in.§.finitur inſtitu.de vſufruct.
Tamen contrarium eſt tenendum,vi-
delicet,ꝙ iſto caſu vſuſfructus non re-
uertatur vnquã ad proprietatem & ita
tenet Bal.in.d.l.j.C.ſi pig.ei da.ſit.vbi
dicit ſe habuiſſe iſtã.q.de facto Floren-
tiæ:& non obſtat.d.§.finitur.dũ ibi di
citur ꝙ ſi vſuſfructuarius alienet vſum
fructum in extraneum,ille vſuſfructus
finitur,& redit ad proprietatem:quia
ille.§.procedit quando alienatio vſuſ-
fructus fit ſine permiſsione legis vel
ipſorum contrahentium:ſecus autem
quando alienatio fit ex permiſsione le-
gis vel contrahentium:prout fit quan-
do creditor cui fuit obligatus vſuſfru-
ctus alienat illum debitore non ſoluen
te:ita tenet ibi Bald.& an.& quando
per alienationẽ vſuſfructus per vſuſfru
ctuariũ factam finiatur vſuſfructus,vi-
de per Bal.in.l.res,quarum.C.de iure
do.per Bar.in.l.ſi vſuſfructus.ad finẽ.
ff.de noua.quorũ dicta aliter non refe-
ro:quia ſunt extra materiam noſtram.
14 ¶†Iterũ dubitatur,qđ ſi creditor,cui
fuit obligatus vſuſfructus:vendat ſim-
pliciter rem vel poſſeſsionem vel ipſam
obliget alteri,an iſto caſu videatur ven
didiſſe vel obligaſſe dictam rem in to-
tum,an verò ſolum ius,quod in ea ha-
bet?& gloſſ.in.d.l.j.C.ſi pi.pi.da.ſit in
gloſſ.in verſicu.vinculum dicit ꝙ vide-
tur vendidiſſe vel obligaſſe ſolum ius,
quod habet in ea argu.l.quod taber-
nas.ff.de contrahen.emptio.ſed Cyn.
ibi dicit deciſionem glo.procedere,quã
do recipiens obligationem vel vendi-
tionem à primo creditore erat ſciens:
qđ ille non habebat in dicta re niſi di-
ctum ius:per not.in.d.l.ꝙ tabernas.&
in.l.ſi domus.§.fina.ff.de lega.j.Secus
autem ſi eſſet ignorans,quod in dubio
præſumitur:quia tunc cenſetur obli-
gaſſe & vendidiſſe totam rem,& in to-
tum teneretur quoad præiudiciũ ſuũ:
nõ aũt in præiudiciũ ipſius rei obliga-
tæ vel dominij ipſius iuxta no.in.l.rem
alienã.ff.de cõtrahẽ.emp.& ita tenent
Bal.& Salyce.in.d.l.j.C.ſi pi.pi.da.ſit.
15 ¶†Tertiò ex iſta ſecunda Ampliatio-
ne.Dubitatur quid in ſeruitutibus an
ſ.ſeruitutes poſsint pignori dari,vel
obligari?Et dicendum eſt,ꝙ ſeruitutes
& iura ruſticorũ prædiorũ poſſunt ob-
ligari:ſeruitutes autem & iura vrbano-
rum prædiorũ minimè.vt eſt text.in.l.
ſi is,



ſi is qui.§.fi.cum.l.ſeq.quæ incipit:ſed
an viæ.ff.de pigno.& eſt glo.in.l.qui fi-
lios.in ver.obnoxia.C.quæ res pi.obli.
poſ.Intellige tamẽ tù & bene aduertẽ,
ꝙ ſeruitutes ruſticorum prædiorũ poſ-
ſunt obligari creditori per ipſum domi
nu rei,in qua eſt ſeruitus.Nõ aũt intel
ligas,ꝙ ille cui fuit conſtituta ſeruitus
prædij ruſtici,poſsit illam ſeruitutẽ al-
teri obligare:qa indiſtinctè ille,cui eſt
conſtituta ſeruitus,tam ruſtica,ꝙ vrba
na,non poteſt eam pignori dare:ita te-
net Bartol.in.l.j.ff.de vſufruct.lega.in
vlti.col.in ver.& pro declaratione.l.op
pono.vbi approbat lecturam gl.datam
ad.d.l.ſed an viæ.& ita dicit tenuiſſe
Cy.ipſo audiẽte.ita etiam tenet Bal.in
16 d.l.ſi is qui.§.fin.†Vbi ad ſimilitudi-
nem vſuſfructus in quo datur cauſalis
& formalis,dicit in ſeruitute eſſe cauſa
lem & formalem:& ꝙ ſeruitus cauſa-
lis prædij ruſtici poteſt obligari:ſed for
malis non,ſiue ſimus in ſeruitute ruſti
ca,ſiue vrbana:& idem dicit eſſe in ſer-
uitute vſus:& aſsignat rationem:quia
huiuſmodi ſeruitutes reſpiciunt indi-
gentiam rei vel perſonæ,pro qua ſunt
conſtitutæ:& intantum licet eis vti,in-
quantum eſt indigentia.l.ergo.§.fi.ff.
de ſerui.vrba.prædio.& ideo non poſ-
ſunt per eum cui conſtitutæ ſunt alteri
obligari:quia per hanc viam ille vtere-
tur illis alio modo,quã eſſent conſtitu-
tæ:quod non licet vt.l.ex meo.ff.de ſer
ui.ruſti.prędi.& ita dicit tenere Dy.in
additionibus:& ſubdit ꝙ ſeruitus cau-
ſalis impropriè dicitur:quia omnis ſer-
uitus eſt formalis & abſtracta à ſuo do-
17 minio.¶†Sed dubitatur,quæ ſit ratio
differentiæ inter ſeruitutes ruſticas &
vrbanas?& gl.in.d.l.ſed an viæ aſsignat
hanc differentiam.ſ.ꝙ ideò ſeruitutes
vrbanæ non poſſunt obligari:quia ſer-
uitutes vrbanæ conſtituuntur ſub qua-
dam perpetuitate:ne ex mutatione illa
rum contingat vrbes deformari mœ-
nijs & ędificijs vt inſtit.de rerũ diui.§.
cum in ſuo.& in.l.fi.ff.ne quid in lo.pu
bli.Non enim eſſet conueniens vt poſt
quã tigna immiſſa eſſent,ſoluto pigno-
re,ille qui immiſit,cogeretũ tollere,de-
formando ædificium quod incõueniẽs
ceſſat in ſeruitutibus ruſticis.& iſta ra-
18 tio placet Bartol.ibi.†qui ſubdit qđ ſi
daretur caſus in ſeruitutibus vrbanis
in quo ceſſaret ratio dictæ deformita-
tis,etiam in illis conſiſteret hypoteca:
& de hoc ponit exemplũ,videlicet qñ
eſſet hypotecata ſeruitus altius nõ tol-
lendi,donec pecunia mutuata reſtitua-
tur.nam hoc caſu ceſſat dicta ratio de-
formitatis,ideò valebit obligatio.& ita
etiã refert & ſequitũ Veronẽ.in tracta
tu vrbanarum ſerui.in.c.xij.ad fi.ſub
19 Rub.de ſeruitutibꝰ realibꝰ.¶†Tertiò
amplia regulã ſupradictam,quãdo res
non eſſet debita,nec in ea haberetũ ali-
quod ius:ſed eſſet illa res ſibi obliga-
ta per hypotecam:nam etiam illa po-
teſt alteri obligari vt.l.j.&.ij.C.ſi pi.pi.
da.ſit.& ibi Bart.Bald.& Saly.&.l.gre
ge.§.cum pignori.& ibi Bart.ff.de pi-
gno.& tali caſu ſecundus creditor cui
primus obligauit pignus,habet vtilem
hypotecariam:primus aũt habet dire-
ctã.& ratio eſt ſecũdũ gl.in.d.§.cũ pi-
gnori.in glo.in ver.actio.qa qñ primus
creditor obligat pignus,ſecũdo.Ille q
obligat,nõ eſt dñs rei:ideò ſecũdo da-
tur vtilis:ſed qui obligauit primo,fuit
dñs.ideò primo datur directa:& illam
gloſ.ſequitur ibi Bartol.& Salyce.poſt
Petr.in.d.l.j.C.ſi pi.pi.da.ſit.licet per
20 ãlia verba vt ibi per eum.¶†Sed du-
bitatur an ſicut primus creditor poteſt
obligare pignus ſecundo.Ita & ſecun-

dus poſsit obligare tertio : & ſic dein-
cepsꝫ & Specul.in titul.de pigno.§.j.
verſicu.ſed cùm pignus.dicit ꝙ pignus
non poteſt pignorari vltra tertiam vicẽ
vt euitetur infinitas:argu.c.cùm mult.
de reſcript.libr.vj.Et hoc dictum dicit
eſſe notandũ Abb.in.c.cùm contra.vl-
ti.col.in verſic.ſed eſt quæſtio notabilis
de pigno.ſed Bal.in.d.l.j.tenet contra
Specu.ſ.ꝙ imò pignus pignori millies
dari poſsit:quia ius quæſitum nobis in
pignore , eſt reale & ab oſsibus noſtris
de facili tranſit:ſicut dominiũ quod eſt
tranſitorium de perſona in perſonã per
mille manus,& ſemper remanet idẽ do
miniũ :ſic in pignore idẽ ius permanet
per quaſcũq; manus perambulet:ita di
cit ibi Bald.idem tenet Angel.in.d.l.j.
Ro.aũt in Rub.de arbi.circa medium
refert dictum Specu.& Angel.& nihil
firmat. ¶Sed Alexand.in.l.qui bona.
§.fina.penult.colum.ff.de dam.infect.
dicit,ꝙ verior videtur opi.Angel.quia
dictum Specul.non probatur per iu-
ra,quæ allegat:& quòd cõtra eum facit
id,quòd vult Barto.ibi dum tractat de
infinitate numeri,præſertim dum alle-
gat.l.veluti.§.hæc vox.ff.de ædẽ.& ita
21 tenendum puto.¶ † Quartò amplia
regulam,vt procedat non ſolum in re-
bus corporalibus hypotecatis : ſed etiã
in nomine debitoris. Nam etiam no-
men debitoris mei poteſt per me obli-
gari creditori meo:vt eſt tex.in.d.l.gre
ge.§.cum pignori.ff.de pigno.ſecundũ
ſecundam lectucam gloſſ.ibi:& ibi latè
Barto.& text.& ibi Barto.& alij in.l.
22 nomen.C.quæ res pi.oblig.poſ.¶ † Et
iſta ampliatio procedit non ſolum in
nomine debitoris alterius : ſed etiam
in nomine debitoris ipſius creditoris.
Vnde ſi ego ſum debitor Titij in cẽtũ
& Titius ex alia diuerſa cauſa aliquid
mihi promittat & obliget pro obſeruã-
tia omnia ſua bona : vigore generalis
obligationis erit mihi obligatum meũ
ꝓprium nomen in illis cẽtum,in qui-
bus ego ſum debitor Titij:& nõ obſtat
ꝙ in re ſua nõ poſsit conſiſtere pignus.
23 l.neq; pignus.ff.de regu.iur. † quia re-
ſpõdetur quòd ipſum nomen debitoris
non eſt ipſius debitoris ſed eſt credito-
ris:vt ꝓbatur in.l.poſtquã.§. idem ta-
men.ff.de vſufru.ea.re.quæ vſu cõſu.
& not.Bart.licet ad alium finem.in.d.
§.cum pignori.in fi.Et nõ obſtat:ſi q̀s
fortè dixerit,ꝙ nõ reſultet hypotheca
ex tali obligatione nominis , cùm non
poſsit ipſe idem debitor & creditor cui
nomẽ ſuum inuenitur obligatum, age-
re contra ſeipſum:quia reſpondetur ꝙ
ſatis eſt,quòd competat retentio & ex
hypote.cauſetur exceptio. Nam ſi res
pignorata tradatur creditori,non com
petit ipſi creditori actio hypotecaria ad
rem.cùm ipſe rẽ pignoratã poſsideat:
ſed datur exceptio & retentio vel re-
plicatio vt.l.creditor.in prin.ff.qui po.
in pi.habe.& tamen nõ deſinit eſſe hy-
poteca:vt ibi ſic etiam in caſu noſtro,li
cet ceſſet actio hypotecaria , nõ tamen
deſinit eſſe hypoteca:cũ & aliàs ex obli
gatione cõpetat ius retinẽdi & nõ agẽ-
di:vt per Bart.in.l.j.in princip.ff.de pi
gno.& in.d.l.creditor.in princip.& ita
per prædicta & plura alia copioſæ addu
cta,firmat Corne.in cõſi.lxj.tertio vo-
lumine in litera.m.n.Et iſta cõſultatio
Cornei fuit comprobata per Sozinum
in cõſil.clxxx.diligenter puncti narra-
tione in penulti.colũ.in verſicu.ſed ad
hoc reſpõdeo.ſecundo volu.Vbi etiam
ad hoc adducit alia fundamenta, quòd
24 perpetuò no.¶ † Sed in prædictis du-
bitaẽ,qua actione agat ille creditor cui
nomẽ debitoris fuit obligatũ?& in hoc
fuerunt



fuerunt opiniones diuerſæ.Tamẽ Bar.
in.d.l.grege.§.cum pignori dicit ꝙ ha-
bito reſpectu ad ipſum nomen obliga-
tum & pecuniam ex illo nomine debi-
tam competit vtilis perſonalis,quæ di-
rectò competebat debitori , qui illud
obligauit & eſt perinde ac ſi ſecundus
debitor illud nomen à primo emiſſet:
iuxta.l.poſtquã.C.de hære.vel actio.
vẽdi.Sed habito reſpectu ad alias acceſ
ſiones,quæ primo creditori cum eo no
mine erant obligatæ,valet ad bona hy-
potecata:primo creditori competit,ſe-
cũdo creditori vtilis hypotecaria , quæ
directò competebat primo creditori cõ
tra bona ei obligata à ſuo debitore : ita
dicit Bartol.in.d.§.cùm pignori.& ita
in effectu tenet Salyc.in.d.l.nomen.C.
quæ res pi.obliga.poſ.& in d.§.cùm pi
gnori.clarius hoc diſtinguendo , vt ibi
25 per eũ.¶ † Ideò autem iſta actio dici-
tur vtilis & non directa:quia creditor
primus qui dedit pignori ſecundo , nõ
eſt dominus illorum bonorum ſibi obli
gatorum:ſicut fuit ſuus debitor,qui ei
obligauit:& ideò obligatio facta à do-
mino parit creditori directam hypote-
cariã.ſed obligatio facta à creditore al-
teri,parit vtilem hypotecariam.ita de-
clarat gl.in.d.§.cum pignori.in ver.a-
26 ctio vtilis & ibi ſequiẽ Saly.¶ † Secun-
dò dubitatur,in materia.d.l.nomen.an
principalis debitor cuiꝰ nomẽ fuit obli
gatũ ꝑ creditorẽ alteri creditori,poſsit
ſoluere primo creditori in præiudiciũ
ſecũdi creditoris,cui nomẽ ſuũ eſt obli
gatũ ? Et in hoc gl.in.§.cũ pignori.te-
net ꝙ ſic ꝑ.d.l.nomẽ.Niſi fuiſſet ei per
ſecũdũ creditorẽ denũciatũ , ne ſolue-
ret primo:iſtã aũt denunciatiõnẽ Bar.
ibi intelligit debere fieri taliter ꝙ debi
tor primꝰ certificeẽ de obligatiõe facta
de ſuo nomine oſtendendo ſibi inſtrũm
27 obligatiõis ꝑ.d.l.nomẽ.¶Sed dubita-
tur quod ſi debitor haberet notitiã de
hoc aliter,& nõ eſſet factũ alterũ de tri
bus,de q̃bus in.l.iij.C.de noua.an hoc
ſufficiat ad hoc vt debitor nõ poſsit ſol
uere primo creditori ? Et gl.in.d.l.no-
men.in ver.certior tenet ꝙ nõ ſufficiat
ſola ſciẽtia:ſed ꝙ req̃raẽ alterũ de tribꝰ
de q̃bus in.d.l.iij.videlicet vel denũcia
tio prædicta:vel litis cõteſtatio,vel ſolu
tio partis debiti.¶Alia aũt gl.in.l.fi.ff.
de tranſac.in gl.j.tenet ꝙ ſufficiat ſola
ſciẽtia : idẽ tenet gl.in.l.ſi cũ emptore.
in prin.ff.de pac.Bart.in.d.l.nomẽ.te-
net gl.in.d.l.fi.ſ.ꝙ ſufficiat ſola ſciẽtia
dicẽs.d.gl.melius fuiſſe loquutã:ſed in
d.§.cũ pignori.remittit ſe ad no.in.l.fa
cta.§.ſi hæres.ff.ad Trebel.vbi dicit ſe
plenè dixiſſe:& ibi Bart.& in.d.l.ſi cũ
emptore.in prin.poſt Iac.de Are.ꝓ ve-
ritate diſtinguit,ꝙ aut ceſsio fit ad cõ-
modũ cedẽtis & eius ꝑicũlo & quicq̃d
inde exigitur cõuertiẽ in eius vtilitatẽ:
& tũc nõ ſufficit ſimplex ſciẽtia:ſed re-
q̃ritur alterũ de tribꝰ de quibus.in.d.l.
iij.& hoc mõ procedat tex.& gl.in.d.l.
nomẽ.nã ibi hypotecatio nominis fuit
facta ad cõmodum hypotecãtis & pro
eius liberatione.Aut fit ad cõmodũ ceſ
ſionarij & eius periculo,& tũc ſufficiat
ſola ſciẽtia.& ita ꝓcedat gl.in.d.l.fi.ff.
de tranſac.& in.d.l.fi.cũ emptore.& cũ
Bar.in.d.l.facta.§.ſi hæres diſtinguen
tẽ:vt dixi trãſeũt ibi Imo.& moderni.
& videẽ tranſire Bal.in.l.j.in.v.q.C.de
actio.& obliga.& ibi Salyce.in.xij.q.&
trãſit etiã Iaſ.relatis prius opi.aliorũ
in.d.l.ſi cũ emptore.in prin.& ſic rema
net firma concluſio,ꝙ in terminis.d.l.
nomen.nõ ſufficit ſola ſcientia:ſed re-
quiritur alterũ de tribus,de quibus in
d.l.iij.¶Et prædicta procedunt,q̃ñdo
nomen debitoris fuit datum pigno.i.

28 ¶† Sed ſi eſſet datum pignus pignori:
tunc dicendū eſſet, ꝙ ſi debitor ſolueret
primo creditori qui pignus pignori de-
dit, ꝙ pignus omnino liberetur vt tenet
gloſ. in. d. l. j. C. ſi pig. pi. da. ſit. ad idem
glo. in. d. §. cū pignori. in ver. ſoluerit. &
eſt tex. in. l. debitor. §. fi. ff. de pig. actio.
nec iſto caſu ſecundus creditor pōt pro
hibere primo debitori ne ſoluat ſuo pri
mo creditori: quia licet ei à primo credi
tore pignus pignori datum ſit: tamen
actio perſonalis remāſit libera penes pri
mum creditorem: & ideò ſecundus cre-
ditor non habens aliquid facere in dicta
actione perſonali, nō poteſt illam impe-
dire. Nam iſto caſu fuit translata hypo
theca. per primū creditoré in ſecūdum
ſine actiōe perſonali & principali: & ita
tenet Bar. in. d. §. cū pignor. in pen. q. &
cū Bart. trāſit ibi Saly. in. iij. q. & ita te-
29 neas. ¶† Inſuper in materia dictæ. l. no
men. dixit vnū ſingulare verbū Bart. in
l. ſi quis ſeruū. §. certā. ff. de leg. ij. videli
cet ꝙ qn̄ legatario eſt ſubſtitutus aliqs
per fideicōmiſſum in legato ita ꝙ lega-
tarius tenet reſtituere fideicommiſſario
legatū: ꝙ quàuis aliàs fideicōmiſſarius
nō habebit actioné cōtra hæredé niſi il
la ſibi cedat vt. l. imperator. in prin. ff. de
leg. ij. & in. l. ſi legatarius. ff. de lega. iij.
Intelligendo ſemper de fideicommiſſa-
rio legati particularis: tamen iſtud eſt
verum quo ad actionem directam: illa
enim nō competit fideicommiſſario par
ticulari: niſi cedat à legatario: ſed quo
ad vtilem actionem, dicit Bart. quod il-
la bene competit tali fideicommiſſario
abſq; ceſſione. Nam cùm fideicommiſſa
rius habeat actionem cōtra legatarium
pro reſtitutione legati: in cōſequentiam
habet obligatā illam actioné, quā legata
rius habet cōtra hæredé ꝓ legato: & ſic
habet vtilé quæ directo cōpetit legata-
rio: per. d. l. nomé. poteſt enim intereſſe
ipſius fideicōmiſſarij: vt ſibi prius reſti-
tuatur legatū, quā legatario, fortè quia
legatarius eſſet ſtatim conſumpturus, ſi
ipſe prius legatū accepiſſet, ita ꝙ ſubſe-
qués reſtitutio eſt faciéda fideicōmiſſa-
rio: eſſet poſtea fruſtratoria. ¶ Sed ad-
uerte: quia Alex. in. d. l. ſi quis ſeruū. §.
certam. in apoſtil. ad Bar. dubitat de di-
cta deciſione Bar. ex eo, (quia ſecūdum
eū) nó reperitur iure cautū, ꝙ fideicom
miſſarius iſto caſu habeat hypothecari
illam actioné, quā habet legatarius con-
tra hæredem: cū ergo fideicōmiſſarius
nō habeat actioné perſonalé cōtra hære
dem niſi ceſſam à legatario. d. l. impera-
tor. non videt̃, ꝙ etiā habeat hypotheca
riam. l. fideiuſſor obligari. in princ. ff. de
fideiuſſ. vbi habetur, ꝙ actio acceſſoria,
prout eſt hypothecaria nō poteſt eſſe ſi-
30 ne principali. ¶† Nihilominus videtur,
quòd dicta deciſio Barto poſſit defen-
ſari ab impugnatione Alex. quia tacita
hypothecaria inducta eſt à lege pro le-
gatis contra hæredé ſuper bonis: tamen
teſtatoris: vt. l. j. §. j. C. cōmu. de lega. Et
iſta actio non ſolū competit primo lega
tario vt ibi: ſed etiā cōpetit fideicōmiſ-
ſario cui legatarius grauatus eſt reſti-
tuere: datur enim fideicommiſſario hy-
potheca ſuper rebus teſtatoris, quæ ad
ipſum legatariū grauatum deuenerūt:
vt eſt tex. in. d. l. j. §. & hęc diſpoſuimus.
vnde cum hypotheca, quam habet lega
tarius grauatus proueniat à bonis teſta
toris: quia eſt ius in re: cùm ſit actio rea
lis. l. j. pignoris. C. de pigno. ſequitur, ꝙ
ſicut alia bona teſtatoris exiſtétia apud
legatarium grauatum: ſunt tacitè hypo
thecata ipſi fideicommiſſario. dicto. §.
& hæc diſpoſuimus. ita debet etiam eſſe
obligata dicta hypotheca, quæ eſt apud
legatariū: quia in tacita hypotheca in-
troducta



troducta à lege veniunt & comprehen-
duntur etiam iura & actiones: vt tenent
Bal. & Saly. in. l. hæredem. C. de hæred.
actio. & Bart. in. l. pater. in fin. ff. de dot.
preleg. Et ſic illa hypoteca & actio hy-
potecaria, quæ ex ea cōpetebat directo
legatario grauato cōtra bona teſtatoris
exiſtétia apud hæredem, videtur quod
debeat vtiliter competere fideicōmiſſa-
rio: arg. d. l. nomé. Ecce ergo probatur
iure, ꝙ illa hypoteca q̄ directo competit
legatario grauato ad bona teſtatoris exi
ſtetia apud hæredem, vtiliter poteſt cō-
petere ipſi fideicommiſſario, cui legata-
31 rius grauatus eſt reſtituere. ¶† Et non
obſtat, quod actio ex legatario in legatā
riū non tranſeat niſi mediante ceſſione.
d. l. imperator. in prin. ff. de leg. ij. Quia
ad hoc poteſt reſpōderi, ꝙ quicquid ſit
in actione perſonali ex teſt. de qua. ȝ. di-
cetur: poteſt dici ꝙ actio realis in legato
particulari vtiliter tranſeat in legatariū
ſine ceſſione: licet ſecus ſit in fideicom-
miſſo vniuerſali: ſicut enim in legato
particulari tranſit dominiū recta via ſi-
ne aliquā traditione. l. à Titio. ff. de fur.
ita videtur dicendū in actione reali par-
ticulari, vt expreſſè vult Bart. in. l. j. in
vl. colū. in verſi. qro an ex ſolo cōtractu.
de actio. & obliga. alleg. l. ex legat. C. de
32 lega. ¶† Et facit, quia licet actio perſo-
nalis, quæ cohæret oſſibus noſtris, non
tranſeat de ſubiecto in ſubiectum, vt eſt
gloſ. no. in. l. iij. ff. pro ſocio. & ideo facta
ceſſione cōpetit vtilis, per quam quis cō
ſequitur, quod conſequeretur per dire-
ctā, vt. l. actio. ff. de neg. geſ. tamé actio-
nes reales directę tranſeunt ipſo iure in
legatarium. l. ſed nec legatarius. ff. de cō
dic. furt. quia iura realia non cohærent
oſſibus noſtris: ita declarat Bartol. &
Bal. in. l. fi. C. de leg. & habetur per Iaſ.
in. d. l. ex legato. eod. titul. Cùm autem
actio hypotecaria ſit realis. d. l. pignoris.
C. de pigno. videtur quod illa ſine ceſ-
ſione poſſit tranſire in legatarium: & ex
legatario in fideicommiſſarium particu
larem. ¶ Nec obſtat dicta. l. fideiuſſor ob
ligari. in prin. ff. de fideiuſ. quia reſpon-
detur, quòd licet à principio hypoteca-
ria non naſcatur ſine actione perſonali.
tamen poſtquam vtraq; eſt cōſtituta po
teſt ipſa hypotecaria cedi ſine perſona-
li: ſicut ergo poteſt cedi ſine perſonali:
ita vbi nō requiritur ceſſio, videt̃ quòd
poſſit tranſire ſine perſonali: per no. ibi
33 per Bar. ¶ † Et tātò fortius in terminis
noſtris, cū actio hypotecaria q̄ datur ꝓ
legatis & fideicommiſſis particularibus
non veniat acceſſoriè ad actionem perſo
nalé: ſed oriatur æquè principaliter: vt
eſt text. in. l. j. §. j. C. cōmu. de lega. quod
etiam patet: quia hypothecaria cōpetit
pro legato, etiā vbi non cōpetit perſona
lis ex teſtaméto. vt declarat Bart. in. l. j.
34 ad fi. ff. de leg. j. ¶† Sed iterū eſt aduer-
tédū, ꝙ Bar. in. d. l. j. ff. de leg. j. in. iij. re-
gula videtur contrariari prædictis. dicit
enim ibi, ꝙ ſicut actio, quæ cōpetit here
di, nō trāſit in fideicōmiſſariū vniuerſa
lem, niſi facta reſtitutiōe: ita etiam quæ
competit primo legatario, nō tranſit in
ſecundu niſi cedatur. allegat. d. l. impe-
rator. in princ. de leg. ij. ¶ Et Alexan. ibi
in. viij. col. iſtud dictum Bar. inducit ad
q. quòd ſi teſtator legat fundum Titio,
& grauat Titium vt per fideicōmiſſum
illū det Caio dicit ipſe quod dominiū
recta via tranſit in Titium: ſed dubium
eſt an incontinéti quòd tranſiuit in Ti-
tium, tranſeat in Caium fideicommiſ-
ſarium abſque alia reſtitutione? & di-
cit quod Dyn. in. l. vnum ex familia. §.
ſed ſi vno. ff. de leg. ij. ſentit, quod tranſ-
eat recta via de primo legatario graua-
to in eius fideicōmiſſariū: ſed quod Io.

de Imo.ibi tenet contrarium: & melius ſecundum Alexan.& firmat ꝙ primus legatarius teneatur cedere ſecundo.l. ſi legatarius.ff.de lega.iij.& dicta.l. imperator.& ſubdit,ꝙ ſi aliter diceremus,ſequeretur , ꝙ duo eſſent domini inſolidum:contra.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.cõmo.nam primus & ſecundus legatarius inuenirentur habere dominium legati:ſi incontinenti de primo tranſiret in ſecundum:& ſic dubia videtur reddi deciſio Bart.in dicta.l. ſi quis ſeruum.§.certã.de leg.ij. ¶ Iaſ.in.d.l.j. de leg.j.in.ix.col.in verſi.ſubdit Bar.ꝙ ſicut actiones competentes &c.perpendit de hac difficultate. Et primò dicit, ꝙ dicta ratio adducta contra Dy.quòd duo nõ poſsint eſſe domini inſolidum, nihil valet quia ex quo à primo legatario dominium ſtatim tranſit in ſecundum,ſequitur ꝙ non remanet apud primũ:ergo nõ ſunt duo domini inſolidũ. ¶Secundò ſubdit,ꝙ licet Alexand.dicat ꝙ iſta.q.inuenitur in paucis locis:tamẽ quod de hoc eſt gl.ad literam in.l.ij. in ver.actiones.C. commu.de leg.&.d.gl. ſequitur ibi Bald.& etiã Bal.in.l.j.eod. titu.in vlti.col.in verſi.quæro ſi à legatario legatur &c.vbi concludit ꝙ in ſecundũ legatariũ non tranſit immediatè dominium:ſed bene mediãte primo ſtatim tranſit in ſecundum:prout tenet dicta gloſ.¶ Pau.autẽ de caſt.in.d.l.ij.format.q.& tenet contra gloſ.& concludit ꝙ dominium à primo legatario in ſecũdum nõ tranſeat,niſi facta reſtitutione. ¶Vltimo loco Iaſ.concludit, ꝙ licet ſecundus legatarius ſine reſtitutione primi vel ceſsione nõ habeat directã actionẽ,tamen bene habet vtilem ſecundum quod vult Bart.in.d.§.certam. per quã deciſionem dicit Iaſ.limitari id , quod vult Barto.in.d.l.j. & ſic Iaſ.cõprobat

35 deciſionẽ Bart.in.d.§.certam. ¶† Ego vltra alia ſupra per me allegata pro defenſione deciſionis Barto.in.d.§.certã. quæ meo iudicio non ſunt ſublata: dico etiam,ꝙ in hoc arti.an à primo legatario tranſeat actio vel dominiũ in ſecundum ſine ceſsione vel reſtitutiõe, eſt aduertendũ: quia licet (vt conſtat ex præallegatis) doctores variè loquuti ſint:tamẽ ego puto pro deciſione tenendã eſſe diſtinctionẽ quã ponit Bar.poſt Iac.de Areti.in.l.fideicommiſſum.ff. de lega.j. vbi in hoc arti.diſtinguit,ꝙ aut primus legatarius agnouit & percepit legatũ, & tunc ipſe primus legatarius tenet præſtare legatum ſecũdo.& habeat locum. dicta.l.imperator.in princ. Aut primus agnouit,ſed nõ percepit legatum,& tũc primus tenetur cedere actionem.d.l.imperator.&.l.ſi legatarius.ff. de lega.iij. Aut primus nõ agnouit,nec percepit legatum:& tunc nõ requiritur ceſsio: ſed legatum remanet apud hæredem cum eodem onere.l.ſi ab eo.ff.de vſufruc.lega.ita diſtinguit ibi Bar.adde tu in vltimo membro,ꝙ nõ requiritur,ꝙ primus legatarius abſtineat ſeu repudiet expreſsè legatum,ad hoc,vt legatũ remaneat apud hæredem cũ onere reſtituẽdi illud ſecundo legatario : ſed ſufficit in hoc,ꝙ primus legatarius differat agere contra hæredem.ita declarat glo.in.d.l. imperator.in princi.in ver.abſtineat. & cum dicta diſtinctione Bart.tranſeunt alij,vt ibi per Iaſ.Ex quibus reſultat cõcluſio ꝙ ſi primus legatarius agnouit legatum non tranſit actio in ſecundum ſine ceſsione : & fortius ſi primus agnouit & percipit ſi autem primus nõ agnouit,tranſit actio in ſecũdum ſine ceſsione:& iſto caſu poſſet ſecũdus legatarius tam perſonali directa,quã etiam hypothecaria agere contra hæredem pro reſtitutione



ſtitutione dicti legati: in primo autem caſu,quando primus legatarius agnouit legatum,maius dubium eſt:tamẽ prout firmat Iaſ.videtur poſſe teneri , ꝙ tunc non tranſeat directa actio hypothecaria ſine ceſsiõe:ſed vtilis ſic,per dictam deciſionem Bart.in.d.§.certam.defendendo illam ab impugnationibus vt.s. Adde no.per Alexand.in.l.mulier.§.fin.ff. ad Trebel.& nota.prædicta: quia caſus eſt contingibilis:& puto quòd nõ inuenies alibi ita diſcuſſum . & per hæc eſt expedita iſta.4.ampliatio in materia.d.
36 l.nomen. ¶† Quinto ampliatur regula,vt nõ ſolũ procedat, quando res quæ obligatur,eſt tota obligantis : ſed etiam ſi illa ſit communis pro indiuiſo cum alio : quia ille qui habet rem communẽ pro indiuiſo cum alio,poteſt illam rem pro ſua parte non autem pro parte ſocij obligare:vt eſt text.in.l. vni. C. ſi commu.res pig.da.ſit.& hoc ꝓcedit in perſonis priuatis. Fiſcus autem ex priuilegio poteſt rem communem cum alio in totum obligare & alienare: vt.l.j.C. de vendi.re.fiſ.cõmu.cum priua.libr.x. ita
37 tenent gl.Bal.& Saly.in.d.l.vni. ¶† Et ſi poſt obligationem inter dictos ſocios dicta res communis diuidatur , & vnicuiq; ex ſocijs obueniat dimidia: nõ remanebit obligata ſola dimidia quæ obuenit illi ſocio qui dimidiam obligauit: ſed in obligatione erit dimidia cuiuslibet dimidiæ pro indiuiſo : vt eſt text.& ibi Barto.in.l.ſi conſenſit.§.fina.ff.qui.mo.pigno.vel hypo.ſol.& tex.in.l.iij.§. fina.ff.qui po.in pigno.ha.& Bal.& Sa-
38 lice.in.d.l.vni.¶† Sed dubitatur in materia , an inter duos creditores qui rem communem pro indiuiſo pignori acceperunt,cõpetat iudiciũ diuiſorium cõmu.diuidundo? Et dicendum eſt , ꝙ ſic vt eſt tex.in.l.cõmuni.§.inter cos.ff.cõmu.diui.& in diuiſione prędicta nõ fiet æſtimatio partiũ pro vero pretio: ſed ꝓ quãtitate debita : & ſi cõtingat in dicto iudicio diuiſorio vni ex creditorib⁹ aſsignari totum pignus,reſeruabitur tñ ius luendi debitori:vt eſt text.in.d.§. inter
39 cos.¶† Vlterius notandum eſt, in materia ꝙ ſocius & dominus alterius dimidiæ poteſt ꝓuocare ad diuiſionẽ creditorẽ,cui alius ſocius obligauit aliã dimidiam:& ſi cõtingat ꝙ tota res adiudicetur creditori in dicto iudicio diuiſorio, nõ audietur debitor poſteà volẽs recuperare ſuã dimidiã à creditore: niſi etiã recuperet aliã partẽ adiudicatã in diuiſione ipſi creditori:text.eſt in.d.l. communi di.§.ſi debitor. & ibi Bart.& alij.
40 ¶† Sed eſt dubium an idem ſit ecõuerſo,videlicet ſicut ipſe ſocius & dominus põt prouocare ad diuiſionẽ ipſum creditorẽ,vt dictũ eſt:ita ipſe creditor poſſit ꝓuocare ipſum ſocium & dominum alterius partis? & text.in.d.§.ſi debitor. & in.l.ſi ꝓbatum.C.eo.titu.qui concordat cum.d.§. ſi debitor ſolùm decidit, ꝙ dominus vnius partis poſsit prouocare creditorem: ſed an creditor poſsit ꝓuocare dominũ:nec tex.nec doc.ibi decidunt:& videbatur dicendum ꝙ creditor nõ poſsit ꝓuocare ſocium ſeu dominũ alterius partis:quia diuiſio eſt quædam alienatio: vt.l.j.C. cõmu.diui.& licet alienatio neceſſaria permittatur ipſi creditori quando ſcilicet ipſe ꝓuocatur ad diuiſionem à domino alterius partis: tamen non videtur ei permiſſa voluntaria,quando ſcilicet ipſe prouocat:prout in ſimili dicit in marito in fundo dotali vt.l.ij. C. de fun.do.& in minore vt.l. finali.C.cõmu.diui. Tamen in creditore conuentionali eſt clarum , ꝙ ipſe poteſt prouocare & etiam ꝓuocare alium ad diuiſionem quia videtur de iure et conceſſi

conceſſa à debitore tempore obligatio-
nis alienatio tam voluntaria, quàm ne-
ceſſaria pro ſuo debito conſequendo vt
l.non eſt nouũ.ff.de acqui. re.do. & ita
tenet Bartol.in.l.is, qui fundum.ff. de
41 vſufru.lega.¶ † Sed dubium eſt, quid
in creditore immiſſo in tenutã, & ſic ha
bente pignus pretorium ex primo de-
creto iuxta.l.non eſt mirum.ff.de pign.
actio.an poſsit prouocare ad diuiſioné:
& in hoc ſi ſunt duo creditores immiſsi
in tenutam inter eos cõpetit hoc iudi-
ciũ diuiſorium: vt eſt tex.in.d.l.cõmu-
ni.d.§.idem ſi duo à pretore miſsi.quia
per talem diuiſionem non tollitur ius
luendi quod competit debitori.d.l.cõ-
muni diui.§.inter eos.& idem eſt quan
do immiſſus prouocatur ad diuiſionem
per alium dominũ alterius partis: quia
diuiſio tunc eſt neceſſaria, & ideo per-
miſſa.d.l. ſi probatum.&.d.l. communi
42 di.§.ſi debitor.¶ † Reſtat ergo diffi-
cultas, an immiſſus poſsit prouocare a-
lium dominũ alterius partis? & videba
tur dicẽdũ, ꝙ non quia alienatio volun
taria non eſt permiſſa in pignore præto
rio ſicut in pignore conuentionali. Nã
(vt dixi) in pignore conuentionali per-
mittitur creditori etiã alienatio volun-
taria.d.l.non eſt nouum.in pignore aũt
iudiciali ipſe creditor non põt alienare:
ſed debet petere fieri alienationem per
prætorem: vt eſt tex. in terminis in.l.ij.
C.ſi in cauſam iudi.pi.captum ſit. Cùm
autẽ ex diuiſione poſsit ſequi alienatio
partis in quã facta eſt immiſsio, per ad-
iudicationẽ faciendã alteri domino al-
terius partis: iuxta.l.j.C.commu. diui.
videtur ꝙ immiſſus non poſsit prouoca
re alium dominũ: & ita arguebat in fa-
cto quidam excellẽs aduocatus.¶ Mihi
autem ſemper viſum fuit, ꝙ etiam im-
miſſus in tenutã poſsit prouocare aliũ
dominum ad diuiſionem: quia quãuis
immiſſus nõ poſsit ex ſua volũtate alie
nare ſicut poteſt creditor pignoris con-
uentionalis: tamen bene hoc poteſt pe-
tere fieri per iudicem.d.l.ij.C. ſi in cau
ſam iudi. Similiter ergo debet poſſe pe-
tere diuiſionem fieri per iudicem: & ſic
eſto, ꝙ ipſe voluntariè diuidere nõ poſ-
ſit ex ſe, ſicut poſſet creditor pignoris
cõuẽtionalis: tamẽ hoc poteſt impetra-
re à iudice ceſſat ergo argu. quod fit de
prohibitione alienationis voluntariæ.
¶ Nec obſtat, ꝙ maritus & minor non
poſsint prouocare, ſed bene prouocari
ad diuiſionẽ.d.l.ij.C. de fun. dota.&.l.
fina.C.cõmu.di.quia poteſt reſponde-
ri, ꝙ ipſis eſt prohibita non ſolum alie-
natio: ſed etiam diuiſio in fauorem do-
tis & minoris ętatis: ſed in immiſſo nõ
inuenitur talis prohibitio imo inueni-
tur permiſſa, quando duo immiſsi agũt
inter ſe vt dictum eſt.ſ. Iſta autem dif-
ficultas ex toto ceſſaret, quando immiſ
ſus haberet etiam hypothecam conuen
tionalem: nam tunc tanq̃ habens con-
uentionale pignus poſſet prouocare vo
43 luntariè.d.l.non eſt nouum. ¶ † Adde
etiam in materia, ꝙ ſi habens rem com
munem cũ alio pignori det partẽ ſuam,
poteſt nihilominus cũ alio ſocio diuide
re & diuiſione nõ obſtante manebit in-
tegrum ius pignoris debitori.d.l.ſi con
ſenſit.§.fin.ff. quibus mod. pignus vel
hyp.ſol.&.l. ſi quis putãs.§. ſi fundus.
44 ff.cõmu.di.¶ † Item adde, ꝙ ſi habẽs
rem commune cum Titio eius partem
pignori det Titio: ſi poſtea cõtra Titiũ
agat cõmuni diuidundo poterit repelli
exceptione pignoratitia vt ſcilicet non
audiatur niſi prius ſoluat debitum pro
quo illam partem ſuã pignorauit text.
eſt in.d.l. ſi quis putans.§. idem Iulia-
nus.& ibi no. Floria.ad ſi. Dicens poſſe
hoc



hoc quotidie in practica contingere in-
ter fratres & mercatores habentes res
communes: ꝙ ſi alter reperiatur obliga
tus alteri ſub hypoteca bonorum, non
poterit eum cui obligatus eſt prouoca-
re ad diuiſionem: niſi forte ille cui obli
gata res eſt, patiatur fieri diuiſione non
aliter opponendo exceptionem dictæ
hypotecæ: nam tunc diuiſio deberet fie
ri vt habetur in.d.l. ſi quis putãs.§. idẽ
Iulianus. Et iſta ſufficiant in iſta quin-
45 ta ampliatione. ¶ † Sextò amplia di-
ctam regulam, vt nõ ſolùm res quæ no-
ſtre ſunt poſsint obligari, vt dictum eſt
in regula & ampliationibus præceden-
tibus: ſed etiam ille, quæ non ſunt no-
ſtræ ſed futuræ ſunt vt fructus penden
tes: partus ancille: fœtus pecorũ & hu-
iuſmodi poſſunt obligari: vt eſt text.&
ibi no. Bart. in.l. & quæ nondum ſunt.
ff.de pigno.¶ Intellige tamen tu, dum-
modo res principalis ex qua res futu-
ræ erant naſcituræ, eſſet in bonis debi-
toris tempore obligationis vt eſt tex.in
l.potior.& ibi per Barto.§.ſi de futura.
ff.qui po. in pig. hab. Item dummodo
future res, quæ obligantur eſſent natæ
vel ſaltem ſatæ ſeu conceptæ tempore
obligationis apud ipſum debitorẽ obli-
gantem: ſecus ſi apud alium: vt optimè
declarat gloſſ.in.d.§.ſi de futura.quam
46 approbant ibi Barto. Saly. ¶ † Limi-
tatur modò dicta regula pluribus mo-
dis. Et primò in re litigioſa: quia ſicut
illa non poteſt alienari: ita & nõ poteſt
obligari vt eſt text.in.l.j.§.fi.ff.quæ res
pigno.obliga.non poſſunt & ibi Barto.
47 ¶ † Secundò limitatur regula, vt non
habeat locum in re ſacra & religioſa &
etiam in alijs, quæ vendi & emi nõ poſ-
ſunt: nam huiuſmodi etiã obligari non
poſſunt: vt eſt text. in.d.l.j.§.eã rem.ff.
quæ res pi. oblig. non poſ. iuncta gloſſ.
48 ibi.¶ † Tertiò limitatur reg. vt proce-
dat in rebus pupillaribus: qa illæ obli-
gari non poſſunt per ſolum pupillum,
nec etiam cum tutore ſine decreto iudi
cis: vt eſt tex.in.l.j. in princi.ff. quæ res
pi.oblig. non poſ. Intellige tu, quando
obligatio eſt voluntaria: ſecus autem ſi
eſſet neceſſaria: quia tũc obligatio non
eſt prohibita, puta, quando tutor eſſet
obligatus pro defenſione cauſe pupilla-
ris cauere de iudic. ſiſti: nam tali caſu
poſſet ſolus tutor bona pupilli obliga-
re: vt eſt tex. in.l.fin.§. defenſionem.&
ibi glo.C.de admi.tut.& not. Bartol.in
49 d.l.j.in prin.¶ † Quartò limitatur re-
gula in inſtrumentis deputatis ad agri-
culturam: inter quæ ſunt etiam boues:
& de quibus habetur in.l. executores.
cum.l.ſeq.C.quæ res pigno.oblig. poſ-
ſunt qa talia obligari non poſſunt vt ibi
& contra facientes etiam puniuntur vt
in aut. agricultores. ibi poſita: & iſtud
procedit tam in pignore conuẽtionali,
quàm prætorio: & etiã ſi colonus aliud
non haberet in bonis. Ac etiam ſi colo-
nus ſponte talia pignora offerret: vt fir-
mat Saly.ibi poſt Pet. & Cyn. Sed iſtæ
conſtitutiones hodie de conſuetudine
50 non ſeruant: vt ibi per Sal.¶ † Quintò
limitatur regu.vt non procedat in filijs
familiâs & liberis hominibus: qa tales
obligari non poſſunt: vt.l.qui filios.C.
quæ res pignor.obliga.non poſſ. quini-
mo accipiens punitur & relegatur.vt.l.
fi.ff.eo.& not.gloſ. in dicta.l.qui filios.
limitando tamen vt ibi per glo.& decla
rando vt ibi per Salyce.¶ Sexto limita-
tur regu. vt non procedat in loco reli-
gioſo: nam ille etiam pignori dari non
poteſt vt.l. ſi monumento.C. quæ res
pi.oblig.non poſ. declarando vt ibi per
51 glo.¶ † Septimò limitatur regu. vt non
procedat in prẹmio futuræ victoriæ: qa
etiam

etiã illud obligari non poteſt vt eſt tex.
in.l.opem.C.quæ res pigno.obliga.non
poſſ. declarando vt ibi per Saly. & iſtas
ſeptem limi. ſub breuitate poſui : quia
52 ſunt de raro contingibiles. ¶ † Octauo
limitatur regu.vtiliter vt non habeat lo
cum in re prorſus aliena , in qua debi-
tor non habeat aliquod,ius neq; in rem
neq; ad rem : quia illa obligari non po-
teſt & ſi obligetur obligatio non valet:
vt.l.j.§.primo.ff.de pignori. & ibi glo.
& Bartolus ponentes circa hoc plenam
diſtinctionem & .l. rem alienam .ff. de
53 pignor.actio. ¶ † Iſta autem limitatio
reſtringitur aliquibus modis & primo
reſtringitur,vt non habeat locũ,quãdo
res aliena eſſet obligata ſub conditione
iſta,ſi ſua erit:nam tunc purificata con-
ditione,videlicet,quòd illa res efficia-
tur debitoris , valebit obligatio : vt.l.ſi
fundus.§.aliena.ff.de pigno.& not. gl.
& Barto.in dicta.l.prima.§.j. limitatio
ergo procedit,quando res aliena ſimpli
54 citer eſſet obligata.¶ † Secundò reſtrin
gitur limi.vt nõ habeat locum, quando
dominus rei ratificaret dictam obliga-
tionem factã de re ſua:quia propter ta-
lem ratificationem conualidatur obli-
gatio rei alienæ : vt dicta.l.ſi fundus.§.
j.&.l.rem alienam.ff.de pigno.actio. &
no.Barto.& gloſſ. in dicta.l. prima.§.j.
55 ¶ † Tertiò reſtringitur limi.quãdo do
minium dictæ rei ſuperuenit poſt obli-
gationem ipſi debitori: quia tunc ſi cre
ditor tẽpore quo accepit obligationem
ignorauit dictã rẽ eſſe alienã,confirma
bitur obligatio & ex ea dabit creditori
vtilis hypothecaria : vt.l.rem alienã.ff.
de pi.actio.& ita tenet gl.& Bar.in.d.l.
j.§.j.Secus autẽ ſi creditor fuiſſet ſciens
videlicet qa habuiſſet notitiã, ꝙ res eſ-
ſet aliena quia etiam ex ſuperuenienti
dominio ipſi debitori,nõ cõfirmaretur
oblig.ad effectũ producẽdi hypotheca-
riam vtilẽ ipſi creditori:ſed ſolũ ad effe
ctum dãdi ei retẽtionẽ rei obligatę ſi ea
poſsideret:vt habet i.d.l.j.§.j.ff.de pig.
56 & ibi p Bar.& pleni⁹ per gl.ibi.¶ † Ra
tio autẽ differẽtiæ inter creditorẽ ſcie-
tem & ignoratem,aſsignat p Bart.in.d.
l.rẽ alienã.in.j.col.in.ij.oppo. Et eſt,qa
qñ creditor habuit ſciam rei alienæ ſibi
obligarę,debitor nõ tenet̃ ei cõtraria pi
gnoratitia :ſed bene ei tenet̃,qñ credi-
tor fuit ignorans:text. eſt in.l.tutor.§.
cõtrariã.ff.de pig.actio. & ꝓptereà pri-
mo caſu quo debitor nõ tenet̃ , nõ inter
eſt debitoris pignus confirmari p ſuper
uenietiã dñi:& ideo nõ cõfirmat̃.¶Secũ
do aũt caſu in quo creditor fuit ignorãs
& debitor ei tenet̃ contraria pignorati-
tia,intereſt debitoris vt pignus cõfirme
tur & ideò cõfirmat̃. Et ex iſta ratione
infert vnũ aliud ipſe Bar.in.d.l.j.§.j.ff.
de pigno.videlicet , ꝙ etiã in creditore
ſciẽte põt dari caſus in quo ex dominio
ſuperuenieti debitori cõfirmabit̃ obli-
gatio rei alienæ:puta ſi debitor qñ obli
gauit rẽ alienam creditori ſcieti obliga
uit ſe expreſsè, ꝙ domin⁹ rei dictã obli
gationẽ ratificaret vel alio modo:ita ꝙ
ipſe debitor teneret,ſi dicta res in obli-
gationem nõ incideret:nam etiam iſto
caſu ex quo intereſt debitoris:vt obliga
tio cõfirmetur , ex ſuperuenienti domi
nio ipſi debitori confirmabitur hypote
ca & dabitur creditori vtilis hypocaria,
& idem etiã colligitur ex not. per Bar.
& Saly. in.l. cùm res. C.ſi aliena.res pi.
da. ſit. & latius per Salyce. in.d.l. rem
alienam.in.iij.colũ. vbi etiam in mate-
ria ponit latiorem & pleniorem diſtin-
ctionem,quã ponat glo. & Bart. in.d.l.
57 j.§.j.¶ † Inſuper in materia iſtius.viij.
limitationis dubitatur , quid ſi debitor
tempore quo obligauit rem alienã cre-
ditori



ditori ignoranti , habebat aliquod ius
in dicta re:quo caſu valuit obligatio in
dicto iure tantùm?vt.l.grege.§.ij.&.iij.
&.l.ſi ab eo.ff.de pigno. & ibi per gloſ.
& Bart. An ſi poſteà ſuperueniat in di-
cta re debitori dominium,dicta res mo
do in proprietate incipiat eſſe obligata
creditori?& in hoc Barto.in dicta.l.j.§.
j.ff.de pigno. diſtinguit quòd aut dicto
debitori ſuperuenit dominium illius
rei ex cauſa illius iuris , quod in ea ha-
bebat:puta quia habebat publicianã,ex
qua vſucapiebat & compleuit vſucapio
nem : vel erat ſibi obligata pro debito:
& fuit ſibi data inſolutum & iſto caſu
ipſa res erit obligata:vt probatur in di-
ctis iuribus:& in.l. cum fundo.§.ſi fun
dus.ff.de iure dotiũ. Aut debitor quæ-
ſiuit dominium ex alia cauſa prorſus
ſeparata à dicto iure , quod habebat in
re:& tunc illa res non erit obligata:ſed
idem , quod eſt,quando res aliena ſim-
pliciter obligatur:de quo dictum eſt.8.
in iſta.viij.limi.ita firmat Bartol.in di-
cta.l.j.§.j.Adde etiam in materia Saly.
58 ibi. ¶ † Secundò quæritur,quæ eſt ra-
tio differentiæ quòd res aliena non poſ
ſit obligari,vt dictum eſt:ſed bene poſ-
ſit vendi : vt.l.rem alienam.ff. de con-
trahenda emptio.& gloſ. in dicta.l.rem
alienam. dicit quòd ratio differentiæ
eſt,quia in pignore oportet , quòd con-
ſtituatur ius in re.i.quædam obligatio,
quod fieri non poteſt in re aliena:ſed in
venditione venditor non tenetur niſi
quandam poſſeſsionem aſininam tra-
dere,& ſe de euictione obligare : & ſic
eſt ius quod conſtituitur in perſona ,
quod fieri poteſt etiam reſpectu rei alie
næ. allegat gloſſ.l. ex empto .§.j.ff. de
actio.empti. & illam glo.in dicta.l.rem
alienam. ſequitur & declarat ibi Bald.
**Idem tenet Bald. in .l.ſi ſine.in prima**
colũ. C. ad Velleia.dicens,quòd ius rea
le non poteſt conſtitui in re aliena : ſed
ius perſonale ſic : quia res non obliga-
tur:ſed perſona , & ſubdit quòd hypo-
teca non cõſtituitur verbo promiſsiuo:
ſed verbo effectiuo : quia qui obligat,
non promittit rem tradere : & quo ad
ipſam hypothecam non requiritur ver-
bum promiſſum. Et ſi in hypotheca eſ-
ſet adiuncta promiſsio tradendi,orire-
tur actio præſcriptis verbis perſonalis:
ſed ſubdit ipſe , quòd iſtud non eſt de
natura hypothecæ,& ideo non compe-
tit præſcriptis verbis:in venditione au-
tem bene cadit verbum promiſſum , ex
quo oritur obligatio perſonalis,quæ ca
dit etiam circa præſtationẽ rei alienæ:
quia ſua natura non afficit rem:ſed per
ſonam vnde ſecundum eum nullum eſt
impedimentum ex parte naturæ nec
ex parte conſenſus.¶ Et ex hoc infertur
mirabilis ſubtilitas ſecundum eum : ꝙ
ſi tu obligaſti mihi rem alienam,& ego
illam poſſedi titulo hypothecæ lõgo tẽ-
pore,non tamen præſcribam veram hy
pothecam : ſecus eſt ſi res vendatur vel
donetur : quia ibi eſt titulus ordinatus
ad præſcribendum : qui ortus fuit ex
contractu celebrato inter partes & ex
promiſsione in eo adiecta , ita dicit ibi
Bald. Idem tenet Bald . in .l.fina.C. ſi
aliena. res pig. da. ſit. vbi per diuerſa
59 verba idem firmat.¶ † Tertiò adde,in-
quantum dictum fuit ſuprà in iſta. viij.
limi. in prima reſtitutione numero.53.
quòd res aliena poteſt obligari ſub iſta
conditione,ſi ſua erit:vt.l. ſi fundus §.
aliena.ff. de pigno. quòd iſtud limita-
tur ſingulariter per .l. fina.C. de pactis
videlicet, quòd res illius de cuius hære
ditate habetur ſpes : non poteſt illo vi-
uente hypothecari. iſte eſt textus ſin-
gularis de hoc in dicta .l. finali in ver-
ſicu.

ſicu.neq; hypotecas & ibi not.Salyce.
Alexand.& Iaſo.in vlti.nota.Intellige
temen,quando talis res in ſpecie obli-
garetur exprimendo perſonam ita pro-
cedit dicta.l.fin.& tali caſu etiam,quòd
poſteà dicta res per ſucceſsionem effi-
ceretur illius,qui eam dicto modo obli-
gauit non reconualidaretur obligatio:
vt per docto.in dicta.l.fina.ſed in gene
rali obligatione bonorum non expreſſa
perſona illiꝰ,à quo ſperetur ſucceſsio,
bene veniunt etiam bona poſteà per ali-
quam ſucceſsioné quæſita: quia in iſtis
terminis non militat diſpoſitio & ratio
dictæ.l.fina.¶ Et adde, quòd in tantum
eſt prohibita ſpecialis hypotheca bono-
rum in terminis dictę.l.finalis,ꝙ etiam
non firmatur iuramento:& ratio eſt qa
talis hypotecatio eſt contra bonos mo-
res:vt per Barto.& alios in dicta.l.fina.
60 quod no.¶ † Quartò adde in materia,
ꝙ licet obligatio non valeat de re alie-
na in præiudicium domini: vt dicta.l.
prima.§.primo.ff. de pigno. & dictũ eſt
ſupra:tamen in præiudicium tertij poſ-
ſeſſoris qui non habet titulũ nec ius do
minij vel quaſi,bene valet:quia ſicut ex
titulo & traditiõe cauſatur publiciana
contra poſsidentem ſine titu.vt.l.j.&
per totum.ff.de publicia.¶ Eodẽ mo-
do ex hypoteca facta à debitore poſsi-
dente cum titu.& bona fide qui nõ ha-
bebat dominium cauſatur vtilis hypo-
tecaria vel quaſi:in qua ſatis eſt proba-
re vtile dominium,vel quaſi debitoris
hypotecantis ad obtinendũ contra ter-
tium poſſeſſorem ſine titu.poſsidẽtem
ita not.Bartol.in.l.ſi ab eo.ff.de pigno.
& clarius in.l.rẽ alienam.in.j.col.ff.de
pigno.actio.& Bald.in.l.mater in.j.col.
in verſicu.Item in præiudic.tertij.C.de
rei vẽdicatio.& in.l.cũ res in additione
ſua.C.ſi res aliena.pign.da.ſit.& firmat
Cor.in cõſil.cclxxxviij.iiij.volu.in lite-
61 ra.l.per allegata ibi eum.¶ † Et ex his
infertur, ꝙ pignus & hypoteca dicitur
titulus.vt etiã eſt text.in.l.pignoris.C.
de pigno.actio.& not.Bal.in.l.ſi tibi.C.
de pignori.vbi dicit de hoc fuiſſe olim
maximam quęſtioné:& innuit ꝙ ſit ti-
tulus per tex.ibi.Quot auté modis ac-
cipiatur titulus,vide glo.& ibi Bar.in.l.
nõ eſt.C.fami.erc.Cy.in.l.cogi in.j.qõ.
C.dẽ petitio.hæredita.vbi põit ꝙ ti-
tulus nouem modis accipi poteſt Alex.
in.l.j.in.4.nota.ff.ſi certum petatur.&
ex not.in locis prædictis intelliges quo-
62 modo pignus dicatur titulus.¶ † Quin
tò,adde in materia,quòd licet obligatio
rei alienæ non valeat in præiudicium
domini:tamen videtur valere debere in
præiudiciũ debitoris obligantis:vt ipſe
ſi poſsideat,poſsit conueniri hypoteca-
ria:ita tenẽt Bal.in.l.mater.in.j.col.C.
de rei vendicatio.quia debitor non põt
ratificare creditori.quæſtioné dominij
allegat.l.ſi inter.§.ſi debitor.ff.de pign.
ſed Bartol.in.l.j.§.j.ad fin.ff.de pigno.
tenet contrarium,videlicet quòd actio
hypotecaria non detur contra debito-
rem qui obligauit rem alienã.Nec ha-
bet obſtare ſecundum eum,quòd debi-
tor non poſsit referre.q.dominij iuxta
not.in.l.prima.§.ſi predo.ff.depoſiti.&
in.l.ita vt ſi fur.ff.commoda.Quia ad
hoc reſpondet ipſe,quòd prædicta pro-
cedunt,quando ageretur actione perſo-
nali ex contractu:ſecus autem quando
agitur actione reali,videlicet hypoteca-
ria tunc enim bene poteſt referri.qõ.
dominij Bartol.autem in dicta.l.rem
alienam.in ſecunda colum.in verſiculo
quero circa iſtam partem.ff.de pignor.
actio.videtur tenere contrarium:vide
licet,quòd quando agitur hypotecaria
contra ipſum debitorem,ſufficiat pro-
bare



bare poſſeſsioné debitoris & ponere ſeu
articulare de dominio abſq; eo quòd ali
ter probetur quia contra debitorem ex
probatione poſſeſsionis reſultat proba-
tio dominij, cùm non poſsit referre.q.
dominij: ex quibus apparet, quòd iſta
quæſtio eſt valde dubia. & ipſam per di
ſtinctionem latè explicat Bar.in.l.com
modare.ff.commoda. & adhuc plenius
reaſſumit & magiſtraliter more ſuo idé
Bar.diſtinguit in.l.ſi alienam.ff.ſoluto
matrimonio.& ibi poſt eum Alexan.ali
qua addit diſtinctioni Barto. Quorum
dicta non puto aliter referenda,niſi in-
quantum reſpiciunt materiam & termi
63 nos noſtros. ¶ † Et ideò pro concluſio-
ne præſentis dubitationis dicẽdum eſt,
quòd quãdo ille qui habet cauſam ab ali
quo,agit contra eũ à quo cauſam habet,
& tunc etiã quòd agatur actione reali
ille à quo agens cauſam habet non põt
ei referre quæſtio dominij, dicendo ſe
non fuiſſe dominũ:quia hoc dicendo al
legaret turpitudinem ſuam, quod non
licet:vt.l.ſi creditoribus.C.de ſeruo pi-
gno.da.ma.& ita tenet gloſſ.in.l.cũ res
& ibi Bart.Bal.& Saly.C.de probatio-
nibus.ſequitur Alex.in dicta.l.commo-
dare.in fine apoſti.magnæ, & idem Ale
xand.in dicta.l.ſi alienam. in prima co-
lumna.& exemplificat in emptore agẽ-
te rei vendicatione contra venditorem
& concludunt,quòd tali caſu venditor
non poteſt excipere ſe non fuiſſe domi-
num:quia allegaret turpitudinem ſuã:
64 vt dictum eſt. † licet econtra emptor
non videatur fateri venditorem fuiſſe
dominum:& ſic ipſe emptor conuentus
à venditore rei vendicatione poſſet ne-
gare illum fuiſſe dominum:quia hoc ne
gãdo nullam allegat turpitudinem ſuã
ita tenet gloſſ.& Ang. in.l.prima in ver
ſicul. a non domino.ff. de publicia. &
Alexand.in conſilio.xliij.viſis & ponde
ratis.ſecunda colum.verſic.prætereà ad
probãdum locationé.iiij. volumine &
in conſilio.clxxxv.ſecunda colum.quin
to volumi.& in conſilio.cxv.viſo proceſ
ſu ſexto volumine in fin. vbi idem eſſe
dicit ſi creditor ageret hypothecaria cõ
tra poſſeſſoré,qui habet cauſam à debi-
tore quod ſcilicet poſſeſſor conuentus à
creditore poſsit negare debitoré, à quo
ipſe habet cauſam fuiſſe dominum:licet
Salyc.in dicta.l.cùm res in hoc voluerit
contrarium,& malè:vt ibi per Alexan.
allegantem Ange.in dicta.l.prima.¶ Et
ſic vera videtur concluſio,quòd debitor
conuentus hypothecaria à creditore nõ
poſsit negare vel excipere ſe non fuiſſe
dominum.& ſic quòd ſit tenenda con-
cluſio Bart.in dicta.l.rẽ alienã.& Bald.
in dicta.l.mater.Et iſta etiã videtur ma
gis cõmunis opinio.vt refert Alexan.in
65 dicta.l.ſi alienam.¶ † In actione autem
ex contractu videlicet in pignoratitia
aliter eſt dicendum.Nam ſi debitor age
ret directa pignoratitia contra credito-
rem & creditor exciperet,quod debitor
agens nõ ſit dominus talis exceptio nõ
impediret pignoratitiam directã: quia
ad producendam pignoratitiam dire-
ctam,quę datur debitori,nõ requiritur,
quod ille,qui dat rem pignori videlicet
debitor ſit dominꝰ:vt.l.nec creditores.
C.de pignora.actione. & not. Bartolus
in dicta lege ſi alienam.licet ad conſtitu
endum ius in re & ſic ad hypothecariã
bene requiratur dominium debitoris:
vt ſubdit ibi Bar.& eſt tex.in.l.ſi pigno
re.§.ſi prædio.& ibi etiã not.Bartol.ff.
66 de pigno.actio.¶ † In pignoratitia ve-
ro contraria, quæ datur creditori con-
tra debitorem,idem dicendum eſt,vide
licet,quod ſi debitor exciperet,ꝙ agens
non ſit dominus, vel quod ipſe debitor
qui

qui pignorauit non fuit dominus, talis
exceptio nõ obſtaret: quia in hac actio-
ne nõ requiritur probatio dominij per
prædicta & quia etiam debitor allega-
ret ſuam turpitudiné, in quòd non licet
67 vt dictum eſt. ¶ † Sed ſi creditor cõué
tus pignoratitia directa à debitore non
exciperet de defectu dominij debitoris,
ſed potius allegaret & exciperet ſe eſſe
dominum rei pignoratæ, & non teneri
illam reſtituere, tunc bene talis exce-
ptio haberet obſtare. & debitor ad obti-
nendum haberet probare ſe dominum:
quia dominium creditoris recipientis
impedit cõtractum pignoris. l. neq; pi-
gnus. ff. de regu. iur. ita tenet Bartol. in
d. l. commodare. & Saly. in. d. l. nec cre-
68 ditores. in verſi. quęro modò &c. ¶ † Si
verò creditor cõuentus pignoratitia di-
recta exciperet contra debitoré de do-
minio alterius tertij, videlicet ꝙ domi-
nium rei pignoratæ ſpectet ad alium: &
tũc talis exceptio nõ admittetur, qa nõ
pót de hoc excipere cõtra eũ, à quo cau-
ſam habet. d. l. nec creditoris. & qa etiã
ꝙ dicta res fuerit aliena, nõ impedit or-
tus pignoratitię: vt per Bar. in. d. l. ſi alie
nã. etiã qa obſtat regula: ꝙ de iure tertij
nõ licet recipere vt. l. loci corp°. §. cõpe
tit. ff. ſi ſerui. vendi. habetur plenè per
Bar. in. l. ij. ff. de excep. rei iudi. & ita te
net Bar. in. d. l. cõmodare. & Sali. in. d. l.
nec creditores. & plenius in. l. nõ vnde.
C. ſi cer. pe. & de hac materia vide etiã,
quæ ſubdã. 7. in. 3. membro. vij. partis in
verſi. vlterius quærit &c. nu. 14. vſq; ad
69 nu. 16. ¶ † Poſtremò, pro cõplemento
huius tertij membri ſecundę partis quę
ritur an res prohibita alienari, poſsit pi
gnori dari? & in hoc Bar. in. l. in quorũ.
ff. de pigno. poſuit vnã diſtinctione: di-
cens ꝙ quandoq; prohibetur res vendi,
quia eius cõmerciũ inter dicit de iure:

discuti / + bart. / distin / ctio, notabilis et magistra,

vt in re ſacra religioſa, vel ſimili & tunc
70 pignori nõ pót dari † qa etiã pignus eſt
cõmerciũ. vt. l. j. §. eã; ré. ff. q res pigno.
oblig. poſ. quãdoq; nõ ꝓhibet cõmerciũ
ſed ꝓhibet vẽdi. vel alienari res & tũc
etiã non pót obligari per. l. fin. C. de re.
alie. nõ alien. & ratio eſt, qa per obliga-
tioné peruenitur ad venditioné pigno-
ris. l. ij. & iij. ff. de diſtrac. pign[illegible]. vñ ſicut
prohibetur venditio ita & eius præam-
bulũ. l. oratio. ff. de ſponſa. quandoq; ve
rò prohibetur perſona emere rem: non
aut prohibetur res vendi: & tũc ille qui
eſt prohibitus emere non prohibetur pi
gnori accipere: quia licet ipſe pro ſuo de
bito poſsit alij vendere: tamé prohibitio
ad hoc non ſe extendit: ſed ad ſolũ vt ip
ſe non emat: & iſtud limitat Bar. niſi il-
le acciperet pignori pro tanta quantita
te, ꝙ non eſſet veriſsimile debitoré eſſe
luiturũ per no. in. l. q habebat. in prin. ff.
de leg. iij. & hãc diſtinctioné dicit Bart.
ꝓcedere ſiue ꝓhibitio ſit facta à iudice
ſiue à lege. ¶ Sed circa iſtã diſtinctioné
Bart. aduertédũ eſt inquãtũ ipſe in. ij.
mébro firmat, ꝙ qñ res ꝓhibet vel alie-
nari, ꝙ etiã non poſsit obligari, ꝑ. l. fi. C.
71 de re. alie. non alie. † Quia iſta conclu
ſio non eſt ſimpliciter tenéda. Nam gl.
in. d. l. fi. in ver. hypotecam dicit, ꝙ. d. l.
fi. quæ diſponit, ꝙ ſiue lex ſiue teſtator
ſiue contractus prohibeat alienationé,
non ſolũ cenſetur ꝓhibere dominij trãſ
lationem, ſed etiã hypotecam vel pigno
ris nexũ, loquitur ex quadam interpre-
tatione: ſed quod verè & ꝓpriè loquen-
do & ſic ex proprio ſignificatu prohibi-
ta alienatione, non cenſetur prohibita
hypoteca, & ratio eſt quia alienatio pro
priè dicitur, quando dominium tranſ-
fertur vt. l. j. C. de fundo dot. & . l. aliena
tionis. ff. de verborum ſignificatione. &
not. gloſſ. in. d. l. fina. in verſicul. hypo-
tecam



tecam. & gloſ. & Ang. in. l. begninius. ff.
de legibus. Inno. & alij. in. c. epiſcopi. de
72 rebus eccleſie. ſi nõ alie. ¶ † Pignus au
té manet in bonis debitoris vt. l. pignus
C. de pigno. actio. ita tenet gl. prędicta.
Et dictam gl. quòd appellatione aliena-
tionis propriè veniat illa ex qua domi-
nium transfertur: & impropriè obliga-
tio & hypoteca ſequuntur & dicunt eſſe
notabilem ibi Cy. Bal. Sal. Pau. de caſt.
& alij & Alex. in conſil. xxix. clariſſimè
73 doc. 5. col. nu. 51. vij. vo. ¶ † Et per illam
gloſſ. inferunt, quòd ex quo oblig. & hy
poteca impropriè venit appellatiõe alie
nationis, quod quando ſumus in diſpoſi
tione, ſtricte ſit intelligenda: vt in ſtatu
tis odioſis & pœnalibus & in teſtamen
tis in quibus prohibet alienatio in odiũ
vel pœnam puta quia teſtator, prohibet
fieri alienationem in tales conſortes:
tunc appellatione alienationis, non ve-
niet obligatio vel hypoteca. ſed illa ſolũ
ex qua dominiũ tranſfertur. & propter-
eà non obſtante huiuſmodi prohibitiõe
alienatiõis in dicto caſu: poterit res obli
gari & hypotecari, & etiam locari ita te
nent in. d. l. fi. Bal. Saly. & alij: & hoc, ni
ſi in caſu in quo obligatio vel hypoteca
fieret pro tanta quantitate, quod veriſi
militer non eſſet ſpes luitionis: iuxta. d.
l. qui habebat. ff. de leg. iij. & iſtã conclu
ſionem tenet etiã Sozi. in conſi. lxxv. cir
ca præſentem cõſultationé in. ij. colum.
in verſi. ſed his non obſtantibus. in pri-
mo volu. ¶ Ex quibus apparet, quòd di
cta deciſio Bar. in. d. l. in quorũ. in. ij. mé
bro dictæ ſuæ diſtinctionis põt habere
locum & procedere, quãdo ſumus in di
ſpoſitione in qua fit lata interpretatio:
prout ſunt teſtaméta, fauorabilia, & hu
iuſmodi: tũc enim prohibita alienatiõe
cẽſetur etiã prohibita obliga. & hypote
ca: ſecus autem quãdo ſumus in diſpoſi

tione pœnali vel odioſa, vel aliter ſtricte
intelligenda: nam tunc prohibita aliena
tione, non cenſetur prohibita hypoteca.
74 ¶ † Et maximè hoc eſt verũ in contra-
ctibus, in quibus verba ſunt ſtrictè intel
ligenda. l. quicquid adſtringédæ. & . l. ſti
pulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ff. de
ver. obl. & . l. ſi præſes. & . l. ſi de interpre
tatione. ff. de pœn. & ita late firmat Ale.
in conſil. xlj. viſo themate. in fi. vj. volu.
& in cõſi. clxix. inſpecto ac maturè in fi.
eo. volu. & ita ſunt intelligenda not. per
Bar. in. d. l. in quorũ. & in. d. l. qui habe-
bat. & in. l. ré legatã. ad fin. ff. de adi. leg.
75 ¶ † Nec habet obſtare id, quod dicebat
Bart. in. d. l. in quorum. quod prohibita
alienatione, ideò cenſetur prohibita hy
poteca: quia per illã peruenitur ad alie-
nationé. l. oratio. ff. de ſponſali. Quia re
ſpondetur, quòd regula. d. l. oratio vide
licet ꝙ quãdo vnum prohibetur, cenſea
tur prohiberi omne id, per quod ꝑuenit
ad illud, procedit per interpretationem
extéſiuã: vt probat text. in. d. l. oratio. in
ver. ſuppleatur. & no. Cy. Bal. & Sal. in
l. j. in vlt. co. C. ſi rector prouin. Vnde cũ
veniat per extenſionem, ſequitur quòd
illa nõ habet locũ in diſpoſitionibus pœ
nalibus & odioſis & ſtrictè intelligẽdis
per no. in aut. quas actiones. C. de ſacro.
eccle. & ita late firmat Iaſ. in. l. ij. in vlti.
co. ff. de iuriſd. om. iud. vbi ex regula. d.
l. oratio. facit pulcherrimas illationes.
¶ Ratio ergo Bar. fundata in. d. l. oratio.
reſtringi debet ad diſpoſitioné & mate
riã, in qua fit lata interpretatio. In alijs
autem duobus membris Bart. in. d. l. in
quorum tenenda eſt ſua diſtinctio.
76 ¶ † Et pro confirmatione prędictorum
facit, qa videmus, ꝙ vbi iura voluerunt
prohibere etiam hypotecã iſtud expreſ-
ſerut non acquieſcendo in ſola prohibi-
tione alienationis: vt facit lex. lege fin.
§. ſed

intellect[us] l. ad l. oratio.

R° concludens

§.ſed quia noſtra.C.cõmu.de lega.vbi
prohibet̃ alienari & obligari vel hypote
cari res ſubiecta reſtitutioni fideicõmiſ
ſariæ purè vel in dié certã:& idé facit
iuriſlator in.l.fi.C.de pac.vbi prohibet̃
alienatio & etiã hypoteca bonorũ per-
ſonæ viuétis ſub ſpe futuræ ſucceſsiõis
niſi illa perſona cõſentiat. Datur enim
intelligi,ꝙ ex quo in dictis iuribus pro
hibitio alienationis fit in odiũ & nõ in
fauoré alicuius,ꝙ prohibita alienatiõe
non fuiſſet prohibita hypoteca & pro-
pterea imperator vltra prohibitionem
alienationis,prohibuit etiã hypotecam
77 expreſsè.¶†Secus aũt in prohibitiõe,
quę fit principaliter in fauoré alicuius:
vt exéplificari poteſt in alienatione ꝓ-
hibita tutoribus & curatoribus pupil-
lorum & minorum:de bonis eorũ ſine
decreto iudicis,de qua in.l.j.in prin.ff.
de rebus eorum.illa enim facta fuit in
fauorem pupillorum & minorumvt ha
betur in aut̃.ſacramenta pub.C.ſi ad-
uer.védi.& ideo licet ſimpliciter diſtra
ctio & alienatio prædiorũ fuerit prohi
bita:vt.d.l.j.in princ.Tñ talis ꝓhibitio
extéditur etiã ad obligationem & hy-
potecã:vt.l.ſi pupillorũ.§.ſi prętor.eo.
tit.Et idem põt dici in terminis.l.filiuſ
fami.§.diui.ff.de leg.j.& in multis alijs
caſibus adaptando illos ad prædictam
cõcluſionem & cõcordiã:licet doctores
in hac materia aliquãdo loquantur in-
diſtinctè.& aliquãdo dicant prohibita
alienari non poſſe obligari:& aliqñ di-
cant contrarium:nã concordanda ſunt
vt.s̃.deductum eſt,quæ no.quia nõ in-
78 ueni bene declarari per aliqué.¶†In
ſurgit auté in prædictis alia vtilis dubi
bitatio,videlicet an in caſu, in quo eſt
etiã prohibita obligatio vel hypoteca
ſub pœna puta qñ ſumus in prohibitio
ne alienatiõis in materia fauorabili vel
latè interpretanda,ſecũdum ꝙ conclu-
ſum eſt.s̃.ſaluãdo ſecundũ mébrũ di-
ctæ diſtinctionis Bart.in.d.l.in quorũ.
ff.de pigno.vel etiã in aliquo alio caſu
in quo in[illegible]ueniretur prohibita pigno
ratio:an in tali ſeu talibus caſibus ex ſo
la ſimplici hypoteca ſine traditione in-
curratur pœna dictę prohibitionis? &
in hoc puto cõcludendũ ꝙ per ſimpli-
cem hypotecã ſine traditione nõ incur
ratur pœna:iſtam cõcluſionem firmat
Bal.in.c.j.§.aut ſi liuellario.in vlti.col.
in verſi.ſequitur in tex.aut pignori.in
tit.qui.mo.feu.amit.vbi ipſe cõcludit
ꝙ licet feudum ſit prohibitum alienari
vel pignori dari ſub pœna amiſsionis
feudi:tamen hoc intelligitur ita demũ
ſi proceſſum fuit ad traditionem rei,
aliàs ſecus:vt dicit notari ꝑ Cy.& alios
in.l.ſi alienatũ.ff.de ver.ſigni.& ſubdit
ſe etiã ita intelligere in pignore prout
in alienatione & quod per ſimplicé hy-
potecationem nudo verbo factam nun-
quam intelligitur ventum contra pro-
hibitionem:niſi ſit proceſſum ad tradi-
tionem:licet aliàs hypoteca nudo con-
ſenſu conſtituatur:& quod idem eſt ſi-
ue per teſtamentum ſiue per ſtatutũ ſit
prohibita alienatio ſub pœna videlicet
ꝙ nũquã per verbalem pignorationem
incurritur pœna:quia promittere non
eſt alienare.l.ad eum.§.lutius.ff.de do
na.cum alijs ibi per eum allegatis idem
tenet Bal.in.c.j.§.deniq;.quæ fuit pri-
ma cauſa bene.amit.& in.c.j.in prin.in
pri.colũ.ad fin.de prohibi.feu.alie.per
79 Fede.¶†Et idem videmus in aliena-
tione emphyteuſis:quia niſi ſit proceſ-
ſum ad traditionem emphyteuta per
ſimplicem venditioné non incurrit pœ
nam caducitatis iuxta.l.fin.C.de iure
emphy.ita tenet Specu.in titu.de loca.
§.nunc aliqua.verſi.195.& Io.And.&
Pau.de leaza.& Ant.de bu.in.c.potuit.
de locat.& optimè facit text.in.d.l.ſi
alienatũ.in prin.ff.de ver.ſig.& mouen
tur: qa verbũ alienatio ſeu pignoratio
eſt cũ effectu intelligédũ.l.j.§.hæc ver
ba.ff.ꝙ quiſq; iur.cũ vulga.& qa ven-
ditio nõ dicitur perfecta ante traditio-
né.§.venditę.inſti.de re.diui.& idé te-
net Saly.in.d.l.fi.C.de re alie.nõ alie.
qui etiã pro hoc adducit,ꝙ qñ in con-
tractu véditionis nõ interuenit tradi-
tio,habetur pro nõ facta: & ab ea nudo
cõſenſu receditur.l.ab emptione.ff.de
pac.& idé tenet Alber.in.d.l.fi.in vlti-
mis verbis & Ant.de but.in cõſi.xcvij.
viſo puncto & inſtrumento ad fi.& ita
etiã per prædicta tã in feudo,quàm in
emphyteuſi tenet Alex.in cõſil.clxxiij.
viſo themate & ſcriptis &c.in.ij.col.ij.
vol.& ita etiã tenet Iaſ.referẽdo prędi
cta,in.d.l.ſi.char.pe.in.xix.q.C.de iure
emphy.& pro hac etiam addit gl.in.l.j.
§.ſi ré depoſitã.in gl.j.& ibi Bar.§.de-
poſiti.& Bal.in.l.iij.C.vt in poſ.lega.
& dicit hanc eſſe cõmunem opi.quãuis
cõtrariũ teneat Imo.in.d.c.potuit.col.
xlj.& ſeq.intelligẽdo tñ ſemper niſi hy
poteca fieret pro tanta quãtitate.ꝙ no.
eſſet veriſimiliter ſpes luitionis:per no.
ꝑ Bar.in.d.l.qui habebat.de lega.iij.&
ꝑ Alex.in.l.iij.C.de lega.¶Et ſic rema-
net firma cõcluſio,ꝙ prohibita pigno-
ratiõe vel hypoteca ſub pœna priuatio
nis vel alia nõ incurritur talis pœna ꝑ
ſimplicé hypotecã cõuentionalé nudã
80 a traditione.†Tñ non ꝓpterea eſt di-
cendũ aut exiſtimãdum,ꝙ ſtãte prohi-
bitione pignoris vel hypotecæ expreſſa
vel cõprehéſa ſub ver.alienatiõis.quòd
ipſa ſimplex hypoteca vel obligatio va-
leat:ſed imò erit inefficax quæcũq; hy-
poteca cõtracta cõtra dictã prohibitio-
né:qa diſpoſitio loqués in vno ex ipſis,
habet locũ in alio vt habet̃ in.l.ſi ré alie
nã.§.propriè.ff.de pig.actio.& dixi.s̃.
in pri.ꝑte nu.8.& quia etiã eſt eadem
ratio in vtroq;:quia ꝑ vtranq; paratur
præambulũ ad alienationé,vt de pigno
re no.Barto.in.l.in quorũ.ff.de pigno.
81 †Et de hypoteca ſimplici ꝓbatur qa
etiã illa dũ poſſeſsio eſt apud debitoré
poteſt vendi vt eſt tex.in.l.ſi in hoc.C.
de diſtrac.pigno.& dicã latè.ĩ.in.vj.ꝑ-
te principali in primo mébro in.4.am-
pliatione.¶Eſt ergo concluſio,ꝙ pro-
hibito pignore vel hypoteca ſub pœna:
ex ſimplici hypoteca ſine traditione:
non incurritur pœna,vt dictum eſt, &
hypoteca eſt nulla: & ita vult Bald.in
d.c.j.in.d.§.aut ſi liuellaria.q̃.mo.feu.
amit.& illud quòd dixi de traditione,
intellige etiã ſi traditio fieret fictè per
cõſtitutũ:quia tunc incurreretur pœ-
na iuxta.l.ꝙ meo.in prin.ff.de acq.poſ.
& firmat Iaſ.in.d.l.nõ.char.clxxxix.in
fine ſecundæ col.Concluſio ergo.s̃.fa-
cta,ꝓcedit in hypoteca nuda ab omni
traditione.& per prædicta remanet ex-
peditum iſtud tertium membrum ſe-
cundæ partis.

## Summarium.

1 *Hypoteca tacita dicitur illa, quæ eſt introducta à lege vel ſtatuto:licet etiã appelletur expreſſa.*
2 *Tacita hypoteca,diuerſimodè conſideratur.*
3 *Hypoteca introducta à lege vel ſtatuto,licet ſit tacita: eſt tamen vera non ficta non obſtante impoſitione vel inductione per verba fictionem denotantia.*
4 *Lex fingendo in actu deſcendente à poteſtate iuris non operatur fictè ſed verè.*
5 *Hypoteca tacita non poteſt probari per teſtes:expreſſa autem ſic.*
*Tacitæ hypoteca in quibus caſibus de iure*

ſint inductæ.

6 Hypoteca tacita competit in bonis tutoris vel curatoris.

7 Hypoteca tacita non ſolum inducitur in bonis tutorum: ſed etiam protutorum, & qui ſe gerunt pro tutore.

8 Hypoteca tacita locũ habet in bonis curatorum ad lites datorum: & eorũ fideiuſſorum.

9 Hypoteca tacita procedit etiã in bonis actorũ à tutoribus vel curatoribus conſtitutorũ.

10 Tacita hypoteca nõ procedit in bonis actoris loco tutorum vel curatorum à iudice dati.

11 Bonis tutoris & curatoris obligatis: an cenſeantur & bonã heredũ obligata.

12 Tacita hypoteca in bonis tutoris vel curatoris, à quo tempore incipiat.

13 Tacita hypoteca cõpetit in bonis patris malè & fraudulenter bona filij adminiſtrantis.

14 Pater in bonis in quibus habet vſumfructum non tenetur reddere adminiſtrationem filio de his, quæ culpabiliter geſſit: de fraudulenter autem geſtis ſic. In his autem, in quibus non habet vſumfructum, indiſtinctè tenetur & numero.15.

16 Bona patris pro adminiſtratione bonorum filij: in quibus non habet vſumfructum cenſentur hypothecata ſi geſſit ſe pro legitimo adminiſtratore: non aliter.

17 Hypotheca tacita incipit tẽpore adminiſtrationis bonorum filij per patrẽ fraudulentè.

18 Obligatio perſonalis ſeu principalis, dupliciter conſideratur.

19 Tacita hypotheca qualiter induci dicatur in bonis paternis?

20 Mater tranſiens ad ſecunda vota dicitur tacitè hypothecare bona ſua filijs primi matrimonij.

21 Bona futura veniunt in tacita hypotheca.

22 In materia hypothecæ tacitæ dicta de matre locum habere poſſunt in patre.

23 Diſpoſitum in vno ex æquiparatis, cenſetur diſpoſitum in alio.

24 Tacita hypotheca inducitur in dote & in actione dotis.

25 Hypotheca tacita reſpectu bonorum dotalium diuerſimode conſideratur.

26 Hypotheca tacita an locum habere poſſit in dote euicta marito.

27 Euictio in dotalibus rebus an & quando debeatur.

29 Priuilegium tacitæ hypothecæ introductum in. § & vt plenius. C. de rei vxo. actio. datũ cenſetur actioni, non perſonæ.

30 Hypotheca tacita tranſit ad quemcunq; trãſit actio de dote.

31 Tacita hypotheca trãſire poteſt in hæredem extraneum.

32 Tacita hypotheca poteſt tranſire in ceſſionarium.

33 Ceſſione facta de dote ſimpliciter per mulierem, cenſetur etiam ceſſa hypotheca tacita.

34 Hypothecata tacita pro dote competit etiã quando pater agit ad dotem vt legitimus adminiſtrator filiæ.

35 Pater agens procuratorio nomine filiæ & ad filiæ vtilitatẽ, gaudere debet priuilegio tacitæ hypothecæ: ſecus ſi ageret nomine proprio.

36 Pater q̃bus caſibus cẽſeatur obligatus pro reſtitutiõe vel cõſeruatione dotis nurus ſuæ.

37 Diſpoſitio adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.

38 Tacita hypotheca procedit etiã in bonis paternis: etiam ſi ſint ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſariæ.

39 Tacita hypotheca an poſſit habere locum in bonis mente capti vel furioſi.

40 Pater naturali ratione tenetur dotare filiã: & filium donis propter nuptias honorare.

41 Pater cenſetur obligatus pro dote filio ipſius iuſſu data.

42 Iuſſus differt à ſimplici conſenſu, mandato, ratihabitione, & voluntate.

43 Conſenſus illius de cuius præiudicio agitur non debet neceſſariò eſſe ſolennis vel formalis.

44 Furioſus an aliquo caſu dicatur cõſentire?

Obligatio



45 Obligatio conſecutiua ad actũ, in quo differat à conuentionali?

46 Priuilegiũ tacitæ hypothecæ cõceſſum actioni de dote, cõpetit etiam pro augmento dotis.

47 Tacita hypotheca procedit pro alimentis debitis vxori per maritum.

48 Actio dotis conſideratur in tacita hypotheca, non quantitas ipſius dotis.

49 Fructus & acceſſiones dotis percepti per maritum, peti dicuntur per mulierem actione dotis.

50 Dos cum fructibus ipſius dãtur marito pro oneribus matrimonij ſupportandis.

51 Officium iudicis nobile nullam actionem vel obligationem præſupponit.

52 Tacita hypotheca quæ dãr pro actione dotis ſe extẽdit ad omne id, ad ꝙ ipſa actio dotis.

53 In contractibus bonæ fidei fructus non veniunt iure actionis, ſed officio iudicis mercennario.

54 Datio fideiuſſoris & datio pignoris, æquiparantur.

55 Maritus qualiter petere poſſit vel debeat acceſſionem dotis.

Fideiuſſor quo caſu teneatur ꝑ ſorte & vſuris debitis ex contractu ſtricti iuris: vel bonæ fidei per debitorem inito.

56 Fideiuſſor ſimpliciter intercedens, tenetur etiam pro acceſſionibus & vſuris, quæ veniunt officio iudicis.

57 Priuilegium tacitæ hypothecæ procedit, etiã pro precio rerum dotalium per maritum alienatarum.

58 Bona mariti an pro precio rerum dotalium per ipſum venditarum ſint tacitè hypothecata: & an precium redactum ex ipſius bonis, dicatur tacitè obligatum pro dote.

59 Precium rerum mariti venditarum, & tacitè obligatarum pro reſtitutione dotis, ſuccedit loco dictarum rerum.

60 Actio quæ cumulatiuè accedit alteri, ſortitur eandem naturam cum prima.

61 Regula quòd acceſſorium ſequitur naturam principalis, procedit: vbi acceſſorium nõ poteſt ſtare ſine principali.

62 Priuilegium tacitæ hypothecæ habet locũ: & poteſt procedere contra fideiuſſorem.

63 Priuilegium tacitæ hypothecæ, poteſt competere vxori in bonis mariti non ſolum dotalibus ſed etiam parphernalibus.

64 Tacita hypotheca introducta pro dote, an locum habeat in donatione propter nuptias.

65 Mulier agens ad donationem propter nuptias, habet tacitam hypothecam abſq; priuilegio prælationis.

66 Donatio propter nuptias, an & qualiter dicatur in dominium vxoris tranſire.

67 Tacitæ hypotheca an locum habeat in extraneo dotante & dotem repetente?

68 Priuilegium tacitæ hypothecæ non procedit in muliere hæretica.

69 Mulier iudea habet tacitam hypothecam in bonis mariti iudæi: nam inter iudæos eſt matrimonium.

70 Priuilegiũ prælationis tacitæ hypothecæ quod datur doti, nõ datur pœnæ illi adiectæ.

71 Tacita hypotheca nõ procedit pro dote promiſſa vel data pro ſponſa ꝑ verba de futuro.

72 Sponſa an habeat priuilegia dotis.

73 Tacita hypotheca an locum habeat in bonis mariti minoris. xxv. an. cõtrahentis matrimonium & recipientis dotem.

74 Bona mulieris minoris promittentis vel dãtis dotem, an tacitè hypothecentur pro dicta promiſſione obſeruanda.

75 Vxor minor non poteſt bona immobilia dare in dotem ſine curatore & decreto iudicis.

76 Tacita hypotheca an locum habeat in dote confeſſata.

77 Hypotheca pro dote expreſſa quo tempore incipiat: & quid in tacita?

78 Diſpoſitio. l. j. ff. qui potio. in pigno. habe. non procedit ſpecialiter in dote: ſed in quolibet creditore.

79 Expreſſa hypotheca nõ trahitur ad tempus promiſſionis dotis: niſi promiſſio ſit facta tpe

d ij matri-

Biblioteca Universitaria

matrimonij cõtracti, vel poſt matrimonium.

80 In tacita hypotheca pro dote an ſit inſpiciendum tempus promiſsionis vel ſolutionis.

81 Taciti & expreſsi an & quando ſit eadem ratio, & quando non?

82 Mulier habens per pactum & conuẽtionem expreſſam hypothecam pro dote, an etiam illam dicatur habere tacitam à lege inductã.

83 Pignus ſpeciale per mulierem pro dote receptum, non facit ceſſare generalem tacitam hypothecam à lege inductam.

84 Obligatio omnium bonorum mobilium & immobilium, pro reſtitutione dotis facta, non includit nomina debitorum.

85 Tacita hypotheca in quo differat ab expſſa.

86 Prouiſio legis, eſt efficacior prouiſione hoīs.

87 Prouiſione hominis annihilare prouiſionem legis, qualiter ſit intelligendum.

88 Lex iubemus. & l. etiam. C. ad Velleia. quo caſu diſponant?

89 Fideiuſſor poteſt accedere pro dote danda marito: ſed non pro dote vxori reddenda.

90 Recipiens à colono ſuo fideiuſſorem, an videatur renunciare tacitè hypothecæ ſuper rebus illatis & inductis.

91 Locator prouidẽs ſibi de ſpeciali & expreſſa hypotheca in certa re conductoris, non propterea ceſſare facit tacitam inductam à lege ſuper bonis inuectis & illatis.

92 Fideiuſſoris datio ſimplex, qui veteri obligationi accedat, non inducit nouam obligationem: ſed ſolũ eſt additamẽtũ maioris cautionis.

93 Prouiſio legis quando tollatur per prouiſionem hominis?

94 Priuilegiũ tacitæ hypothecæ ſine priuilegio prælationis ad quos hæredes tranſeat.

95 Priuilegium tacitæ hypothecæ cum priuilegio prælationis, an tranſeat ad filios ſecundi vel alterius matrimonij?

96 Priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione an competat vni mulieri contra aliam prætendentem ſimilem hypothecam ex cauſa alterius dotis?

97 Lex aſsiduis. § exceptis. C. qui potio. in pig. habe. quo caſu loquatur, & diſponat.

98 Tacita hypotheca anterior pro dote præfertur expreſſæ poſteriori.

99 Mulier habens expreſſam hypothecam pro dote an præferatur alijs habentibus tacitam anteriorem.

100 Mulier habens expreſſam hypo. pro dote poſteriorem, an præferatur creditori habenti expreſſam anteriorem?

101 Regula quod taciti & expreſſi idem eſt iudicium procedit ſi tacitum procedat ſecũdum regulas iuris communis ſecus ſi contra.

102 Correctio iuris communis nõ recipit extenſionem de caſu ad caſum.

103 Argumentum de perſonali actione ad hypothecam non procedit.

104 Priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione, an competat pro dote putatiua.

105 Matrimonium putatiuum bona fide contractum, habet priuilegia veri matrimonij quo ad dotem.

106 Priuilegium tacitæ hypothecæ an locũ habeat in matrimonio putatiuo ex pte mariti.

107 Priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione, an poſſit per mulierem cedi, vt tranſeat in ceſſionarium.

108 Fiſcus & mulier in materia hypothecaria pari paſſu ambulant.

109 Lex j. C. de iure fiſci. & l. ſi is, qui. ff. de iure fiſ. non habent locum, vbi mulier contendit cum fiſco pro dote.

110 Anterioritas vel poſterioritas inſtrumẽtorũ conſideratur ſecundum ordinem ſcripturæ.

111 Priuilegium tacitæ hypothecæ mulieri pro dote datũ, an tranſeat ad quoſcunq; hæredes.

112 Priuilegia dotis, an competant ſoluto matrimonio.

113 Tacita hypotheca contrahitur pro bonis à fiſco emptis.

114 Fiſcus in quibus ciuitatibus vel populis eſſe dicatur?

115 Bona delinquentiũ an pro pœnis fiſco applicandis, cenſeatur tacitè ipſi obligata.

116 Quaſi contractus per litis conteſt. inductus quid operatur.

117 Fiſcus an in dubio præferatur priuato, vel econtra.

118 Fiſcus in cauſa oneroſa præfertur in dubio priuato: in cauſa autem lucratiua præferri debet priuatus.

119 Tacita hypotheca inducitur in bonis adminiſtratorum ciuitatũ: nam eorum bona ſunt ciuitatibus, quarum geſta eſt adminiſtratio tacitè hypothecata.

120 Tacita hypotheca habet locũ in bonis prælati eccleſiæ pro mala adminiſtratione bonorum ipſius eccleſiæ.

121 Prælatus in multis æquiparatur tutori.

122 Tacita hypotheca non procedit in camera epiſcopali: ſeu in cõtractu cum epiſcopo inito.

123 Tacita hypotheca procedit in bonis orphanotrophi vel hoſpitalarij pro eorum mala adminiſtratione.

124 Bona delinquentis, puta furis, cẽſentur pro reſtitutione vel ſatisfactione fienda tacitè hypothecata.

125 Tacita hypotheca inducitur in collectis, & fauore collectarum ſoluendarum.

126 Tacita hypotheca inducitur fauore decimarum ſoluendarum in bonis, de quibus ſoluenda eſt decima.

127 Bona emphytheutica, p qbus canõ debetur quolibet anno, an ſint tacitè p illo obligata?

128 Res inuectæ & illatæ in domum cõductam, tacitè, ſunt obligatæ pro penſione & aſſictu domus locatæ.

129 Res inuectæ & illatæ in domum cõductam an poſſint retineri per locatorẽ pro alio debito, quã locationis tanquã tacitè hypothecatæ.

130 Beneficium retentionis competit in cauſa dotis ſoluendæ.

131 Res inuectæ ſeu inductæ in domũ cõductam, licet tacitè ſint hypothecatæ: non, tamẽ prohibentur alienari niſi expreſsè ſunt obligatæ.

132 Hypothecaria datur cõtra tertiũ poſſeſſorẽ tam pro tacita, quã pro expreſſa hypotheca.

133 Saluianum interdictum cõpetit locatori pro rebus coloni illatis & inuectis: pro rebus autem inquilini, vtile.

134 Tacita ſerui hypotheca an impediat eius manumiſsionem.

135 Res expreſsè obligatæ, per ſecundum conductorẽ primo cõductori nõ ſunt ex illa cõuentionali obligatione obligatæ primo locatori.

136 Res inuectæ & illatæ per ſecundum conductorem an pro primo conductore, cenſeantur tacitè obligatæ: & quare?

137 Secundus creditor qui gratis à primo cõductore domũ recepit, an teneatur de domus deterioratione: vt pro ea dicantur res illatæ tacitè obligatæ.

138 Deteriorãs rem alterius etiã commodatam, tenetur de deterioratione.

139 Appellatione domus quæ veniant.

140 Res inductæ in naui cõducta, cenſentur tacitè hypothecatæ pro penſione nauis.

141 Res inuectæ & illatæ cenſentur pro qualibet mercede conducta tacite obligatæ.

142 Tacita hypotheca rerum inuectarũ & inductarũ an per amotionẽ ipſarum expiret.

143 Hypotheca ſemel in rebus acquiſita nõ tollitur per aliũ ſubſequentem contractum ſine conſenſu illius, cui primò acquiſita eſt.

144 Res illatæ & inuectæ in molendino nõ ſunt tacite obligatæ pro penſione molendini.

145 Res illatæ in prædium ruſticum, non intelliguntur tacite obligatæ: ſecus ſi in prædium vrbanum.

146 Prædium vrbanum in quo diſtinguatur à ruſtico.

147 Fructus fundi conducti indiſtincte dicũtur tacite hypothecati pro precio conducto.

148 Fructus induſtriales non ſunt intelligendi tacitè obligati pro penſione prædij ruſtici: ſecus de naturalibus.

149 Precium non ſuccedit loco rei in actione hypothecaria ſingulari.

150 Bona inuecta vel illata in domũ conductam

 non

*non cenſentur tacitè hypothecata niſi quate-
nus ſint per conductorem illata: cuius proban
tio incumbit agenti.*

151 Res *famuli inducta in domo per dominum
conducta, non cenſentur tacitè obligatæ pro
conductione.*

152 Res *alienæ inductæ in domo conducta non
veniunt in tacita hypotheca.*

153 Merces *venales inuectè in domo conducta, an
veniant in tacita hypotheca.*

154 Bona *minoris inducta in domum condu-
ctam, non veniunt in tacita hypotheca pro
conductione contracta.*

155 Bona *vſurariorum an dicantur tacite hypo
thecata pro reſtitutione vſurarum.*

156 Bona *ſecundi mariti quo caſu ſint tacitè hy
pothecata filijs primi matrimonij.*

157 *Tacita hypotheca inducitur in bonis te-
ſtatoris pro legatis ab eo factis.*

158 Res *legatæ a teſtatore, non dicuntur in bo-
nis ipſius, nec tacitè dicũtur hypothecatæ pro
ipſis legatis.*

159 Res *heredis an tacitè dicãtur obligatæ pro
legatis à teſtatore factis.*

160 H*ypotheca tacita quæ competit pro lega-
tis, differt ab alijs hypothecis.*

161 Teſtator *poteſt remittere tacitam hypothe
cam introductam pro legatis.*

162 *Tacita hypotheca introducta pro legatis
non procedit in donationibus cauſa mortis.*

163 Res *empta ex pecunijs pupilli eſt ipſi pupillo
pro reſtitutione pecuniæ tacitè obligata.*

164 Res *empta ex pecunia militis, eſt tacitè
pro reſtitutione pecuniæ ipſi militi hypo-
thecata.*

Res *empta ex pecunijs alicuius, quibus caſi-
bus dicatur tacitè hypothecata.*

165 *Tacita hypotheca includit & cõprehẽdere
poteſt omnia bona præſentia & futura: etiã
nomina debitorũ tam præſentia, quã futura.*

166 *Pecunia an poſſit dici tacitè hypothecata.*

167 *Statutum, quòd inſtrumenta confeſſionata vel guarẽtigiata an habeãt executionẽ pa
ratã, militat etiã ſi petat executio vigore in-
ſtrumenti, ex quo reſultat tacita hypotheca.*

## ¶ Quartum membrum Secun-dæ Partis principalis.

SEquitur modo
quartũ membrum iſtius
Secũdæ Partis: in quo tra
ctabimus de tacita hypo-
theca: in quib° caſibus inducatur & de
eius effectibus. Premittenda tamẽ ſunt
1 aliqua pro faciliori intelligentia. ¶ † Et
primò præmitte, ꝙ tacita hypotheca di
citur illa, quæ eſt introducta ex diſpoſi
tione legis ſeu ſtatuti à partibus nõ ex-
preſſa: expreſſa aũt dicitur illa, quæ par
tium cõuẽtione inducitur: vt probatur
in tit. quibus mo. pignus taci. contra. ff.
&. C. vbi in caſibus ibi notatis dicĩt ta-
cite contrahi hypotheca: & tamẽ illam
lex inducit. ¶ Et ꝓptereà infertur, ꝙ qñ
lex vel ſtatutum inducit hypothecam,
etiam ꝙ illam expreſſam hypothecã ap
pellet tamen dicitur tacita, licet habeat
vim expreſſæ: ita declarat not. Pau. de
caſt. in conſil. cccxciiij. quãquam multa
copioſe in ſecũda colum. in verſi. ex qui
2 bus concludendo &c. ¶ † Secundò præ-
mitte, ꝙ ſi ſtatutum inducens hypothe
cam diceret, ꝙ illa hypotheca habeat eũ
dem effectum, quẽ habet hypotheca de
ſcripta in publicis inſtrumentis, nõ per
hoc intelligetur expreſſa hypotheca: qa
non per hoc dicitur deſcripta in inſtru-
mento: cũ deſcriptum in inſtrumẽto di
catur illud, ꝙ oculis corporeis legi põt.
l. j. ff. de his quæ in teſtamen. delen. &
Bald. in. l. legẽ. C. locatio. ſed erit tacita
eiuſdẽ tñ effectus cuius eſt expreſſa: vt
copioſe & pulchre firmat Roma. in cõ-
ſil. cxlvij. licet hæc pars & Alex. in cõſil.
lviij. in cauſa mota per Paulum &c. vij.
3 volumine. per allegata per eos. ¶ † Ter-
tio præmitte ꝙ licet tacita hypotheca
inducatũ à ſtatuto vel lege per verba im-
portantia fictionem, prout eſt verbum,
intelligatur, & credatur. l. quoniam. ff.
de his qui notã. infa. & in. §. ei verò. qui
inſtitu. de inutili ſtipula. Tamẽ per hoc
illa hypotheca non erit ficta; ſed vera: li
cet tacita ita probatur in. l. in prædijs.
ibi tacitè pignora eſſe intelligantur. ff.
in quibus cauſis pigno. taci. contra. & in
l. eo iure ibi pignora eſſe credantur eo-
dem titulo. Nam licet in dictis legibus
ſint verba importantia fictionem tamẽ
illa bona ſunt verè hypothecata, licet ta
citè vt. l. ſecunda. C. eodem titulo. & ita
tenet Iaſ. in repetitio. l. ſi is, qui pro em-
ptore. in. xvij. charta. columna tertia in
verſiculo. item adde, ꝙ lex fingendo. ff.
4 de vſucapionibus. ¶ † Et ratio eſt, quia
lex fingendo in actu deſcendente à po-
teſtate iuris, verè facit & non fictè: ſecũ
dum Anto. de butriga. in cõſil. xx. æqui
tas valde ſuggerit. & not. Barto. in dicta
repetitione. l. ſi is, qui pro emptore. cir-
5 ca finem fictionis inductiuæ. ¶ † Quar-
tò præmitte, ꝙ tacita hypotheca nõ po-
teſt probari per teſtes: vt pulchre ꝑ Bal.
in. l. conuenticulam. in fine. C. de epiſco
pis. & clericis. niſi per modum indire-
ctum vt ibi per eum. ſed expreſſa ſic: qa
licet dicatur expreſſa: tamen de neceſsi
tate, non requirit ſcripturam. l. contra-
hitur. & ibi Bartol. ff. de pignoribus.
¶ Iſtis præmiſsis deueniendo ad tacitas
hypothecas: videndum eſt in quibus ca
ſibus. de iure tacitè hypothecæ inductæ
ſint? quos omnes caſus enumerabimus
6 diſtinctè. ¶ † Primus igitur caſus eſt, in
quo tacita hypotheca inuenitur de iure
in bonis tutoris, & curatoris. Nam eorũ
bona ſunt tacitè hypothecata pro admi
niſtratione tutelæ ſeu curæ vt. l. pro offi
cio. C. de adminiſtratione tutorũ. ¶ Am
plia primò vt dicta tacita hypotheca in-
ducatur non ſolũ pro male adminiſtra-
tis: ſed etiam pro neglectis. ita tenet ibi
Cynus, Bartolus, Baldus, Salicetus, &
7 alij. ¶ † Secũdo amplia, vt nõ ſolũ dicta
tacita hypo. inducatur in bonis tutorũ
& curatorũ, vt dictum eſt ſed etiã in bo
nis protutoris, videlicet illius, qui nõ eſt
tutor ſed gerit ſe pro tutore vt tenet gl.
in. d. l. pro officio. in gl. fina. quã ibi Bal.
dicit nõ eſſe alibi & mouet glo. per. l. da
bimus. §. j. ff. de priuile. credi. & ibidem
hoc expreſſe tenet glo. & Bart. & ſequit
Soci. in cõſi. lxxxv. viſo cõpromiſſo. pe-
8 nulti. colũ. j. volu. ¶ † Tertiò amplia, vt
idẽ ſit in curatoribus datis ad lites: qa
etiam eorũ bona & etiã eorum fideiuſ-
ſorũ ſunt tacite hypothecata pro eorũ
adminiſtratione: ſicut bona tutoris &
curatoris generalis: text. eſt & ibi not.
doct. in. l. properandum. §. fi. C. de iudi.
9 ¶ † Quartò amplia in actoribus datis
ab ipſis tutoribus vel curatoribus: quia
etiã illorũ bona ſunt tacite obligata, ſi-
cut bona tutorũ & creditorũ: ita tenet
Bar. in. l. actor. in. ij. colũ. ff. rem ra. hab.
10 ¶ † Fallit autẽ dicta concluſio in actore
dato à iudice loco tutoris vel curatoris:
quia illius bona nõ ſunt tacite hypothe
cata: vt ꝑ Bart. in. d. l. actor. ij. col. & me
minit Iaſ. in. d. l. properandum. §. fin. in
11 vlti. colũ. ¶ † Secundò fallit in bonis hæ
redum tutorũ vel curatorum: ita tenet
Raph. cuma. in conſil. lviij. quæritur an
bona hæredis tutoris. vbi dicit, ꝙ tex. in
d. l. properandum. §. fina. qui videbatur
innuere contrariũ inquãtum dicit: hæ-
redeſq; & res eorum debet intelligi de
rebus hæredum quæ fuerunt tutoris &
curatoris: non aũt de rebus proprijs di-
ctorum heredum. Iaſ. autem in. d. §. fin.

intelligit,ꝙ dicta verba:res eorū,debet
referri ad tutores,& curatores?& credo
iſtam eſſe veram intelligentiā.¶Sed ſub
dit Iaſ.ꝙ tūc ille tex.ſeruiret de vento:
quia ſine illo tex.omnia bona tutorum
& curatorum, quæ in eorum hæredes
deuenerunt,erant obligata minoribus:
& ꝓptereà vt ille tex. aliquid operetur,
debet intelligi,ſecūdū Iaſo.ꝙ loquatur
de bonis hæredū:& tunc ſecundū eum
eſſet magnum priuilegium pupillorum
& minorum: tamen Iaſo.ſuper hoc ni-
hil decidit: ſed relinquit cogitandum.
¶Ego autem puto ꝙ deciſio Rapha.ſit
veriſsima: videlicet ꝙ bona hæredum
tutoris vel curatoris ad lites. & etiam
aliorum non ſint tacitè obligata pro ad
miniſtratione tutorum vel curatorum:
quia in obligatione generali & expreſſa
bonorum facta per defunctum non ve-
niunt bona hæredum: vt.l. Paulus. in
prin.ff.de pigno.& habetur per gloſſ.&
doct.in.l.aſsiduis.C.qui po.in pi. ha.&
in.l.j.in fin.C.cōmu. de lega.& dictum
fuit.ſ.in ſecundo mēbro huius ſecūdæ
partis. in.vj. fal. nu.53.&.54. ſi ergo in
generali & expreſſa obligatione non ve
niunt bona hæredis,ergo etiam non de
bent venire in tacita:argu.l.cū quid.ff.
ſi certū peta.& non debet dici,quòd ſit
ſpeciale in pupillis vel minoribus.quia
iſtud dicere, eſt recurrere ad refugium
miſerorum:vt per gl. & doc.in.l.filium
quē habentem.ff.fami.er.& eſſet indu-
cere correctionem legum,contra.l.præ
cipimus.C.de appel.cum vulga.& ideò
ſtandū eſt regulæ ꝙ bona hæredum nō
cōprehendantur in obligatione bonorū
facta per defunctū.d.l. Paulus. in prin.
¶Et non obſtat,ꝙ hoc modo.d.l. prope
randum.§.fi. ſeruiret de vento:vt dicit
Iaſo.qa pōt reſponderi,ꝙ imò ille.§.fi.
ſtat cū virtute operandi, & fuit illa di-
ſpoſitio neceſſaria: qa licet in tutore &
curatore generali eſſet inducta tacita
hypotheca,de qua in.d.l. pro officio ta-
mē hoc nō erat deciſum in curatoribus
datis ad lites tantū:& in eorū fideiuſſo
ribus.cū ergo de his alibi expreſsè non
eſſet deciſum, nō pōt dici ꝙ imperator
in.d.§.fin.ſuperuacuè loquutus fuerit:
vt etiā dicit Bal.ibi. Et ſic remanet fir-
ma deciſio Raph. ꝙ bona hæredū tuto
ris vel curatoris non veniāt in tacita hy
12 potheca:de qua in.d.l.ꝓ officio.¶† Sed
dubitatur,à quo tempore incipiat taci-
ta hyp.in bonis dictorū tutorū,curato-
rum,protutorū, & eorum fideiuſſorū?
¶Et gloſſ.in.d.l. pro officio ponit duas
opiniones. Prima eſt, quod hypotheca
incipiat tempore,quo incipit eſſe tutor
argu.l.cū oportet.§.fi.C.de bono.quæ
lib.¶Secūda opinio eſt ꝙ incipiat tēpo-
re quo incepit malè adminiſtrare argu.
l.hac edictali.§.penul.C.de nup.ſed pri
mam opinionē tenent ibi Iaco.de areti.
Cyn. Bal.& late Sali. qui reſpondet ad
argumenta cōtraria:eandē opinionē te
net Soci.in conſi.lxj.in præſenti conſul
tatione. in.j.&.ij. colū.in.j. volu. & ſic
eſt cōmunis & tenenda:& faciunt quæ
dicam.j.in proxima ſequenti hypotheca.
13 ¶† Secundus caſus in quo inducitur ta
cita hypotheca eſt,quando pater admi-
niſtrauit bona filij malè & fraudulēter
vel illa alienauit. nā iſto caſu pro bonis
filij alienatis ꝑ patrē,& ꝓ mala & frau
dulēta adminiſtratione datur hypothe
ca in bonis ipſius patris tacita:vt.l.cùm
oportet.§.fi.C.de bon.quæ libe. Secus
aūt eſt ꝓ culpabili adminiſtratione pa-
tris:qa pro illa non tenet pater:vt decla
rat gl. Bart.& Bal.in.d.l.cū oportet.§.
14 nō aūt.& in.§.fi.¶† Et ratio eſt qa pa-
ter de bonis in quibus eſt legitimus ad-
miniſtrator,& habet vſum fructū,non

tenetur



tenetur reddere rationem adminiſtra-
tionis filio de his quæ culpabiliter geſ-
ſit,ſed ſolū de his quæ fraudulenter &
dolosè geſsit vt habetur in.l.imperator.
ff.ad treb. & iſtā dicit eſſe magis cōmu
nem opinionē. Socin. in cōſil.xxxiiij.
proſequēdo ordinē in vlti.colū.j.volu,
15 ¶† In his aūt bonis in quibus patri nō
quærit vſuſfructus,& non eſt legitimus
adminiſtrator filij,iuxta vtiliter no.per
Bar.in.l.fi.§.j.ff.de verbo.obl.pater in-
diſtinctè tenet reddere rationē admini-
ſtrationis filio, cū reſtitutione reliquo-
rum:vt no.Bal.in.d.l.cū oportet.§.fi.&
Bal.in.l.filiæ cuius.C.famil.er. & habe
tur per Soci.in.d.conſil.xxxiiij.penult.
16 & viti.col.vbi pulchrè. ¶† Sed dubitat
quando pater adminiſtrat dicta bona,
in quibus non habet vſumfructum, &
non eſt legitimus adminiſtrator: quo
caſu indiſtinctè tenetur reddere admi-
niſtrationem,cū reſtitutione reliquorū
vt proximè dictū eſt. An pro tali admi-
niſtratione ſint etiā bona patris tacitè
hypothecata,ſicut ſunt hypothecata ꝓ
adminiſtratione illorū bonorū in qbus
pater habet vſumfructū,& eſt legitim⁹
adminiſtrator: quo caſu loquit.d.l. cū
oportet.§.fi. Et videtur dicendū ꝙ nō:
quia diſpoſitio.d.§.fi. eſt exhorbitans à
iure introducēdo hypothecam tacitam
in illo caſu ſpeciali in quo de iure non
erat introducta: vt.ff.& .C. in quibus
cau.pign.taci. cōtraha. ideò nō videtur
extendēda ad bona, in quibus pater nō
eſt legitimus adminiſtrator:arg.l.ſi ve-
rò.§.de viro.ff.ſo.matri.& no.per Bar.
& Alex.in.l.ſi cōſtante.in prin. in.viij.
q.ſecundæ partis eo. tit. Tamē in con-
trariū facit.d.l. pro officio. cum gl.ibi,
quæ extendit.d.l. loquētē in tutore ad
protutore:vt dictū fuit.ſ.in primo ca-
ſu ꝓximæ precedēti nu.7. Vnde ſi ap-
pareret ꝙ pater geſsiſſet ſe in admini-
ſtrandis bonis filij pro legitimo admini
ſtratore:cū tamen nō eſſet: quia in illis
non habebat vſumfructū (vt dictū eſt.)
tunc poſſet dici introducta tacita hypo
theca,etiā iſto caſu, ſicut quādo eſt ve-
rus & legitimus adminiſtrator,per no.
in.d.l.pro officio:& ita firmat Bal. not.
in tractatu dotis in nona parte in.viij.
priuileg.quod nota ad ampliationē.d.l.
17 cū oportet.§.fin. ¶† Et prædicta tacita
hypotheca incipit à die inchoatæ admi
niſtrationis,nō aūt à die male geſtionis
ſecūdū gl.fi. Pet. Cy. Bar. Bal.& Sal.in
d.§.fi. Nec obſtat ꝙ hoc modo videatur
prius naſci hypotheca quā perſonalis,
ſeu principalis obligatio contrahat.l. ſi
debitor. C.de priui.fiſ.& no.ꝑ Bar.in.l.
fideiuſſor obligari.in prin.ff.de fideiuſ.
18 ¶† Quia vera ſolutio iſti⁹ cōtrarij eſt,
ꝙ iſto caſu duplex pōt conſiderari obli-
gatio perſonalis,ſeu principalis,vna ge-
neralis & primeua,qua pater incōtinēti
ꝙ incipit adminiſtrare obligat,& tenet
res filij ſaluas facere, & abſq; fraude &
dolo adminiſtrare,& iſta præcedit hy-
pothecā:alia obligatio eſt ſpecialis & ſe
cundaria,quæ naſcit ex mala & fraudu
lenta geſtione patris:vt in primò.§. eſt
aūt.&.§.ſi apud.& .l.ſi duo.ff. depoſiti.
& licet ante iſtā ſecūdā ſpecialē oriatur
hypotheca: tamē ſatis eſt ꝙ non oritur
ante primā generalē:ita declarat Petr.
Bal.& clarius Sali.in.d.§.fin.& plenius
adhuc idē Salic.in.d.l.pro officio.C.de
adminiſtratiōe tutorū. de quo dicet.j.
in tertia parte principali in primo mem
bro in ſecūda quæſtione nume.19.vſq;
19 ad numerū.24.¶† Terti⁹ caſus in quo
tacita hypotheca à iure inducitur eſt in
bonis paternis: qn̄ ſcilicet pater tranſit
ad ſecūda vota,vt ſcilicet illa ſint tacitè
obligata filijs primi matrimonij pro lu-

cris

eris & alijs bonis peruẽtis ad ipſum pa-
trẽ ex prima vxore, in quibus pater ha-
bet vſumfructu & quaſi proprietatem,
ſed illa conſeruare tenetur filijs primi
matrimonij: vt eſt tex. in. l. ſi quis prio-
ris. §. in illo. C. de ſecũdis nuptijs, & ibi
glo. Bar. Bald. Sali. & alij: & in illis etiã
tenetur pater pro doloſa & frauduléta
adminiſtratione: ſicut in alijs in quibus
habet vſumfructũ de quibus in. d. l. cũ
oportet. §. fi. vt tenet glo. in. d. l. in illo.
& ibi Bal. licet Sali. ibi dubitet: nã opi-
nio. gl. & Bald. eſt magis cõmunis: vt re
fert Soci. in. d. cõſi. xxxiiij. in penul. col.
in. vj. ¶ Eſt ergo cõmunis cõcluſio, ꝙ in
lucris & alijs bonis peruẽtis ad patrem
ex primo matrimonio: ſi pater tranſeat
ad ſecundas nuptias habet vſumfructũ
& quaſi proprietatẽ, & tenetur de dolo
ſa adminiſtratione illorũ: & filij prioris
matrimonij habent tacite hypothecata
pro prędictis bona paterna per. d. l. ſi qs
20 prioris. §. in illo. ¶ † Et idẽ eſt dicendũ
econuerſo in matre tranſeunte ad ſecũ-
da vota vt ſcilicet eius bona ſint tacitè
obligata filijs primi matrimonij pro cõ
ſeruãdis lucris & alijs bonis ad eam per
uentis à primo marito vt eſt text. in. l.
hac edictali. §. omnib⁹. C. de ſecũ. nup.
21 & ibi per doct. ¶ † Et in dicta tacita hy-
po. veniunt bona materna tam præſen-
tia q̃ futura & incipit ex eo die ex quo
res prædictè peruenerũt ad matrem: vt
22 eſt tex. in. d. §. in omnibus. ¶ † Et illud
quod dicit̃ in matre in. d. §. in omnibus
habet locũ & deciſum eſt in patre. in. d.
§. in illo. qa deciſio. d. §. ĩ illo. facta fuit
ad exẽplũ eius quod deciſum prius fue
23 rat in matre. in. d. §. omnibus. ¶ † Cũ
ergo æquiparentur: diſpoſitũ in vno ex
æquiparatis cenſetur diſpoſitum in alio
per no. per glo. in. c. ſi poſtq̃ de elec. lib.
vj. in glo. pen. & latè per Iaſ. in. l. tranſi-
gere. in. v. col. C. de tranſac. & in authẽ.
quas actiones. in. v. colũ. C. de ſacroſan.
eccle. & per Cor. in conſi. lxxxij. ij. vol.
24 in litera i. k. ¶ † Q uart⁹ caſus eſt mul
tum notabilis in quo de iure inducitur
tacita hypotheca eſt qa inducit ex ſpe-
ciali priuilegio in dote, & in actione do
tis: vt eſt tex. not. in. l. vnica. §. & vt ple-
nius. C. de rei vxo. actio. & qa iſte caſus
eſt valde practicabilis ideo intendo cũ
pleni⁹ examinare quã alios: & vt magis
ordinatè procedamus: ponemus pro re-
gula, ꝙ in dote tacita hypotheca de iure
ſit introducta: & poſtea ponemus mul-
tas ampliationes ad regulã, & ſubinde
aliquas fallentias, & vltimo nonnullas
vtiles. q. poſita ergo regula, ꝙ in dote
cõpetit tacita hypotheca per tex. in. d. l.
25 vni. §. & vt plenius. ¶ † Amplia primò
regulã prædictã, ꝙ dicta tacita hypothe
ca datur ex vtroq; latere, videlicet tam
ex parte mariti ꝑ reſtitutiõe dotis: quã
ex parte mulieris pro ipſa dote præſtan
da marito. Itẽ tam in dote data vel pro
miſſa per ipſam vxorẽ, quã alios pro ea:
& ſimiliter tam pro dote recepta ꝑ ma-
ritũ quã recepta per alios pro eo. Item
tam in dote aduentitia. quã profectitia.
itẽ tã in dote de qua eſt cõfectũ inſtru-
mẽtũ quã etiã ea de qua nullũ fuit con
fectũ inſtrumẽtũ: vt de oĩb⁹ prædictis
eſt tex. expreſſus ĩ. d. l. vni. §. & vt pleni⁹
26 ¶ † Item Amplia etiã regulã habere lo
cum in dote euicta: qa ſcilicet maritus
cui dos fuit euicta, id eſt, res dotalis in
dotem data, habet tacitã hypothecã in
bonis dotantis pro rebus dotalibus eui
ctis: tex. eſt & ibi gl. in. d. §. & vt pleni⁹.
27 ¶ † Iſtud aũt intelligit Bal. ibi procede
re, quãdo in dote deberetur euictio: pu-
ta qa dos incepiſſet à promiſſione, tunc
enim debet̃ euictio: ſecus ſi incepiſſet à
traditione: qa tunc nõ debetur euictio
iuxta,



iuxta. l. j. C. de iure do. & facit in ſimili.
l. Ariſto. ff. de dona. ¶ Tu autẽ aduerte,
& intellige dictũ Bal. procedere, quãdo
extraneus dedit dotẽ, & non fuit incon
tinenti ſtipulatus ſibi reddi: qa tali caſu
cenſetur donaſſe dotem mulieri: vt. d. l.
vni. §. accedit. C. de rei vxo. actio. & ſi-
cut in donatione quę incepit à traditio-
ne non venit euictio. d. l. Ariſto. ita etiã
non venit in iſta dote. ¶ Non aũt proce-
deret dictũ Bald. in ſuo dotante vel in
extraneo ſtipulante incõtinẽti ſibi red
di: qa tunc nõ induceretur donatio, &
omnino deberet̃ euictio: vt videtur ca-
ſus in. l. ſi pro re pupilli. §. j. cũ ibi no. ff.
28 de euictio. † Maximè cũ marit⁹ ex ſuo
latere in dote prætendat titulũ onero-
ſum licet ex parte vxoris ſit lucratiuus:
vt. l. ſi. §. j. & ibi Bar. ff. quæ in frau. cre-
di. & ita tenet per prædicta Ang. de are
inſtit. de actio. §. fuerat. in. vj. col. in gl.
ver. hypothecaria. & an & quãdo in do-
te debeat̃ euictio, poſuit Bald. no. in tra
ctatu dotis in. vij. parte in priuileg. xlij.
& habet̃ ꝑ Bar. in. l. ſi familiæ. C. fami.
er. per Bald. in. l. dubitatur. in fin. C. de
euictio. per Paulum de caſtro. in conſi.
29 xlix. viſis omnibus &c. ¶ † Ratio autẽ
quare dicta tacita hypotheca competat,
tam latè ex vtraq; parte & omnib⁹ per
ſonis ſuprà narratis eſt: quia dictum pri
uileg. tacitè hypothecæ introductũ in
d. §. & vt plenius, datur principaliter
actioni, & non perſonæ: vt eſt tex. in. d.
§. & vt plenius. ibi: ita & in huiuſmodi
actione damus ex vtraq; parte hypo-
thecam: & ita tenent Bar. & communi-
ter doc. in. l. j. ff. ſo. ma. & Bal. no. in. xij.
parte in. v. col. in ver. ij. quæro de priui-
30 leg. tacitè hypo. ¶ † Secundò, loco er-
go vltra ſupradictas ampliationes ex
ratione præmiſſa amplia regulam quod
priuilegiũ dictę tacitæ hypothecę trãſit
ad quemcũq;, tranſit ipſa actio de dote:
ita tenet Bar. in. d. l. j. in primo priuile.
ff. ſo. ma. allegat tex. in. §. fuerat. ad fin.
inſti. de actio. põderando ibi dictionem
aduerſatiuam autem: quæ innuit quod
hypotheca de qua ibi tranſeat ad oẽs, &
cũ Bart. in hoc trãſeũt alij doc. præterq̃
in caſu in quo extraneus dotando ſtipu
31 laret̃ ſibi reddi. de quo. ĩ. ſubdã. ¶ † Et
ideo infertur ex hac ampliatione quod
ſicut actio de dote poteſt tranſire in ex-
traneum hæredẽ vxoris ita põt tranſire
tacita hypotheca: vt probat̃ in. d. l. vni.
32 §. illo proculdubio. ¶ † Tertiò, amplia.
d. regulam de qua in. d. §. & vt plenius.
quod priuile. d. hypothecæ tacitè prout
trãſit in extraneũ hæredẽ, ita etiã trãſit
in ceſſionariũ ipſius mulieris per regu-
lam. l. ex pluribus. ff. de admi. tuto. quæ
eſt quod quicquid eſt tranſmiſſibile ad
hæredẽ, etiã eſt ceſſibile: & ita etiã vo-
33 luit Bald. in. l. j. C. de priui. do. ¶ † Imò
quod eſt plus facta ſimplici ceſſione de
dote per mulierẽ conſequenter transfer
tur ipſa tacita hypotheca tãquã poſſediſ
ſequa actionis dotalis: licet de hypothe
ca in ceſſione nihil fuerit expreſſum. l.
emptor nominis. & . l. vẽditor actionis.
ff. de hære. vel actio. vẽdi. ita tenet Bal.
in. d. l. j. in. iiij. col. in ver. quærunt doc.
de pulcherrima quęſtio. C. de priui. do.
& habetur ꝑ Bal. & Sal. in. l. ſi inſolutũ.
C. de act. & obli. & habetur per Alex. in
34 l. ſi verò. in prin. ff. ſol. ma. ¶ † Q uartò
amplia regulã, etiã qñ pater ageret pro
reſtitutione dotis ſuæ filiæ tanquã eius
legitimus adminiſtrator iuxta. l. ſi cùm
dotẽ. §. itẽ cũ pater. ff. ſo. ma. qa tali ca-
ſu pater agens habet priui. dictæ tacitæ
hyp. in bonis obligatis ad reſtitutionẽ:
ſecus autem ſi pater ageret nomine ſuo
per ſtipulationem à principio factam
nomine ſuo iuxta. l. quoties. ff. ſoluto
matri.

ma.vel per cõſolidationẽ actionis factã
l.eũ,iuxta no.in.l.dos à patre.C.ſo.ma.
&.l.vni.§.videam⁹.C.de rei.vxo.actio.
quia tali caſu,etiã ꝙ talis exactio ꝑ obli
quũ haberet deuenire in filiã iuxta aut.
ſed quãuis.C.de rei vxo.actio.tamẽ nõ
habet dictũ priuilegiũ tacitè hypothecę
ita firmat Bart.in.l.poſt dotẽ.in.ij.qõ.
ad fi.ff.ſolu.matri.& cum Bar.tenet ibi
Ang.Imo.& Alex.in vlti.colũ.licet ibi
Roma.indiſtinctæ voluerit,quòd pater
agendo ad reſtitutionem dotis,filia vi-
uente habeat priuileg.tacitæ hypothe-
cæ:attento ꝙ pater tenetur dotem filiæ
cõſeruare iuxta dictũ autẽ.ſed quãuis.
Nam eum reprehendit ibi Alex.dicens
ꝙ iura allegata per Roma.videlicet.l.
cum dotẽ.ff.ad.l.falcid.&.l.iij.§.fin.ff.
de le.pręſtã.nõ probãt:quia in illis iuri-
bus commodũ omnino erat peruentu-
rum ad perſonã priuilegiatã:ſecus autẽ
eſt in dote exacta per patrem nomine
proprio vigore ſtipulationis quia tunc
efficitur eius proprium patrimonium.
l.fin.C.commu.vtriuſ.iudic.& licet te-
neatur eã filiæ cõſeruare per dictũ autẽ.
ſed quãuis.tamẽ præſens rei ſtatus non
tendit ad illud,attẽto maximè ꝙ poſſet
35 cõtingere ꝙ filia nõ nuberet.† & quã-
do præſens rei ſtatus poteſt cõtingere,
præter naturam & legẽ:ſed non indicat
contingentiam de futuro non inſpici-
tur.tunc ꝙ euenire poteſt.l.inter ſtipu-
lantẽ.§.ſacrã.& ibi Bar.ff.de verb.obli.
in vlt.col.¶Vera eſt ergo cũcluſio Bar.
in.d.l.poſt dotem,ꝙ quando pater agit
adminiſtratorio nomine filię,& ad vtili
tatẽ filię:tũc habet priuilegiũ dictę taci
tę hypotecę:ſec⁹ autẽ qñ pater agit no-
mine ſuo proprio,licet ꝑ obliquũ talis
exactio poſſet redundare in vtilitatem
filiæ:& in hanc concluſione inclinat gl.
magna inſtitu.de actio.in.§.fuerat ad
fi.& ibi Ang.de Are.& ita tenendũ eſt,
quãuis Bal.no.in tractatu dotis.in.xij.
parte.in.v.colum.in verſic.& an tranſ-
eat in patrem mulieris?refert Bald.in
l.j.C.de priule.do.tenere indiſtinctè ꝙ
tale priuile.tacitè hypo.non tranſeat in
patrem:& dicit ꝙ iſtud poteſt procede-
re quãdo pater ageret ex iure cõſolida-
tionis,vel ex ſtipulatu à principio inter
poſitæ nomine ſuo.Nã ego nõ inuenio
ꝙ Bal.in.d.l.j.ita dicat,& qñ diceret nõ
eſt recedẽdũ à cõcluſione Bar.Cũ qua
cõmuniter trãſeut doc.& omnino Bal.
nouel.tenet in effectu idẽ ꝙ tenet Bar.
tã in.d.xij.pte quã etiã in.vj.pte.in.vij.
36 priuilegio vbi improbat Bal.¶ † Quin
to,amplia dictã regu.dictæ tacitæ hypo
thecę de qua in.d.§.& vt plenius vt.il
la procedat,etiã in terminis.l.ſi cũ dotẽ
§.trãſgrediamur.ff.ſol.mat. videlicet ꝙ
qñ pater iuſsit filium accipere vxorẽ,&
dotẽ:vel qñ ei accipienti vxorẽ & dotẽ
cõſenſit,vel tertio qñ pater coactus fuit
ſe obligare ꝓ dicta dote data filio:quod
eſt quando filius accepit in vxorem per
ſonam honeſtã & in regione illa non eſt
cõſuetum facere donationes ꝓpter nu-
ptias æquales dotibus. Nã in omnibus
iſtis caſibus regulariter pater obligatur
pro cõſeruatione & reſtitutiõe dotis ſuę
nurus,ſecundum Bar.Pau.de ca.Imo.
Alex.& ſequaces in.d.§.tranſgredia-
mur.& latè per Bal.nouel.in.vj.pte.in
xx.priuilegio.& ꝑ Cor.in cõſi.256.pri-
mo volu.Viſo puncto.& in conſi.303.in
hac cõſultatione.4.vol.Intelligẽdo tñ
ſemꝑ ꝙ pater cõſentiat filio recipiẽti
dotẽ,aliter pater nõ obligaret,etiam ꝙ
ſciret & cõſentiret filiũ cõtrahere ma-
trimoniũ,niſi cõſentiat etiã filio recipiẽ
ti dotẽ:& ratio eſt:quia quando pater
conſenſit filio recipienti dotem,licet ex
iſto ſolo conſenſu de iure non videatur
obliga



obligatus:tamẽ ex eo,qa poterat pater
cogi ad ſe obligandũ,ideo dicitur obli-
gat⁹:vt habet ꝑ Bar.& alios in.d.§.trãſ
grediamur.ſed licet pater cõſenſerit ma
tri.filij nõ cogebat ꝓpterea cõſentire &
ſe obligare in ſolutione dotis facta filio:
qa poterat dicere ꝙ ſibi dos ſolueretur,
& nõ filio,ne forte eã diſſiparet.Et ſic li
cet pater cõſentiẽdo ſimpliciter filio do
tẽ recipiẽti obligetur:tñ ſi conſentiat in
matrimo.tantũ,& filius poſtea recipiat
dotẽ patre inſcio:pater non obligat.Ita
colligit ex no.per Bar.in.d.§.trãſgredia
mur:& ita ibi clare firmãt moderni Pe
ruſini:& refert & ſequitur Soc.in cõſil.
cclxix.pro inueſtigatione.ij.col.in verſ.
iij.declarãdũ.j.ſecũdo vo.¶In omnibus
ergo caſibus prædictis in quib⁹ pater ex
receptione dotis facta ꝑ filiũ cum con-
ſenſu,patris obligatur pro reſtitutione
dotis in conſequentiã,etiam tacitè obli
gãtur bona patris pro dicta reſtitutiõe:
vt colligitur ex no.per Bar.in.d.§.tranſ
grediamur.& per Spec.in ti.de dona.in
ter vir.& vxo.in.§.formatis.verſi.quid
ſi filius.allegãdo.d.l.vni.§.& vt pleni⁹.
&.d.§.tranſgrediamur.& probatur cla
re in.d.§.& vt plenius.in quo inducitur
tacita hypotheca non ſolũ in bonis ma-
riti,ſed etiam ex parte mariti:pars autẽ
mariti eſt omnis qui obligatur ex rece-
ꝑtione mariti,& ita firmat Cor.in conſ.
cclvj.j.vol.in litera.i.& Bal.not.in.d.vj.
parte.xx.priuileg.in.ij.col.& in.xij,par
te.in.vj.col.dicens,ꝙ in terminis dicti
§.trãſgrediamur fingitur conſenſus &
oblig.patris pro reſtitutione dotis & cõ
ſequẽter etiam ſurgit tacita hypotheca
tanq̃ pediſſequa arg.no.in.d.§.trãſgre-
diamur iunctis his quę habentur in.l.ij.
C.per quas perſo.no.acquir.¶Nec ob-
ſtat ſecundũ eum ſi dicatur,ꝙ tunc in
eodem actu duæ videntur concurrere fi
ctiones:prima,ꝙ pater cõſenſerit:& cõ-
ſequẽter ſe obligauerit:ſecũda ꝙ ex tali
obligatione inſurgat tacita hypotheca
contra ea q́ habẽtur in.l.j.C.de dot.pro
miſ.Nã reſpondet ipſe ꝙ tũc impeditur
cõcurſus duarũ fictionũ i eodẽ actu,qñ
duæ fictiones concurrũt circa idẽ,& ve
niunt æquè principaliter:ſecus ſi circa
diuerſa,vel ſi vna venit tanquã ſequela
ad alterã:nam tũc non improbatur con
curſus duarũ fictionũ per no.in.l.ſingu
laria.ff.ſi cert.petatur.& in.l.iiij.§.fin.
ff.de donatio.inter virũ & vxorẽ.ſed in
propoſito tacita hypotheca venit cõſe-
quutiuè ad dictam obligationẽ principa
lem reſultantẽ ex conſenſu patris in ac-
ceptatione dotis:merito non obſtat con
curſus duarũ fictionum.Et ꝙ in termi-
nis.d.§.tranſgrediamur.in conſequen-
tiam perſonalis obligationis reſultantis
cõtra patrem conſentientẽ filio recipiẽ-
ti dotem reſultet etiã tacita hypotheca
bonorũ patris pro reſtitutione dictę do
tis,firmat Soc.in.d.cõſi.cclxix.in ſecun
da col.in verſi.iij.declarandũ ſuprà alle
37 gãto.†vbi etiã dixit,quòd dicta tacita
hypotheca oritur à die receptiõis dotis:
quia diſpoſitio adiuncta verbo debet in
telligi ſecundũ tẽpus verbi.l.ſi Titius.
ff.de teſtamen.mili.&.l.ex facto.cũ ibi
no.ff.de vulg.& pupil.vt per eum in ver
ſicul.præterea etiam ſtatu.cum verſicu.
ſequenti.& ſic firma manet iſta amplia
tio,videlicet quòd etiam in bonis patris
conſentientis filio recipienti dotem pro
vxore ſua oriatur tacita hypotheca à die
38 dotis receptæ &c.¶ † Extende autem
iſtã ampliationem duobus modis.pri-
mo modo,vt procedat dicta tacita hy-
potheca in bonis paternis,etiam ſi di-
cta bona eſſent ſubiecta reſtitutioni fi-
deicommiſſariæ per ſingularem deciſio
nem autenti.res quæ.C.commu.de le-
ga.ita

ga.ita firmat expreſſè Bald.not.in dicto
tractatu dotis in ſexta parte in priuile.
39 xx. ſecunda colū.quod no.¶†Secūdò,
extende dictam ampliationem vt dicta
tacita hypotheca in bonis paternis indu
catur etiam ſi pater eſſet mente captus,
vel furioſus:ita tenet Paul. de Caſtro in
conſilio.clxxvj.proponitur in facto per
not.in dicto.§.trāſgrediamur. vbi Bar.
determinat,quod pater cogitur obliga-
re ſe & bona ſua pro reſtitutione dotis
dandæ filio:& eoipſo quod conſenſit fi-
lio contrahenti matrimonium & reci-
pienti dotem videtur ſe & ſua obligare
per.l.ſi filius.ff.de tute.&.l.ſi inter tres.
§.imperator.ff.de excuſat.tut.& quan-
do tenetur conſentire & propter furo-
rem conſentire non poteſt,habetur pro
conſentiente,ſi non ſuberat aliqua cau-
ſa contradicendi,& caſus ſit talis,quòd
ſi eſſet ſanæ mentis in eo cogeretur cō-
ſentire:vt habetur in.l.ij.§.voluntaté.
40 ff.ſolu.matri.† pater enim ſic tenetur
naturali ratione dotare filiam, ne pro-
pter defectum dotis matrimoniū im-
pediatur:ita & pro filio tenetur facere
dona.ꝓpter nuptias iuxta.l.qui liberos.
ff.de ritu.nup.& vbi non eſt cōſuetudo
faciendi tales donationes:ſi filius acci-
piat vxoré honeſtam & condignam te-
netur pater pro dotis reſtitutione obli-
gare ſe & ſua:ſecundum Bar.& ſequa-
ces in.d.§.tranſgrediamur.eſto ergo ꝙ
pater expreſſè nō conſentiat vel ſe obli-
get propter impedimentum furoris:ta-
men ob publicam vtilitatem nuptiarū
ne matrimonia impediātur haberi de-
bet perinde ac ſi cōtraxiſſet:vt.l.in bel-
lo.§.medio.ff.de capt.vbi optimus tex.
ad propoſitū:facit ꝙ habetur in.l.ſi fini
ta.§.eleganter.ff.de damno infecto.vbi
cautio quæ de neceſſitate erat faciēda
habetur pro facta ita per ſupradicta,&
etiam per alia tenet Pau.in.d.conſilio.
clxxvj.Nec videt̃ obſtare,ꝙ vbi pater
non conſentit filio recipienti doté non
obligatur pro reſtitutione dictæ dotis,
niſi de peculio vt habet̃ in.d.§.trāſgre-
diamur.quia illud procedit vbi pater
potuiſſet conſentire:& filius vel eius
vxor fuiſſent negligentes in faciēdo eū
cōſentire:ſed dato furore hoc ceſſat:idē
etiam tenet Pau.de Caſtro in.d.§.trāſ-
grediamur.ad fi.¶ Sed Alexā.ibi.in.ij.
col.in verſic.iuxta prædicta dicebat hic
Pau.de Caſt.nō facta mētione de dicto
cōſi.Pau.dicit ꝙ Pau.plurimum erra-
uit in hoc.Nam ſi pater mariti ſit men-
tecaptus,nō debet obligari:niſi ille qui
dedit dotem petat ei dari curatoré mē-
tecapto qui ſe obliget pro dote.per.l.j.
&.l.admo.eā.C.qui.pet.tuto.& ꝙ iſta
ratio ceſſat in.d.l.ſi finita.§.eleganter.
& ꝙ alia iura allegata per Pau.& maxiē
l.ſecunda,ff.de euictio.nihil faciūt.Ta-
men Bald.not.in.vj.parte ſui tractatus
in priuileg.xx.ſecunda col.refert deci-
ſioné Pau.in.d.§.trāgrediamur.& dicit
illam eſſe ſatis rationabilem, & pro illa
dicit bene facere not.per Bar.in.l.ij.§.
fin.ff.ſolu.matrim.¶ Ego quamuis au-
ctoritati Alexan.ſemper plurimum de-
feram tamen deciſionem Pau.puto eſſe
de iure verā:& quādo eſſet aliqua am-
biguitas, tamen fauore dotis eſſet te-
nenda per.l.in ambiguis.ff.de iure do.
41 ¶†Et pro confirmatione dictæ deciſio
nis Pau.de Caſtro pondero tex.in.d.§.
tranſgediamur. dum dicit quod pro
dote data filio iuſſu patris obligatur
ipſe pater ſuper quo Dy.& Bal.ibi ex-
ponunt iuſſu ideſt voluntate:idem te-
net Specula.in tit.de donatio.inter vi-
rum & vxorem.§.formatis.verſic.quid
42 ſi filius.¶† Nam licet aliàs iuſſus dif-
ferat à ſimplici conſenſu, voluntate,&
man-



mādato,ſeu ratihabitione:vt per Bar.&
doct.in.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.
de acquir.hære. Tamen in terminis in
quibus agitur de obligando patré,quod
iuſſu:accipitur iuſſus magis laté,& com
prehendit etiā mandatū.l.j.§.j.ff.quod
iuſſu.item comprehēdit ratihabitioné.
d.l.j.§.ratū:& ita latè firmat Cor. in cō
ſili.cclvj.primo volu.in.v.colum.¶Cō-
ſtat ergo quòd quomodocunq; etiam in
abſentia interueniat voluntas, vel con-
ſenſus patris in receptione dotis facta
per filium quòd pater obligatur.¶Cor-
roboratur hoc:quia ſufficit quòd cōſen
ſus præſtetur etiam poſt actum ex inter
uallo quando conſenſus non requiritur
in actu per mōdū ſolennitatis & formę:
vt habetur per Bar.cū quo trāſit Alex.
in.d.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſu.ff.de ac
43 quir.hæred.¶† Et certum eſt, ꝙ quan-
do conſenſus illius de cuius præiudicio
agitur,requiritur tūc nō videtur requi
ri per modum ſolennitatis vel formæ.c.
quā ſit de electio.libr.vj. & tenet Alex.
in.d.§.iuſſum in.iij.col. Vnde cū con-
ſenſus patris in terminis.d.§. tranſgre-
diamur.conſiſtat in voluntate,ſequitur
ꝙ etiā in abſentia pręſtari poteſt,& poſt
44 actum celebratum.¶† Et ex his infer-
tur,quòd ſumus in theorica Bar.in.d.l.
ſecunda.§.fi.ff.ſolu.matrimo. cum qua
alij tranſeunt:ꝙ quādo requiritur cōſen
ſus alicuius,nec curatur an ille ſit præ-
ſens vel abſens:ſi ille qui habet conſen-
tire cōtradicere non pōt quādo eſſet ſa-
næ mentis:ſi contingat illum eſſe furio
ſum habetur pro cōſentiente:ſed in ter
minis.d.§.trāſgrediamur. pater nō pōt
cōtradicere quin obliget̃ pro dote vxo-
ris ſui filij.data cōgruitate vxoris: meri
to ſequit̃ ꝙ quādo pater eſt furioſus ha-
beri debet ꝓ cōſentiēte. Nec obſtat.d.l.
j.&.l.admone eā.C. qui petāt tu.in qui
bus habetur ꝙ volés agere cōtra mino-
rem debet curare,vt per iudicem detur
ei curator,etiam quòd minor admoni-
tus nollet eum petere,& idé videtur in
furioſo:vt per totum tit.C.de curat. fu
rio. Quia illa iura militant in iudicijs
& in obligationibus conuentionalibus
in quibus perſona debet eſſe integra &
legitima, aliàs agi aut cōtrahi cū ea nō
poteſt:nos autem ſumus in obligatione
legali,& miniſterio iuris introducta in
terminis.d.§.trāſgrediamur. nam licet
aliàs ex ſimplici conſenſu nō oriat̃ obli-
gatio:vt.l.Lutius Titius.§.Gaio.ff. de
admi.tut.Tamé quādo ille,qui conſen-
tit de iure cogitur ſe obligare: tūc con-
ſentiēdo ſimpliciter cenſetur etiā ſe obli
gare:& ideò cū pater pro dote filij coge
batur obligare ſe vt.d.§.trāſgrediamur.
& ibi Bar.per conſenſum ſimplicé à iu-
45 re &.l.obligatio introducitur. ¶† Et
multoties permittitur obligatio conſe-
quutiua ad actum,vbi non permittere-
tur conuētionalis obligatio: vt eſt gl. &
ibi Cy.in.l.fi.C. de leg.hæredi. & pul-
chrè per Bal.not.in.vj.parte ſui tracta-
tus in.lviij.priuilegio & ſuprà probatū
eſt quòd furioſus:quando eſſet ſanæ mé
tis non poſſet contradicere habetur pro
conſentiente.vt per Bar.in.d.l.ij.§. fin.
ff.ſolu.matri.Dato ergo conſenſu reſul
tat obligatio iuxta.d.§. trāſgrediamur.
& ibi Bar.& propterea non requiritur
alia legitimatio perſonæ.¶Nec Alexan.
bene reſpondet alijs fundamentis Pau.
de caſtro in.d. conſi.clxxvj.de quo non
meminit: & propterea puto ſtandū cū
deciſiōe Pauli approbata à Bal.no.& à
nemine alio impugnata,niſi à ſolo Ale-
xandro debilibus argumentis iudicio
46 meo. ¶† Sextò, amplia regulam,
quòd ſcilicet dictum priuilegium taci-
tæ hypotecæ conceſſum actioni de dote
de

de quo in dicta.l.vni.§.& vt plenius.cō
petat etiam pro augmento dotis vt eſt
textus in aut.de ęquali.do.§.j.& ꝑ illū
textum nota.ibi Ange.quòd quamuis
priuilegia ſint ſtrictè intelligēda: tamē
priuilegium ꝙ datur doti,datur etiam
augmento dotis: & ita tenet Iaſon in
Rub.ff.ſolu.mat.vltima col.vbi ad hoc
multa cumulat more ſuo:& ampliat ꝙ
idem iuris ſit in multis caſibus in au-
gmento dotis,quod eſt in dote: vt ibi ꝑ
eum.¶Adde etiā quod priuileg.dictæ
tacitæ hypotecæ competēs pro augme-
to dotis (vt eſt dictum) competit etiam
cum priuilegio pręlationis de quo in.l.
aſsiduis.C.qui po.in pig.hab.ita loqui
tur Iaſ.in.d. Rubri.ſolu.matr.in vlti.
col.Aduerte tamen,ꝙ tacita hypothe-
ca,quæ competit pro augmento dotis,
non refertur ad initium tacitæ hypote-
cæ cōtractę pro ipſa dote:ſed ſumit ini-
tium à die ipſius augmenti facti.textus
eſt & ibi Bald.& Saly.in.l.ſi conſtante.
C.de dona.antę nupt.& ſic tacita hypo
theca,quæ competit pro augmēto do-
tis non eſt illa,quæ competit pro dote:
ſed alia quæ poſtea naſcitur cum datur
augmentum dotis: vt ibi eſt textus.
47 ¶† Septimo,amplia dictam regulam
quòd nō ſolum pro dote:ſed etiam pro
alimentis debitis vxori per maritū cō-
petat dicta tacita hypotheca in bonis
obligatis pro dote:ita tenet Barto.poſt
Iacobum de Aret.in.l.ſi cùm dotem.§.
ſinautem in ſeuiſsimo.ff.ſolu.matri.&
probat à ſimili:quia ſicut pignora obli
gata pro ſorte,cēſentur etiā obligata ꝓ
vſuris pro ſorte debitis.l. Lucius.ff.qui
po.in pig.hab.ita & bona obligata pro
dote debēt cenſeri obligata pro alimē-
tis debitis ex cauſa dotis:& idem tenet
Spec.in titu.de dona.inter vi.& vxo.§.
formatis.ver.ſed nunquid bona viri.&
Bar.in tractatu alimentorū & Raph.&
Pau.de Ca.in.d.§.ſinaūt.in ſeuiſsimo.
& Bal.in.d.§.& vt plenius.& Paul.de
ca.in cōſil.viij.ad primum reſpōdetur.
Vbi tñ reſtringit hāc cōcluſionem pro-
cedere in alimētis,quæ petūtur cōſtan-
te matrimonio.In his aūt quæ petūtur
ſoluto matrimonio dicit non reperire
eſſe deciſum.¶Alex.verò in.d.§.ſinau
tem in ſeuiſsimo.tenet indiſtinctè opi-
nionē.Bar.& ſequaciū,videlicet ꝙ pro
alimētis debitis ꝓp dotē,tā cōſtāte quā
ſoluto matrimonio bona mariti ſint ta-
citè obligata & hāc opinionē dicit eſſe
veriorē,licet multi alij,quos ipſe refert
tenuerint cōtrariū:& potiſsimum fun-
damentū Alex.eſt in.d.l. Lucius.cui di
cit ꝑ doctores tenētes.opi.cōtrariā non
bene reſpōderi.¶Subdit tñ ꝙ ſi qs vel-
let tenere cōtrariā opinionem poſſet re
ſpōdere ad.d.l. Lucius.duobus modis.
primò,ꝙ illa ꝓcedat qñ obligatio fuit
ſimpliciter cōtracta,non exprimēdo ali
ter ſortē nec vſuras:ſecus autē qñ obli-
gatio eſſet cōtracta exprimēdo in ſpecie
ſortem:qa tunc nō extēderetur ad vſu
ras ſicut dicimus in fideiuſſore,qui ſe
obligat expreſsè pro ſorte ꝙ eius obli-
ga.nō extēditur ad vſuras:vt notat glo.
in.l.quæro.in prin.ff.loca.& in termi-
nis noſtris dicta.l.vni.§.& vt pleniꝰ ex-
preſsè & in ſpecie dicit qđ bona mariti
ſint tacitè obligata pro dote: ergo non
d[illegible]et obligatio bonorū extendi ad ali-
48 menta.¶† Sed iſta reſpōſio nō eſt bo-
na:qa vt eſt tex.in.d.§.& vt plenius.&
ſ.dixi:hypotheca ibi nō introducitur
reſpectu quantitatis dotis:ſed reſpectu
actionis ibi & in huiuſmodi actiōe da-
mus:& ſic,licet hypotheca in actiōe do
tis referatur de neceſsitate ad dotē: tñ
principaliter actio dotis eſt in cōſidera
tione, & nō quantitas dotis:& finaliter
probat



probat tex.in.d.l. Lucius.vbi certa quā
titas erat mutuata, & erāt accepta pi-
gnora:quia tūc pignora nō fuerunt in
ſpecie data pro quātitate certa:ſed pro
obligatione ꝑſonali principaliter licet
habito reſpectu ad ipſam quātitatem:
ideò talia pignora obligata ſunt,etiā ꝓ
vſuris:illud ergo ꝙ dicitur fideiuſſores,
vel pignora accepta pro ſorte tātum,nō
teneri pro vſuris debet intelligi: quādo
accepta fuerūt expreſſa certa quātitate
puta pro centum,cū dictione taxatiua
tātū:vel ſine:vt probat tex.in.l.fideiuſ
ſores magiſtratuū.in princ.& .§.j.ff.de
fideiuſſo.per quē gl.in.d.l.quæro.& in
l.centū Capuæ.ff.de eo ꝙ cer.lo.& ibi
Bar.ita intelligit & Bar.in.l.ſolutū.§.
ſi in ſortem.ff.de pig.actio.nō autē de-
bet intelligi qñ fideiuſsio,vel hypothe-
ca interpoſita fuit ꝓ obligatiōe,in qua
erat expreſſa certa quātitas:nō reſtrin-
gendo illā expreſsè ad dictam certam
quantitatem:ſed dicendo:& pro dicta
obligatione obligauit &c. tunc enim nō
habet locum.d.l.fideiuſſores magiſtra
tuū.¶Secundò modo reſpondet Alex.
ad.d.l.Lucius,qđ illa loquatur in vſu-
ris quæ veniunt officio iudicis merce-
nario acceſſoriè taliter,ꝙ extincto prin
cipali extinguitur acceſſorium:ſed ali-
menta in dote non veniunt taliter ac-
ceſſoriè ad dotem cum poſsint peti con
ſtāte matri.& ſic antequā ſit nata actio
de dote,& etiā ſoluto matrimonio an-
tequā dos petatur:vt per Alex.in.d.§.
ſinautem in ſeuiſsimo.& ideò videtur
minor ratio in alimentis debitis pro-
49 pter dotē quàm in alijs vſuris.¶† Sed
etiam iſta nō videtur ratio concludens:
quia alimenta quæ petuntur conſtante
matri.vel aliter ante natam actionem
dotis:petūtur officio iudicis nobili vt
per Alex.in.d.loco & habetur per Bar.
& Raph.in.l.ſi marito.§.fi.eo.ti.ita di-
cit ibi Alexā.ſed ego nō inuenio aliquē
in.d.l.ſi marito.§.fi.dicētem quòd ali-
menta cōſtante matri. petantur officio
iudicis nobili. Imò omnes docto. poſt
gl.ibi & Bar.in Rubr.ff.ſolu.matri.in
iij.colū.dicunt ꝙ fructus& acceſsiones
dotis percepti per maritū tam cōſtante
matri.quàm ſoluto petuntur per mulie
50 rem actione dotis. † Et ratio eſt quia
iudic.de dote eſt iudi.vniuerſale ex ꝑ-
te vxoris vt.l.quòd dicitur.ff.de impē.
in re.do.fac.& habetur per Bar.& alios
in.l.j.ff.ſolu.matri.& per Alex.in.d.l.ſi
marito.§.fi.licet ſecus ſit ex parte ma-
riti vt ibi per Alex.& in iudic.vniuerſa
li acceſsiōes tāquàm pars ipſius rei ve-
niunt iure actionis vt.l.item veniūt.§.
fructus.ff.de peti.hære.& .l.ij.C.co.ti.
& .l.nō eſt.& ibi Cyn.C.fami.erciſc.&
Alex.in.d.l.ſi marito.§.fi.& Iaſ.in.l.j.
in.iij.col.in verſicu.vlti.circa prædicta
aduerte.C.de iudi.in alijs.aūt iudicijs
particularibus huiuſmodi acceſsiones
veniunt officio iudicis mercenario,qñ
nō ſunt promiſſæ ꝑ ſtipulationem:vt.l.
iiij.C.depoſiti.& habetur in locis.ſ.al-
legatis. Vnde cōſiderandum eſt quòd
dos cum fructibus ipſius datur marito
pro oneribus matrimonij ſupportan-
dis:vt.l.pro oneribus.C.de iure do.&
inter alia onera maritus tenetur alere
vxorem vt ibi per Cy.Bald.& alios.&
ideò tā ex parte vxoris cui nō ſunt præ
ſtita alimēta quā ex parte viri,qñ ei nō
eſt ſoluta dos in termino, & ipſe ſub-
ſtinuit onera matrimonij, poſſunt pe-
ti alimenta,ſeu intereſſe habito reſpe-
ctu ad fructus,ſeu reditus dotis:vt latè
firmat Alexā.in conſil.lvj.in præſenti
cōſultatione.iiij.volu.per totū.& idem
firmat.Bald.in Rubrica de priui.do.in
prima columna vbi dicit.ꝙ ſi maritus
Anto.de fa.de pig.& hyp. e reſti.

non ſubijt onera matrimonij tenetur
reſtituere vxori fructus dotis,ꝑ ea quæ
ibi allegat ad idem gl.& doctor.in ca-
pitulo ſignificaſti.de diuor.vbi habetur
quod ſi vxor fecit expenſas poſtquam
receſsit à viro nolente eam alere,pote-
rit eas repetere & illã gl.ſequitur Bal.
in.l.j.C.de legi.& nota Cy.Bal.Salyce.
& Alexan.in.l.qđ in vxorem.C.de ne-
gocijs geſtis & habetur per Alex.in cõ-
ſil.xxvj.viſo & diligenter.in.j.colũ.nu
me.4.vj.volu.ex quibus ſequitur,ꝙ li
cet cõſtãte matri.non ſit nata actio vxo
ri ꝓ dote reſtituẽda,niſi in caſu inopię,
iuxta.l.vbi adhuc.C.de iure do.&.l.ſi
cõſtante.in principio.ff.ſolu.matri.Ta
men reſpectu alimentorum debitorum
vxori habito reſpectu ad fructus dotis
ratione quorum maritus tenetur alere
vxorẽ bene eſt orta actio de dote ꝑ no-
ta.in.d.l.ſi marito.§.fina.& in locis.ſ.
allegatis. Et per conſequens ſi datur
actio de dote vxori pro alimentis, tam
cõſtante,quã ſoluto matrimonio,nõ vi
detur dubium quin pro illis detur taci
ta hypotheca in bonis mariti iuxta di-
51 ctũ.§.& vt plenius.¶†Sed quãdo etiã
competeret officium iudicis nobile: vt
vult Alex,in.d.l.ſi cum dotẽ.§.ſinaũt
in ſeuiſsimo.non videtur ꝙ minus in
tali caſu debeat cõpetere tacita hypo-
theca quã qñ agitur principali actione,
& officio iudicis mercenario, dictæ a-
ctioni deſeruienti acceſsiões petuntur
iuxta no.in.l.iiij.C.depoſi.imo potius
magis:quia officiũ iudicis nobile quan
do intentatur loco deficientis actionis
ſuccedit in locũ dictæ actionis:vt.l.ꝙ ſi
minor.§.fin.ff.de mi.& habetur in.c.j.
de offi.iudi.& dicitur nobile:qa nõ de-
ſeruit alicui actioni, imò actionem vel
obligationẽ nõ præſupponit vt.l.qui ꝑ
collusionem.§.fi.ff.de actio.emp.& in
locũ actiõis deficientis datur:mercena
riũ aũt dicitur,quia incidẽter venit &
deſeruit actioni intentatę vt habetur ꝑ
Bar.& alios in.l.j.ff.de iuriſ.omni.iud.
& ideo nõ minus debet gaudere priui-
leg.actionis officium nobile quod ſuc-
cedit loco actionis iuxta no.in.l.ſi cũ.
§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.quam
ipſum officiũ mercenariũ qđ nõ ſucce-
dit loco actiõis,ſed ſolũ deſeruit actio-
ni.¶Præterea vt probatũ eſt.ſ.etiã ali
menta quæ debentur cõſtãte matri.di-
cuntur venire acceſſoriè ad dotẽ,& ad
actionẽ dotis,ſicur illa quæ debẽtur ſo-
luto matrimonio:vt.d.l.ſi marito.§.fi.
ſunt enĩ iſta habito reſpectu ad fructus
dotis acceſsiões:nec deſinũt eſſe acceſ-
ſiones ex actiõe vel officio iudicis intẽ-
tato:ſiue ſit nobile,ſiue mercenariũ:vt
ꝓbatur in.d.§.fi.vbi acceſsiones dotis
petunt actiõe de dote.¶Sola ergo diffe-
rẽtia inter officiũ iudicis nobile & mer
cenariũ eſt: qa officium iudicis nobile
intẽtat principaliter; mercenariũ autẽ
venit incidẽter deſeruiẽdo actioni intẽ
tatæ vt habet in.d.l.j.ff.de iuri.om.iud.
per Bar.& alios:vera eſt ergo cõcluſio,
ꝙ pro alimẽtis debitis vxori tam cõſtã-
te matrimo. quam ſoluto bona mariti
ſunt tacitè obligata ſicut pro dote,per
dictũ.§.& vt plenius.& iſtã opinio.te-
net etiã Ange.de Are.inſti.de actio.§.
fuerat in.ij.col.in verſi.quæro,an bona
mariti &c.Eandem opinio.etiam tenet
Sozi.in cõſi.41.in præſenti cõſultatio-
ne.iiij.col.in verſi.ſed hæc reſpõſio.iiij.
vol.vbi etiã latè diſputat de intellectu.
d.l.Lucius.ff.qui.po.in pi.hab.¶A quo
aũt tpe incipiat iſta tacita hypo.ꝓ iſtis
acceſsionibus, an ſcilicet tpe datæ do-
tis:an vero tẽpore moræ factæ in pręſtã
dis alimẽtis vide per Sozi.in.d.cõſi.xlj.
& dicet.ſ.in ſecũdo mẽbro quintę par-
tis



tis principalis vbi tractabitur de effe-
ctu prioritatis hypothe.¶Adde prædi-
ctis ꝙ Bal.no.in tractatu dotis in.vj.ꝑ-
te.vij.priuileg.latè examinat hũc arti.
& relatis opinionibus antiquorũ hinc-
inde iſtã quæſtionẽ diſtinguit in duos
caſus,videlicet ꝙ aut ſumus in dote cõ
ſiſtenti in bonis immobilibus:aut in pe
cunia:primo caſu qñ dos cõſiſtit in bo-
nis immobilibus,dicit ipſe,ꝙ ſi alimen
ta petãtur ex parte vxoris,vel ꝑ ipſam,
vel eius hæredes, vel conſtante matri.
vel eo ſo.tãquã intereſſe vxoris ꝓpter
onera matrimonij non ſupportata per
maritum iuxta not.in.l.de diuiſione.ff.
ſol.matri.&.d.l.pro oneribus.C.de iu-
re do.tũc ꝓ illis detur tacita hypothe.
Cũ tale intereſſe cedat in augmẽtũ do
tis & iſto caſu procedat opinio Bart.in
d.§.ſinaũt in ſeuiſsimo.quia ſicut ꝓ do
te competit tacita hypotheca.ita debet
cõpetere pro alimentis quæ cedunt in
augmẽtũ dotis vt per Bald.in.l.vni.§.
52 exactio.C.de rei vxo.actio.†& qa ta-
cita hypotheca.quę tãquã acceſſoria da
tur pro actiõe dotis ſe extẽdit ad omne
id ad quod ſe extendit ipſa actio dotis
per id quod habetur in.l.ij.C.per quas
perſon.¶Secundò caſu quando dos eſt
in pecunia & petitur intereſſe per mu-
lierem,primo ſolutum matri. propter
dotem non reſtitutã:tũc tenendo ꝙ ta-
les vſuræ nõ debeantur iuxta nota.per
doc.in.l.inſulam.§.vſuras.ff.ſolu.mat.
Ceſſat diſputatio ſed tenẽdo ꝙ debean
tur:tũc cũ tale intereſſe nõ petat æquè
principaliter,& ſic actiõe de dote:ſed ꝑ
modũ acceſſorij & ſic officijs iudicis:
nõ videtur ꝙ hypotheca tacita introdu
cta pro dote ſe extẽdat ad iſtud intereſ
ſe,niſi hoc expreſsè actum eſſet:& hoc
modo ꝓcedant no.ꝑ Bart.in.l.Lucius.
ff.de alim.leg.vbi Bart.tenuit contra-
rium eius quod vult in.d.§.ſinautẽ in
53 ſeuiſsimo.¶†Sed iſta diſtinctio inter
fructus bonorũ immobilium,& ſic na-
turales:& vſuras, ſeu alias acceſsiones
ciuiles:nõ videtur iuridica:quia etiam
fructus nõ veniunt iure actionis in con
tractibus bonæ fidei,ſed officio iudicis
mercenario:vt tenet Bald.in.l.j.C.de
vſur.& fructi.lega.in fi.& ſequitur &
firmat Alex.in.d.l.ſi marito.§.fi.Et vt
dixi.ſ.in iudi.de dote quod eſt vniuer
ſale omnes acceſsiones, tam naturales,
quàm ciuiles veniũt iure actionis vt la
tè per Alexã.in.d.§.fina. & propterea
non eſt recedendum ab opi.Bart.in.d.
§.ſinautẽ in ſeuiſsimo.& prędicta pro-
cedunt ex parte vxoris petentis alimẽ-
ta in bonis mariti tacitè obligatis pro
54 dote.¶†Sed dubitatur,an idem ſit ex
parte mariti habentis obligata bona ꝓ-
mittentis dotem tacitè, vt ſcilicet etiã
pro alimentis ſeu vſuris debitis mari-
to occaſione dotis non ſolutæ & onerũ
matrimonij ſupportatorum ſint tacitè
obligata bona promittentis dotem? Et
idem Bal.no.in.d.vj.parte in.d.vij.pri
uilegio dicit quod non:quia ſecundum
cum tales vſuræ peti non poſſunt actio
ne dotis æque principaliter:ſed offi.iu-
dicis mercenario deſeruienti tali actio-
ni bonæ fidei:& mouetur ad hoc:quia
datio fideiuſſoris & pignoris æquiparã
tur:vt inſtitu.de emptio.& vẽdi.§.præ
tium:ſed fideiuſſor datus pro ſorte non
videtur datꝰ pro vſuris & intereſſe,niſi
expreſsè dicatur,vel niſi fide iubeat in
omnem cauſam:vt.l.quæro.in princi-
pio.ff.loca. & .l.fideiuſſores magiſtra-
tuũ.§.ſi ꝓ aurelio.ff.de fideiuſſo.& no
55 ta.in.l.fi.ff.de eo ꝙ certo loco. ¶†Sed
ẽt iſta cõcluſio meo iudicio nõ eſt vera.
quia q̃uis iudiciũ de dote ex ꝑte mariti
nõ ſit vniuerſale,ſed ꝑticulare: vt firmat

Alexander in dicta.l.ſi marito.§. finali. & propter hoc dici non poſsit quod maritus tales acceſsiones poſsit petere iure actionis de dote,prout dictū fuit ſuprà ex parte vxoris:ſed neceſſe ſit petere illas officio iudicis mercenario,prout petūtur in quolibet iudicio particulari: vt per Alex.in.d.§.fin.& per Iaſ.in.d.l. j.C.de iudic.in.iij.colū. Tamē etiam ꝙ peti debeant officio iudicis mercenario nō per hoc denegādum eſt ꝙ etiam pro illis non ſint obligata bona tacita hypo. prout ſunt obligata pro dote:& hoc per ea quæ not. Bar.in.d.§.ſi autem in ſeuiſsimo.vbi concludit ꝙ bona mariti tacitè obligata pro dote, ſint etiam tacite obligata pro alimentis vxoris quæ petutur officio iudicis mercenario ꝑ dicta.l. Lucius.ff.qui potio.in pig.habe.& dictam opinio. Bart.approbant magis cōmuniter docto.vt per Alexan.ibi & dictū eſt ſuprà. ¶Sicut ergo ex parte vxoris licet alimenta veniant offic.iudicis mercenario,bona mariti ſunt tacitè hypothecata:ita debet dici ex parte mariti:quia eadem eſt ratio.l. à Titio.ff. de furt.& l. illud.ff.ad legem aquiliam. & nō obſtat.d.l. fideiuſſores magiſtratuū. §.pro Aurelio.quia illa lex loquitur,quando fideiuſſor interceſsit pro certa quātitate expreſſe & ſpecifice, tunc enim verum eſt quod non cenſetur interceſsiſſe pro vſuris: vt etiam dixi.ſ. ¶Nō obſtat dicta.l.quæro.in princ.iuncta.l.centum Capuæ.ff.de eo ꝙ certo loco, quia in ſolutione dictarum duarum.ll.quæ vidētur contrariari,glo.valde laborat, & ponit ſeptem lecturas ſeu ſolutiones : ſed quinta quæ fuit Ioannis gloſatoris approbatur per Bartol.& alios doctores communiter in.d.l. centum Capuæ. & in.l.fin.eo.titu.& eſt quòd illæ acceſsiones quæ debentur ex mora debitoris in iudic.bonæfidei ſecūdum naturā actionis:etiam ꝙ ille petantur officio iudicis mercenario : tamen comprehenduntur in fideiuſsione ſimpliciter præſtita.nam tali caſu fideiuſſor tenetur pro ſorte & vſuris prædictis:& hoc modo procedat. d.l.quæro.Secus autem eſt in acceſsionibus & vſuris debitis ex contractu ſtricti iuris: quia in actionibus ſtricti iuris fideiuſſor tenetur ex mora ſua tantū, nō autem ex mora debitoris : & ratio eſt, quia actiones ſtricti iuris ſunt ſtrictè intelligendæ & quicquid obmiſſum eſt in verbis habetur pro obmiſſo: vt declarat
56 Iaſo.in.d.l.cētum Capuæ. ¶† Vera eſt ergo concluſio ꝙ fideiuſſor ſimpliciter intercedens tenetur etiam pro acceſsionibus & vſuris quæ veniunt officio iudicis mercenario ſecundum naturā actionis bonæfidei:ſecus autem in actionibus ſtricti iuris. Vnde cum actio de dote ſit bonæfidei vt inſtitu.de actio.in.§. fuerat.vſuræ & acceſsiones venientes ex cauſa dotis dicuntur venire ſecundum naturam actionis bonæfidei: & ideo pro illis tenetur fideiuſſor ſimpliciter intercedens vt.d.l.quæro. Et ſimiliter bona tacitè obligata pro dote pro illis cēſentur obligata: quia in hac materia quod dicitur in fideiuſſore debet dici in pignore & hypotheca.l.promiſſor.§. conſtituto. ff.de conſti.pecu.&.l.j.§.iubet.ff.de colla.bono.& faciunt no.per glo.magnam & docto.in.l.j.ff.qui ſatiſda.cogan.& in proprijs terminis firmat Bart.in.l.ſolutum.§.ſi in ſortem.ff.de pign.actio.vbi dicit.in vſuris quæ veniunt officio iudicis mercenario idem eſſe dicendum in pignore quod ipſe dixit in fideiuſſore in dicta.l.cētū Capuæ.& in dicta.l.quæro. Et ſic concludo ꝙ etiam ex parte viri pro alimentis ſeu vſuris ei debitis ob dotem nō ſolutam ſint tacitè hypothecata bona promittentis dotem:quæ nō quia puto ꝙ nō inuenies ita plenè ꝑ ali-
57 quem declarata &c. ¶† Octauo,amplia regulam principalem quod dictum priuilegiū tacitè hypothecæ de quo in dicto.§.& vt plenius. ſicut cōpetit pro dote ita & cōpetit pro prætio rerum dotalium alienatarum per maritum in caſibus,videlicet in quibus permiſſa eſt alienatio: puta in vtilitate vxoris iuxta.l.ita conſtante.§.fi.ff.de iure.do.vel alijs caſibus iuxta.l.ſi extimatis.ff. ſoluto matrimonio & in alijs.ll.dicti tit. Ita tenet Areti.in.l.j.in.iij.col.ff. ſol.mat. Subdit tñ ꝙ Bar.in hoc fuit ſibimet cōtrarius: quia in cōſi.cxxiiij.punctus. Videtur tenere ꝙ bona mariti ſint hypothecata ꝑ pretio rerum dotalium venditarum per maritū:& in.l.j.ad fin.ff.de diſtrac.pig.
58 videtur tenere contrariū. ¶† Sed eſt aduertendum ꝙ non eſt verum ꝙ Bart.in aliquo contrarietur:ſed ponit duos caſus diuerſos.¶ Primus eſt,an pro pretio rerū dotalium venditarū per maritum bona mariti ſint tacitè hypothecata? & in hoc Bar.in.d.cōſi.cxxiiij.tenet ꝙ ſic. ¶Secūdus caſus eſt an pretium redactū ex bonis mariti ſit tacitè obligatum pro dote & in hoc Bar.in.d.l.j.ad fi.ff.de diſtrac.pig.tenet, ꝙ dictum pretium non ſit obligatū , niſi in ſubſidium videlicet qñ bona mariti vēdita eſſent perempta, vel præſcripta:tunc enim poſſet agi hypothecaria contra illum,qui dictum pretiū haberet & ita dicit Bar. habuiſſe de facto in quadam muliere paupere.idem tenet Bar.in.l.quia debitore.ff.quæ infrau.credi. & iſtud intelligit Bart.in.d. l.j.ad fi.procedere in quocunque creditore etiā extra dotem, & ita demū ſi pretium ad quod in ſubſidium agendū eſt, ſit apud eum qui conuenitur ex cauſa lucratiua:ſecus autē ſi ſit ex cauſa oneroſa:quia tunc etiam in ſubſidium conueniri nō poteſt niſi ad illud quod eſſet ſuperfluum apud illum vltra ſuum creditum. & hoc per no.in.l.ſi eum ſeruū. ff.ſi cer.peta.& in.l.ſi.ff.de nego.geſt.& ita etiam tenet Cy.in.l.mater.in. vij.q. C.de rei vendi.& ibi etiam Ray.in.x.q. & latè Alex.in cōſi.cxviij. viſo proceſſu pe.col.v. volu.vbi etiā in hoc plus vult, ꝙ donec creditor poteſt agere actione perſonali cōtra debitorem, & donec nō ſit excuſſum de bonis debitoris,nō poſſit creditor agere hypothecaria in ſubſidium cōtra habentē pretium redactum ex rebus debitoris ex cauſa lucratiua: & vt dixi doctores prædicti loquuntur indiſtinctè in quolibet creditore: & ſolus Bar.in.d.l.j.ad fin.extendit etiā hoc ad creditorem ex cauſa dotis & ſic ad vxo-
59 rem. ¶† Ego autē in dote,& in muliere agente ad reſtitutionē dotis puto indiſtinctè tenendum ꝙ pretium rerū mariti vēditarū & tacitè obligatarum pro reſtitutione dotis ſuccedat loco dictarū rerū vt eſt glo.in.l. Labeo & Sabinus.§. itē ſi dominus.ff.de verb.ſign. allegat. l.res in dotem datæ.ff.de iure do. & firmat Bart.in Rub.ff.ſol.mat.in vlti.col. in verſi.prætereà in vniuerſalibus:& ꝓbatur hoc ratione : quia.ſ. dos ex parte mulieris dicitur ius vniuerſale ſicut hæreditas peculiū & ſimilia : vt.l. ꝙ dicit. ff.de impen.in re.do.fac.& ibi glo.& firmat Bar.in.d. Rubrica.ff.ſol.mat.& habetur per Alexā.in.l. ſi marito.§. fi.eo. titu. Vnde ſicut in vniuerſalibus pretiū ſuccedit loco rei vt.l. ſi rem & pretium. ff.de peti.hære.& habetur per Iaſ.in dicta.l.ſi eum ſeruum.ff.ſi cer.peta.& per Bar.in.l.qui à debitore.ff. quæ in frau. credi.ita debet eſſe in dote , & in eius actione.Cūm ſit ius vniuerſale. & ſicut in dote & eius actione pretiū ſuccedit

contra bal. nouel. 5. n° 54

loco rei (vt dictũ eſt) ita etiam videtur
dicédum in hypothecaria actione tacita
conceſſa actioni de dote per. d.l.vni.§.
& vt plenius. qa ſi ex natura rei & actio
nis in dote pretium ſuccedit loco rei vt
firmat no. Bar.in.d.conſi.124. Idé vide
tur eſſe in hypotheca quæ tacitè accedit
60 actioni dotis. † actio enim quæ cumu-
latiuè accedit alteri ſortitur eandem na
turam cũ prima iuxta text.in.l. ſi eũ.§.
qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.& no.Sa-
ly.in.d.l.vni.§.ſed & ſi non ignoramus.
C.de rei vxo.actio.& actio hypotheca-
ria conceſſa actioni ex ſtipulatu in dote
tanquam pediſequa ſortitur eius natu-
rã:vt in ſimili dicit Bald.no.in tractatu
dotis in.xij.parte in.vj.colũ. & acceſſo-
rium ſequitur naturã ſui principalis vt
in regula acceſſoriũ lib.vj.& ꝙ hypothe
ca tanquã acceſſoria ſequatur naturam
ſuæ obligationis principalis, eſt text.&
ibi glo.& doct.in.l.ij.C. per quas pſon.
nob.acqui.& expreſsè not. Bart.in.l.ſo-
lutum.§.per liberam.ff.de pigno.actio.
vbi dicit ꝙ cùm obligatio hypothecaria
ſit acceſſoria ad perſonalem de ea iudi-
catur ſecundum quod iudicatur de per
ſonali,& hoc per no.in.l. & an eandem
§.fi.ff.de except.rei iudi.in gl.fi. vbi in
hypo.debet exprimi cauſa ſicut in per-
ſonali cui accedit & non poteſt ſimplici
ter proponi ſicut actio realis.¶Vnde li-
cet in hypotheca accedente actioni ſin-
gulari,vel particulari pretium non ſuc-
cedat loco rei,niſi in ſubſidium re præ-
ſcripta vel perépta iuxta tex.& ibi not.
in.d.l.j.ff.de diſtrac.pig. Tamé in hypo
theca accedéte actioni de dote ex parte
mulieris pro reſtitu.dotis cùm ſit actio
vniuerſalis:ſecus eſt dicedum videlicet
ꝙ pretium ſuccedat loco rei, & ꝙ vxor
vel hæres illius poſsit vigore tacitè hy-
pothecæ agere cõtra habétem pretium
rerum mariti venditarum, etiam ꝙ res
venditæ non ſint præſcriptæ nec perem
ptæ: dummodo præcedat diſcuſsio de
iure requiſita antequã agatur cõtra ter
tium poſſeſſoré iuxta.auten.hoc ſi debi
tor.C.de pigno.tenendo ꝙ in dote etiã
requiratur excuſsio iuxta no.per Bart.
& alios in.l.ſi cõſtante.in prin.in.ij.qõ.
tertiæ queſtio.prin.ff.ſo.ma.& per Bal.
not.in octaua parte in priuileg.37.de
quo.ỹ.ſuo loco dicetur. Niſi forte dica-
tur ꝙ illud quod eſt dictum,eſt ꝙ actio
hypothecaria ſortiatur naturã actionis
perſonalis in dote procedat quãdo agi-
tur contra maritũ,vel eius hæredes pro
reſtitu.dotis:quia tunc poſſunt cumula
ri:vt in auten.de fideiuſſ.§.ſed neq;.&
in dicta.auten.hoc ſi debitor. Secus au-
tem ſit quando agitur hypothecaria cõ-
tra tertium poſſeſſorem,cõtra quem nõ
datur actio perſonalis iuxta.l.j.§. ſi hæ-
res.ff.ad Trebel.& ſic ꝙ tunc hypothe-
caria nõ accedat perſonali:ſed tanquam
diſtincta ab ea conſideranda ſit.¶Tamé
etiam hoc non videtur obſtare quia hy-
potheca dicitur ineſſe doti & actioni do
tis vt dicit tex.in dicto.§. & vt plenius.
verſi.ſicut & licet detur contra tertium
poſſeſſorem,tamen datur tanquã ad bo
na principalis debitoris,& ſemper præ-
ſupponit actionem perſonalem & ei ac-
cedit vt habetur ꝑ Bart.in.l. perſequu-
tione.C.de pigno. Vnde licet dirigatur
contra tertium poſſeſſorem,contra qué
non datur perſonalis: tamen non altera
tur eius natura ſed dicitur etiam illo ca
ſu cumulatiuè accedere actioni perſo-
nali competenti cõtra principalem debi
torem,& ideo ſeruat illius naturam: &
ſic vt illa eſt vniuerſalis, ita & iſta iu-
xta.not.in dicta.l.ſi eum.§.qui iniuria-
rum.ff.ſi quis cau.& latè per Bar.in.l.j.
§. hæc actio.ff. ſi quis teſta.lib.eſſe ius.
ſue.



fue.¶Concludo ergo ex prędictis,quod
licet Bart.in dicta.l.j.ff.de diſtract.pig.
voluerit quod etiam in dote ita demũ
pretium ratione hypothecæ ſuccedat lo
co rei,quãdo res fuit pręſcripta vel per-
empta & quando habens pretium præ-
tendit cauſam lucroſam: tamé quod ve
rius ſit de iure quod in hypotheca com
petenti ad reſtitutionem dotis pretium
indiſtinctè ſuccedat loco rei prout in
alijs actionibus ſeu iudicijs vniuerſali-
bus iuxta. no.per Barto.in dicta.l.qui à
debitore. ff. quæ in frau.credi. Et licet
ita putem tenendum tamen cogitabis:
quia non inuenio examinatum per ali-
quem.¶Sed credo quod Barto.non ad-
uerterit in dicta.l.j. quod actio & iudi-
cium de dote eſſet vniuerſale: & quod
hypotheca ei accedens habere deberet
eandem naturam:ſed putauit illam eſſe
actionem ſingularem & docto.loquen-
tes de hypotheca & dicentes quod in ea
pretium nõ ſuccedit loco rei loquuntur
in iudicijs & actionibus ſingularibus:
non autem in vniuerſalibus ſi bene ad-
uertes: vt etiam conſiderauit Iaſo.in di
cta.l.ſi eum ſeruum. in fin.& ideo eorũ
deciſiones non ſunt trahendæ ad hypo-
thecam competentem pro dote reſtitué
da per allegata.ſ. Intellige tamen quòd
pretium rerum véditarum ſit hypothe
catum, & poſsit peti antequam ſit alio
conuerſum vt in ſimili vult Barto.in.l.
cùm tabernam.in princi.ff.de pigno.&
dixi.ſ.in ſecundo membro ſecundæ par
tis in quinta ampliatione numero.19.
61 ¶†Sed adhuc in prædictis dubito: quia
licet hypothecaria ſit acceſſoria ad actio
né perſonalem, & per hoc videatur imi-
tari eius naturã tamen illa regula, quòd
acceſſorium ſequatur naturam princi-
palis, procedit quando acceſſorium non
poteſt ſtare ſine principali vt.l.cùm no-
tiſsimi.in princi.& ibi glo.in verſi.pro-
rogari. & ibi Cyñ.& docto.C. de præ-
ſcript.xxx.anno. Sed hypothecaria po-
teſt ſtare ſine principali vt ibi habetur
& not. Bartol.in.l.fideiuſſor obligari.in
prin.ff.de fideiuſſ.merito non videtur,
quòd imitetur naturam principalis. &
ita tenet Alexand.in.l.tertia.§.finali in
vlti.colum. in verſicu. Nec obſtat ratio
&c.ff.de acquiren.poſſeſ.ſed quòd imò
hypotheca tanquam acceſſoria ad actio
nem principalem ſequatur eius natu-
ram eſt text. & gloſ.in dicta.l. ſecunda.
C. per quas perſo. no.acquiri. & illud
quod tenet Alexand. in dicto.§. finali
videtur procedere in acceſſorio tollen-
do.nam ſi acceſſorium poteſt ſtare ſine
principali, tunc ſublato principali non
tolletur acceſſorium:ita procedunt alle
gata per eum. In alijs autem videtur
62 ſtare regula:ideo cogita.¶† Nonò,am-
plia regulam prædictam videlicet quod
dictum priuilegium tacitè hypothecæ
de quo in dicto §.& vt plenius.compe-
tat etiam cõtra fideiuſſoré. Nam etiam
bona fideiuſſoris ſunt tacitè hypothe-
cata pro dote videlicet tam in fideiuſſo-
re qui interceſsit ex parte vxoris in do-
te danda quam etiam in fideiuſſore qui
interceſsit ex parte viri in dote reſti-
tuenda: in caſibus tamen in quibus fi-
deiuſſor pro dote reddenda interuenire
poteſt quos proſequitur Bald.no.in tra
ctatu dotis. in ſexta parte in.xxj. priui-
legio, & ſimiliter in bonis fideiuſſoris,
qui intercederet poſt ſolutum matri-
mo.iuxta terminos.l.ſi cõſtante.§. quo
ties.ff. ſoluto matrimo.ita firmat idem
Bald.not.in dicta.vj.parte in.vij. priui-
63 legio.in principio. ¶† Decimò, amplia
dictam regulam vt dictum priuilegium
tacitæ hypothecæ competat vxori in bo
nis mariti non ſolum pro dote (vt di-

ctum eſt) ſed etiam pro bonis parafernalibus per maritum adminiſtratis tex. & ibi Bar. Bal. & Alex. in apoſtillis ad Baldū. in l. fin. C. d: pact. conuentio. ſuper do. Iaſo. i. §. fuerat. in. xj. col. inſtitutio. de actio. & in l. maritus. ad finem. C. de procu. ¶ Et iſta tacita hypotheca pro rebus parafernalibus vxoris habet in ſe tacitam conditionem diuortij, & ſoluti matrimonij: ſicut habet ipſa reſtitutio dotis vt tenet Bal. i. l. vbi adhuc. in peñ. colū. in verſi. ſecūdo caſu principali. C. de iure do. Quod nota, qa vltra iſtam tacitam hypothecam bona parafernalia non inueniuntur habere aliqua alia priuilegia dotalia: vt eſt gloſ. reputata ſingula. in. l. ſi ego. §. dotis. in verſ. condici. ff. de iure do. & not. Alex. & Iaſo. in. d. l. maritus. ¶ Et per conſequens dicta tacita hypotheca, quæ cōpetit pro bonis parafernalibus, non competit cum priuilegio prælationis ſicut illa quæ datur pro dote iuxta. l. aſsiduis. C. qui po. in pigno. hab. ita tenet Salicetus. in. d. l. aſ-
64 ſiduis. §. fi. ¶ † Vndecimo, amplia regulam vt dicta tacita hypotheca introducta pro dote, habeat etiam locum in donatione propter nuptias vt notat Bald. in. l. vbi adhuc. in penult. colū. in verſic. Item quæro. nam lex noſtra. C. de iure do. & hoc tam ſolu. matrimo. quā etiam eo conſtante in caſu inopiæ vt eſt caſus in. d. l. vbi adhuc. Intellige tamen de tacita hypotheca ſine priuilegio prælationis: quia priuilegium prælationis in tacita hypotheca datur ſoli doti & non donationi propter nup. Ita tenet Bald. in. d. l. aſsiduis. poſt Cy. ibi in. iij. oppo. & ibi tex. glo. ante penult. & Saly. in. §. fi. & Ang. de Aret. inſti. de actio. §. fuerat. in. xij. colū. in verſic. in ea gloſſ. ibi: quia aliud eſt: & hoc modo intelligi debet id, quod dicit Bald. in. d. l. aſsiduis. in ſecunda colū. in verbo, nouercas. vbi dicit ꝙ do. propter nuptias non habet priuile. tacitæ hypothecæ prout habet dos: quia in donatione eſt lucrum, in dote autem eſt damnum ſi amitteretur: & probatur in illo tex. ibi ſi amittatur poſteriori datum. Nam certè Bald. ibi loquutus fuit de priuilegio prælationis
65 iuxta terminos dictæ. l. aſsiduis. ¶ † Intellige autem ſanè quando mulier ageret ad donatione propter nuptias, quærens illam lucrari: tunc enim habet tacitam hypothecam abſq; priuilegio prælationis vt dictum eſt. Secus ſi ageret ad illam tanquam ſibi ſpecialiter obligatam pro dote: nam tūc haberet tacitam hypothecam in dicta donatione cū priuilegio prælationis: qa iſto caſu potius cenſetur agere pro dote quàm pro donatione propter nuptias ita declarat Abbas poſt Innocentium in capitulo ex li-
66 teris. de pignoribus ¶ † Et non mireris ꝙ donatio propter nuptias ſit obligata pro dote: qa licet donatio propter nuptias tranſeat in dominiū vxoris, ſicut dos in dominium mariti: qa tamen vxor non eſt dña illius donationis iure proprio & perpetuo: ratione iſtius poſſibilis reuocationis res cenſetur quodā modo aliena, iuxta. l. ex ſextante. §. latinus. ff. de exceptione rei iudica. meritò non inconuenit ꝙ ipſa donatio propter nuptias ſit hypothecata vxori pro reſtitutione dotis. Nā donatio propter nuptias non datur ſolū propter lucra nuptialia, ſed etiam pro maiori ſecuritate dotis. l. fin. §. ſancimus. C. de dona. ante nup. ita ſolenniter declarat Bal. in autentica ſiue à me. C. ad velleianum. & ibi
67 ſequitur Salycetus. ¶ † Fallit modo dicta regula quatuor modis. Et primò, in extraneo dotante: quia ſcilicet dicto extraneo repeteti dotem non datur tacita



cita hypotheca, de qua in. d. §. & vt plenius. in bonis illius qui tenetur reſtituere dotem: ita tenet Cynus in dicto. §. & vt plenius. & Paulus de Caſtro. in. l. de diuiſione. ff. ſol. matrimo. Nicolaus de Neapoli. Ange. & Imol. in. l. j. ff. ſoluto matrimo. licet Bar. ibi ſentiat cōtrariū, dum dicit ꝙ tale priuilegiū datur actioni de dote & ꝙ trāſit ad quēcunq; tranſit ipſa actio per dictū. §. & vt plenius. & per. §. fuerat. ſed Alex. i. d. l. j. in. viij. col. in ver. Succeſsiuè quærit Nicolaus de Neapoli. & ſequitur opiniōnē commune, videlicet ꝙ priuilegiū tacitè hypothecæ de quo in. d. §. & vt pleni⁹. per quod mulier præfertur ſolis creditoribus prætendentibus perſonalem tantū non competit extraneo dotanti & ſtipulanti dotem ſibi reddi: & ita etiā tenet ibi Decius per bonas rationes reſpondendo argumentis Iaſo. qui cōtrarium voluit in. d. §. fuerat. & ita eſt tenendū.
68 ¶ † Secundo, fallit regula in vxore hæretica: quia ei non cōpetit priuilegium tacitæ hypothecæ, de quo in dicto. §. & vt plenius: vt eſt tex. in authētica idem priuilegiū. C. de hæreticis. & no. Anto. de butrio. & Abb. in. c. gaudemus. de diuortio. circa finē: limitādo tamen vt ibi per eos, niſi mulier abiuraret hæreſim, & rediret ad fidē: qa tunc recuperaret dictū priuilegiū tacitæ hypothecæ pro
69 dote in bonis mariti: vt ibi p eos. ¶ † In vxore aūt iudæa ſecus eſt: qa illa habet hoc priuilegiū tacitæ hypothecæ in bonis mariti iudæi: ita ſingulariter tenet Anto. de butrio. in. d. c. gaudem⁹. in vlt. colū. & latiſsimè tractat Bartholomeus belenzinus ibi: & ratio eſt, qa inter iudæos eſt matrimoniū, licet nō ita firmū & indiſſolubile: vt inter chriſtianos: vt not. Abb. in capitulo quanto. eodem ti-
70 tulo. ¶ † Tertiò, fallit regula prædicta in pœna adiecta promiſsioni dotis: quia priuilegium prælationis tacitæ hypothecæ quod datur doti per dictum. §. & vt plenius. & d. l. aſsiduis nō datur pœnæ illi adiectæ: ita ſingulariter tenet Pau. de caſ. in. l. adeo. ff. de cōpen. quod eſt notādum: & mouetur per illum tex. & quia fiſcus habet priuilegium tacitæ hypothecæ in ſuis contractibus: vt. l. fiſcus. de iure fiſ. & tamen illud non habet in pœnis vt in ti. C. de pœnis fiſ. lib. x. & per no. in. l. reſcriptum. in prin. in glo. ſuper ver. hypothecas. ff. de pactis.
71 ¶ † Quartò, fallit regula prædicta in dote promiſſa, vel data pro ſponſa per verba de futuro: quia ſi ante cōtractum matrimonium veniat caſus reſtituendæ dotis: puta quia ſpōſus prædeceſsit: non competit ſponſæ priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis ſponſi: ita tenet gl. in l. eos. C. qui potio. in pigno. hab. & ibi Dyn. Iaco. de are. & alij: & Bartol. in. l. ſecunda. §. fin. ff. de priui. credi. & ratio eſt quia. l. j. ff. qui potio. in pigno. hab. quæ loquitur de expreſſa hypotheca & l. fin. C. eo. tit. & d. §. & vt plenius. & §. fuerat. inſtitu. de actio. qui tex. loquitur in tacita hypotheca quæ datur doti loquūtur de dote: ſed ante contractū matrimonium per verba de præſenti non eſt dos: vt. l. ſi. C. de dona. ante nup. meritò &c. & ita tenet Ange. de aret. in. d. §. fuerat. col. vj. in verſic. quæro vtrum
72 ſponſa &c. ¶ † Et non obſtat ꝙ etiam ſponſa videatur habere priuilegiata dotis: vt. l. ſi ſponſa dotem iūncta gloſſ. ff. de iure dotium. & no. Ange. in authen. de æquali. do. in. §. his conſequenter. ad fi. colla. vij. & Alex. in. d. l. j. in. viij. col. in ver. alius caſus eſt. ff. ſol. mat. qa prædictæ deciſiones loquunt de priuilegio perſonalis actionis non hypothecariæ. Nam ſponſa habet etiā priuilegium in perſonali

perſonali actione,quo mediante præfer
tur alijs creditoribus prætendentibus
ſolam perſonalẽ:vt eſt tex.& ibi Barto.
in.d.l.ij. in .§.j.ff. de priui. credi. quod
no.ne æquiuoces. Modo ponam in ma-
73 teria aliquas notabiles.q.¶† Primò igi
tur quæro , an tacita hypotheca de qua
in.d.§.& vt plenius contrahatur in bo-
nis mariti minoris.xxv.ann. contrahen
tis matrimonium & recipientis dotem.
¶Iſta quæſtio eſt valde dubia. Nã Bar.
in.l.ſi conſtãte.in quarta quæſtione ter
tiæ partis.ff.ſolut. matrimo. concludit
ꝙ bona mariti minoris non ſint tacitè
hypothecata pro dote & arguit à ſimili
ex no.per glo.in.l.item quia.ff. de pact.
ſcilicet ꝙ bona minoris non ſunt tacitè
hypothecata pro domo conducta:& re
prehendit Bar.diſtinctionem Guli.qui
tenuit contrariũ per tria fundamenta,
per quæ concludit quod obligatio quæ
per legem inducitur abſq; facto mino-
ris non cadit in rebus minoris niſi cum
autoritate curatoris & decreto iudicis:
vnde infert quod ad inducendã hypo-
thecam requirat expreſſa obligatio bo-
norũ cũ iuramẽto minoris quod repre-
ſentat eum maiorẽ.aut.ſacramenta pu-
berũ.C.ſi aduer.vendi. Idem etiã tenet
Bar.in.d.l.item quia.& ibidem Raph.
fulg.& Salyc. in.l.certi iuris.C.loca.&
ſequitur Ioan.de Imo.in.d.l.ſi conſtan
te.dicens quod opinio . Bart.ſecurè eſt
tenenda. Bald. not.in.d. tractatu dotis
in.vj.parte in priuileg.lviij.reliquit ſu-
per hoc cogitandũ:quia dicit hunc arti
culũ nõ eſſe parue heſitationis.¶Tamẽ
non obſtãtibus prędictis cõmunis opin.
eſt contra Bartol. & ſequaces videlicet
quod bona mariti minoris recipientis
dotẽ tacitè obligent.& iſtã opin.tenent
Bal. Ang. Roma.& Alex.in.d.l.ſi con-
ſtãte.i prin.& Ang. Pau.de ca.& Alex.
in.d.l.item qa.Cyn. Bal.& Ang. in.l.ſi.
C.de legi.tuto.vbi Bald. dicit hanc eſſe
communẽ opinionẽ. Idem tenet Bald.
in.d.§.& vt plenius.& Bald.in.l.j.in.ij.
colũ.C.de priuile.do.& in.d.l.certi iu-
ris.in.viij.q. Et iſtam opinionẽ tenet &
firmat Iaſo.in.d.l.ſi conſtante. in dicta
quarta quæſtione tertiæ partis vbi eam
corroborat quinq; fundamentis & re-
ſpondet ad argumẽta Bar. & vt ibi latè
per eum.& ita puto tenendũ in marito
74 minore recipiẽte dotẽ. ¶† Sed dubiũ
eſt quid in muliere minore promittẽte,
vel dante dotem,an eius bona tacitè hy
pothecentur pro dicta promiſsione,vel
datione obſeruanda,iuxta dictum.§.&
vt plenius:& in hoc Bal.no.in dicto pri
ui.lviij. dicit intrepidè poſſe teneri ꝙ
ſicut non poteſt dotem conſtituere, ma
ximè in bonis immobilibus ſine curato
re & decreto iudicis:vt habet. in .l.lex
quæ tutores.C.de administra. tuto. ita
non poſsit etiam obligare bona ſua pro
dote cum hypotheca. Nam hypotheca
tanquam acceſſoria ſequitur naturam
ſuæ perſonalis obligatiõis:vt.l. ſecũda.
C.per quas perſo.no.acqui. & ſicut hy-
potheca expreſſa non põt introduci,ita
non videtur poſſe introduci tacita lega
lis,cùm lex improbet principalem con-
tractum,argu.l.non dubiũ.C.de legib.
ſed ſi dos eſſet conſtituta cũ curatore,
& decreto iudicis,tunc etiã ꝙ de hypo-
theca non eſſet conuentum : tamen in-
ſurgeret ipſa tacita hypotheca ꝑ dictũ.
§.& vt plenius. & iſto caſu decretum
interpoſitum in dote porrigeret effectũ
ad tacitã hypothecã:quia ex quo iudex
permiſit principalẽ contractũ : videtur
etiã tacite voluiſſe ꝙ tacita hypotheca
ex illo cauſet arg.l.ſi pupillorũ.§.ſi pu-
pillus.ff.de rebus eorum : ita dicit ipſe
75 Bal.no.vbi ſuprà.¶† Sed aduerte quòd
reſpectu



reſpectu bonorum immobiliũ puto de-
ciſionem Bal.procedere: quia vxor mi-
nor non poteſt bona immobilia in dotẽ
dare,ſine curatore & decreto iudicis:vt
l. lex quæ tutores.iuncta glo.ibi,in ver-
ſiculo , vel in dotem.C.de adminiſtra-
tione tutorum. & ibi, per docto. & ita
etiam non poteſt illa obligare vt ibi eſt
text. Sed reſpectu aliarum rerum quæ
alienari nõ ſunt prohibita per minorẽ:
poteſt puella minor ſe dotare moderatè
abſq; curatore & decreto:vt eſt text. in
l.j.C.ſi aduer. dot. & hoc fauore dotis,
vt ibi dicitur:& poteſt etiam ſe obliga-
re pro dote conſtituẽda vt ibi habetur:
cũ ergo ſit habilis ad matrimoniũ con-
trahendũ:quia pubes,& ad dotem con-
ſtituendam in bonis non prohibitis alie
nari,dicta.l.j.ſequitur etiã quod in con
ſequentiam in tali obligatione vel dota
tione oriatur tacita hypotheca ꝑ dictũ.
§.& vt plenius.quia iſto caſu ceſſant ra
tiones in quibus ſe fundat Bald. not.&
dicam aliquid infra in materia excuſsio
nis.in.ix.fallẽtia. & optimè faciunt no.
per Soci.in conſi.lxxx.præſens conſulta
76 tio.iiij.volu.¶†Secundò,quæritur,an
dicta tacita hypotheca , de qua in dicto
§. & vt plenius. habeat locum in dote
confeſſata:& iſta quæſtio eſt adeo diffu
ſè examinata per doct.ꝙ ſi vellem refer
re eorũ dicta ex hoc ſolo articulo poſſet
confici vnus tractatus. & propterea ſtu
dendo breuitati in hac quæſtione remiſ
ſiuè tantũ procedã.¶Et primò, Bal.no.
in tractatu do. in .x. parte examinauit
eam ꝑ.xiij.col.& recitatis opi.antiquo-
rum diſtinguit articulũ in duos caſus
principales. ¶Primus caſus eſt , an dos
cõfeſſata habeat priuilegiũ tacitæ hypo
thecæ contra maritum & eius hæredes?
¶Secundus caſus eſt,an habeat tacitam
hypothecã cõtra alios: ¶Primo caſu cõ-
cludit indubitanter ꝙ dos cõfeſſata ha
beat tacitã hypothecã contra maritũ &
hæredes.& hoc modo dicit ꝓcedere gl.
in.l.exigere dotem.ff. de iudic. limitat
tamen hoc,niſi maritus , vel eius hære-
des infra legitima tempora exciperent
de dote non numerata:poſtea latè exa-
minat,quid iuris ſit,quãdo maritus cũ
iuramento renũtiaſſet exceptioni non
numerate dotis cuius dicta videri poſ-
ſunt,ideo non refero.¶In ſecundo autẽ
caſu,quãdo agitur contra alios tertios:
diſtinguit ipſe,an ille tertius cõtra quẽ
agit mulier habet hypothecã in bonis
mariti,an nõ. Si enim non habet hypo-
thecam,vxor obtinebit:ſed an tunc ille
tertius poſsit excipere de non numera-
ta pecunia,ipſe dubitat vide ibi. Si autẽ
ille tertius habeat hypothecam,& tunc
ſi illa hypotheca eſt expreſſa , & ante-
rior,& obtinebit tertius:ſed ſi hypothe
ca tertij eſſet tacita : tunc etiã ſecundũ
eũ mulieri ex ſola dote confeſſata non
debet pręferri:qa cõmunis eſt opinio ꝙ
dos confeſſata nõ habet tacitã hypothe
cam contra tertiũ cũ priuilegio præla-
tionis,de quo in.d.l. aſsiduis. in princi.
& ita ibi etiã tenet Salicetus in octaua
quæſtione,limitãdo tamẽ certo modo:
qñ non obſtaret exceptio nõ nume.do.
vt ibi per eum.¶ Angelus aũt de are. in
ſtitu.de actio.§.fuerat. etiã latè exami
nat hunc articulũ diſtinguẽdo inter cre
ditores præſentes tempore cõfeſſate do
nis,& poſtea cõtractos. Nã quo ad præ
ſentes tenet indiſtincte,ꝙ confeſsio do
tis nõ præiudicet eis:in futuris autẽ cre
ditoribus dicit ipſe poſt Cyn. Bart. Bal.
Ang.& Sal.in authẽ.ſed iam neceſſe.C.
de donatio.ante nupt. ꝙ ita demum ta
lis confeſsio non præiudicat futuris cre
ditoribus : ſi appareant aliqua ſigna de
fraude : ſed qñ confeſsio dotis valeret,
tam

tam reſpectu præſentium quàm futu-
rorum creditorum,an tunc mulier ha-
beat priuilegium prçlationis,de quo in
d.l.aſsiduis.dicit ipſe tenendam eſſe cõ-
cordiam datam per Ange.in.l.j.ff.ſolu.
matri.& per Bald.in.d.l.aſsiduis.vide-
delicet quòd quando mulier nititur ex
ſola cõfeſsione dotis:creditores verò ni-
tuntur ex vera numeratione.ipſi credi-
tores debẽt præferri:ſed quando credi-
tores nõ probant veram numerationẽ,
mulier eſſet præferenda.Diſtinguendo
tamen,an confeſsio dotis ſit facta ante
matrimonium vel conſtante matrimo.
vt ibi per eum.Alexand.& Areti.in iſto
articulo ſatis bene loquuti ſunt in.d.l.j.
ff.ſolu.matri.nõ tamen perfectè expli-
cant.¶ Bulgarinus doctor ſenenſis.ibi-
dem copioſè & ſubtiliter per columnã
xx.ſed tamen confuſè proceſsit.¶ So-
cinus autem ibidem latius & perfectius
quàm aliquis alius complexus eſt totã
materiam,& redurit illam ad duos ar-
ticulos principales.¶ Primns articulus
eſt,quando maritus confeſſus fuit dotẽ
ante matrimoniũ,vel in actu matrimo-
nij contrahendi:& hunc articulũ diui-
dit ipſe in duo membra:primum mem-
brum eſt vtrũ talis cõfeſsio præiudicet
marito & hæredibus:ſecundum,vtrum
prçiudicet creditoribus.In primo mẽ-
bro ponit quinq; concluſiones cũ ſuis
correllarijs & limitationibus.In ſecũdo
ponit tres concluſiones cum ſuis etiam
correllarijs & limitationibus,& ſic expe
dit totum primum articulum.¶ Se-
cundus articulus principalis,eſt quan-
do cõfeſsio dotis fit per maritum con-
ſtante matri & iſtum articulum diui-
dit etiam in duo capita. Primum eſt an
præiudicet marito & hæredibus,& in
co ponit ſimiliter quinq; concluſiones
cum correllarijs & limitationibus.In
ſecundo capite tractat,an præiudicet
creditoribus & in hoc etiã ponit quinq;
concluſiones & ſua correllaria & limi-
tationes:vnde quando caſus occurrit:
recurrendum eſt ad lecturam Soci.ve-
recundum enim exiſtimant illã tran-
ſplantare,cũ ordinariè habeatur apud
omnes,& etiam extranea viſa eſt in ma-
iori pte à materia hypothecæ & ad ma-
teriam adde Corne.in conſilio.cxx.iij.
volu.& Alex.cõſil.cxlij.v.vo.vbi plenè.

77 ¶ † Tertiò,quæritur,an hypotheca p
dote expreſſa incipiat tempore promiſ-
ſionis dotis an vero tempore datæ do-
tis?& quid in tacita?¶ Et capiendo
primam dubitationem de expreſſa hy-
potheca.Dicendum eſt ꝙ in hypotheca
expreſſa facta per maritum promittẽtẽ
reſtituere dotem vxori ſolu.matrimo.
inſpicitur tempus cõtractæ hypothecæ
& matrimonij,& non tempus numera-
tionis dotis poſtea factæ.Nam licet hy-
potheca in dote vna cũ actiõe perſonali
non oriatur,niſi demum ſolu.mat.Ta-
men ex tunc cum oritur hypotheca re-
trotrahitur ad tempus promiſsionis:vt
latè per Alex.poſt alios in.l.ſi conſtãte.
§.j.ff.ſolu.matrimo.¶ Et ratio eſt,quia
quando nõ eſt in poteſtate debitoris nõ
recipere pecuniam inſpicitur tempus
promiſsionis & obligationis contractæ:
quãdo autem eſt in poteſtate debitoris,
an velit recipere pecuniam,inſpicitur
tempus ſolutionis.iſte eſt text.in.l.j.ff.
qui potio.in pign.habe.& ibi Azo.gloſ.
Barto.Bald.& alij.& licet ille text.lo-
quatur in dote:tamen habet locũ etiã
in quocunq; alio debito in quo habet
locum dicta ratio,ſcilicet an implemen
tum contractus conſiſtat in voluntate,
an in neceſsitate debitoris:& quo mo-
do in neceſsitate mariti conſiſtat reci-
pere dotem ſibi promiſſam:& non in
volun



voluntate declarant ibi Bartol.& Bal.
& eſt ſecundum eos:quia vir nõ poteſt
commodè obmittere ſolutionem dotis:
quia hoc modo mulier remaneret in-
dotata,& maritus habet neceſſe ſubſti-
nere onere matrimonij vnde dicit ma-
ritum neceſſe habere recipere dotem
promiſſam:quia eius ſolutionem hone-
ſtè obmittere non poteſt.l.nepos Pro-
culo.ff.de verbo.ſignificat.

¶ Et iſtud ſecundum Bartol.ibi eſt no-
tandum ad illud quod ſolet dici quòd
quando finis habet neceſſariam conſe-
quẽtiam ad principiũ inſpicimus prin-
cipium:nam illud debet intelligi de ne-
ceſsitate præciſa vel dotali,quæ com-
modè prçteriri non poſsit:& iſtam opi-
nionem firmat Raphaël Fulgo.in con-
ſilio.ccxvj.proponitur ꝙ dicta Doro-
thea &c.¶ Sed Cyn.in lege cum tibi.C.
qui potio.in pig.habeantur.dicit iſtud
eſſe ſpeciale in dote,& ita intelligit di-
cta lex.j.ff.qui potio.in pign.habean.&
hanc opinionem Cyni dicit eſſe verio-
rem Bald.no.in.viij.parte.in.xxiij.ſpe-
ciali:qui ſecundum eum non videtur
verum,ꝙ maritus non poſsit obmittere
receptionem dotis ex eo quòd habeat
ſubſtinere onera matrimonij:& ꝓbat:
quia maritus conſtante matri.poteſt fa-
cere pactum de non petendo dotẽ,ma-
ximè ipſi ſocero & ſic renũtiare fauori
ſuo vt habetur in lege ſi ſocer.§.Luci⁹.
& in.l.nupta.§.primo.& in.l.ſi marito.
§.primo.ff.ſolu.matrimo.& ideò con-
cludit ipſe quòd illud quod dicit in.d.l.
j.ſit inducta in ſpeciali fauore dotis,ne
ſcilicet interim mulier remaneat indo-
tata argumentum.l.ſecunda.ff.de iure
dotiũ.& quia ſi interim eſſet indotata
ſperneretur à viro.l.fi.C.ad velleianũ.

78 ¶ † Sed per prædicta non puto rece-
dendum ab opinione Azo.gloſ.Barto.
Bald.& aliorum quæ videtur commu-
nior & verior,videlicet ꝙ diſpoſitio.d.
l.j.non ſit ſpecialis in dotæ.ſed idem ſit
in quolibet alio credieore:q modo præ-
dicto cogitur recipere ſolutionem:vt
etiam probat text.in.l.qui balneum.in
princ.eod.titu.& text.in.l.quidam cum
filium.§.fina.& ibi Rapha.cuma.ff.de
verbo.obliga.& tex.in.d.l.j.probat ex-
preſſè,quòd nõ dicitur eſſe in poteſtate
mariti non recipere dotem promiſſam
ibi,nec probè dici poteſt in poteſtate
eius eſſe ne pecuniam reſiduam redde-
ret vt minus dotata mulier eſſe videre-
tur exponendo illud verbum redderet:
vt ibi exponit gloſſ.Nec videtur verum
ꝙ maritus conſtante matrimonio poſsit
paciſci de dote non petenda,etiam ad
ſui præiudiciũ vt latè proſequit Alexã.
poſt Imo.in.d.l.ſi ſocer.§.Lucius.Vn-
de cũ ſecundum regulas iuris poſsit in
dote intelligi diſpoſitio dictæ legis pri-
mç non debet trahi ad ſpecialitatem,rõ
neceſſariam.iuxta glo.vulg.in.l.filium
quẽ habentem.C.fami.erciſcũ.ſit ergo
cõcluſio ꝙ expreſſa hypotheca in dote
incipit à die promiſsionis dotis & non
79 ſolutionis.¶ † Quæ tamen concluſis
intelligenda eſt,cum grano ſalis,videli-
cet quando tempore promiſsionis dotis
erat contractum matrimonium.Nam
ad hoc vt expreſſa hypotheca trahatur
ad tempus promiſsionis dotis,requiri-
tur quod promiſsio ſit facta tẽpore ma
trimonij cõtracti,vel poſt matrimoniũ.
ſi enim eſſet facta ante matrimoniũ hy-
potheca,non poſſet trahi ad tẽpus pro-
miſsionis,ſed ſolum ad tẽpus matrimo-
nij:& ratio eſt,quia licet dos ſit ꝓmiſ-
ſa ante contractum matrimonium:ta-
men tunc non eſt propriæ dos.vt.l.fin.
C.de donatio.ante nup.& videtur fuiſ-
ſe de mente Bartol.in dicta.l.aſsiduis.
& ita

& ita firmat Bald.not.in.x.parte.in.xj. col.in verſicu.ſed tnnc ſurgit notabile dubium &c.¶ Et ex hoc infert in practica.ꝙ ſi eſſet factum inſtrumentũ dotale tempore ſponſalicij vt communiter fit puta per annum ante conſummatũ matrimonium cũ expreſſa hypotheca; & poſt annũ ſequutũ fuit matrimoniũ, quòd ſi maritus poſt inſtrumẽtum dotale, ante tamen contractum matrimonium contraxiſſet aliqua debita cum alijs creditoribus cũ hypotheca expreſſa:mulier nõ præferretur talibus creditoribus : ſed bene præferretur talibus creditori,qui cõtraxiſſet poſt matrimonium & promiſsionem dotis,ante ſolutionem dotis:& idẽ dicit procedere etiã ſi dos fuiſſet ſoluto tẽpore ſponſaliorũ ex quo illo tẽpore nõ erat dos:ſed ſi ꝓmiſsio dotis eſſet facta per matrimoniũ & dos poſtea per interuallũ eſſet ſoluta: tunc hypotheca expreſſa traheretur retro ad tempus promiſsionis:quia tempore promiſsionis erat dos ex qua erat matrimoniũ,ita dicit ipſe & relicta opi. Cy.firmat opinio Bar.in.d.l.j.ff.q potio.in pigno.habe.quæ nota:qa poſſunt
80 frequenter contingere. ¶ † Quartò, quæritur vtiliter quid in tacita hypotheca pro dote introducta ex.d.§.vt plenius.an ſcilicet in illa inſpiciatur tẽpus promiſsionis dotis,vel tempus ſolutionis?& in hoc glo.in.d.l.aſsiduis.C.qui potio.in pigno.habe.in gloſ.in verſicu. hypothecã,tenet ꝙ talis tacita hypotheca nõ trahatur retro ad tẽpus promiſſionis,ſicut trahit̃ expreſſa vt dictũ eſt in præcedẽti quæſtione.ſed vult glo.ꝙ incipiat dicta tacita hypotheca tẽpore datæ dotis.& ante :licet prius fuerit ꝓmiſſa:pro quo allegat.l.penulti.§.iura. C.de donatio.ante nuptias.&.l.hac edictali.§.omnibus.C.de ſecun.nupt.& in ſimili.l.cũ oportet.in fi.C.de bonis quæ liberis,& reſpondet.ad.l.j.ff.qui potio. in pigno.habe.ꝙ illa loquit̃ in expreſſa hypotheca,& non habet locũ in tacita: & illa glo.non reperitur alibi ſecundũ Bald.ibi qui licet nõ bene ſe firmet:tamen videtur tranſire cum dicta gl.eandem opinionẽ tenet Spec.in titu.de ſolutio.§.ante omnia.ad finem in verſic. ſed pone,contraxi dicens ꝙ tacita hypotheca incipit à die dotis datę & nõ à die promiſsionis:& mouetur per tex.in.d.l. aſsiduis.ibi : ſi tamen re ipſa & etiã per text.in.l.j.C.de dot.cau.ibi re ipſa:& idem ſequitur ibi Bald.in additio.Dicendo hoc eſſe notabile.¶ Contrariam opinionẽ,ſcilicet ꝙ etiã tacita hypotheca incipiat à die ꝓmiſsionis dotis,ſicut expreſſa tenet Iacobus de aretio quem ſequuntur Raynu.Cynus & Bartolus in.d.l.in aſsiduis intelligendo tamen quod tempore promiſsionis eſſet cõtractum matrimonium ſecundum Bartol. ibi:ſupple tu reſpectu matrimonij idem quòd dictum fuit in expreſſa hypotheca in proximè præcedenti quæſtione, pro quo faciunt etiam nota.per Bart. in.l.ij.§.finali.ff.de priuileg.credito.& dum tex.in.d.l.aſsiduis.dicit,ſi tamen re ipſa fuerint patri mariti datæ:ſubaudit ibi Bartolus,vel promiſſæ : & mouetur Bartolus per textum in dicta.l.j. ¶ Eandem opinionem tenet Salycetus in dicta.l.aſsiduis.in principio quęſtionis & mouetur vltra alia quæ adducuntur pro hac opinione : quia in ambiguis doti eſt fauendum.l.in ambiguis. ff. de iure dotium : ſed vbi ſunt opiniones doctorũ res dicitur dubia & ambigua,vt not.in.§.quibus.C.de no.co.cõpo. & in.l.leges.C. de legi.merito tenẽda videtur opi.Iaco.de are.& & ſequatiũ,quæ fauet doti mouet̃ etiã Sa-
ly.quia



ly.quia tex.in.d.§.& vt plenius.introduxit hãc tacitam hypothecam ex quadã tacita obligatione quã lex fingit maritũ feciſſe mulieri:ſicut fingit mulierẽ ſtipulatã fuiſſe dotẽ ſibi reddi. ¶ Ego autem pondero illũ text.pro hac opinione alio modo:videlicet ꝙ illa tacita hypotheca inducitur in.d.§. & vt plenius. in dote ſiue detur,ſiue promittat̃ in duobus locis ibi dederint,vel promiſerint,vel ſuſceperint:& in fine ibi detur,vel promittatur vel ſuſcipiatur:& ſic nõ ſolũ ex datiõe dotis,ſed etiã ex promiſſione reſultat illa tacita hypotheca,& ꝑ hoc infero quod Bar.in.d.l.aſsiduis. rectè ſubauditur in verſic.datæ,vel promiſſæ:cũ ergo in tex.illo probetur ineuitabiliter quod hypotheca oriatur etiã ex promiſsione: debet intelligi quod oriatur tẽpore promiſsionis:quia qualitas tacitæ hypothecæ adiuncta dicto principio promiſſę debet intelligi ſecundũ tempus promiſſionis.l.in agris.ff.de acqui.rerum do.&.l. in delictis.§.ſi extraneus.ff. de noxa.& ad.d.legẽ cũ oportet.§.fi.quam gl.allegat in contrariũ:reſpondet Saly.quòd illa potius facit pro iſta opinione quã pro contraria:ſed non dicit Saly.quomodo: ſed tu dic quod ideo facit pro iſta parte: quia ſcilicet illa tacita hypotheca quæ in dicta.l.cũ oportet. in fine, inducitur in bonis patris pro bonis maternis per eum alienatis trahitur retro ad tempus quo pater incepit adminiſtrare dicta bona materna:& ita illum textũ in propoſito intelligit Bal.no.in .x. parte in.xxiij.col.vbi examinat hunc articulũ,ſed illum indeciſum relinquit dicendo eſſe ſuper eo cogitandũ:quia maxima eſt autoritas gloſſ.& Spec.ſed eandem opinionem Iacobi de aretio & ſequatium tenet Imo.poſt Pet.in.c.ex literis.de pig. Addens tamen ad hoc quod talis tacita hypotheca incipiat à die promiſſionis ſequuta poſtea numeratione, & eſt bona ſuppletio:& hanc opinionem dicit eſſe communem Sozi.in conſilio.cclxix.pro inueſtigatione. in tertia quæſtione, & quarta colum.in verſi.quarto & vltimo in ſecũdo volu.¶ Vnde cùm iſta opinio ſit communior & verior, non videtur ab ea recedendum,iuxta no.in.c.ne innitaris,de conſti.& tenendo hãc opinionem non videtur obſtare vnum quod in contrarium adducit Bal.not.in.d.x. parte in colum.xiij.videlicet quod ſecũdum iſtam opinionem duæ concurrunt fictiones. Prima, quia inducitur tacita hypotheca fauore dotis.ſecunda, quòd retrotrahitur ad tẽpus promiſsionis cõtra not.in.l.j.C.de do.promiſ.Quia reſpõdetur quòd iſtud ꝙ retrotrahatur ad tempus promiſſionis nõ eſt ſpeciale in dote,vt dictum fuit ſuprà in precedenti quæſtione nume. 78. Imò eſt regulare in quolibet alio creditore quãdo ſcilicet non eſt in volũtate,ſed in neceſsitate receptio crediti:quia tũc ſemper hypotheca trahitur retro ad tempus promiſsionis:vt.d.l.j.ff.quì po.in pign.habe.& iu d.l.qui balneũ.in princ.eo.ti.merito nõ cõcurrit,niſi ſpecialitas tacitæ hypothecæ introductæ per dictum.§.& vt ple-
81 nius.† & licet tex.in.d.l.j.cum concor. loquatur in expreſſa hypotheca,nos autẽ ſumus in tacita:tamẽ taciti & expreſſi idẽ eſt iudiciũ.l.cũ quid.ff.ſi cer.petatur. & licet aliquãdo expreſſum magis operetur quàm tacitum:tamen ſufficit ꝙ regula ſit in cõtrarium:& qui vult ſe fundare in exceptione,quòd ſcilicet iſto caſu expreſſa hypotheca operet̃ magis in retrotrahendo ad promiſsionẽ ꝗ tacita debet probare hãc exceptionẽ per legẽ vel autoritatẽ : aliâs ſtãdum eſt regulæ iuxta latè nota.per Iaſ.in .l. ſecunda in

vij.

vij.col.ff.ſi quis in ius voca.non ier.&
in.l.cætera.ff.de lega.j.¶Vnde cõcludo
ꝙ tenenda ſit opiñ.ꝙ tacita hypotheca
trahat̃ retro ad tẽpus promiſsiõis & ma
trimonij:prout in præcedẽti quęſtione
dictum fuit in expreſſa hypotheca quæ
nota.qa nõ inuenies examinata plenius
82 ꝑ alique.¶† Quintò,quæritur,ſi mu-
lier habet ꝑ cõuentionẽ & pactũ expreſ
ſam hypothecã pro dote,an etiã tũc ha
beat tacitam à lege inductam?& in hoc
licet tex.in.l.fina.C.de pac.conuen.ſu-
per dote dicat qđ illa tacita hypotheca
introducta per dictam legem ſi.pro bo-
nis paraſernalibus,vt(ſuprà dixi ) in.x.
ampliatione huius quarti caſus numero
63.non habeat locum quãdo mulier ꝓ
illis bonis cõuentionalem & expreſſam
hypothecam recepit:& ſic quòd proui-
ſio hominis in hoc faciat ceſſare proui-
83 ſionem legis.† Tamen gl. Ioannis ibi
in verſi.cõtẽtam.in fine.tenet aliud eſ-
ſe in dote,videlicet quod etiam ꝙ mu-
lier pro dote accipiat ſpeciale pignus:
tamen per hoc non ceſſet generalis ta-
cita hypotheca à lege inducta:& illam
glo.tenent ibi Cy.Bal.& latius Salyce.
qui de hac deciſione gl.aſsignãt etiã ra
tionem,& eſt quia vxor per pactum nõ
poteſt conſtituere ius dotis deterius:&
ita dicit Salycetus tenere omnes docto
res.Idem firmat Saly.in.d.l.aſsiduis.in
princ.in.vij.quæſtione,vbi dicit ꝙ no-
ſtri docto.cõmuniter tenent illam gloſ
ſam & aſsignat eandẽ rationem:ſubdit
tñ ꝙ pro veritate eſt diſtinguendũ hoc
modo videlicet quòd ſi expreſſa hypo-
theca alicuius rei ꝑticularis interpoſi-
ta fuit ante generalem tacitam,illa non
pręiudicat tacitæ generali & hoc modo
procedit gl.in.d.l.fina.& eſt ratio ſecũ-
dum eum, quia nihil contradicit quin
ſpeciali hypothecę non poſsit accedere
generalis.l.ij.C.de pig.&.l.doli clauſu-
la.ff.de verbo.obliga.ſed ſi poſt genera
lem,expreſſam,vel tacitam,vel etiã ge-
neralem:mulier de ſpeciali expreſſa in
aliqua re ſibi prouideat:nõ præiudicat
præcedentibus generalibus: quia ſcili-
cet ius dotis deterius facere non poteſt
verò ſibi prouidet de generali expreſſa
antequàm fuerit orta generalis tacita:
tũc dicit Salycetus qđ generalis expreſ
ſa impediet generalem tacitam nate:&
ratio eſt,quia generalis expreſſa eſt vti
lior,quã tacita vel ſaltem æquiualet ta
citæ:ſed ſubdit quod vbi poſsit reperi-
ri caſus in quo generalis tacita eſſet ma
ioris vtilitatis quàm generalis expreſſa,
tunc tacitæ generali non præiudicare-
tur per generalem expreſſam , nec ſcili-
cet per pactum mulieris ius dotis con-
ſtituatur deterius,& dictam gloſſam di
cit eſſe communiter approbatam Alex.
in cõſil.lviij.in cauſa mota numero.ij.
84 vij.volumine.¶† Eandem gloſſam ſe-
quitur Baldus no.in ſexta parte in pri-
uilegi.lxviij.& ibi dicit per dictam gl-
ſam vidiſſe decidi notabilem quæſtionẽ
in facto.Nam vir obligauerat in inſtru
mento pro reſtitutiõe dotis omnia ſua
bona mobilia & immobilia,in qua obli
gatione de iure non veniebant nomina
debitorum cùm illa faciant tertiam ſpe
ciem:vt habetur in.l.quam Tuberonis.
§.alia.ff.de pecunia legata.& in lege à
diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudi
cata.& mulier ſoluto matrimonio age-
bat hypothecaria contra debitorẽ viri
tanquam illud eſſet ſibi obligatum pro
reſtitutione ſuæ dotis vigore tacitæ hy
pothecæ à lege inductæ: ſed cõtra eam
excipiebatur quod ex quo illa ſibi pro-
uiderat per generalẽ expreſſam hypo-
thecã omnium bonorũ mobiliũ & im-
mobiliũ quòd videbatur receſsiſſe ab
extraor-
extraordinaria tacita inducta à lege.
Dicit ipſe quod obtẽtum fuit cõtrariũ
in fauorem mulieris per dictam gloſ-
ſam in.d.l.fina.& mouetur ipſe eadem
ratione,qua motus fuit Salicetus ſuprà
allegatus,videlicet quod mulier nõ po
tuit paciſcendo,vel renunciando face-
re deterius ius ſuæ dotis per legem.ij.
&.l.de die.&.l.Attilicinus.ff.de pactis
dotalibus, & cura pactum expreſſum
mulieris non poſsit doti præiudicare,
minus debet præiudicare tacitum.arg.
l.cùm quid.ff.ſi cert.peta.& non habet
obſtare ſecũdùm eum.l.etiam.&.l.iu-
bemus.C.ad velleia.vbi habetur quòd
mulier põt renunciare ſuæ hypothecæ,
etiã ipſi viro vt habetur plenius.l.Me-
uia.§.j.ff.ſol.matri.de quo tamen vidẽ
dum eſt ibi per Alexandrum.Nam ſe-
cundum eum prædicta procedere poſ-
ſunt in hypotheca cõuẽtionali:quia nõ
eſt tanta ratio prohibitiõis in hypothe-
ca conuentionali,in qua mulier renun-
ciat fauori inducto ex ſua prouiſione,
quanta eſt in hypotheca legali de qua
in.d.§.& vt plenius.quæ tempore di-
ctarum.ll.nõdum erat introducta : lex
enim magis ſuum quàm tuum auxiliũ
conſeruat.d.l.aſsiduis. gloſſ.in.l.j.C.ſi
aduer.tranſac.& ita dicit fuiſſe de men
te Cyn.in.d.l.aſsiduis.dum allegat.l.ſi
vnus.§.quod in ſpecie dotis.ff.de pac.
quòd ſecundum eum eſt valde no.ad li
85 mi.dictæ.l.etiã &.d.l.iubemus.¶† Sed
iſta ratio Bal.no.non videtur tuta.Nã
nõ videtur maior ratio in tacita hypo-
theca quo ad renunciationem illi faciẽ
dam quam ſit in expreſſa:ſed eadem vi
detur eſſe ratio in vtraq; : argu.l.cũ q̃d
ff.ſi cer.peta.& cõmuniter ſolet conclu
di ꝙ renũciatio hypothecè facta ꝑ mu-
lierem non valeat , niſi remaneant tot
alia bona apud maritum vltra ea in qui
bus renũciatũ eſt hypothecæ qđ ſuffi-
ciant pro dote:vt habetur in.d.l. iube-
mus.& per Alex.in.d.l. Meuia.§.j.niſi
tamen eſſet renunciatum cum iuramẽ-
to:quia tunc valet indiſtinctè,vt ibi per
Alex.& latè per Alexandrum in conſil.
lxxxiij.viſo proceſſu numero.5.vſq; ad
nume.10.vj.volu.& in hoc non conſti-
tuitur differentia inter tacitã & expreſ
ſam:ſed ſatis eſſe videtur quod rema-
neant bona ſufficientia apud maritum
pro dote.nam tunc non cenſetur cõſti-
tutũ ius dotis deterius,ex quo non in-
curritur damnum.l.damnum.ff.de dã.
86 infec.¶† Nec in.d.l.aſsiduis.probatur
quòd lex magis cõſeruet auxilium per
eam introductũ quàm illud ꝙ fuit in-
troductũ per prouiſionẽ hominis : ſed
potius probatur cõtrarium : nam ex ea
ſumit̃ hoc notabile ꝙ lex multotiẽs ali
cui denegat auxiliũ ꝑ ipſam legẽ intro
ductũ,ſed nunquã denegat auxiliũ in-
troductũ per ipſam partem. ¶Diſpu-
tatur enim in.d.l.aſsiduis.per gl.& do-
cto.an priuilegium prælationis conceſ
ſum per.d.l.tacitæ hypothecæ,quo me
diante tacita hypotheca dotis præfer-
tur cuilibet alteri tacitè anteriori:extẽ
datur etiam quo ad præferendũ eã ex-
preſsè anteriori:& cõmunis eſt opinio
ſecundum Bar.ibi & alios quod dictũ
priuilegiũ prælationis militet reſpectu
alterius tacite anterioris,non autẽ re-
ſpectu expreſsè : mouentur autem do-
cto.ad hoc quia lex alicui poteſt dene-
gare & tollere auxilium per ipſam legẽ
introductum & ſic facere ꝙ tacita ante
rior per eam conceſſa vni non præfer-
tur poſteriori tacitæ doti conceſſæ : ſed
nõ præſumit̃ ꝙ lex velit auferre alicui
prouiſionẽ ꝑ ipſum factã,& ſic ꝙ ante-
rior expreſſa acquiſita alicui ex ſua ꝓ-
uiſione poſtponat̃ tacitæ doti conceſſę.

& ideò illatio Bal.no.non probatur.
¶Vnde ratio dictæ gloſ.in.d.l.fin.C.de
pact.conuent.quòd per expreſſam pro-
uiſionem non cenſeatur derogatum ta
citæ hypothecę dotis conſiſtit(vt dictũ
eſt.ſ.)in eo, videlicet ne ius dotis fiat
deterius ꝙ per mulierẽ fieri nõ pōt: vt
d.l. Attilicinus.&.l.ij.ff.de pactis dot.
¶Intellige tamen quando maritus præ
decederet vxori:ſed ſi vxor prædecede
ret marito valeret pactum,etiã in præ-
iudiciũ dotis:vt notat gloſſa in.d.l.ij.
& tex.& gl.nota.in.l.j.circa principiũ.
ff.de dote prælegata & habeť ꝑ Alex.in
l.ſi ſocer.ff.ſo.ma.vbi ponitur materia,
an & qn̄ valeat pactum in præiudiciũ
dotis tã ex parte mariti quàm vxoris.
87 ¶†Poteſt etiam fundari ratio deciſio
nis gloſſæ in.d.l.fin,in alio.videlicet ꝙ
licet dictus articulus,an per prouiſio-
nem hominis cenſeatur receſſum à pro
uiſione legis,habeat materiam brocar-
dicam:vt habetur per Cynum poſt Pe-
trum in.l.ij.C.de iure emphyteutico.
& ibi latè per Iaſ.in fol.clxxij.in.j.co-
lumna.tamen ex relatis ibi per Iaſ.duæ
rationes adaptari poſſunt ad deciſio-
nem gl.in.d.l.fi.quæ vult ꝙ in dote per
expreſſam hypothecam non cenſeatur
receſſum à tacita.¶Prima eſt,ꝙ illa re-
gula quod per prouiſionem hominis
cenſeatur receſſum à prouiſione legis
procedit quãdo prouiſio legis eſſet in-
troducta de iure ſpeciali ex priuilegio:
ſecus autem quando prouiſio legis eſ-
ſet de iure cõmuni.¶Secunda eſt, quia
dicta regula procedit quo ad prouiſio-
nem.l.naſcituram: non autem quo ad
iam natã.ita tenet Bal.in.l.vbi adhuc.
in.vij.col.C.de iure do.& Iaco.de bel.
Cy.& Bal.in.d.l.fi.C.de pactis cõuen.
88 & Iaſon in.d.l.ij.¶†Et prædicta proce
dunt,qn̄ poſt acquiſitam hypothecam
ipſi mulieri ipſa renunciat. tunc enim
procedunt.d.l.iubemus. &.d.l.etiã.C.
ad velle.Sed ſi à principio dotis ꝓmiſsè
vel datæ mulier paciſcereť quòd bona
mariti nõ ſint obligata pro dote.tũc ſi
bona ſunt apud maritum & alijs credi
toribus,nõ ſunt obligata:& ſic pactum
nõ fuit in fauorem tertij,ſed ſolius ma
riti,non valeret tanquàm initum con-
tra naturam contractus dotis, quæ eſt
quod res mariti ſit obligata ꝓ dote.d.
§.& vt plenius.ita notat Bald.& Salyc.
poſt Nico.de matha.in.d.l.etiã.& ha-
beť in.d.l.fi.C.de pactis cõuen.& Bal.
in rubri.C.de priui.dot.in.ij.colum.in
verſicu.item expreſsè.¶Sed licet ita di
cendũ ſit ex parte vxoris dubitari pōt,
an idem etiã ſit ex parte mariti: videli-
cet,an per expreſſam hypothecã mari-
tus cẽſeatur receſsiſſe à tacita introdu-
cta per dictũ.§.& vt plenius.& an idẽ
etiã ſit ſi maritus accepit fideiuſſorẽ ꝓ
89 dote.†nã hoc caſu ſcilicet pro dote dã
da marito pōt accedere fideiuſſor: ſed
non pro dote vxori reddẽda,vt latè per
Bal.nota.in.vj.parte.xxj.priuilegio.Et
ſic,an gl.in.d.l.fi.C.de pac.cõuen.quæ
vult,ꝙ mulier per expreſſam hypothe-
cã interpoſitam pro dote nõ cenſeatur
recedere à tacita, militet etiã ex parte
90 viri.¶†Et videtur dicendum ꝙ non,
per textum in.d.l.fin.& pro hoc facere
videtur tex.in.l.pe.ff.quibus mod.pig.
vel hypothe.ſolu.vbi quis recipiendo à
colono ſuo fideiuſſorem,videtur renũ-
ciaſſe tacitæ hypothecę ſuper rebus in-
uectis & illatis.de qua in.l.item quia.
ff.de pac.& in l.ſi certi iuris.C.loca.ſe-
cus autem ſit in expreſſa hypotheca:
quia ab illa nunquam recedi cenſetur
per fideiuſſorem poſtea præſtitum ipſi
locatori:vt eſt textus not.in.l.item li-
beratur.ff.quib' modis pignus vel hy-
pothe.



pothe.ſol. Nec videtur obſtare ꝙ etiam
in.d.l.pe.fuit etiam interpoſita expreſ-
ſa hypotheca:& tamen illi cenſetur re-
nũciatum per fideiuſſorem poſtea acce
ptum:quia reſponderi pōt ꝙ expreſsio
hypothecæ in.d.l.pe.nihil operatur ex
quo tacitè inferat ſuper rebus inuectis
& illatis per.l.non rectè.C.de fideiuſ-
ſo.& iſta videtur vera ſolutio in.d.l.pe.
quia aliàs poſita ibi in glo.& in.d.l.itẽ
liberatur.§.fi.videtur diuinatiua.& ita
tenet Bald.nota in.d.vj.pte priuilegio.
lxviij.pro quo etiã ſubdit bene facere.
l.j.§.ſciendum.ff.de ſepara.qui tex.ſo-
let põderari pro notabili,ꝙ vnus cor-
reorum debendi dãdo fideiuſſorem ꝓ
ipſo debito videtur renunciare benefi-
cio diuiſionis de quo in authẽ.hoc ita
C.de duo.re.¶Prætereà ꝓ hoc etiã fa-
cit,quia ratio quæ aſsignatur ꝑ docto.
ſuper deciſione.d.gl.in.d.l.fi.ꝙ ſcilicet
mulier non poſsit facere ius dotis dete
rius,nõ militat,ſed ceſſat ex parte ma-
riti:vt colligitur ex nota.per Alex.poſt
Imo.in.d.l.ſi ſocer.ff.ſolu.ma. ¶Tamẽ
licet prædicta ſtringere videantur puto
quòd contraria opinio ſit de iure ve-
rior,videlicet quòd idem ſit dicendum
ex parte mariti ꝙ.ſ.dictum fuit ex par
te vxoris:quia licet ceſſet dicta ratio,ta
men:vt dictum fuit.ſ.illa non eſt vni-
ca ratio dictæ deciſionis:ſed reddi etiã
pōt alia ratio,videlicet quòd.d.regula
quod per prouiſionem hominis cen-
ſeatur receſſum à prouiſione legis non
habet locum in prouiſione legis iam
nata:ſed in naſcitura tantum:vt ꝑ Bal.
in.d.l.vbi adhuc.in.vij.colum. & per
Iaſo.in.d.l.ij.& dictum eſt.ſ.Et iſtam
rationem ſentit expreſsè gloſ.in.d.l.fi-
na.in verſic.contentam.Item.d.regula
procedit,quando prouiſio hominis eſt
æquè plena ſicut prouiſio.l. tunc enim
cenſetur receſſum à prouiſione legis:ſe
cus autẽ quando prouiſio hominis non
eſt æquè plena:ſed prouiſio legis aliqd
poteſt addere: ita not.Cynus & docto.
91 in.d.l.ij.¶†Et propterea ſolet commu
niter concludi,quòd licet locator pro-
uideat ſibi de ſpeciali & expreſſa hypo
theca in certa re cõductoris, non pro-
ptereà ceſſare debet tacita inducta à le-
ge ſuper bonis inuectis & illatis:vt fir-
mat Dyn.inſtitu.de act.§.item Seruia-
na per dictam.l.fi.ſequuntur Cy.& Sa
lyce.in.d.l.certi iuris.licet ibi Bal.ſen-
tiat cõtrarium.eandem opinionẽ tenet
Angel.de aret.in.d.§.item Seruiana.in
ij.colũ.in verſi.quid ſi locator:& reſpõ
det ad.d.l.fi.quòd prouiſio legis nun-
quam ceſſat quando prouiſio hominis
nõ eſt æquè plena,ſed prouiſio legis po
teſt aliquid addere ꝓuiſioni hominis,
ex quibus apparet ꝙ nõ eſt illa ſola ra-
tio:vnde licet illa ceſſet non ceſſat ꝓui
ſio & diſpoſitio,ex quo aliæ ratiões ad
ſunt argumen.§.affinitatis.& ibi nota
inſtitu.de nup.¶Nec obſtat tex.in.d.l.
penult.ff.quib.modis pig.vel hypothe.
ſolu.quia imò vera ſolu.in illo tex.re-
ſpectu ad dictã.l.item liberatur.§.fi.eo.
titu.quæ videtur contrariari: eſt quòd
in.d.l.penul.fuit conuentum,ꝙ per ſa-
tiſdationem pignora eſſent liberata vir
tute. ergo pacti expreſsi illud euenit,
quòd non fuit in.d.l.item liberatur.§.
fina.quia ibi non fuit de hoc inter par-
tes conuentum:& iſtã ſolu.tenet Bart.
in.d.l.item liberatur:& in.d.l.penulti.
Nec eſt verum ꝙ illa ſit diuinatiua ad
illum textũ in.d.l.penul.quia imo ex-
preſsè hoc dicitur in.d.l.penultima.
¶Item eſt aduertendũ ꝙ in.d.l.penul.
expreſſa hypotheca non fuit generalis:
ſed fuit ſolum de rebus inuectis & illa-
tis, vt ſcilicet illa eſſent expreſsè obli-

 gata,

gata, donec merces eſſet ſoluta, aut ſa-
tiſfactum: illa ergo tacita q̃ inerat ſuper
inuectis & illatis tanquàm inutilis pro-
pter expreſſam fuit ſublata: quia (vt. ſ̃.
concluſum fuit) ex parte vxoris, iuxta
diſtinctionem Salyce. in. d. l. aſsiduis. in
ſeptima quæſtione quando expreſſa eſt
vtilior tacita vel ſaltē æquiualet tacitæ.
tunc per expreſſam ceſſat tacita tanquā
inutilis. vnde in dicta. l. penulti. per ex-
preſſam fuit ſublata tacita tanquā red-
dita inutilis ꝑ expreſſam: & ſic tollitur
illud quod dicebat Bald. not. qđ in. d. l.
penul. expreſſa hypotheca nihil opera-
batur: quia tacitè inerat: cùm imò per
expreſſam ęquiualentē tacitè fuerit ibi
ſublata tacita: & ſic ibi non fuit ſublata
tacita per dationē fideiuſſoris: quia ta-
cita fuerat prius ſublata per expreſſam:
ſed fuit ſublata expreſſa per pactū con-
uentū, quod dicta expreſſa duraret, do-
nec eſſet ſatiſfactū cōductori: quod fuit
adimpletū per fideiuſsionē præſtitā: vt
l. quod ſi non. ff. de pign. actio. Aliud eſt
ergo dicere, an per ſatiſdationē volūta-
riè præſtitā à debitore creditori, videa-
tur creditor recedere ab hypotheca. &
dicendū eſt ꝙ non, & hoc modo proce-
dat dicta. l. itē liberatur. §. fina. & aliud,
an præſtita ſatiſdatione ex pacto cōuen
to: quod pignora eſſent obligata donec
ſatiſdaretur, ſint ſublata pignora: & di-
cendū eſt ꝙ ſic, ex quo ita cōuentū fuit,
92 & hoc modo ꝓcedat. d. l. peñ. ¶ † Et pro
batur iſta cōcluſio: quia quādo præſta-
tur ſimpliciter fideiuſſor qui accedit ve
teri obligationi, nō naſcitur noua obli-
gatio ſed fit additamentū maioris cau-
tionis primæ: & tali caſu etiā de iure. ff.
nō fiebat nouatio: vt habetur per Alex.
poſt alios in. l. iiij. §. ſi ex cōuentione. ff.
de re iudic. & hoc modo loquitur text.
in. d. l. itē liberatur. §. fin. Sed quādo fi-
deiuſſor præſtatur per modū ſecunda
obligationis, tunc de iure. ff. inducebat
nouatio ſecundū Bart. in. l. penult. ff. de
præto. ſtipula. & habetur ꝑ omnes in. l.
qui vſumfructum. ff. de verb. obliga.
93 ¶ Et quādo prouiſio hominis fit ad no
uandum prouiſionē legis: tūc prouiſio
legis etiam quæ eſt de iure cōmuni to
litur per prouiſionē hominis, ita tenet
Cynus & Salycet. in. d. l. ſecunda. C. de
iure emphyteutico, & habetur in. d. l.
iiij. §. ſi ex conuentione. & firmat Saly
cetus poſt Petr. in. d. l. fina. C. de pac.
conuen. & refert Iaſ. in. d. l. ſecunda nu
me. lxxvj. Merito. d. l. penulti. in qua
fundat Bal. not. non probat eius inten
tionem: quia ſi rectè aduertatur illa ſa
tiſdatio, de qua in. d. l. penulti. præſtita
fuit ibi tāquàm noua promiſsio & obli
gatio, & non per modum acceſſorium
ad primam: ſed potius per modum no
uationis permiſſæ de illo iure. ff. ex pa
cto. ita inito inter partes: nimirum ergo
ſi ibi fuit ſublata expreſſa hypotheca
per dictam ſatiſdationem, & etiam ta
cita quę not. quia ſunt aliquantulū ſub
tilia & non inuenies per aliū examinata
& meo iudicio concludenter probant.
¶ Et propterea puto tenendum quod in
hoc art. an ꝑ expreſſam hypothecā cen
ſeatur receſſum à tacita? Idem ſit dicen
dū in marito, quod dictū fuit in vxore.
¶ Sexto quæritur in materia, an dicta ta
cita hypotheca de qua in dicto. §. & vt
plenius ſit priuilegiata priuilegio præ
lationis: quo mediante præferri debeat
alij anteriori tacitè alterius creditoris?
& in hoc communis eſt opinio, quòd
vxor in dicta tacita hypotheca ſit priui-
legiata, & pręferatur alijs creditoribus,
prætendentibus etiam tacitam. iſte eſt
textus. in. d. l. aſsiduis. C. qui po. in pig.
94 hab. † & licet priuilegium tacitæ hy-
pothe



pothecę ſine priuilegio p̄lationis tranſ-
eat in hæredes etiam extraneos: vt dixi
ſuprà in ſecunda & tertia ampliatione
præſentis caſus nume. 30. 31. & 32. & in
omnes alios, ad quos tranſit actio de do
te præterquàm in extraneū dotantem
& ſtipulantem dotem ſibi reddi: vt dixi
ſ̃. in prima fallētia numero. 72. Tamen
iſtud priuilegium pręlationis de quo in
d. l. aſsiduis. non tranſit ad hæredes ex-
traneos, ſed ſolùm trāſit ad filios: vt eſt
textus in. d. l. aſsiduis. §. exceptis. & ibi
gloſſ. Barto. Bal. & alij & tex. & ibi glo.
95 & docto. in. l. j. C. de priui. dotis. ¶ † Sed
difficultas eſt, an tale priuilegiū tranſ-
eat ſolùm ad filios eiuſdē matrimonij,
an etiam ad filios alterius matrimonij?
& glo. in. l. etiam. ff. ſoluto matrimonio
voluit, quòd tale priuilegium tranſeat
etiam ad filios alterius matrimonij: &
vt refert ibi Bald. cum opinione dictæ
gloſſæ, tenuerunt Iacobus de Aretio.
Dynus & Cynus. & iſtam opinionem
tenuit Salycet. in. d. l. j. C. de priui. do.
& in. d. l. aſsiduis. §. exceptis.
¶ Sed contrariam quòd nō tranſeat, niſi
ad filios eiuſdem matrimonij tenet glo.
in. l. ſi cùm procurator. ff. de re iudicata.
& iſtam opinionem tenet ibi Barto. &
Bar. Bald. Angelus & modernio. in. d. l.
etiam. & Iacob. de beluiſ. in ſua diſpu-
ta. quam poſuit in. l. j. C. de rei vxo. act.
& Bar. in. d. l. j. C. de priuileg. dot. & ibi
Bald. in dicta Rubric. & Bal. in. d. l. aſsi
duis. eandem opinionem tenet Bald. no
ta. in decima parte in. v. limi. & in vlti-
ma parte in. vj. col. in verſi. tertio quęro
circa priuilegium prælationis.
¶ Eandem opinionem tenet Angel. de
aretio in. d. §. fuerat. in vndecima colū.
in verſiculo, in ea gloſſ. ibi & alijs de-
ſcendentibus. vbi etiam firmat, quòd
tale priuilegium non ſolum datur filijs,
ſed etiam alijs deſcendentibus, dummo
do ſint eiuſdem matrimonij: & de hoc
vltimo eſt tex. in authen. ſi quid. in ver-
culo, ſeu quælibet ſoboles eius. C. qui
potio. in pign. habe. & ita etiam in præ-
dictis tenet Alexā. poſt alios in. d. l. etiā
in prima colum. & ita puto eſſe tenen-
dum cum iſta (vt apparet ex relatis) ſit
communis opinio. & ita etiā tenet Ale
xander in conſilio. lviij. in cauſa mota.
numero. 4. ſeptimo volumine. Quāuis
Salycetus in. d. l. j. & in. d. l. aſsiduis. fa-
ciat in contrarium aliqua fundamenta
pro defenſanda dicta gloſſ. in. d. l. etiam.
quibus de facili poſſet reſponderi: ſed
non curo cùm (vt dixi) iſta ſit commu-
nis opinio. prout etiam affirmat Alexā.
in conſilio. lviij. numero. 4. ſeptimo vo-
96 lumi. ¶ † Septimò, quæritur, an dictum
priuilegium tacitæ hypothecæ cū præ-
latione de quo in. d. l. aſsiduis. cōpetat
vni mulieri cōtra aliam mulierem præ-
tendentem ſimilem hypothecam ex cau
ſa alteri° dotis? & breuiter reſpōdetur,
ꝙ non, vt eſt caſus in. d. l. aſsiduis. in. §.
exceptis & ibi per omnes. in verſicu. in
duabus. Intellige tu, niſi ex rebus ſecun
dæ vxoris, quæ in dotē datæ eſſent: ali-
quid ſupereſſet: quia in eo quod ſupereſ
ſet præferri deberet illa vxor cuius res
eſſent primæ vxori: tex. eſt in authen. ſi
quid ex rebus. C. qui potio. in pig. hab.
97 & ibi per omnes. † Item intellige qñ
duæ dotes ex eadem ſubſtantia peteren
tur actiōe de dote: tali enim caſu loqui-
tur quādo dos fuiſſet legata per maritū
vxori & peteretur actione ex teſtamen-
to: tunc enim præferri non deberet in
dote agēs actione ex teſtamēto. Ita re-
fert Sozi. in cōſil. cclxix. pro inueſtiga-
tione ſecūdo volumi. in. iij. colum. verſi
cu. ſed ab hac ratione videbatur tenuiſ-
ſe Rapha. fulgo. in quodam ſuo cōſilio:

 & licet

& licet Sozi.in dicto loco aliter non fir-
met hanc deciſioné: & non inueniã di-
ctum conſiliũ. Rapha. inter cõſilia im-
preſſa,ſed puté illud fuiſſe originaliter
apud Sozi. Tamen puto deciſioné eſſe
veram:quia hypotheca tacita,cui acce-
dit dictum priuilegiũ prælationis com
petit,& datur actioni de dote vt in.d.§.
& vt plenius: vnde non poteſt extendi
vt detur in actione ex teſtamento pro
dote legata:quia de diuerſis non debet
fieri illatio.l.iiii.ff.de calumnia.& quia
dicta.l.aſsiduis. eſt correctoria iuris cõ-
tra regulam, qui prior.libr.ſexto.vnde
non debet extendi per nota.in authen-
tica quas actiones.C.de ſacroſanct.eccl.
& per legem ius ſingulare.&.l. quod ve
rò cõtra.ff.de legiti. Et ideo (vt dictum
fuit ſuprà) dictum priuilegium præla-
tionis non datur in donatione propter
nuptias: vt dixi in.xj.ampliatione nu-
mero.69. nec etiam in bonis in mariti
pro adminiſtratione bonorũ parapher-
nalium,vt dixi ſuprà in decima amplia-
tione numero.65.& eſt textus & ibi no
ta.Salycetus.in dicta.l. aſsiduis.§.fina.
¶ Dum autem dictum eſt quod tacita
hypotheca pro dote poſterior pręfertur
alij tacitæ anteriori per dictam legem
aſsiduis. Intellige,niſi tacita anterior
eſſet inducta à ſtatuto.cũ hoc priuilegio
quod habeatur pro expreſſa perinde ac
in inſtrumẽto eſſet poſita. Ita tenet Ro
ma. in cõſil.cxlvij. licet hæc pars &c.ſi
tunc enim ſecundum Roma.ceſſaret di
ſpoſitio.d.l.aſsiduis: ſequitur Alexan-
der in conſilio.58.in cauſa.ſeptimo vo-
lumine. ¶ Octauo, quæritur an mulier
habens tacitam hypothecam pro dote
anteriorem alijs creditoribus qui ha-
bens expreſſam poſteriorem præferatur
dictæ expreſſæ poſteriori? Ange.de Are.
inſti.de actio.§. fuerat.in.vj.col.in glo.
in verſi. creditoribus. tenet ꝙ not.per
glo.ibi:& per gloſſ.in.l.aſsiduis.& in ca
pi.ex literis.de pign. idem videtur tene
re Alexan. ſub dubio in apoſtil.ad Bal.
in.d.l.aſsiduis.in verſi.expreſſam.& al-
legat Dyn. in regula qui prior libr.vj.
98 ¶ † Sed aduerte, ꝙ imò Dyn.ibi tenet
expreſsè contrariũ, & gloſſ. quas alleg.
Ange.de aret.nihil de hoc dicũt:& Bal.
Ange. & Saly.in.d.l.aſsiduis.tenét con-
trariã opinioné,videlicet ꝙ mulier ha-
bens tacitã anterioré præferatur expreſ
ſè poſteriori,& ꝓbatur iſta opinio:quia
ſi tacita anterior pro dote nõ præferre-
tur expreſſæ poſteriori aliorũ creditorũ
fruſtra diſputaret glo.in.d.l.aſsiduis.an
tacita poſterior pro dote pręferatur ex-
preſſæ anteriori, ſicut præfertur tacitæ
anteriori:quia ſi tacita anterior pro do-
te non preferretur poſteriori expreſſæ,
vtiq; indubitatũ eſſet ꝙ nõ deberet pre-
ferri expreſſæ anteriori: & ſic ridicula
eſſet diſputatio illius gl.& doc.ſuper ea.
¶ Probatur etiã iſta opinio per tex.in.l.
j.C.rem alie.geré.vbi tex.ꝙ pupillus ha
bens tacitã hypothecã in bonis tutoris
præfertur expreſſæ poſteriori etiã fiſci:
à fortiori ergo debet ꝑferri mulier pro
dote in ſua tacita hypotheca alteri ex-
preſſæ poſteriori:cùm ipſa mulier in ta-
cita hypotheca in dubio quãdo cõtẽdit
cũ fiſco,& omnib⁹ alijs pręferri debeat:
vt eſt tex.in.d.l. aſsiduis. & dicam.j. in
xij.q.nu. 108. Tamen mulier cũ tacita
hypothec.nõ præfertur creditoribus ha
bentibus expreſſam anterioré: vt eſt gl.
cõmuniter approbata in.d.l. aſsiduis.
ſecundũ Bar.ibi & tenet Alex.in cõſil.
lviij.in cauſa mota num.6.viij. volumi.
¶ Adde quod licet ita ſit in dote,videli-
cet ꝙ tacita poſterior præferat anteriori
tacitè per.d.l.aſsiduis. Tamé in alijs ca-
ſibus extra doté regulariter loquendo,
ſiue



ſiue ſimus in expreſſa,ſiue in tacita:ſem
per prior in tẽpore præfertur,etiã ſi an-
terior eſſet tacita & poſterior eſſet ex-
preſſa:& etiã ſi dictus poſterior habens
expreſſam & præferri volés eius vigore
eſſet fiſcus:ita inquit Dy. in regula qui
prior.lib.vj.& Cyn.in.l.ſi fundũ.C.qui
po.in pig.hab.per.l.vni.ſecũdo reſpõſo
C.rem aliena.geré.& fuit de mẽte Bar.
in.l.ſi is.ff.de iure fiſci.verſi. quæro, &
reuoco in dubiũ &c.licet nõ ita expreſ-
sè dicat prout Dyn.& Cy. & ita expreſ
sè tenet Alexã.in conſil.lviij. nume.4.
vij.volumi.de qua tamé materia latius
dicam.j.in effectu prioritatis, & ibi li-
99 limitabo. ¶ † Nonò, q̃ritur an mulier
habens pro dote expreſſam hypothecã
præferatur alijs habẽtibus tacitam an-
teriorem? & licet tex.in.d.l.aſsiduis.vi-
deatur loqui quod tacita pro dote præ-
feratur alteri tacitæ anteriori:& nõ vi-
deatur loqui de expreſſa: tamen idé eſt
dicendũ etiã de expreſſa,videlicet quod
mulier habens expreſſam præferat alijs
habentibus tacitã anteriorem. ita tenet
Salycet.in.d.l. aſsiduis.in principio.in
ſecunda quæſtio.in fine ſuæ diſtinctio-
nis,dicés eſſe de hoc tex.ibi:& ſic quòd
priuilegium prælationis conceſſum ibi
mulieri pro dote,vt pręferatur alijs ha-
bentibus ſolam tacitam anteriorem,ha
beat locum tam in expreſſa quàm taci-
ta,& facit in argumen.l.cùm quid.ff.ſi
certum petatur, & authenti.multoma-
gis.C. de ſacroſanct. eccle. & probatur
etiam,quia licet mulier acquirat expreſ
ſam tamen per hoc non tollitur tacita,
nec ab ea cenſetur velle recedere quãdo
tacita eſt vtilior:vt fuit concluſum.ſ.in
v.quæſtione.ſi ergo tacita veniret præfe
renda & non expreſſa: tunc tacita eſſet
vtilior ideo ab ea non fuiſſet receſſum:
& ſic cum tacita iuncta cum expreſſa o-
mnino eſſet præferenda ſicut cum ſola
100 tacita.& ita teneo. ¶ † Sed dubitatur,
an mulier habens expreſſam poſterioré
præferatur creditori habenti expreſſam
anteriorem:ſicut præfertur cum tacita
poſteriore alteri tacitæ anteriori,vt di-
ctum eſt ſuprà proximè? Ange.in authé.
de æquali. dotis. §. his conſequenter.
ſingulariter tenuit quod ſic:pro quo fa
cit quia virtus taciti & expreſsi æquipa
ratur.d.l.cùm quid.ff. ſi certũ petatur.
& iſtam opinionem tanquam magis fa-
uorabilem. doti amplectandam ſuadet
Bald.not. in tractatu dotis in.x.parte.
in.xvj.& vltima limitatio. & ſubdit idé
poſſe teneri in bonis quæſitis per mari-
tum poſt obligationem expreſſam ante-
riorem factam cum alijs creditoribus:
& poſt expreſſam hypothecam vxoris:
vt.ſ.in his mulier habens expreſſam po-
ſteriorem pręferatur alijs creditoribus
habẽtibus expreſſam anteriorem ad ſi-
militudinem fiſci qui in illis præfertur
alijs creditoribus anterioribus:vt.l.ſi is
qui.& ibi Bar.ff.de iure fiſci. Cùm mu-
lier in hypotheca ſit magis fauorabilis
quàm fiſcus: vt.d.l.aſsiduis. vt dixi ſu-
prà proximè nume.98. & dicã infrà in
quæſtione.xiij. & iſtud vltimum tenet
latè Saly.in.d.l.aſsiduis. in principio in
iij.quæſtione.æquiparando dotem fiſco
vt ibi per eum:& refert & ſequitur So-
zi.in.l.j. in prima colum. in verſiculo
ex qua infert.ff.ſoluto matrimonio.&
idem Bald.nouel.in.d.x.parte in prin-
cipio in prima colum.& ſic vera eſt con
cluſio quod ſicut fiſcus habens hypothe
cam poſteriorem præfertur alijs credi-
toribus habentibus expreſſam anterio-
rem in bonis quæſitis per debitorem
poſt dictam expreſſam anteriorem per
d.l.ſi is qui. ita & mulier cum ſua hy-
potheca expreſſa poſteriori pręferri de-



bet

bet creditoribus habentibus expreſſam
anterioré in bonis poſtea quęſitis.¶Sed
contra dictam opinionem. Angel. in.d.
aut.de æquali. dotis,quæ eſt quod mu
lier habens expreſſam poſteriorem: in-
diſtinctè etiam in bonis quæſitis ante
expreſſam hypothecã anteriorem alio-
rum creditorum præferatur,tenet glo.
in.d.l.aſsiduis.quæ vult,quòd quando
concurrit creditor & mulier, & vterq;
habet expreſſam:quod tũc prior in tem
pore præferatur: & dictam gloſam ſe-
quuntur ibi Iaco.butr.Bald.Ang.Saly.
& alij communiter:excepto Cyn.& Vl
tramontanis:& dicit ibi Bartol. & cum
eo tranſeunt alij,quòd ita de conſuetu-
dine obſeruatur,à qua non eſt receden-
dum.l.minimè.ff. de legi. & iſtam opi-
nioné tenet Ange.de aretio in.d.§.fue-
rat.in.vj.colũ.ſuper glo.in verſic. credi
toribus.& Cor.in conſi.clxxxij.penult.
colũ.primo volumine & mouetur per
regulã, quod prior in tépore potior eſt
in iure.l.potior.&.l. qui balneũ .ff. qui
potiores in pigno.habean. &.l.j.C.eod.
tit.à qua regula non reperitur expreſsè
exceptuatus iſte caſus,ſcilicet quod ex-
preſſa poſterior pro dote præferatur ex
preſſæ anteriori aliorum creditorum:
quia.d.l.aſsiduis.quæ introduxit priui
legium antelationis in dote, loquitur
in tacita:& cùm dicta deciſio ſit contra
regulam iuris antedictam,non debet ex
tendi ad expreſſam hypothecam.l.præ-
cipim⁹.C.de appellatio.&.l. ſancimus.
101 C. de teſtamen. ¶† Nec obſtat, quòd
taciti & expreſsi idem ſit iudicium:di-
cta.l. cùm quid. quia illa regula proce-
dit,quando tacitum procedit ſecundũ
regulas iuris communis:ſecus ſi proce-
dat cõtra regulas iuris vt tenet Alexan.
in.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad tre-
bellia.& not. Iaſo. in .d.l. cùm quid in
102 vltimo notabili. †Non obſtat ꝙ mu-
lier ſit magis fauorabilis quàm fiſcus:
quia quando agitur de correctione iu-
ris communis etiam à maioritate ra-
tionis non permittitur extenſio de ca-
ſu ad caſum:vt habetur in authen.quas
actiones.C. de ſacroſan. eccle. ¶Adde
prædictis,quòd iſtam quæſtionem latiſ
ſime examinat Iaſ.in.l.j. in prima & ſe
cunda colum.ff. ſoluto matrimo. in ſe-
cũda lectura:& in principio.dicit quòd
iſta eſſet quæſtio pro amico: ſed poſtea
ſubdit quod iſta ſecunda opinio contra
Ange.eſt magis communis, & durum
eſſet in practica conſulendo & iudican-
do ab ea recedere: poſtea vltimo loco
ſubdit, quòd ſi quis vellet tenere opi-
nionem Angel. poſſet illam confirmari
ex pluribus: & pro eius confirmatione
adducit quinq; fundamenta. Primum,
quòd eſt potiſsimum eſt quòd.d.l.aſsi-
duis. in qua eſt totum fundamentum,
priuilegiat mulieres non ſolum quo ad
tacitam hypothecam:ſed etiam quo ad
perſonales actiões vt ſcilicet in illis præ
ferantur alijs actionibus perſonalibus.
ſicut ergo mulier præfertur alijs actio-
nibus perſonalibus acquiſitis per pro-
priam ſtipulationem, ita videtur præfe
renda in expreſſa hypotheca anteriori
quãuis acquiſita per creditores ex pro-
103 pria conuentione.† Sed iſta argumen
tatio Iaſo.de perſonali ad hypothecam
non procedit: quia dicta lex aſsiduis.
non introduxit priuilegium in perſo-
nalibus pro dote,vt præſupponit Iaſo.
ſed declarat illud fuiſſe per prius intro-
ductum & ita erat:vt.l.ij.§. fina.cum.l.
ſequenti.& ſequenti.ff.de priuilegi.cre
dito.& in.l.j.C.de priuilegi.dotis. Vn-
de.d.l.aſsiduis.in hoc nihil de nouo in-
troduxit contra regulas iuris: quia qui
declarat,nihil de nouo facit vt per Feli
num



num in.c.ſuper quæſtionum. in princi.
de officio.deleg.& pleni⁹ in'.c. qualiter
& quando.el primo colũ.xiiij.de accuſ.
Sed quo ad priuilegium prælationis re
ſpectu tacitæ hypothecæ.d.l. aſsiduis.
illud de nouo introduxit contra regu-
las iuris:vt.d.l.potior. &.d.l. ꝙ balneũ.
& ſic ꝓceſsit in hoc correctorię ad ius:
ergo non debet extendi ad expreſſam
hypothecam:cùm ergo ſit diuerſa ratio
inter priuilegium perſonalium & priui
legium hypothecæ non valet argumen
tum de perſonalibus ad hypothecas.l.
fin.ff.de calumnia.cum vulga.¶Secun-
dum fundamentum Iaſo.eſt quod licet
d.l.aſsiduis. non priuilegiet tacitam po
ſteriorem in præiudicium anterioris ex
preſsè:tamen quãdo mulier habet etiã
expreſſam videtur omnino pręferenda:
quia non videtur par ratio ſed maior:
ſed etiam iſtud non obſtat: quia ſiue ſit
par ratio,ſiue maior non debet fieri ex-
tenſio ad correctionem iuris per not.in
d.authen.quas actiones.¶Tertium fun
damentum eſt,quòd in ambiguis iudi-
candum eſt pro dote.l. in ambiguis.ff.
de iure dotis. ſed ad iſtud etiam poteſt
reſponderi quòd illud poſſet procedere
vbi nõ induceretur correctio iuris.nam
cauſa euitãdi correctionem iuris eſt ma
gis attendenda & fauorabilis,quã cau-
ſa dotis ſeu eius fauor.c. cùm expediat.
de electio.libro ſexto.& in dicta authé.
quas actiones.& facit, quia licet in ex-
horbitantibus fiat extenſio ratione piæ
cauſæ:tamen in correctorijs non fit re-
gulariter loquendo vt per Barto. in.l.ſi
conſtante.in principio.in.ix.quæſtio.ff.
ſo.ma.& ibi per Alex. ¶Quartum fun
damentum Iaſo.eſt in.l.tale pactum.§.
fin.ff.de pactis. quòd ſcilicet ſi impera-
tor in .d.l.aſsiduis.fuiſſet interrogatus
de hoc idem ſtatuiſſet: ſed etiam iſtud
tollitur per reſponſionem datam in prę
cedenti fundaméto,videlicet quod ſtan
te correctione iuris potius contrarium
eſt præſumendum,cùm ſemper debeat
fieri interpretatio quod ius commune
minus corrigatur quam fieri poſsit: vt
l.ij.& ibi not.C.de noxali. & iſta eſt for
tior præſumptio.quàm fauor dotis: vt
probatur in.d.l.ij.& pręſumptio debet
adaptari ad id qnod iuſtum eſt, Bald.in
l.generaliter.vij.quæſtio.C.de non nu-
mera. pecu. Quintum fundamentum
Iaſ.eſt quòd dicta.l.aſsiduis. hoc modo
eſſet quaſi eluſoria,cùm hodie de credi
tis fiant frequenter inſtruméta,& ideo
raro vel nunquam priuilegium, tacitæ
hypothecæ poterit habere locum.
¶Sed imò quotidie contingunt multi
caſus in quibus tam mulieres quàm cre
ditores habẽt tacitas hypothecas: vt in
titul.ff.in quibus cauſ.pignus tac.con-
traha. &.C. eodem & experientia pro-
batur quòd ſepiſsimè in iudicijs occur-
runt huiuſmodi caſus: præterea quan-
do etiam hodie eſſet verum illud quod
dicit Iaſ.tamen hoc non fuit in conſide
ratione tempore conditæ.d.l. aſsiduis.
& ideo argumentatio Iaſ. nõ procedit.
¶Concludit ergo in hoc articulo:quod
expreſſa hypotheca dotis poſterior non
præfertur anteriori expreſſæ:ſed habet
locum regula prior in tempore potior
in iure &c.
¶Decimò, quæritur, an priuilegium
prælationis de quo in dicta.l. aſsiduis.
habeat locum in quaſi dote, ſeu in dote
putatiua: puta quando mulier contra-
xit matrimonium, illegitimum tamen
104 bona fide.† & gloſſ.in.l.ſecunda.§.fi.
ff.de priuile.credito.diſputat:& firmat
quòd huic doti putatiuè competat tale
priuilegiũ tacitæ hypothecæ cum præla
tione.vt ibi latè in gl.Idé tenet gl.in.d.
l.aſsiduis.

l.aſsiduis.& Barto. in .l. ſi cùm dotem.
§.fina.ff.ſolu.matrimo.reſtringendo ta
men hoc,quando ille qui dictum matri
monium contraxit erat liber:ſecus aũ-
tem ſi eſſet ſeruus.vt ibi per eum,idem
tenet Saly.in.d.l.aſsiduis. in principio.
in ſexta quæſtione dicens hãc eſſe com-
munem opinionem.¶Sed in cõtrarium
videtur eſſe opi.Bartol.in.d.l. ſecunda.
§.fi. vbi contra gl. ibi dicit quod ſpon-
ſa non habet tacitam hypothecam pri-
uilegiatam, & ita dicit notari:in.l.cos.
C.qui po.in pigno.hab.& ita dicit tene
re Dyñ.Iac.de areti.Et hanc ſecundam
opinionem reputat veriorẽ in puncto
iuris Bald. not. in.xj.parte in ſecunda
parte in tertia columna,in verſi.ſecũdo
conueniunt dos putatiua &c. vbi iſtam
ſecundam partem comprobat duobus
fundamentis vt ibi per eum. ¶Tamen
quicquid ibi ipſe dicat, non puto rece-
dẽdum ab illa opinio. prius relata,vide
licet quod doti putatiue competat taci
ta hypotheca cum priuileg.prælationis:
& non obſtant no.per Barto. in.d.l. ſe-
cunda.§.fin.quia diuerſus eſt articulus
dotis putatiuæ ab articulo ſpõſæ. Nam
fateor quòd ſpõſa de futuro nõ habeat
priuilegium tacitæ hypothecæ,vt tenet
Barto.in.d.l.ij.§.fi. vt etiam dixi ſuprà
in quarta fallen.numero.71. & ratio eſt
quia iura dant hypothecam pro dote vt
d.§.& vt plenius ſed ante matrimoniũ
contractum per verba de præſenti non
105 eſt dos vt.l.fin.C.de dona. ¶†In ma-
trimonio autẽ putatiuo eſt ſecus: quia
illud quando eſt contractum bona fide
habet omnia priuilegia veri matrimo-
nij quo ad dotem:vt.l.ſi cum dotem.§.
fi.& ibi not.ff.ſolut.matri.Barto.in.l.ſi
concubinam.ff. rerum amo. & in .l. de
106 iure.§.fi.ff.ad muni.¶† Et prædicta
intellige ex parte vxoris: nam ex parte
mariti dos putatiua non habet priuile-
gium tacitæ hypothecæ vt habetur per
Alexã.in.d.l.ſi cũ dotem.§.fi. in prin.
colũ.poſt alios per eum relatos:& ratio
eſt,q̃a non eſt idem fauor in marito pu
tatiuo,quæ eſt in vxore:quia ratio qua
re fauetur vxori putatiue in dote eſt,vt
deinceps poſsit facilius nubere.d.l.ij.§.
fi.ff.de priui.creditor.& ita tenet Alex.
in.d.l.ſi cùm dotem.§.fi.quæ ratio ceſ-
107 ſat in marito.&c.¶† Vndecimo quę-
ritur,an dictum priuilegiũ tacitæ hypo
thecæ cum prælatione de quo in.d.l.aſ-
ſiduis.poſsit per mulierem cedi & tran
ſeat in ceſsionarium?iſta quæſtio eſt val
de dubia,& in ea doctores vario modo
loquuti ſunt:ita vt non poſsit rectè per
pẽdi quæ ſit communis opinio.& hanc
quæſtio.Alexan.in.l.poſt dotem.in vlt.
colũ.ff.ſoluto matrimo. dicit eſſe diffi-
cilem & venenoſam:& in illa Dyñ.in.l.
ſi minoris.ff. de adminiſtra tuto. indi-
ſtinctè tenuit tale priuilegiũ nõ tranſ-
ire in ceſsionarium,& motus fuit:quia
tale priuilegium non eſt tranſmiſsibile
ad hæredes extraneos: ſed ad ſolos de-
ſcendentes eiuſdem matrimonij.d.l.aſ-
ſiduis.§.exceptis.cũ ergo non ſit tranſ-
miſsibile ad hæredes,non videtur ceſsi
bile per regulam.l.ex pluribus.ff.de ad
mini.tuto.& cum opinione Dyñ.tenet
Ray.de for.in.l.j.ff.ſolu.matrimo.¶Pe
trus autem & Cy.vt refert Bart.in.d.l.
poſt dotẽ.in ſexta quæſtione diſtingũt,
quòd aut ceſsionarius vult vti tali priui
legio viuente muliere cedente, vel eius
filio in quem etiam tranſit tale priuile-
gium dicto.§.exceptis: & tali caſu tale
priuilegium competit ceſsionario aut
ea mortua:& tunc ſecus.¶Sed Barto.in
d.l.poſt dotẽ. in dicta.q.vj.fuit in noua
opiniõe videlicet quod aut ceſsio fit ex
neceſsitate ex vtraq; parte:quia ſcilicet
tam



tam ille qui cedit cogitur, quã ille qui
emit cogitur emere: et tali caſu tranſit
hypotheca ceſſa cum priuilegio præla-
tionis,& mouetur Bart.per text. in.l.j.
C.de priui.fiſ.& ſubdit hęc verba ſi ne-
ſcires exemplificare venias ad me:& ibi
Alex.in.d.vj.quæſtio. declarat quomo-
do Bart.voluerit inducere.d.l.fin.quia
dicit ꝙ voluit exemplificare iuxta ter-
minos.l.fin.C. ſi antiqui.credi. vbi ha-
betur, ꝙ creditor poſterior conuentus
hypothecaria ab anteriori cogitur, aut
ſoluere priori creditori,aut rem ei reſti
tuere & antiquior creditor tali caſu co-
gitur cedere iura poſteriori:& iſto caſu
ſecundũ Barto. tranſit hypotheca cum
priuilegio prælationis. ¶Subſequitur
Barto.aut dicta ceſsio fit ex voluntate,
& tunc aut ceſsionarius agit directa no
mine cedentis,& tranſit priuilegium in
ceſsionarium,aut agit vtili actione no-
mine ſuo & ad ſui vtilitatẽ:& tunc non
habet tale priuilegiũ:ita tenet ibi Bart.
& idem in effectu tenet Bart. in .l.j.C.
de priui.do.¶Imo.in.d.l. poſt dotem.vi
detur tenere contra Bart.ſcilicet ꝙ ſiue
ceſsio fiat ex cauſa voluntaria, ſiue ex
cauſa neceſſaria, tale priuilegium non
tranſeat in ceſsionarium: & fundat ſe
Imo.per text. in.d.l. ex pluribus.ff. de
adminiſtratione tutorum.vbi agebatur
de neceſſaria cauſa:quia ibi cõtutor ſol-
uerat pupillo ꝓ mala adminiſtratione,
& ſic ex neceſsitate:& pupillus teneba-
tur cedere eidẽ contra alium contuto-
rẽ etiã ex neceſsitate iuxta no. in.l.j.§.
nũc tractemus.ff.de tuto.& ra.diſ.& in
l.j.C.de tranſactio. & tamen in .d.l. ex
pluribus deciditur ꝙ dictũ ius ceſſum
non tranſit in contutorem cum priuile.
prælationis quod cõpetebat pupillo ex
ſua perſona ſpeciali fauore: mouet etiã
Imol.cõtra Bar. per tex.in aut. vt exa-
ctio.inſtã.do.§.j.colla.vij. vbi dicit tex.
ꝙ priuile.prælationis in hypotheca nõ
cõpetit creditoribus mulieris:& tamen
mulier dictis creditoribus tenebat ce-
dere:cũ illis teneretur ſatiſfacere:ſed il
le tex.parũ facit:q̃a Bart. præſupponit
neceſsitatẽ in ceſsione ex vtraq; parte,
ſed in dicta authẽtica.§.j. neceſsitas nõ
erat ex parte creditorũ:q̃a nõ tenebant
recipere ceſsionẽ contra debitores mu-
lieris inuiti iuxta.l.ij.§.j.ff.ſi cert.peta.
& reſpondet Imo.ad.d.l.fi.C.de priui.
fiſ. in qua ſe fundat Barto.ꝙ illa lex ſit
ſpecialis in fiſco qui nunq̃ mouetur: &
ideo dictũ priuilegiũ prælatiõis in fiſco
cenſetur eſſe perpetuũ:cũ vt dixi fiſcus
nunquã moriatur. capitulo ſi gratioſe.
de reſcrip.lib.vj.nimirũ ergo ſi illud po
teſt tranſire in quencunq;:ſecus autem
ſit in priuilegio prælationis in hypothe
ca competẽti mulieri:quia illud finitur
cum perſona mulieris, & ideo non põt
transferri in cedentem.¶Roma. etiam
in.d.l.poſt dotem. tenet contra Bartol.
per aliqua fundamenta quę referuntur
ibi per Alexã.& ſubdit ibi Alexan. non
videre quomodo poſsit in hoc articulo
defendi opinio Barto.& reprobata qua
dam diſtinctione poſita ibi per Roma.
tenet indiſtinctè quòd tale priuilegium
tanquam perſonale non tranſeat in ceſ-
ſionarium: etiã ſi hoc agatur expreſsè,
& ita dicit tenere Cy.in dicta.l.j.C.de
priui.do.per tex.& in.d.authẽ. vt exac.
inſtan.do.§.j.& dicit ꝙ Bald.& Salice.
in.l.j. tangunt varias opinio. in hoc ar-
ticulo & nullam eligere videntur: ſed
ſe inuoluunt vnde concludendo contra
opinio.Bartol. dicit quòd tale priuile-
gium indiſtinctè non tranſit in ceſsio-
narium & hanc opinionem dicit etiam
tenere Angel. & Imol. in .l.j.ff. ſoluto
matrimonio. ¶Angelus de aretino.in

d.§. fuerat.in.xj.colum.relata opinio.
Imo.contra Barto.de qua.ſ.dicit quòd
dictū Bar.fortè eſt verius quando im-
minet neceſsitas ceſsionis faciendæ ex
vtroq; latere vt in caſu dictæ.l.fi.C.de
priuil.fiſ.& reſpondet ad tex.in.d.aut.
vt exactio.inſtan.do.§.j.ibi aut credi-
toribus ꝙ ille tex.loquitur in credito-
ribus mariti,quibus mulier,nō cogitur
cedere ſua iura:ſed imò mulier debet
eis præferri tanquā anterior.d.§.fue-
rat.& imputandum eſt dictis creditori-
bus, quare contraxerunt cum marito.
¶Sed pro certo errat Are.quia ille text.
loquitur expreſſè in creditoribus mu-
lieris,non mariti,vt etiam ibi declarat
gl.in ver.aut hæredibus.& ideò ſua re-
ſponſio nihil valet:ſed (vt.ſ.dixi) ad il-
lum tex.poteſt reſponderi:ꝙ neceſsitas
recipiendæ ceſsionis non erat ex parte
creditorum:quia non cogebātur multi
recipere pro eorum credito ceſsioné ab
vxore contra hæredes mariti.d.l.ij.§.j.
ff.ſi cer.peta.& ideo non obſtat tex.illę
diſtinctioni Barto.¶Iſtam.q.etiam latè
examinat Bal.not.in tractatu dotis in
xij.parte.in.ix.colum.in verſi.iiij.quia
dixi.ſ.& ibi recitatis opinionibus om-
nium,& multis ingenioſè & ſubtiliter
additis:tandem diſtinguit articulum in
duo membra.¶Primum membrū eſt ꝙ
aut mulier cedit iura ſua,quæ habet ad
dotem contra virum aut eius hæredes
ad ſui vtilitatem,ita ꝙ cōmoditas ceſ-
ſionis veniat in totum in vtilitaté mu-
lieris:ita ꝙ niſi priuilegium prælationis
tranſiret in ceſsionarium,non eſſet vti-
liter prouiſum mulieri:& tunc dictum
priuilegium tranſeat etiam in ceſsiona-
rium:quia non poteſt negari ꝙ tunc di-
ctum priuilegiū nō deſeruiat vtilitati
mulieris, in cuius fauorem fuit intro-
ductum vt dicit text.in.d.§.fuerat.&
in.d.l.aſsiduis.& iſto caſu non eſt faciē
da differētia,an in ceſsione fiat expreſſa
mentio dicti priuilegij, an non: quia
etiam in ceſsione ſimpliciter facta per
mulierem trāſit ſimplex hypotheca,de
qua in.d.§.& vt plenius. vt habetur in
l.emptori nominis.ff.de hære.vel actio.
vendi.& in.l.ſi ſolutū.C.de act.& obli-
ga.& per conſequens tranſit etiā priui-
legium pręlationis tanquàm cōcernens
hypothecam & ius ceſſum:vt.l.vēditor
nominis.ff.de hære.vel actio.vend.&ēt
hoc etiā ꝓcedit ſi talis ceſsio fieret poſt
morté mulieris per eius filios eiuſdem
matrimonij: cùm enim in eos tranſeat
dictum priuilegiū prælationis.d.§.ex-
ceptis.ideo ſi fiat ceſsio per eos concer-
nens eorū vtilitaté tranſibit etiā in ceſ-
ſionarium:quia licet tex.in.d.§.fuerat.
loquatur per taxatiuā, ibi cuius ſolius
prouidētia tamen nō excludit fauorem
filiorū,qui eodé priuilegio gaudēt.d.§.
exceptis.& faciunt quę habētur in.l.ob
æs.C.de prædi.mi. vbi dictio taxatiua
non excludit extenſioné quæ fit ad aliā
l.& habetur per Bart.in.l.ſi conſtāte.in
prin.in.ix.q.ff.ſoluto matri. ¶Nec etiā
debet fieri differentia, an intentetur di
recta vel vtilis:quia talis differentia eſt
potius verbalis quā realis: quia ſatis eſt
ꝙ vtilis intentata tendat ad cōmodum
mulieris & filiorum. ¶Et de hoc primo
mēbro diſtinctionis ponit Bal.not.exē-
pla infrà ſcripta: primò,ſi mulier poſt
morté viri videat hæreditaté mariti im
plicitam multis debitis: & multi credi-
tores habēt hypothecā expreſſam & taci
tam in bonis mariti & anterioré quā ſit
hypotheca ipſius mulieris: mulier ergo
cedit iura ſua contra primū maritū vel
eius hæredes ſecundo marito: iſto caſu
ſecūdus maritus vtetur priuilegio præ-
lationis contra alios creditores præten-
dentes tacitam hypothecam licet ante-
riorem.Nā ſi hoc priuileg.vti nō poſſet
mulier remaneret fruſtrata ſua dote:&
ideo nō eſt dicendum ꝙ iſto caſu non
tranſeat priuileg.prælationis in dictum
ceſsionarium. ¶Secundò, ponit aliud
exemplū quando alius pro muliere pro
miſit dotem,& eam ſoluit dicto ſecūdo
viro animo repetendi ab ipſa muliere &
ipſa mulier propter hoc dedit inſolutū
dicto ſoluenti nomen hæredum primi
viri debitoris mulieris pro reſtitutione
dotis.nam etiam hoc caſu cenſeri debet
ceſſum dictum nomen debitori cum ta-
cita hypotheca priuilegiata:vbi alias ſi
dictum priuileg.prælationis nō trāſiret
in ipſum ceſsionarium:non poſſet fieri
exactio dotis ab hæredibus primi viri
propter creditores habentes tacitā hy-
pothecam anterioré:& ſic ceſsionarius
haberet regreſſum cōtra ipſam mulieré
quæ ſe potioré in nomine ceſso nō præ
ſtitit.& etiam,quia dictus ceſsionarius
qui ſoluit pro dicta muliere non fuiſſet
ita promptus in ſoluendo pro ea,ſi du-
bitaſſet mulieré non poſſet trāſferre di-
ctum priuilegiū prælationis in eum:&
ſic talis ceſsio tota pertinet ad cōmodū
ipſius mulieris.¶Secundū mēbrū dictę
diſtinctionis eſt ꝙ ſi dicta ceſsio fit prin
cipaliter in fauorem & cōmodū ceſsio-
narij,vel alterius quā mulieris,aut eius
filiorum:tūc dictum priuilegiū præla-
tionis non tranſeat in ceſsionariū, etiā
ſi dicta ceſsio fieret expreſſè de dicto pri
uilegio ex quo illud ſoli mulieri,& eius
filijs,& eorū vtilitati eſt indultū:vt.d.
§.fuerat.& talis diſtinctio alias fieri ſo-
let in ſimili.ar.videlicet, an ceſsio fiat
ad cōmodū cedētis an vero ad cōmodū
ceſsionarij,vt per Barto.& alios in.l.fa-
cta.§.ſi hæres.ff.ad trebellia.& in.l.fin.
ff.de tranſac.¶ Et iſtud ſecundū mem-
brum exemplificat etiam Bal.not.plu-
ribus modis. Primò,ſi mulier ex cauſa
donationis cederet alteri ius ſuæ dotis
repetendæ ab hæredibus mariti:Secū-
dò,quando ipſa cederet ex cauſa onero
ſa:puta quia eſſet condemnata pro ali-
quo debito,& bona ipſius mulieris mo
bilia & immobilia non poſſent obtineri
ſine controuerſia:& propterea creditor
illius feciſſet ſibi adiudicari ex ſecūdo
decreto nomé debitoris dotis dictę mu
lieris,iuxta.l.à Diuo pio.§.fin.ff.de re
iudi.certè in talé ceſsionariū dicti no-
minis dotalis nō tranſiret dictū priuile
gium prælationis cū talis ceſsio tendat
in fauorem creditoris non mulieris,ita
videtur tex.in.d.aut.vt exactio.do.in-
ſtan.in princi.Tertiò,exēplificat iſtud
ſecundum membrnm ipſe Bal.no.quā-
do mulier ꝓ reſtitutione ſuæ dotis age
ret hypothecaria contra bona mariti &
poſſeſſor,vel ſecundus creditor offerret
mulirei ſolutionem dotis,& vellet im-
petrare ceſsionem à muliere iuxta not.
in.l.mulier.ff.qui potio.in pig.habe.&
l.paulus.§.j.ff.quib.mod.pig.vel hypo.
ſol.&.l.ſi res obligata.ff.de lega.j.&.l.
iij.&.l.cum ſecundus.ff.de diſtrac.opi.
Certè tali caſu non tranſiret in dictum
ceſsionariū tale priuilegiū prælationis
contra alios creditores:cum tunc iſtud
non reſultaret ad commodū mulieris:
ſed ad vtilitaté dicti ceſsionarij:ꝙ not.
quia eſt valde cōtingibile,maximè Flo
rentiæ vbi frequenter impetrantur ceſ-
ſiones iurium dotaliū à mulieribus per
ſecundos credirores,vel tertios poſſeſ-
ſores bonorū mariti:qa tales ceſsionarij
nō haberent ius prælationis in tacita hy
potheca,nec in expreſſa cōtra alios ha-
bentes tacitam anteriorem:& reſpon-
det Bald.no.ad text.in.d.l.finali.C.de
priuile.fiſ.in quo Barto.& ſequaces ſe
fundant:

ſundant:ꝙ ille tex.nõ loquitur de pri-
uilegio prælationis quod habet fiſcus:
ſed de ſimplici hypotheca.quam habet
fiſcus iuxta.l.ſecũdã.C.in quibus cau.
pign.taci.contraha.& licet in.d.l.fi.di-
catur ꝙ ceſsionarius fiſci debet eſſe po-
tior alijs creditoribus,quibus fiſcus ſo-
let præferri,tamen debet intelligi reſpe
ctu anterioris hypothecæ,& nõ ſpecia-
lis priuilegij pręlatiõis:ſed iſta intellgé
tia nimis reſtringit,& deſtruit illũ tex.
in.d.l.fi.quæ indiſtinctè vult,quòd ceſ-
ſionari⁹ fiſci poſsit vti prælatiõe, prout
vti poteſt fiſcus.& propterea ad illum
text.aliter eſt reſpondendum , & prout
retuli ſuprà,reſponderi per Imol.videli
cet ꝙ ſpeciale ſit in fiſco qui non mori-
tur , vt in eius ceſsionarium tranſeat
hypotheca cũ priuilegio prælationis,&
iſta diſtinctio Bal.no.tanquã rationabi
lis & reducẽs ad cõcordiã,opi.doc.mihi
ſatis placet.¶ Duodecimò,quæritur,qs
pręferat̃ in hypotheca tacita vel expreſ-
108 ſa,an mulier,an vero fiſc⁹?† & dicẽdũ
eſt quod reſpectu hypothecę,mulier &
fiſcus pari paſſu ambulant,& vnus non
præfertur alteri:ita tenet Bar.in.l.j.ff.
ſolu.matri.in.ij.&.iij.vtilitate publica
per tex.in.l.ij.C.de priuile.fiſc.& cum
Bart.tranſeũt ibi alij doct.& eſt gl.not.
in.l.dotis.C.de iure do.vbi glo.dicit ꝙ
fiſcus & mulier paribus paſsibus am-
bulant:& qui prior illorum eſt in tẽpo-
re,potior eſt in iure.probatur etiã per
tex.& ibi gl.in.d.l.aſsiduis.vbi habetur
quòd mulier non vtitur dicto priuile-
gio prælationis de quo ibi cõtra fiſcum
& facit tex.in.l.j.C.de iure fiſ.lib.xj.vbi
fiſcus eſt priuilegiatus,cæteris paribus
circa prioritatem hypothecæ , facit etiã
text.& ibi no.Bartol.in.l.ſi is qui.ff.de
iure fiſci . vbi fiſcus in quæſitis poſt
ſuam hypothecam præfertur omnibus
alijs creditoribus ,/etiam anterioribus:
& iſtã opi.ſcilicet ꝙ fiſcus & mulier in
dote paribus paſsibus ambulant tenet
Pau.de ca.in conſil.cccxciiij.quamquã
multa copioſè in.ij.colum.¶ Et iſta cõ-
cluſio clarè procedit,quando cõſtat de
prioritate hypothecæ.tacite vel expreſ-
ſè inter fiſcũ & mulierẽ dotatã:quia tũc
ille prefertur,qui eſt prior in tẽpore per
ſupradicta.¶ Sed difficultas eſt in du-
bio,quando ſcilicet nõ conſtat de prio-
ritate temporis:puta quando apparent
eodẽ de duo inſtrumenta confecta vnũ.
ſ.pro fiſco,& alterũ pro dote mulieris:
& non conſtat de prioritate alicuius di-
ctorũ inſtrumentorum,neq; per ordinẽ
naturæ,neq; per horæ appoſitionẽ quia
tũc eſſet præferẽdũ anterius in tẽpore:
vt declarat Soci.in.l.j.in.ij.col.ff.ſolu.
ma.& dictũ fuit.ſ̃.proximè.¶ Dubita-
tur ergo in caſu dubio quis veniat præ-
ferendus,an mulier an fiſcus?& Bal.in
d.l.dotis.C.de iure do.tenet ꝙ iſto caſu
mulier ſit præferenda fiſco,allegat.l.nõ
puto.ff.de iure fiſ.& hanc opi.tenet etiã
Nico.de Neapo.in.d.l.j.ff.ſol.ma.vt ibi
refert Alex.in.j.col.Et Alex.ibi dicit ſe
ſemper fuiſſe dubium de hac deciſione
Nico.de neap.& latè inſiſtit circa intel
lectũ.d.l.nõ puto.& nihil determinat:
tamẽ dictã opi.Nic.de neap.ſequit̃ So-
ci.in.d.l.j.ij.col..in ver.iiij.& vl.limitat
& illã confirmat optimo fundamẽto,vi-
delicet quòd quando duæ perſonæ pri-
uilegiatæ contendunt ad inuicem,tunc
præfertur magis priuilegiata : vt vult
Cyñ.& ſequuntur alij in autenti.quas
actiones.C.de ſacroſan.eccl.argumento
109 l.verũ.in fi.ff.de mi.† ſed mulier eſt
magis priuilegiata quam fiſcus : quia
mulier præfertur habentibus priorem
tacitam dicta.l.aſsiduis.quibus tamen
non præfertur fiſcus.l.prima.C.rẽ alie.
geren.



geren.¶Et ex hoc infert Soci.quod quã
do mulier contẽdit cum fiſco pro dote,
non habet locum.d.l.j.C.de iure fiſc.&
idem eſt dicendum ſecũdum eũ in ter-
minis.d.l.ſi is qui.ff.de iure fiſ.¶Eãdem
opinio .quod in dubio mulier pro dote
ſit præferenda fiſco,tenet Iaſ.in.d.l.j.ff.
ſol.ma.in.xj.co.ſequẽdo Nico.de neap.
& Bal.eandẽ opi.tenet Bal.no.in tracta
tu do.in.ix.parte in primo priuileg. ſub
dubio tamẽ:quia dicit quod dictũ Bal.
in.d.l.dotis.non videtur vſquequaq; ve
rũ,cũ concurrant duo priuilegiati qui
ambulant pari paſſu:vt dicit glo.in.d.l.
dotis.& aliquãdo etiam fauor fiſci præ
fertur fauori dotis vt habetur in.l.ſatis
notũ.C.in qui.cau.pi.taci.cõtraha . Ta
men omnino tenẽdam puto cõcluſionẽ
Nico.de nea.& Bal. ꝙ in dubio mulier
pro dote ſit præferenda fiſco. per .l. in
ambiguis.ff.de iure do. ¶Et non obſtat
quòd vterq; eorum ſit priuilegiatus:
quia videtur magis priuilegiata mulier
pro dote.d.l.aſſiduis.& not.Soci.in.d.l.
j.& dixi ſuprà.
¶Nec obſtat.d.l.ſatis notũ . quia ibi eſt
caſus ſpecialiſſimus fauore primipili: vt
ibi declarat Bald.ideo nõ eſt trahendus
in conſequentiã.l.ius ſingulare.ff.de le-
gi.& iſta eſt etiam magis cõmunis opin.
quia illã tenẽt Bal.Nico.de neap. Soci.
Iaſ.& ſequaces . ¶Sed pro declaratione
prædictorũ inquantũ dictum fuit,quod
dubietas poteſt inſurgere ex eo ꝙ am-
bo inſtrumenta,videlicet fiſci & mulie
ris ſint cõfecta eodẽ die eſt aduertendũ
quod etiam quod duo inſtrumenta ſint
confecta eodem die tamen ex aliquibus
poſſet conſtare de prioritate : & primo
ex ordine naturæ:quia ſcilicet in vno eſ
ſet habitus,& in alio priuatio . ſecundo
quãdo vnũ eſſet publicũ & aliud priua-
tũ iuxta.l.ſcripturas.C.q po.in pign.ha
be.tertio quãdo in vno eſſet hora.vt pul
chrè per Soci.de omnibus iſtis in.l.j. ff.
ſol.ma.quarto quando dicta duo inſtru
menta confecta eodẽ die,eſſent confecta
ab eodẽ notario.nam tũc ex ordine ſcri
pturæ & prothocolli prius ſcriptum cẽ
ſetur prius & anterius in tempore argu.
l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initiũ .ff. de
eden.&.l.quoties.ff.de vſufru.ita tenet
110 Bal.no.in.ix.parte.in.ij.priuile.¶†Et
iſta cõcluſio cõprobatur, ex eo quod vo
luit Ang.in auten.de hæred. & falci.§.
& enim.vbi voluit ꝙ ſi in eodẽ inſtru-
mẽto bona ſunt obligata,primo Titio,
deinde Seio:ꝙ hypotheca Seij cẽſenda
eſt poſterior ꝓpter ordinẽ ſcripturæ:qa
vt inquit Bald.in.l.aduerſus.C. de fur.
prior eſt tempore qui prior eſt inordine
ſcripturę.& faciũt no.per Fel.circa or-
dinem ſcripturæ in.c.cùm dilecta.vj.co
lũ.de reſcrip.per Iaſ.in.l.ij.§.prius.co-
lum.iij.ff.de vulga.& pupilla.per Soci.
in conſilio.ix.proſequendo ordinem.v.
111 colum.j.volum.¶† Decimotertio quæ
ritur,an iſtud priuilegium de quo di-
ctum eſt in proxima pręcedenti quęſtio
ne videlicet ꝙ mulier ꝓ dote in caſu du
bio præferri debeat nõ ſolũ priuatis,ſed
etiam fiſco deſ̃ ſoli mulieri?an vero trãſ
eat ad quencunq; etiam extraneum ad
quem tranſit actio dotis?& Barto.in.d.
l.j.ff.ſolu.matr.tenet quod tale priuile-
giũ non ſolum detur mulieri: ſed etiam
quod tranſeat ad quencũque extraneũ
ad quem tranſit actio dotis:& quod nõ
ſolum competat ex parte mulieris : ſed
etiã ex parte viri.Et ratio eſt ſecũdũ eũ
qa huiuſmodi priuilegiũ datur ipſi do-
ti,nõ autem ipſi mulieri per.d .l. in am-
biguis .ff.de.dot.ideo debet trãſire ad
quencunque tranſit ipſa dos. ita firmat
Bal.in.d.l.j.in.ij.co.in prin.ſuper.ij.gl.
¶Sed Soci.ibi in.iij.column.in.iij. not.
dicit

Biblioteca Universitaria GRANADA

dicit ꝙ licet iſta opi. Bart.ab omnibus
approbetur.tñ ſemper ſibi dubia . viſa
fuit. & cõtra Bart.adducit quatuor ar-
gumenta.ſed vltimo loco relinquit co-
gitãdum.Iaſ.aũt in.d.l.j.in.iij.colũ.in
verſ.iij.adde inquãtũ Bar.dicit ꝙ licet
oẽs teneant cũ Bar.tñ ꝙ diſputãdo põt
teneri cõtrariũ, & ibi adducit quatuor
argumenta cõtra opi.Bart.¶Subdit tñ
quòd ad omnia argumenta facta cõtra
Bart.põt reſponderi ꝙ licet priuilegiũ
prẹlationis.ꝙ habet mulier de iure ſpe
ciali per.d.l.aſsiduis.non trãſeat ad ex-
traneos(vt.ſ.dictum eſt)illud eſt,quia
dictũ priuilegiũ eſt nimis exorbitans à
iure cõmuni,ſcilicet ꝙ mulier in dote
poſterior in tẽporẽ ex tacita hypotheca
præferat̃ alijs creditoribus quos certè
ſcimus eſſe anteriores in tacita.& ideò
nõ tranſit ad extraneos:ſed iſtud priui
legiũ prælationis in caſu dubio non eſt
adeo exorbitans.nam in veritate poſſet
inſtrumẽtum dotis eſſe anterius.nimi-
rum ergo ſi iſtud priuilegiũ tãquã mi-
nus exorbitãs,põt trãſire ad extraneos.
& ita reſidet Iaſ.iſtam opinionẽ Bart.
etiam tenet Bald.not.in tractatu dotis
in.ix.parte in.ij.priuileg.vbi etiam re-
ſpondet ad argumenta quæ fiunt cõtra
Bartol.& eius reſponſio eſt in effectu
eadem cum reſponſione data per Iaſo.
ſuprà relata:& ideò concludo non eſſe
recedendum ab opinio.Bar.& commu
112 ni.¶†Vltimo dubitatur,an priuilegia
dotis de quibus ſuprà eſt facta mentio
competant pro dote etiam ſoluto ma-
trimonio & breuiter dicendũ eſt quòd
competant etiam ſoluto matrimonio
ante dotis reſtitutionem : ſed reſtituta
dote non.vt latè per Iaſo.poſt alios in
rub.ff.ſol.matri.in.ij.&.iij.col.vbi dif-
fuſe diſputat,an dos propriè dicatur ſo
lúto matrimonio.& habetur etiam per
Soci.in cõſi.clxxvij.viſa facti.in.iij.co-
lumna.j.volumi. Et iſta pro nunc ſuffi-
ciant circa materiam tacitæ hypotheca
introductæ in fauorem dotis quædam
alia dicentur.ĩ.in materia prioritatis:
& per hæc ſit expeditus quartus caſus
in quo de iure introducta eſt tacita hy-
113 potheca.¶†Quintus caſus in quo in-
ducitur tacita hypotheca , eſt in fiſco ꝑ
l.ij.&.iij.C.de priui.fiſ.& ideò : infert
quod ſi quis emat aliquam rem à fiſco
eſſent illius bona ꝑ precio tacitè obli-
gata fiſco per.d.l.ij. Intellige tu & de-
clara qñ emptor eſſet maior,ſed ſi em-
ptor eſſet pupillus eſſet obligata fiſco
ſola res empta:non autem alia bona pu
pilli pro precio dictæ emptionis.iſte eſt
tex.in.l.ij.in verſi.quòd ſi à fiſco.iũcta
gl.ibi in verſi.emerit.ff.de reb.co.& ita
intelligit & declarat Iaſ.in repe.l.ſicõ
ſtante.in.ij.q.iij.partis prin.in.xj.char.
nu.67.ver.ij.diligẽter cõſidera.¶Item
dictã tacitam hypothecam habet fiſcus
priuilegiatã:q̃a licet alius priuatus ha-
beat generalẽ vel ſpecialẽ hypothecam
anteriorem.tñ fiſcus ex ſpeciali priui-
legio præfert̃ anteriori creditori in bo-
nis quæſitis ꝑ debitorẽ poſt obligatio-
nem cõtractam cũ fiſco:vt eſt tex.& ibi
not.Bartol.in.l.ſi is qui.ff.de iure fiſ.
114 ¶†Itẽ intellige prædicta in fiſco pro
priè ſumpto & ꝓptereà videbatur di
cendum,ꝙ prædicta procederent ſolũ
in re publica romanorũ : quia ſola illa
dicitur habere fiſcũ non autẽ aliæ ciui-
tates ita habetur in.l.properandum.in
prin.& ibi Bal.C.de iudi.& Bar.in.l.j.
C.de bon.vac.li.x.& in.d.l.ſi is q.circa
medium. Tamen idem etiam eſt dicen
dum in omnibus alijs ciuitatibus , &
populis nõ recognoſcentibus ſuperio-
rem:& etiã in populis vel principibus
recognoſcẽtibus ſuperiorem:tñ ex pri-
uilegio



uilegio vel cõceſsione ſuperioris haben
tibus merũ & mixtũ imperium,& iura
regalia & fiſcalia:tũc enim tales ciuita-
tes & populi,habent fiſcũ vt no.Bar.in
l.ij.in prin.ff.de iure fiſc.& in.l.nõ tan-
tum.§.ait ſenatus.ff.de peti.hẹre.& ibi
per Alex.& habetur per Bal.latè in.l.j.
115 ad fi.C.de hẹre.vel actio.vendi.¶†Et
prædicta militant in cõtractibus & alijs
proprijs iuribus fiſci:ſed dubitatur q̃d
dicendũ ſit de pœnis pecuniarijs ex ali
quo delicto fiſco applicãdis,an pro illis
bona delinquẽtium ſint tacitè obligata
fiſco?& in hoc gl.& doc.variauerunt vt
habetur in.l.aufertur.§.fiſcus.ff.de iu-
re fiſc.& in.l.j.C.de pe.fiſ.debi.præfer.
lib.x.¶Tamen in iſta materia Guil.de
cu.latius poſt alios in.l.reſcriptum.in
princip.ff.de pac.vt ibi refert Bald.di-
ſtinguit:ꝙ quando ex delicto ſequitur
bonorum confiſcatio fiſcus nullam ha-
bet hypothecã,nec ante,nec poſt cõdẽ-
nationem:nam ante condẽnationẽ fi-
ſcus nullum habet ius in bonis delin-
quentis.l.eius qui delatorem.ff.de iure
fiſ.poſt cõdẽnationẽ aũt & publicationẽ
fiſcus eſt effectus dñs bonorũ confiſca-
torum vt.l.cõmiſſa.ff.de publica.& pro
pterea iam res ſua ſibi obligata eſſe non
poteſt.l.neq; pignus.ff.de reg.iur.Sed
quando ex delicto nõ ſequitur confiſca
tio bonorum:ſed aliqua pœna pecunia
ria:& tunc ſi ſumus ante condẽnationẽ
fiſcus nullam habet hypothecam : quia
nõdum dicitur creditor.l.ſi qua pœna.
&.l.aliud.§.inter multa.ff.de verb.ſig.
Si autem ſumus poſt condẽnationem,
& tunc quatenus eſt reſpectu aliorum
creditorum,& in eorum præiudic.etiã
fiſcus non habet hypothecam.l.ꝙ pla-
cuit.ff.de iure fiſ.niſi forte eſſent cre-
ditores eiuſdem tituli,puta ex delicto:
quia tunc cæteris paribus fiſcus debe-
ret prẹferri.Quatenus autem eſt reſpe
ctu delinquentis vel aliorum poſsiden-
tium ſine titulo fiſcus dicitur habere
taticam hypothecã ex die ſentẽtiæ,quẹ
non porrigitur ad bona ante ſententiã
alienata:vt.l.poſt contractum.ff.de do-
natio.& prædicta procedunt tam in pe
nis,quæ imponũtur ex diſpoſitione iu-
ris cõmunis,quã ex diſpoſitione ſtatu-
torum:ita volunt Gui.& Bal.in.d.l.re
ſcriptum. in princip . dicentes iſta eſſe
bene tenenda menti. ¶Iſtam quæſtio-
nem latè examinat Alexander in.d.l.re
ſcriptum.in princip.in gloſſ.in verſicu.
hypothecas.& in effectu licet & ꝑ alia
verba:tamẽ idem concludit quòd Gui.
& Bal.dicit enim ꝙ communis opinio
eſt,quòd ante inchoatam iudic.crimi-
nale fiſcus nullam habeat hypothecam
in bonis delinquentis & ſimiliter poſt
iudicium inchoatum ante ſententiam:
quia ante ſententiam nullum ius ha-
bet.l.ex iudiciorum.ff.de accuſatio.ſed
poſt ſententiam ſic:quia per illam qua-
ſi cõtrahitur.l.iij.§.idẽ ſcribit.ff.de pe-
cu.& quod pro contractu.& pari ratiõe
pro quaſi contractu fiſcus habet hy-
pothecã.d.l.aufertur.§. fiſcus.ff.de iu-
re fiſci:& hanc opinionem dicit Alexã-
der eſſe veriorem:quicquid in contra-
rium voluerint ibi Ang.Fulg.& Paul.
de caſtro qui voluerunt talem hypothe
cam incipere à litis conteſtatione , per
quam quaſi contrahitur:vt not.glo.in
116 l.ij.§.fina.ff.de præto.ſtipu.†q̃a ſecũ
dum Alexand.iſta ratio non concludit.
nam quaſi contractus qui inducitur ꝑ
litis cõteſtationem operatur quòd quis
ſit aſtrictus inſtantiæ,nõ pœnæ in qua
quis poſtea venit condẽnãdus per ſen-
tentiam,vt declarat Bart.in.d.§.idem
ſcribit.Tenet etiam Alexãder ibi quòd
talis tacita hypotheca competens fiſco

nõ præiudicet alijs creditoribus ex alia
cauſa quã ex delicto prout tenent Gui.
& Bal.ſed quod talis hypotheca ſolum
operetur contra delinquentes,vel ter-
tios poſſeſſores poſsidentes ſine titulo
& in cæteris. Idem tenet quod Gui.&
Bald.¶Subdit tamen vnum Alexand.
poſt Bald.ibi in lectura antiqua quod
reputat valde notabile,videlicet quod
quando fiſcus proſequeretur rem fa-
miliarem,puta quia ageret ex dãno da-
to in fundo fiſcali quòd tunc incõtiné-
ti haberet bona dicti damnum dantis
obligata:tunc enim non cenſetur pro-
priè proſequi pœnam:alias ſecundum
eum melioris eſſet conditionis delin-
quens in damnum fiſci quàm cõtrahés
cum eo quod non eſt dicendum ſecun-
dum eũ:& ita etiam ſequitur ibi Iaſo.
117 ¶†Sed contingit dubitari quando cõ
currit fiſcus & priuatus,& non conſtat
de prioritate iurium:ſed ſumus in caſu
dubio quis debeat præferri in hac dubi
tatione Alexã.in.l.j.ff.ſol.ma.in prima
col.procedit in cõfuſo in cauſa dotis,&
alterius priuati cũ fiſ.& multa diſpu-
tat ſuper intellectu.l.nõ puto.ff.de iure
fiſ.tñ nihil determinat.¶Sed quicquid
ſit circa prælationé in caſu dubio inter
mulierem prætendétem cauſam dotis
& fiſcũ de quo ſuprà diximus in quar-
to caſu in duodecima quæſtione nume
ro.108.vſq; ad.112.Quando concurrit
ſimplex priuatus & fiſcus Soci.in di-
cta.l.j.in prima colum.diſputando etiã
de intellectu.d.l.non puto firmat quod
fiſcus præſerri debeat priuato etiam ꝙ
priuatus prætenderet cauſam onero-
ſam:& mouetur,quia ſicut cauſa dotis
in dubio præfertur priuato vt tenetur
communiter in.d.l.j.& dictum fuit ſu-
prà.Ita debet præferri cauſa fiſci. Nam
etiam fiſcus habet multa priuilegia de
quibus per Bald.in.l.j.C.de hære.vel
actio.vendi.& fiſcus & dos ambulant
pari paſſu ſecundum gloſſ.in.l.ij.C.de
priuileg.fiſci.& tacita hypotheca dotis
non præfertur tacitæ hypothecæ fiſci:
vt habetur in.d.l.ij.& fiſcus in bonis
quæſitis poſt ſuam obligationem præ-
fertur priuato habenti anteriorem hy-
pothecam:vt habetur in.d.l.ſi is qui.ff.
de iure fiſc.ſicut ergo in his præfertur
in quibus priuatus eſt potior : ſimiliter
debet pręferri quando ſumus in dubio.
¶Iaſo. autem in.d.l.j.ff.ſolu.matrimo.
in.xj.colum.dicit quòd.d.l.non puto.
procedit,quando fiſcus prætendit cau-
ſam lucratiuam puta:quia venit contra
indignum,vel petit pœnã ex cauſa de-
licti:tunc enim priuatus præfertur fi-
ſco.Sed quando fiſcus prætẽdit cauſam
iuris proprij,vel agit ex aliquo contra-
ctu tunc ſecundum eum fauendum eſt
potiꝰ fiſco quàm priuato allegat.l.vi.
§.fin.& ibi Iacob.de belui.C.de cadu.
tol.& non obſtat quòd Alex.in.d.l.j.di
cat quòd iſte intellectus ſit diuinatiuꝰ:
quia reſpõdet ipſe,quòd in hoc nulla
eſt diuinatio:ſed eſt propria natura il-
lius.l.non puto cõſiderato tit.ſub qua
ſita eſt argu.l.imperator.ff.de in diem
adiectio.& iſtum intellectum ad.d.l.nõ
puto.dedit Rapha.cuma.& ibi,& eum
refert & ſequitur Angelus de aretio in
l.ſciendum.in princ.ff.de appel.recep.
& inſtitu.quibus modis teſta.infir.§.fi.
ad finem & iſtud corroborat Iaſo.in.d.
l.j.& dicit hanc eſſe veritatem à nemi-
ne declaratam:ſed in hoc articulo Bal.
nota.in tractu dotis in.ix.parte in pri-
mo priuilegio latè diſputat & refert opi
nioné tenẽtiũ pro vtraq; parte:& tan-
dem cõcludit,quòd quãdo cõtenditur
inter fiſcum & priuatum quod in du-
bio quãdo nõ cõſtat de prioritate præ-
feratur



feratur fiſcus priuato:ſiue ſimus in cau
ſa lucratiua,ſiue in cauſa oneroſa:& ad
dictam.l.nõ puto.reſpondet quod illa
procedat quando eſt aliqua dubietas ſu
per aliquo articulo iuris: tunc enim fi-
ſcus admittit ꝙ interpretatio fiat con-
tra ipſum,maximè in pœnalibus & ita
ſecũdum eum intellexit ibi glo.in vlti.
opinione quæ ſemper videtur cõſenta-
nea gl.vt vult gl.in.l.q filiũ.§.ſabinus.
118 ff.ad treb.¶†Ego aũt puto quòd ma-
gis vera & cõis opi.ſit illa quam firmat
Iaſ.videlicet ꝙ qñ ſumus in cauſa one-
roſa in dubio præferri debeat fiſcus pri
uato : qñ aũt ſumus in cauſa lucratiua
pręferri debeat in dubio priuatus fiſco:
hanc enim opinioné tenet Iac.de bel-
ui.in.l.j.in fi.C.de ca.tol.& Raph.cu.
Ange.de are.& Iaſ.ſuprà relati,& ſic ꝙ
d.l.non puto.loquatur in cauſa lucrati
ua:alia aũt iura quæ allegantur in con-
trarium,loquũtur in cauſa oneroſa : &
ꝙ dicta opinio procedat ſiue dubiũ ver
ſetur in articulo iuris , ſiue in articulo
facti:quia cũ leges loquantur indiſtin-
ctè,indiſtinctè debét intelligi.l.de pre-
tio.ff.de publi.Nec põt reddi ratio cõ-
cludés diuerſitatis inter articulũ iuris,
& inter articulũ facti:& tãto magis pla
cet iſta opinio:quia per eam reducũtur
opiniones doctorũ ad concordiam.Nã
opinio.Dy.Bart.& ſequacium in dicta
l.non puto.qui tenent,ꝙ in dubio pri-
uatus pręferatur fiſco debet intelligi in
cauſa lucratiua:opinio aũt illorum qui
tenent contra Dy.& ſequaces quos re-
fert Alex.in.d.l.j.videlicet quòd fiſcus
præferatur priuato debet intelligi in
oneroſis.& ita tenẽdũ eſt meo iudicio.
119 ¶†Sextus caſus in quo inducitur de
iure tacita hypotheca eſt in adminiſtra
toribus ciuitatũ : qa ſcilicet eorũ bona
pro dicta adminiſtratione ſunt tacitæ
hypothecata ciuitatibus quarum geſta
eſt adminiſtrato,ꝙ eſt nota.Q nia licet
aliàs ciuitas quæ nõ habet fiſcu nõ ha-
beat priuilegium tacitæ hypothecę vt
l.ſimile.& ibi gloſſa.ff.ad municipa. &
nota gloſſ.& docto.in.l.ij.C.in quibus
cauſis pig.taci.contraha.& Roma.in cõ
ſil.ccccviij.præſens conſultatio.& fir-
mat Alexãder poſt Iaco.de areti.l.j.§.
ſi hæres.ad fi.ff.ad trebel.Tamen bona
adminiſtratorũ bene ſunt obligata ( vt
dixi ) & ita firmat ibi Alexander poſt
gloſſam ibi in ver.ſequitur per textum
in.l.finali.C.quo quis ordi.conuc.libr.
xj.quę ita debere intelligi tradit Alex.
120 in dicto.§.ſi hęres.¶†Septimus ca-
ſus in quo inducta eſt tacita hypotheca
eſt in bonis prælati eccleſiæ pro mala
adminiſtratione bonorum eccleſiæ : ſi-
cut ſunt tacitè obligata bona tutoris ꝑ
mala adminiſtratione.l.pro officio.C.
de adminiſtra.tuto.& dixi latè.ſ.in pri
mo caſu numero.6.iſta eſt gl.no.in ca.
ex literis.de pigno.quam ibi ſequitur
Abbas & illã pro ſingulari allegat idem
Abbas in capitulo epiſcopus de præbé.
121 ¶†Et pro hoc etiã facit:qa prælatus
in multis æquiparatur tutori vt p Abb.
in.c.cũ deputati.de iudi.& ibi latè Fe-
li.in col.penul.in verſi.quãdo pręlatus
æquiparetur tutori,& iſto caſu eccleſia
habet priuilegiũ tacitæ hypothecæ:ſed
nõ in alijs.qa eccleſia æquiparatur ciui
tati & nõ fiſco & ſicut ciuitas nõ habet
tacitã hypothecã ita nec eccleſia,niſi in
caſu præmiſſo:vt p Bal.in.l.fina.in.iiij.
col.in verſi.quæro hic,an ciuitas.C.de
ſacro.eccle.& per Bal.poſt gl.in.l.ij.C.
in quibus cauſis pig.taci.cõtraha.& per
Cy.& Bal.in.l.dotis.C.de iure do.& p
Alex.in.l.ſi filio.§.fin.in.iij.col.in ver.
adde quod iſtud dictum.ff.ſol.matri.&
per eũdem in conſi.ciiij.plura ſuper his

122 vj.vol.ad fi.¶† Et idē eſt etiā in came
ra epiſcopali.quia ſcilicet illa non habet
priuilegiū tacitæ hypothecæ.vnde ſi qs
cōtrahat cum epiſcopo: bona illius non
ſunt tacitæ hypothecata epiſcopo nec
epiſcopatui quia de hoc nulla lege caue
tur,ita tenet Bal.in rubri.C.de priuile.
fiſ.in fine. & Alexā.in.d.conſi.ciiij.in fi.
123 ¶† Octauus caſus in quo inducta eſt
tacita hypotheca eſt in bonis orphano-
trophi, ſeu hoſpitalarij : vt ſcilicet eorū
bona ſint tacitè obligata pro mala admi
niſtratiōe:quia ſcilicet etiā ipſi æquipa-
rantur tutoribus:vt.l.orphanotrophos.
C.de epiſc.& cleri.& ita tenet Bal.in.l.
124 ſi qs presbyter.in prin.eo.tit.¶† No-
nus caſus in quo inducitur tacita hypo.
eſt in bonis deliquētis puto furis ꝓ re-
ſti.rerū ablatarū:quia dicta bona etiam
cōtra hæredes delinquētis vel quēcūq;
aliū poſſunt à dānificato vigore tacitæ
hypothecæ peti & hoc ſaltē ex æquitate
iuris canonici ita tenet Bald.in.l. furti.
C.de fur.arg.c.parochiano. de ſepul.&
ibi plenius comprobat Saly.dicēs bona
delinquētis eſſe tacitè obligata pro ma-
lè ablatis,& hoc pro liberatione animæ
dicti delinquentis,per tex.in.d.c. paro-
chiano.& per.l.ſancimus.C.de ſacro.ec
cle.vbi anima præfertur cūctis rebus:&
quia anima defuncti aliter ſtaret in ca-
ptiuitate,cū nō remittaī peccatū niſi re
ſtitutatur ablatū: vt in regula peccatū.
lib.vj.¶Quæ not.quia de iure ciuili nō
reperitur : quia bona furis , vel alterius
delinquētis ſint tacitè obligata pro ma-
lè ablatis:ſed cōtra furē,vel eius hęredē
datur cōdictio furtiua quæ eſt rei perſe
quutoria.l. ſi ꝓ fure.§.j.ff. de cōdi.fur.
& hoc etiā ſi res furtiua non extaret:qa
datur ad æſtimationem illius:vt.l.in re
furtiua.in prin.eo.titu.tex.glo.& Ang.
de areti.inſti.de obli.quæ ex deli.naſ.§.
fi.¶ Et licet Bar.in.l.j.in.ij.col.ff.de pri
ua.deli.tenuerit ꝙ actiones deſcenden-
tes ex delicto quæ ſunt pœnales ex par-
te rei delinquentis , & ex parte actoris
ſunt rei ꝑſequutoriæ de iure canonico
dentur cōtra hæredes delinquētis inſo-
lidū :licet de iure ciuili dentur in tātū,
quātū peruenit ad hęredes per.c.j.de n
pto.& ꝙ ibi no.ꝑ doc.Tamē Ab.in.d.c.
parochiano. referēdo dictā deciſionem
Bar.in.d.l.j.dicit nō eſſe faciendā diffe-
rentiā in hoc inter ius ciuile & canoni-
cū: & reſpōdet ad iura allegata per Bar.
ꝙ illa procedūt qn̄ delinquēs in articu-
lo mortis fuit cōtritus & mandauit res
reſtitui per hæredes: tūc enim nō dicit
agi ex delicto,ſed ex quaſi contractu:&
ideo tūc detur actio cōtra hæredes inſo
lidū,etiā vltra facultates hæreditarias:
ſed in alijs caſibus in quibus delinquēs
nō iniunxit iſtud onus hæredi ex pœni
tētia & cōtritione : tā de iure ciuili quā
canonico hæres ex delicto defuncti con
ueniri non pōt vltra vires hæreditarias,
ſed ſolū quatenus ad eū peruenit à de-
functo:& hoc etiā ſi hæres nō fecerit in
uētariū & ita etiā tenet Ab.in.c.in lite-
ris.de rapto.& Io.an.in.c.quāquam.de
vſu.lib.vj. in nouella.& Fede.de ſen.in
cōſi.xj.vt refert Abb.in.d.c.in literis.&
iſtam opinionē videtur tenere Alex.in
apoſt.ad Bart.in.d.l.j.& ipſam late di-
ſputādo tenet Pet.de an.in cōſi. ccccxj.
incip.& prima facie.Ita etiā tenet Bal.
in.d.l.furti.& in.l.j.in pe. col. C. ne ex
deli.defun.& Flori.in.l.inde Neratius.
ff.ad.l.aqui.Et ſic eſt cōmunis cōcluſio
ꝙ hæres teneatur ex delicto defuncti ſo
lū vſq; ad vires hæreditarias& nō vltra
etiā nullo facto inuentario & hoc tā de
iure ciuili quā canonico:& quod pro di
cta ſatiſfactione omnia bona delinquen
tis ſunt tacitè hypothecata dānificato.
ſiue

ſiue peruenerint ad hæredes delinquen
tis,ſiue ad alios tertios poſſeſſores:vt.ſ.
125 eſt cōcluſum.¶† Decim⁹ caſus in quo
tacita hypotheca de iure inducitur eſt
in collectis:quia ſcilicet fauore collecta
rum bona allibrata & accataſtrata pro il
lis ſunt tacitè obligata.iſta cōcluſio pro
batur per tex.& ibi glo.in.l.j.C.in qui-
bus cau.pi.ta.contraha. & ibi hoc not.
Bar.& Bal.firmāt Iaco.de are.Cy.Bar.
Areti.Alex.& Iaſ.in.l.apud Iulianū.§.
hæres.ff.de lega.j.& Soc.in cōſi.ccxliij.
2.col.in ver.præterea videtur quòd bo-
na.2.volu.faciūt not.in.l. imperatores.
ff.de public.tex.& ibi not.Bald. in .l.fi.
C.ſine cenſ.vel reli.& niſi ſoluātur col-
lectæ poſſunt bona allibrata vēdi vt eſt
glo.not.in ver. diſtrahatur. & ibi Bart.
C.de venden.bo.fiſ.lib.x.& non ſolum
poſſunt vendi pro collectis non ſolutis,
ſed etiā pro pœnis impoſitis cōtra non
ſoluentes vt not.Alex.in apoſt ad Bart.
in.l.creditor.in prin.ff.de actio.emp.&
ſi bona ex cauſis prædictis ſolēniter vē
dita ſint nō audietur vlterius dominus
volens offerre collectas pro quibus ven
dita ſunt:vt not.Bal.in.l.j.in ver. Item
poſſunt eius bona occupari&c.C.ſi pro
pter pub.penſi. & licet Bald. loquatur
in tributo:tamē idem eſt in collectis qa
rubri.ibi loquitur de publicis penſita-
tionibus:quarum appellatione veniunt
ſolutiones omnes quæ fiunt in publico
annuatim vt declarat ibi gloſ.& proba-
tur in.l.ij.&.iij.eo.tit.Secus autē ſi bo-
na non eſſent ſolenniter vendita : quia
tunc dn̄s veniens poſt venditionem po-
teſt illa recuperare:vt.i.j.ibi neq; ordi-
ne peracto.C.de fi. inſtr.lib.x.qui tex.
ſolet allegari ad retractationem ſubha-
ſtationum factarum minus ſolēniter in
uēditione rerum captarū pro executio-
ne rei iudica.nam tunc dominus pōt of
ferre debitū & reuocare venditionē : ſi
126 nō fuit in ea ſeruatus ordo &c.¶† Vn
decimus caſus eſt in decimis:nā pro illis
ſunt tacitè obligata prædia ex quibus
ſolui debent decimæ prædiales ad ſimi-
litudinē eorum quæ dicta ſunt ſuprà in
collectis vt not.Io.And.& Abb.in.c.cū
hoīes.de decimis.& idē tenet Fed.de ſe
nis in conſi.lxxxj.Incipit latius & mo-
uetur argumen.d.l.imperatores.ff.de
publica.& idē tenet Abb.in.c. paſtora-
lis.in.j.col.in ver.ſed quæro,quid ſi ven
ditur ipſe ager.de decimis.per eadē fun
127 damēta quæ fiunt in collectis. ¶† Sed
dubitaī,quid in canone debito pro bo-
nis emphyteuticis,an ſcilicet ꝓ illo ſint
tacitè obligata bona emphyteutica,pro
quibus canō debetur quolibet anno?&
in hoc Bald.in authē. ſi quas ruinas. in
iiij.col.in ver. ſed vltra oēs .C. de ſacro
ſan.eccle.tenet quod ſic , & mouet per
tex.& authē.de alie.§.ſcire.quē tex.di
cit eſſe tenendū mēti ad hoc. Idē tenet
Bal.in.l.certi iuris.in.5.q.C.loca.¶Sed
Bar.in.l.fi.C.de iure emphy. tenet con
trariū:& iſtā opinionē Bar.contra Bal.
tenēt Ant.de But. & Imo.in.c.potuit.
de loca.ſuper glo.iij.& Ang.in.l.vniuer
ſas.C.ne rei domi.vel templ.& mouent
quia licet de iure pro tributis ſoluēdis
ſit obligatus fundus tributarius per.d.
l.imperator.&.l.j.ij. & .iij.C. ſine cen.
vel reli.tn̄ in canone debito pro emphy
teuſi iſtud non reperitur , etiā ſi ſumus
in emphyteuſi eccleſiaſtica : ita dicunt
Ang.Anto.de but. & Imo. in dictis lo-
cis:& ita tenet Alex.in.l.quod dicimus.
in decima col.in ver. & ſic ex prædictis
patet.ff.de verb.obli. dicentes quod.d.
§. ſcire.in quo ſe fundat Bald. nō pro-
bat:quia ille tex.non dicit quod pro ca-
none bona ſint obligata. ¶Aduerte ta-
men quod ſi rem emphyteutæ eſſent in

uectæ, vel illatæ in prædiũ emphyteuticũ, illæ bene eſſent tacitæ obligatæ pro canone iuxta.l. itẽ quia.ff. de pact.&.l. certi iuris.C.loca.q.a talis contractus dicitur conductio: vt inſtitu.loca.§. adeo. & ita põt ſaluari opinio Bal.in.d.authẽ.
128 ò ſi quas ruinas.¶† Duodecimus caſus in quo de iure inducitur tacita hypotheca eſt in terminis.d.l. itẽ quia.ff. de pac.&.d.l. certi iuris.C.loca. videlicet quod res inuectæ & illatæ in domu conductam tacitæ ſint obligatæ pro penſione ſeu affictu domus locatæ.ad idẽ tex. in.l.iij.ff.quibus modis pig.ta.cõtraha. & in.l.ſi non inducta.C.eo.tit.& inuectæ, ſeu inductæ dicuntur manu: illatæ autẽ dicuntur dorſo, ita exponit glo. in d.l.ſi non inducta.in glo.j.& ibi Saly.& iſta ſit regula. ¶ Quam regulã amplia & limita pluribus modis. ¶ Et primò, amplia vt illa procedat non ſolum pro penſione: ſed etiam pro deterioratione prædij locati, vt ſcilicet etiã pro deterioratione res inuectæ vel illatæ ſint tacitæ obligate vt eſt tex.in.l.ij.ff.in quibus cauſis pi.taci.contraha.& not.Bar. in.l.ſolutum.§.ſolutam.ad fi.ff.de pig.
129 actio.† Vbi etiam plus vult. videlicet quod res inuectæ, ſeu illatæ in domum conductam poſsint retineri per locatorem pro alio debito tanquã tacitæ obligatæ: & pro hoc facit tex.in.l.j.C.etiam ob chirogra. pecu. quem ad hoc allegat Bart.in.d.§.ſolutã.¶ Sed iſtud vltimum quod dicit Bart.ſcilicet quod res inuectæ vel illatæ poſsint retineri pro alio debito, reprehenditur per Iaſo. in d.l.item quia.in prin.in.4.requiſito dicẽtem quòd .d.l.j.&.ij.ff. quib. ex cauſis pig.taci. cõtraha. per quas ſe mouet Bar. nihil faciunt: & quod in contrariũ facit.l.ſi.quæ incip.prætextu.C. cõmo. & ſe ita alias tenuiſſe in.l.ſi non ſortem §.ſi centũ.ff.de condi.inde. per ea quæ habentur per Barto.& alios in.l. ſi filio fami.in prin.ff.ſolu.mat.¶ Sed per hæc nõ puto recedendũ eſſe ab opi.Bar.quę videtur de iure verior. Nam Bart.fundat ſe in.d.l.j. C.etiam ob chirograf.pecu.quæ bene probat, ꝙ res obligata pro vno debito, poteſt retineri ꝓ alio vt ibi per Bar.& alios: & ſic licet.d.l.j.&.ij.ff. ex quib.cau.pi.ta.contraha.non ꝓbent opi.Bar.tamen bene probatur in .d.l.j. cui non reſpondet Iaſ. & iſtam opinio. Bar.tenet Ang.de are. inſti. de actio.§. item Seruiana.in.ij.col.in verſi.quæro, an inuecta & illata per allegata ibi per eũ: & probatur etiã iſta opinio Bart.ex no.per eũ in.d.l.ſi non ſortẽ.§. ſi centũ: vbi Bar.in primo mẽbro ſuæ diſtinctionis tenet, ꝙ res obligata pro vno debito poteſt retineri per creditorẽ pro alio debito & mouetur per eandem.l.j.C.etiã ob chirograph.pecu. in propoſito autẽ bona inuecta & illata ſunt tacitè obligata pro penſione domus merito dicendũ eſt quod etiã pro alio debito poſsint retineri per locatorẽ. ¶ Nõ obſtat.d.l. prætextu iũctis no.per Bar.in.d.l.ſi filiofa. in prin.q.a non faciũt ad propoſitũ: ſed loquũtur quando creditor volebat retinere re quæ nõ erat obligata pro aliquo debito (vt eſt res cõmodata) & ideo regulariter retineri non põt dicta.l. præ-
130 textu. ¶ Quæ tamen .l. fallit in cauſa dotis. Nam vbi aliàs nõ datúr retentio, debet dari fauore dotis & ita procedit d.l.ſi filiofamilias: vt ibi notat Bar.& ꝓ clariori reſpõſione ad.d.l.prætextu.vide omnino Bar. in.d.l.ſi non inducta. C.in quibus cauſis pig. taci. contraha. vbi vult quod illa procedat quando res peruenit ad creditorẽ, eo animo, vt ei in illa nullũ ius cõſtitueret: tunc enim retineri non põt pro alio debito: fallit in dote.l.ſi filiofami. Secus aũt ſi res perueniſſet ad creditorem eo animo vt in ea ius aliquod ei conſtitueretur q.a tũc poteſt retineri ꝓ alio debito & hoc modo procedant in nota.in.d.l.ſi nõ ſortẽ.
131 §.ſi cẽtum.ſecundum Bar.ibi ¶† Inſuper aduerte in hoc ad vnum aliud, videlicet dum Iaſo.in.d.l. item quia.in.j. col.in verſi.item aduerte. dicit talia inuecta, & illata cùm ſint generaliter & tacitæ tantùm obligata non impediuntur alienari ita quod in dicta alienatione tranſeat in acquirentem dictũ onus tacitę hypothecę: niſi prius eſſent incluſa, id eſt, deſcripta per manum notarij in præſentia teſtium per tex.in.l. eſt differentia.ff.in quibus cauſis pi.taci. contraha.& propterea ſecũdum eũ talis tacita hypotheca ante incluſionẽ videtur inanis & eluſoria : ſubdit poſtea quod in hoc Marti.laudeñ. tenet contrariũ, videlicet quod iſta tacita hypotheca impediat alienationẽ ſicut conuẽtionalis expreſſa per.l. ſi debitor.C. de diſtract. pigno. & reſpõdet ad .d.l.eſt differẽtia quod ibi eſt caſus ſpecialis fauore libertatis.¶ Sed Iaſo. dicit quòd imò.d.l.eſt differentia.loquit̃ generaliter: licet exẽplificet in libertate vnde regula nõ debet reſtringi per exemplũ.l. damni infecti ſtipula.pertinet.ff.de dã.infec. concludit tamẽ Iaſ. ꝙ dicta ſolutio Marti. eſt tenenda de neceſsitate vt tollatur dicta difficultas quæ aliàs euitari nõ põt: & pro hac allegat text. in.l. ſi gratuitã. §.ſi.ff.in quibus cauſis pignus taci. con-
132 traha. ¶† Sed certè iſta difficultas mota p Iaſ.meo iudic. eſt leuiſsima. Nam clarum eſt quod ſicut pro expreſſà hypotheca datur hypothecaria contra tertiũ poſſeſſorẽ, vt.l. ſi debitor.cũ concor. C.de diſtrac. pigno. ita etiã datur pro tacita hypotheca argu.l.cũ quid. ſi cẽt. pet.aliàs eſſet immanis: & de hoc textũs ſecundũ intellectum glo. & aliorũ in.l. j.C.de præcar.& Salui.interdict. Nam ille textus intelligitur in locatore & cõductore. Idem expreſsè tenet Bar. in.l. iij. in repetitio.C. de pigno. in .iiij.qõ. principa.in ver.ſed cõtra prædicta poſſet quis inſtare locator &c. vbi determinat quod quãdo res cõductoris quæ eſt tacitè hypothecata locatori peruenit in tertiũ habentem cauſam à conductore: non poteſt locator contra dictum tertium poſſeſſorẽ exercere ius executiuũ de ingrediẽdo propria autoritate: quia illud pactũ executiuũ cenſetur limitatum ad certũ locũ, videlicet donec res ſunt in domo: ſed qñ ſunt extra domũ penes tertiũ habentem cauſam à dicto conductore debet agi cõtra eũ hypothecaria & allegat tex.in.d.l.j.C. de Salui.
133 inter.¶† Præterea clarũ eſt quod pro rebus coloni inuectis & illatis competit locatori directũ Saluianum interdictũ: vtile autem cõpetit locatori pro rebus inquilini, & etiã cuilibet alteri creditori: vt eſt caſus in.d.l.j. & competit non ſolũ contra conductorem & debitorem ſeu inquilinum & eorũ hæredes : vt.d. l.j.& ibi Bal.ſed etiã cõpetit contra quẽlibet extraneum poſſeſſorem vt eſt tex. in.l.j.§.j. ibi vtilis actio aduerſus extraneos.ff.eod.tit.& ibi not.Bart.& ſic eſt clara concluſio ꝙ interdictũ Saluianũ, ſeu Seruiana actio cõpetit locatori pro rebus inuectis & illatis etiam cõtra extraneum poſſeſſorem, vt habetur in locis prædictis. In hoc tamẽ eſt differentia: q.a qñ Saluianũ interdictum vel Seruiana actio datur pro rebus coloni eſt directũ, & eſt propria Seruiana ſed qñ datur pro rebus inquilini vel alterius debitoris eſt vtile interdictũ & quaſi ſeruiana quæ idem eſt cum hypothecaria

vt declarat Bartol.in.l. fina.ff. de ſalui.
inter.& habetur in.§.item Seruiana.in
ſtitu.de actio.& ideo concluditur quòd
quando res inuectæ & illatæ alienantur
per colonum vel inquilinũ in tertium
poſſeſſorẽ cõpetit locatori Saluianum
interdictum,vel Seruiana vel hypothe-
caria contra dictum tertium poſſeſſo-
134 rem.¶† Et nõ obſtat.d.l.eſt differen-
tia : quia vera ſolutio illius eſt quod ibi
eſt caſus ſpecialis in libertate:vt proba
tur per textũ & gl.in.l. licet.ff.in quib.
cau.pignus.taci.contraha.quæ eſt.l. ſe-
quens poſt.d.l. ſi gratuitatẽ.§.fi. quam
Iaſo.per errorem allegauit.nam debuit
allegare.d.l.licet.quia in.d.l.licet.dici-
tur ꝙ tacita obligatio ſerui nõ impedit
quin ſeruus manumitti poſſit:& gloſſ.
ibi dicit quod idem eſt in generali obli-
gatione:vt ſcilicet per illam non impe-
diatur manumiſsio ſerui : ſecus autem
eſt in ſpeciali obligatione ſerui : vt dicit
ibi in glo.& allegat tex.in.l.ij. & in.l.ab
eo.C.de ſerui.pigno.da.ma.& quod di-
ctũ eſt de tacita hypotheca ſerui quod
illa non impediat manumiſsionem:in-
telligi debet,niſi ante manumiſsionem
eſſet incluſus : quia tunc propter talem
incluſionem non poſſet manumitti : vt
eſt textus in.d.l. eſt differentia in qua
deriſus fuit Nerua iuriſconſultus : qui
putauit per feneſtrã ſeruum incluſum
manumitti poſſe : vt etiã meminit Bal.
135 ibi & in.d.l.ab eo.¶† Amplia ſecundò
dictam regulam vt procedat etiam ſi
primus conductor locaret ſecundo con
ductori:quia etiam bona inuecta & illa
ta per hunc ſecundum conductorem eſ
ſent tacitè hypothecata pro pẽſione do
mus primo locatori:quod ex duob⁹ eſt
ſatis mirabile. Primo quia res expreſsè
obligatæ per ſecundum conductorem
primo cõductori nõ ſunt ex illa conuen
tionali obligatione obligatæ primo loca
tori:vt eſt tex.& ibi Bart. in .l.ſi in.l.§.
ſi colonus.ff loca.niſi forte primus loca
tor acquiſiuiſſet à primo conductore
etiam ipſe generalem obligationẽ ex-
preſſam,nam tunc bene primus locator
haberet vtiliter hypothecatũ nomen ſe
cundi cõductoris quod directò eſt obli-
gatum primo iuxta.l.nomẽ.C. quæ res
pi.obli.poſ.& habetur per Bar.in.l.ſolu
tum.§.ſoluta.in.ij.col.ff.de pign. actio.
Et tamen bona ſecũdi conductoris in-
uecta & illata ſunt tacitè hypothecata
etiam primo locatori vt per glo.& Bar.
136 in.d.§.ſolutam. ¶ † Secũdò mirabile
etiam videtur ꝙ licet ſecundus condu-
ctor non ſit perſonaliter obligatus pri-
mo locatori:& ſine perſonali obligatio-
ne non poſſit à principio induci hypo-
theca:vt.l.fideiuſſor obligari. in prin.&
ibi Bar.ff.de fideiuſ.tamẽ hoc non ob-
ſtante res inuectæ & illatæ per ſecundũ
conductorẽ ſunt tacitè obligatæ primo
locatori pro obligatione primi condu-
ctoris.¶ Et ratio eſt , qa vnuſquiſq; pôt
obligare res ſuas ꝓ debito alterius:vt.l.
alienã.ff.de pigno.actio. ita declarat gl.
& Bar.in.d.§.ſolutã. ¶ Intellige tamen
prædicta pro ea rata domus tantũ quã
conduxit ſecũdus conductor à primo:
non aũt pro tota penſione ſi totam do-
mum non cõduxit:vt eſt tex.in.d.§.ſo-
lutã.& dictã concluſionẽ tenet etiã gl.
in.d.l.ſi gratuitã.in prin.dũ intelligit il
lũ tex.ibi quod bona per ſecundũ cõdu
ctorem inuecta,& illata non ſunt tacitè
obliga ta primo locatori quando ſecun-
dus cõductor gratis habuit rẽ cõductã à
primo cõductore vt etiã expreſsè ibi di
cit iuriſcõſultus & tenet Bart.in.d.§.ſo
lutã.ad fi.Sed qñ illã gratis non habuiſ
ſet tũc tenet gl.ibi quod bona ſecũdi cõ
ductoris inuecta &illata eſſent obliga
ta



ta primo locatori per.d.§.ſolutã. ita te-
nendũ puto quãuis Roma.in ſingulari
lxxxv.x.car.col.iiij.inci.inuecta.teneat
cõtrariũ,ſcilicet quod bona ſecũdi con-
ductoris non ſint tacitè obligata primo
locatori,dicens de hoc eſſe text. ſing.in
d.l.ſi in lege.§.ſi colon⁹.ff. loca. ſed ille
tex.ſecundũ gl.& Bar. ibi intelligi de-
bet de expreſſa conuentionali hypothe
ca:& non de tacita(vt.ſ.dictum fuit.)
137 ¶† Sed dubitatur,an ſecundus credi-
tor qui gratis à primo cõductore domũ
recepit,& qui(vt dictũ eſt)non tenetur
ad penſionẽ:an ſaltem ſi domũ deterio
rauit teneať de dicta deterioratione?&
ei⁹ bona inuecta & illata ſint tacitè obli
gata pro dicta deterioratione primo lo-
catori?& glo.in.d.l.ſi gratuitã.in princ.
tenet ꝙ ſic allegat.l.non ſolũ.co.ti. Iaſ.
autẽ in.d.l.item qa.in.ij.limi. reprobat
dictam gl. nã ſecundũ eũ ineptum eſſet
dicere in illo tex.quod iuriſcõſultus de
cidiſſet ꝙ bona illius qui gratis inhabi-
tat eſſent tacitè hypothecata pro pẽſio-
ne cum ipſe ad penſionẽ non teneatur.
ergo de neceſsitate debet ille tex.intel-
ligi de deterioratione quod .ſ. bona il-
lius ꝗ gratis conduxit à primo condu-
ctore non ſint tacitè obligata pro dicta
138 deterioratione. ¶ † Mihi aũt videtur
ꝙ illa gl.indebitè reprehẽdatur à Iaſo.
quia nulli eſt dubiũ quod ille ꝗ deterio
rat rem alterius etiã cõmodatã tenetur
de deterioratione vt habeť in .l.iij.§. in
hac.ff.cõmo.cũ concordantijs allegatis
ibi per gl.& Bar. & licet ille ſecũdus cõ
ductor ꝗ gratis conduxit à primo non
teneať actione perſonali primo locatori
neq; pro penſione : qa ad illã non teneť
vllo modo:neq; pro deterioratione per
eũ facta in domo:qa inter primũ locato
rem & ipſum ſecundum conductorem
nullus contractus interceſsit. tamẽ hoc
non obſtante volunt glo.& Bart. quod
bona inuecta & illata per ſecundũ con-
ductorem ſint tacitè obligata primo lo
catori pro penſione debita ei per primũ
conductorẽ: quaſi ſecundus conductor
inſerẽdo & inuehendo bona ſua in do-
mum cenſeatur illa tacitè obligare pro
penſione debita ipſi locatori per primũ
conductorem:& ſic quod ſecundus cõ-
ductor obligauerit bona ſua pro penſio
ne alterius.i.primi cõductoris iuxta.d.
l.alienã.ff.de pigno.actio.& ita declarat
glo.& Bart.in.d.§. ſolutam. vnde licet
bona ſecundi conductoris inuecta & il-
lata nõ cenſeantur obligata primo loca
tori pro penſione per ipſum debita pri-
mo locatori:quia per eum non debetur
penſio⁹: tamẽ cẽſentur obligata pro pen
ſione debita per primum cõductorem:
& pari ratione videbatur dicendum in
ſecundo conductore qui gratis condu-
xit à primo ꝙ .ſ. licet pro penſione ſua
bona inuecta nõ cenſeantur obligata ex
quo gratis cõduxit tñ quod cenſeantur
obligata pro pẽſione debita à primo cõ
ductore:& ſuper iſta ratione dubitãdi,
& pro eius deciſione fundata eſt.d.l. ſi
gratuitã.videlicet ꝙ ſecũdus cõductor
qui gratis conduxit à primo non cenſea
tur obligare ſua bona inuecta & illata
pro penſione primi cõductoris:& ratio
decidendi fuit qa iſto caſu quando ſecũ
dus conduxit gratis à primo non tene-
batur ad penſionem primo conductori:
prout tenebatur quando nõ gratis con-
duxit vnde non militat illa ratio obli-
gandi ſua bona pro primo conductore,
quæ militat quãdo ipſe tenetur ad pen
ſionẽ. Primò,qa quãdo tenetur ad pen
ſionẽ primò cẽſetur quaſi ꝓ ſuo debito
obligare ſua bona : ſed quando non te-
netur ad penſionem,quia gratis cõdu-
xit ceſſat pſumptio volũtatis quod vo-
luerit

luerit obligare ſua bona ꝓ debito pror-
ſus alieno.arg.l.cũ de indebito. de pro-
ba.cum vulgaribus : ſed reſpectu dete-
riorationis ad quam ipſe omnino tene-
tur nõ primo locatori:ſed primo códu-
ctori à quo ipſe gratis conduxit per no.
in.d.l.iij.§.in hac.ſubeſt illa ratio,ſcili-
cet quod ex quo ipſe ꝓ ea teneť primo
conductori cenſeatur habuiſſe animum
obligãdi bona inuecta & illata primo lo
catori pro dicta deterioratiõe ad quam
tenetur primus cõductor locatori ſuo&
ipſe ſecũdus, cõductori primo,& ſuo lo
catori & ſic cenſetur obligaſſe bona pri-
mo locatori pro dicta deterioratione
non tanquam pro ſuo debito : quia ipſe
non tenetur primo locatori:ſed pro de-
bito primi conductoris cauſato : tamen
ex ſua deterioratione : & ſic non poteſt
dici inepta deciſio.d.l.ſi gratuitam. re-
lata ad penſionem & non ad deteriora-
tionem & gl. habuit bonum ſenſum &
rectè loquuta fuit:quæ no. quia ſunt ali
quantulũ ſubtilia &c. ¶ Tertiò,amplia
regulam vt procedat nõ ſolum quando
locatio facta fuit pro mercede debita in
pecunia numerata quæ propriè dicitur
locatio:ſed etiam ſi eſſet facta pro mer-
cede debita in certa ſpecie & ſic impro-
pria locatione ita tenet gloſ. ordi. inſti.
de actio.in.§. item ſeruiana. quã etiam
ſequitur Bald.in.l.j.ff.loca. in certis le-
cturis & eius opi.dicit eſſe ęquiorem &
magis expreſsè tenet idem Bal. in .d.l.
certi iuris.in .iij.q. poſt Cyñ.ibi : & ita
etiam tenet Saly.ibidem & Iaſo. in.d.l.
item quia.in.iij.limi. quicquid in con-
trarium voluerit Spec.in tit. de loca.§.
poſtquam.ver.porrò.eſt quædam actio
prætoria:& dictam opi.tanquàm verio-
rem & magis cõmunem approbat An-
ge.de aret.in.d.§.item Seruiana.in.iij.
colũ.in verſi.in gloſſ.in verſi.quis & ita
etiam tenet Roma.in ſing.233. car.viij.
incipi. tu ſcis quod inuecta. ¶ Quartò,
amplia dictam regulam,vt illa procedat
etiam ſi locator prouidiſſet ſibi de ſpe-
ciali hypotheca:quia per hoc non vide-
tur voluiſſe recedere à dicta hypotheca
inducta à lege de inuectis & illatis. ita
tenet Bal.in.d.l. certi iuris. circa fin. &
ibi reſpondet ad illam regulam quæ vi-
debatur facere in contrarium,videlicet
quod per prouiſionem hominis cenſe-
tur quis velle recedere à prouiſione.l.
iuxta not.in.l.fin.C.de pac. conuentis.
Ita etiam tenet Ioan. fabr.in.d.§. item
Seruiana.in.ij.colũ.& hanc opinionem
tanquã veriorem amplectitur ibi Ang.
de are.in.ij.colum.in verſi.quid ſi loca-
tor prouidet. Iſtam etiam videtur tene
re Iaſ.in.d.l.item quia.in.ij.no. & hanc
puto tenendam:licet contrariã opinio.
tenuerit Cy.in.d.l.certi iuris.in.ij.q. &
ibidem Sal.in.5.& Dy.in.d.§.item Ser
uiana.& Alberi.de roſa.in.d.itẽ quia.qui
omnes mouentur per.d.l.ſi.cui reſpon-
dent Bald. Aret.& Iaſ. in locis prædic
gatis : & eorũ rñſiones veriſsimæ ſunt
maximè ex his quæ ꝑ me.ſ. dicta ſunt.
in.5.q.tacitæ hypothecę dot.nume.96.
¶ Quintò,amplia regulam vt procedat
etiam in inuectis & illatis in horreo,
vel area conducta iuncta domui text.
gl.& Bar.in.l.iij.ff.in quib.cau.pi.taci.
cõtraha.& idẽ eſt dicẽdũ de inuectis &
illatis in ſtabulũ cõiunctum domui , vt
ſcilicet pro penſione ſtabuli ſint tacitè
obligata:vt eſt tex. in.l.eo iure.§.ſtabu
la.eo.tit. ꝙ procedit etiã ſi ſtabulũ eſſet
in comitatu vt ibi declarat Bar.poſt Ni
co de matta.& ratio eſt:quia ſtabulũ,vel
areaq́ propriè diciť curtis ſeu curia : vel
horreum iuncta domui,vel in domo ſi-
ta ſunt prædia vrbana vt not.Veroneñ.
in tract.de ſerui.vrba.in.xj.ca.in prima
colũ.
colum.per iura de quibus ibi per eum.
139 ¶ † Sextò,amplia regulã vt procedat
etiam in rebus inuectis & illatis in por-
ticu iuncta domui. Nam licet appella-
tione domus propriè non veniat porti-
cus:vt declarat Bart.in.l.cætera.§.hoc
ſenatus.ff.de lega.j.cũ quo tranſeũt ibi
Alexandr. Iaſ.& alij tamen quia locata
domo cenſetur etiam locata porticus:
quia licet porticus non ſit propriè do-
mus de per ſe vt dicit Barto.tamen eſt
de domo ideſt accedit domui & eſt pars
domus vt declarat Bart .in.d.§.hoc ſe-
natus.& etiam dicitur ædificiũ licet nõ
ſit domus vt ibi per Bart.& vt ſit locus
regulæ.d.l.certi iuris:nõ requiritur de
neceſsitate quod res ſint illatæ in do-
mum,ſed ſatis eſt quòd ſint inuectæ in
area,vel horreo,vel ſtabulo domui con-
iunctis vt in præcedenti ampliatiõe di-
ctum eſt:vel etiam in aliquo alio ædifi-
cio:vt eſt text.in.l.j.ff.in q.cau.pi.taci.
cõtraha.Cùm ergo porticus ſit pars do
mus,& domui accedat & ſit ædificium
merito inuecta& illata in ea venire de-
bent in tacita hypotheca de qua in.d.l.
certi iuris. quãuis nõ ſit ꝓpriè domus:
& ita puto tenẽdũ:licet Bal.in.d.l.certi
iuris.in.x.q.in verſi.ſed pone &c.reli-
querit indeciſum hoc & remiſerit ſe ad
140 no.in.d.l.cætera.¶ † Septimò.amplia
regulã vt ꝓcedat etiã in rebus inuectis
& illatis in naui cõducta:quia etiã ille cẽ-
ſetur tacitę obligatę pro pẽſione nauis.
nam nauis æquiparatur prædio vrbano
non rustico argu.l.j.§.ſi quis de naue.
ff.de vi & vi arma.ita tenet Bal.ĩ.l.certi
iuris.in.4.quæſtio.in verſicu.quid er-
go.¶ Ego neſcio colligere quomodo.d.
§.ſi quis de naue probet:tamẽ deciſionẽ
puto veriſsimã:quia vt dixi nauis æqui
paratur vrbano prędio:vt no.Veroneñ.
in tracta.vrba.in Rubrica.xj.in.j.colũ.
in verſi.qd de naui.& inter magiſtrum
nauis & illũ qui pro mercede conducit
nauem ad vehẽdũ res ad aliquẽ locum
oritur actio ex locato & cõducto:vt eſt
tex.in.l.& ita.in prí.&.§.j.ff. nate.cau.
ſtab.& in.l.fi.§.fi. ff.ad.l.Rhodiam de
iac.Vnde cũ ſimus in locatione & cõdu
ctione prædij vrbani habere debet locũ
141 regula de qua in.d.l.certi iuris.¶ † Et
probatur optimè per text.in.l.huius.ff.
qui po.in pi.hab.vbi eſt tex.ꝙ pro mer-
cede horrei,vel areæ,vel vecturæ iumẽ
torum res inuectæ & illatæ ſunt tacitæ
obligatæ etiã cũ priuilegio prælationis
aliorũ creditorũ:quaſi dicta merces de-
bita ſit pro neceſſaria conſeruatione di-
ctarũ rerũ:ex quo Bart.ibi infert quod
priuilegiũ dictæ prælationis competit,
etiã pro naulo domus cõductæ pro re-
tentione,ſeu conſeruatione rerũ:ſecus
autem ſi domus eſſet conducta ad habi
tandum pondero:ergo in ꝓpoſito ꝙ ibi
eſt text.quod etiã pro vectura iumento
rũ res inuectæ & illatæ ſunt tacitæ obli
gatæ:& quod talis merces æquiparatur
ibi mercedi debitæ pro horreo vel area:
& merces nauis æq̃paratur mercedi ve
hiculi:vt eſt tex.in.d.§.ſiquis de naue:
cũ ergo pro mercede vehiculi res inue-
ctæ & illatæ ſint tacitæ obligatæ ita &
debet eſſe pro mercede nauis etiam cũ
priuilegio prę latiõis per tex.& ibi Bar.
in.d.l.huius.faciunt etiã not.per Iaſo.
in.l.pleriq;.in ſexta Ampliatione.ff.ne
in ius vocan.vbi allegat Bal.in.d.l.cer-
ti iuris.¶ Sed in contrariũ allegat Lud.
Romanus in.l.j.§.domini appellatio-
ne.ff.ad ſille.quẽ dicit moueri per text.
optimum in dicto.§.ſi quis de naue.
¶ Tamen vt dixi non videtur mihi ꝙ
ille text.probet contrarium:quia dici-
tur ibi quòd ille q deiectus eſt de naui
nõ habet interdictum de vi & vi arma.
prout

prout etiã non habet ille qui de vehicu-
lo deiectus eſt & ratio eſt quia illud in-
terdictum nõ datur niſi illis : qui deij-
ciũtur de ſolo vt.d.l.j.§.hoc interdictũ
cùm autem nauis & vehiculum nõ co-
hæreant ſolo:nimirum ſi deiectis de eis
nõ datur tale interdictũ:ſed per hoc nõ
tolletur quin nauis non poſſit locari &
conduci ad ſimilitudinẽ prædij vrbani:
& ideo cõcluditur ꝙ tã pro vectura na-
uis quam vehiculi res inuectæ & illatæ
ſunt tacitæ obligatæ etiã cũ priuilegio
prælationis aliorũ creditorum ꝙ nota:
quia in locis maritimis poteſt de facili
contingere in facto:& etiã in terris lõ-
bardie vbi res vehuntur cũ plauſtris:qa
in illis magiſter nauis & dominus plau-
ſtri ꝓ eorũ vecturis habẽt tacitã hypo-
thecã & præferri debent alijs creditori-
142 bus etiã anterioribus.¶ † Octauò,am
plia regulã vt procedat in rebus ſemel
inuectis & illatis:nã etiã ꝙ poſteà mu-
tato propoſito:amoueatur:tamen cùm
ſemel inciderunt in tacitam hypothecã
durare debet obligatio,etiã poſt amo-
tionẽ ita tenet Bal.in.d.l.certi iuris.in
vj.q.in verſiculo quid ſi inquilinus ar-
gu.tex.in.l.vnde falſam.ff.de conſtitu.
pecu . Sed errauit in allegando & vo-
luit allegare.l.vtrum. §. vnde falſam.
eodem titulo.quæ bene facit:& puto de
ciſionem eſſe veram quando res in do-
mum conductam inuectæ & illatæ ſunt
eo propoſito:vt in ea ſint perpetuò du-
rantæ locatione.Nam ſi hoc propoſito
nõ fuiſſent illatæ non incidiſſent in ta-
citam hypothecam:vt eſt tex.in.l.debi-
tor.ff.de pigno.& no.Barto.in.l.ſi non
inducta.C.in quib.cau.pigno.taci.con-
traha.& dictam opinionem Bald . ſe-
quitur Ang.de are.in dicto.§.item Ser-
uiana.in.j.col.in verſicu.quæro quid ſi
inquilinus.vbi etiam no.reſpõdet ad.l.
cùm tabernã.ff.de pig.quæ prima facie
143 videbatur facere in cõtrariũ.¶ † Et cõ
probatur iſta opi.quia hypotheca ſemel
acquiſita in rebus non tollitur per aliũ
ſubſequentem contractum factum ſine
conſenſu creditoris cui acquiſita eſt hy-
potheca:vt.d.l.ſi debitor.in princ.&.§.
j.&.l.volũtate.ff.qb.mo.pign.vel hypo.
ſolu.contractus enim à principio ſunt
voluntarij & ex poſtfacto neceſſarij.l.
ſicut.C.de actio.& oblig.& licet prædi-
cta loquãtur in expreſſa hypotheca ta-
men idem dicẽdũ eſt in tacita.l.cũ qd.
144 ff.ſi cer.pe.¶ † Limitatur modo dicta
regula pluribus modis,& primò,vt nõ
habeat locũ in molẽdino quia res illatæ
& inuectæ in molendinũ non ſunt ta-
citæ obligatæ pro penſione molendini
prout ſunt res illatæ in prædiũ vrbanũ,
ſed ſolũ prout ſunt obligatæ in prædiũ
ruſticũ:qa molẽdinũ eſt prædiũ ruſtici
potius quã vrbanum:iſta not.Bal.in.d.
l.certi iuris.in.iiij.q.in verſi.qd in mo-
lẽdino:licet nihil alleget:& ita refert &
ſequitur Verõ.in tractatu vrbanarũ in
c.xj.in.j.col.limitando tamẽ,vt ibi per
eũ,niſi molendinũ eſſet iunctũ domui
per not.in.l.eo iure.§.ſtabula.ff.in qb.
cau.pi.taci.contraha.vel niſi eſſet molẽ
dinũ in quo etiã habitaretur:vt ibi per
quia tunc non eſſet prædium ruſticum,
ſed vrbanum per not.per Veronẽ.in
d.c.xj.& tunc dicendũ eſſet de eo prout
de vrbano:& non prout de ruſtico:de
quo dicam in ſequenti limitatione.
145 ¶ † Secundò,limita regulam vt pro-
cedat in prædijs vrbanis.quia res illatę
in illis indiſtinctè cẽſentur tacitè obli-
gatæ : vt dictum eſt.s.in regula & am-
pliationibus:ſed res inuectę & illatæ in
prędiũ ruſticũ nõ intelliguntur tacitæ
hypothecatæ niſi ita demũ ſi dominus
prædij ſciat dictas res fuiſſe illatas in
dictum



dictum prędium:& ſic in prędio vrba-
no inducitur tacita hypotheca in rebus
illatis abſq; alia ſcientia domini prædij:
in prædio verò ruſtico non inducitur
talis tacita hypotheca abſq; ſcientia do-
mini prædij ita tenet glo.& ſequuntur
doc.in.d.l.certi iuris.& inſtit.de actio.
in.§.item Seruiana:& ratio differentiæ
inter prædiũ vrbanũ & ruſticũ eſt ſecũ-
dũ doc.in locis prædictis:qa in vrbanis
rebus intereſt noſtra ne res noſtræ pan-
dãtur vt.l.ij.C.qñ & qui.quar.pars de-
be.li.x.& ideo inducit̃ hypotheca in il-
lis abſq; ſciẽtia dñi domus:ſecus aũt eſt
in reb⁹ ruſticis:qa ruſtici inducũt plau-
ſtra ligna & ſimilia & ſancta,ruſticitas
omnia palã habet ita tenet.gl.in.d.§.itẽ
Seruiana cũ qua cõmuniter doct.tranſ-
146 eunt.¶ † Inquantũ tamen glo.in.d.§.
itẽ Seruiana.in verſi.coloni.dicit ꝙ co-
lonus dicitur in villa inquilinus autẽ in
ciuitate.dicit Dy.ꝙ gl.melius dixiſſet:
ſi dixiſſet colonũ in agro & inquilinum
in domo:quia etiã in villa põt eſſe præ-
dium vrbanũ,& ecõtra ruſticũ põt eſſe
in ciuitate.Nã prædiũ vrbanũ non di-
ſtinguitur à ruſtico per locũ.ſed ꝑ qua-
litatẽ:vt.l.vrbana prædia.in princi.&.l.
vrbana familia.ff.de ver.ſign.Tñ Ang.
de are.in.d.§.item Seruiana.in.j.col.in
gl.in ver.coloni.dicit ꝙ gl.habuit ſanũ
intellectũ:quia vt plurimũ prædia ruſti
ca ſunt in villa:vrbana autẽ in ciuitate
& leges adoptantur ad ea quæ frequẽ-
tius accidunt.l.nam ad ea.ff.de legi.&
ita tenet Iaſ.in.d.l.itẽ quia.in.iiij.col.
licet de Ang.mẽtionẽ nõ faciat.¶ † Il-
147 lud tamẽ ꝙ dictũ fuit,ꝙ res illatæ in
prædiũ ruſticũ nõ ſunt tacitè obligatæ
domino prædij,niſi data eius ſciẽtia de
clarari debet procedere præterquã in
fructibus q ex fundo colligũtur:qa illi
ſunt ipſo iure obligati etiã ſine ſciẽtia,
per tex.in.l.in ꝑdijs.ff.qb.mo.pig.taci.
cõtraha.ita limitat & declarat Iaſ.in.d.
itẽ qa.in.iiij.col.¶ Sed iudicio meo ille
tex.nõ probat hoc.Nã tex.ibi ſimplici-
ter dicit ꝙ fructus q naſcũtur in prędio
locato intelligũtur tacite obligati domi
no fundi,etiã ſi de hoc non fuerit cõuẽ
tũ:probat ergo ille text.ſolũ ꝙ fructus
ſunt tacitè obligati:nõ autem probat ꝙ
non requirat̃ ſciẽtia domini prædij ꝓut
regulariter requiritur in prædijs ruſti-
cis:vt habetur ꝑ glo.& doc.in.d.l.certi
iuris:nec ille tex.in.d.l.in ꝑdijs.eſt ſu-
peruacuus in ſua deciſione:qa dubita-
bile erat,an fructus q nõ erant illati &
inuecti in fundum:ſed ibi erant nati ta-
citè eſſent obligati : ratione ergo iſtius
dubitatiõis tollẽdæ:fuit editus ille tex.
& ſic nõ eſt ſine virtute operãdi:vt de-
clarat.gl.in.l.ſi ſeruus cõmunis.§.loca-
ui.ff.de Fur.in gl.in ver.cõuenit.& ꝙ
etiã in terminis.d.l.in prædijs.requirat̃
ſciẽtia domini tenet glo.in.l.ſi nõ in-
ducta.in glo.j.C.in quib.cau.pign.taci.
cõtraha.¶ Neſcio ergo videre vnde Iaſ.
in.d.l.itẽ quia.extrahat ſuam limit.ſci-
licet ꝙ in fructibus natis in prædio nõ
requiratur ſciẽtia domini:cõcludo ergo
ꝙ idẽ ſit in fructibus ꝙ in alijs rebus il-
latis in prædiũ ruſticũ.videlicet ꝙ ſciẽ-
148 tia domini predij requiratur.¶ † Itẽ
ſubdit ibi Iaſ.ꝙ iſtud eſt intelligẽdũ de
fructibus naturalibus : ſecus autem de
induſtrialibus:quia illi non ſunt tacitè
obligati pro penſione prædij ruſtici:ita
refert ſingulariter tenere Barto.in.l.aſ-
ſiduis.C.qui po.in pigno.hab.in.ij.co-
lum.in verſicu.quæro,an habeat locum
iſta tacita hypotheca?¶ Sed errat Iaſo.
manifeſtè : quia Bartol.in.d.l.aſsiduis.
loquitur de fructibus perceptis per hę-
redem mariti ex bonis olim mariti,&
dicit ꝙ fructus naturales percepti per
hære

hęredẽ mariti ex bonis olim mariti ſunt
tacitè obligati ꝓ dote:ſed nõ induſtria-
les per tex.in.l.iij.C.ex quibus cau.pig.
taci.contraha. Nos autem nõ ſumus in
hærede conductoris,ſed ſumus in ipſo
conductore in quo non eſt facienda di-
cta differentia inter fructus naturales &
induſtriales prout fit in hęrede:& ratio
eſt:quia res & bona hæredis non veniũt
in obligatione contracta per defunctũ,
niſi ſint res quæ immediatè deſcendant
ex bonis defuncti in ipſum hæredem
prout ſunt fructus naturales: qui licet
ex bonis defuncti percipiantur : tamen
percipiũtur immediatè ſine facto hære
dis:ſed fructus induſtriales, licet ꝑcipiã
tur ex bonis defuncti:tamẽ percipiũtur
mediante induſtria hæredis & ideo illis
nõ ſunt obligati pro debito & obligatio
ne defuncti:vt dicit Bar.in.d.l.aſſiduis.
et habetur in tex.no.in.l.Paul°.in prin.
ff.de pigno.¶Nã vt dicit ibi glo. in obli
gatione defuncti non veniũt bona hære
dis quæ nũquã fuerũt defuncti : ſed fru
ctus percepti per debitorẽ obligatũ cũ
hypotheca expreſſa vel tacita ſiue ſint
naturales ſiue ĩduſtriales veniũt in obli
gatione & hypotheca:quia verũ eſt dice
re vtroſq; eſſe ipſiꝰ debitoris: vt eſt tex.
in.d.l.Paulus.§.j.ꝙ loquitur in expreſ-
ſa hypotheca:& in tacita hypotheca eſt
tex.in.l.iij.C.in quib.cau.pi.taci. cõtra
ha.& latè ibi per Sal.de materia.¶Vnde
vera eſt cõcluſio,ꝙ in.d.l.in prædijs ve
niũt & cẽſentur tacitè obligati fructus
percepti in fundo locato tam naturales
quã induſtriales domino ipſiꝰ fundi da
149 ta eius ſcientia.¶†Intellige tamẽ prę
dicta donec dicti fructus extant: nã ſi eſ
ſent alienati eorũ pretium non veniret
in tali obligatiõe: quia quãdo ſumus in
actione ſingulari pretium in hypotheca
ria nõ ſuccedit loco rei:vt eſt tex . & ibi
Bar.in.l.j.ff.de diſtr.pig.& in.l.quià de
bitore.in princip .ff. quæ in frau.cred.
& in.l.ſi rem & pretium.ff.de peti.hæ
redi.& ſicut nõ venit in obligatione pre
tium redactũ ex fructibus:ita & fortius
non venit prædiũ quod eſſet emptũ ex
pretio dictorũ fructuum:vt eſt tex.in.d.
l.iij.C.in quibus.cau.pig.taci.contrah.
& ita etiã tenet Iaſ.in.d.l. item quia.
150 iij.co.ad.fi.¶†Tertiò,limita dictã re
gulam,vt ſcilicet bona inuecta & illata
in domo cõducta ſint tacitè hypothe-
ta pro pẽſione ita demũ ſi probetur per
locatorẽ fuiſſe inuecta & illata: & ſic o-
nus probandi incũbit ipſi locatori:alias
autẽ per eum retineri nec peti poſſunt
tanquam tacite obligata tex.& ibi Bar.
Bal & Saly.in.l.ſi non inducta.C.in qui
bus cau.pi.taci.cõtraha.& adde ꝙ etiã
nõ ſufficeret ſolũ probare inductionem
& illationẽ:niſi etiã probetur iſta qua
litas,ſcilicet ꝙ inducta & illata fuerint
eo animo vt in domo eſſent ꝑpetuo do-
nec duratura eſſet conductio:tex. eſt in
d.l.ſi prædijs §.j.ff.in quib.cau.pig.ta
ci.contraha.& ita tenet gl.in.d.l. ſi non
inducta.& ibi Bar.Bald.& Salyc.quod
tamen vltimum probabitur ex qualita
te rerum:vt habetur in dictis iuribus.&
optime colligitur ex text . in.l.debitor.
ff.de pigno.& ſic erit arbitrarium iudi
cis,an bona inducta in domum condu-
ctam fuerint inducta:vt in ea eſſent du
rante locatiõe:puta ſi eſſet vnus lectus
& alia ex quibus ſolent ornari cameræ
& inſtrumenta ad conficiendum panem
151 & ſimilia. ¶ † Quartò,limita dictam
regulam, vt non procedat in rebus fa-
muli:quia res famuli illatæ per eum in
domum domini non ſunt tacite obliga-
tæ domino pro ſeruitio famuli: quia fa-
mulus non dicitur conductor, ſed loca-
tor:& quia de hoc non reperitur lege
cautum



cautum ita no. Bald.in.d.l.certi iuris.in
iiij.q.¶Quintò,limita regulam:vt non
procedat in rebus de quibus in.l. obliga
tione generali cũ tribus legibus ſeq .ff.
de pign.quia ſicut ille non veniũt in ex
preſſa hypotheca ita non debent venire
in tacita:nam non debet plus operari ta
citum quã expreſſum.l.cũ quid.ff.ſi cer
tum peta.ita tenet Bal.in.d.l.certi iuris
in.vj.q.& faciunt.no.per Bart.in.l.j.C.
152 quæ res pign.obli.poſ.¶†Sextò limita
dictã regulam,vt non procedat in rebus
alienis:quia illæ inuectæ & illatæ nõ ve
niũt in tacita hypotheca.Nam ſicut res
aliena obligari non põt expreſſè vt late
per Bar.in.l.j.§.j.ff.de pig.ita nec tacite
arg.d.l.cũ quid.& ita tenet gloſ. in.d.l.
certi iuris.in hoc conclude, ꝙ in omni-
bus caſibus in quibus res aliena põt ex-
preſſe obligari quos notaui .ſ̃. in.iij.mẽ
bro ſecundæ partis nu .5.6.7.8. In om-
nibus illis poteſt etiã tacite hypotheca-
ri arg.d.l.cùm quid.¶Sed dubitatur vti
liter,an eo ipſo ꝙ ille q eſt dominus rei
quæ per conductorem in domum con-
ductam infertur:& ſcit & patitur illam
inferri in dictam domum:videatur cõ-
ſentire in hoc: adeo ꝙ res illa cenſeatur
ex hoc tacite obligata pro penſione do-
mus?gl.no.in.d.l.certi iuris.tenet ꝙ ſic.
¶Sed Iac.de are.Cy.Bald.& Sali.ibi te-
nent cõtrarium.videlicet quod tacitur
nitas non noceat domino rei ad inducẽ
dum in illa tacitam hypothecam,niſi in
hoc dolus domini interueniret:vt puta,
quia pateretur quis obligari rem ſuam
à debitore aſſerente illam eſſe ipſius de
bitoris obligantis per.l.ſi ſine .C.ad vel
leia.&.l.ij.C.ſi res alie.pi.da. ſit. & iſtã
opi.tenet etiã Bal . in.d.l.itẽ quia.¶Sed
primã opin.glo.videlicet , ꝙ abſq; dolo
per ſolam ſcientiam & patientiam do-
mini inducatur tacita obligatio in re in-
uecta & illata tenet Bar.in.l.quę dotis.
in vlti.col.ff.ſoluto matri.& reſpondet
ad allegata per Cy.vt ibi per eum:& iſtã
opin.tenet etiã Iaco.butri.in.d.l.ſi ſine.
& iſtã videtur tenere Alexan.in.d.l. itẽ
quia . in prima colũ . iſtam etiam tenet
Barto.in.d.l.j.§.j.ff.de pign.& iſtam ex
preſſe tenet Alexan.in.d.l.certi iuris.in
apo.ad Bal.& iſta videtur magis vera &
153 communior. ¶†Septimò,limita dictã
regulã in mercibus venalibus inuectis
& illatis:quia ille non veniunt in tacita
hypotheca:& ratio eſt:quia dicta tacita
hypotheca reſtringitur ad bona inuecta
& illata in domũ conductã,& ſic ad cer
tum locum.d.l.certi iuris.cum cõcordã
tijs ſuprà in regula allegatis : & merces
venales nõ dicuntur eſſe in illo loco cũ
ibi nõ ſint vt perpetuo permãſuræ vt.l.
vẽditor.ff.de pig.& ideo non veniũt in
dicta tacita obligatione:& ita tenet Ale
xan.in.l.ſi cõſtãte.in princ.in.iij.q. ter-
tiæ. partis principalis in verſi.itẽ inquã
tum.Bart.hic in.d.q.tangit, an mulier
&c.ff.ſolu.ma.iunctis not.per me .ſ̃. in
ſecundo mẽbro ſecundæ partis.nu. 14.
¶Octauò,limita regulã vt nõ procedat
in inſtrumẽtis crediti illatis & inuectis
per cõductorem in domũ cõductã quia
illa nõ comprehẽduntur in tacita hypo
theca:& ratio eſt iam dicta in præcedẽ-
ti limi.videlicet quia nõ vidẽtur illata
animo & propoſito:vt ibi perpetuo ſint
donec duratura eſt locatio:ſed ſolũ do-
nec exigentur credita in illis deſcripta
merito nõ cẽſent̃ tacite hypothecata: vt
dixi.ſ̃.in.vij.limi.& ita tenẽt Pe.Cy.&
Sal.in.d.l.certi iuris.ĩ.iiij.q. & refert &
ſequitur Ang.de are.in.d.§.itẽ Seruia-
na.in.iij.col.in verſ.q̃ro inquilinus &c.
154 ¶†Nonò,& vltimo limitãt aliqui re-
gulam prędictam vt illa nõ procedat in
rebus minoris . xxv.an. inuectis & il-
latis

latis in domũ conductam ſine auctori-
tate tutoris vel curatoris qa ille nõ cõ-
prehendũtur in tacita hypotheca indu
cta pro penſione domus ita tenet Dyn.
in.d.§.itẽ Seruiana.& Bar.in.d.l.item
quia.& plenius in.l.ſi cõſtante.in prin.
in.iiij.q.tertiæ partis prin.ff.ſol.ma.&
Fulg.& Saly.in.d.l.itẽ quia.& Salic.in
d.l.certi iuris in.iij.q.& Imo.& Cuma.
in.d.l.ſi cõſtante.in prin. ¶Tamen cõ-
trariam opi.videlicet in cõſequentiam
actus permiſsi inducatur tacita hypo-
theca legalis in rebus minoris videtur
tenere glo.in.l.finali.C.de legi.tuto.&
iſtã opi.tenent Bal.Ang.& Pau.de ca.
in.d.l.item quia.& dicit ibi Pau.de ca.
ꝙ iſta opi.eſt æqua : idẽ tenet Bal.in.l.
vni.§.& vt plenius.C.de rei vxo.actio.
& in.d.l.finali.C.de legi.tuto.vbi dicit
iſtã eſſe communẽ opinionem: & illam
etiam tenet Io.an.in addi.Spe.in ti.de
dona.inter vi.& vxo.§.fi.verſic.quid ſi
mulier.& Bal.Ang.Roma.& Alexã.in
d.l.ſi cõſtante.in prin.& videtur ſequi
Iaſ.in.d.l.itẽ quia.vbi recitat quatuor
opinio.& magis videt̃ adhærere huic.
Iſtam etiam opi.magis latè tenet com-
probat & dicit eſſe cõmunem idẽ Iaſ.in
d.l.ſi cõſtãte.in.iiij.q.tertię ꝑtis princi.
vbi omnia refert:& ita tenendũ puto ꝑ
fundamenta de quibus ibi per Iaſ.&
ideò iſta limi.non eſt vera:& ſic habes
regulam cũ octo ampliationibus & to-
tidem limitationibus &c.¶Tertiuſde-
cimus caſus in quo inducitur tacita hy
potheca eſt in bonis vſurarij,& in bo-
nis emptis ex vſuris ꝓ reſtitutiõe vſura
rũ ſecũdũ Bald.in.l.penul.C.de ſer.pi.
da.ma.mouet̃ ꝑ tex.in.c.cũ tu.de vſur.
idẽ tenet Bal.in.l.executorẽ in.j.col.in
verſi.vel dicit ꝙ ꝓ vſuris.C.de execu.
rei iudi.allegat.c.quãquã.de vſur.li.vj.
155 ¶†Sed aduerte quòd in contrariũ eſt
cõis opinio,videlicet ꝙ bona vſurario-
rũ nõ ſint tacitè hypothecata ꝓ reſtitu
tione vſurarum ita tenet Io.an.in.d.c.
quãquàm.in nouella & Fede.de ſen.in
cõſi.ccxiiij.ſeu.ccxxj.& in cõſi.lxj.licet
nõ multũ clarè.& dictũ.c.cũ tu.nõ ꝓ-
bat opinionẽ Bal.qa dicit ꝙ poſſeſsio-
nes emptæ de pecunia fœnebri debent
vẽdi & preciũ ſolui illis à quibus extor
tæ fuerunt vſuræ.Nã iſtud idẽ fieret ſi
poſſeſsiones emptæ fuiſſent de pecunia
licitè acq̃ſita:eãdẽ opinionẽ tenet Ioã.
de ligna.in.d.c.quãquã.dicens ſe con-
ſuluiſſe ꝓ dicta opinione idẽ tenet An-
to.de bu.in.c.tua nos.de vſur.inducen
do text.illũ :vt ibi per eũ:& idem tenet
Laur.de rodul. in tractatu de vſur.q.
lxxvj.& Panor.in.d.c.cũ tu.ſup glo.fi.
& Domi.de.s.Gemi.in.d.c. quãquã.in
prin.penul.colũ.& Ambr.de vignate in
repe.c.ſalubriter.nu.231.vbi dicit hanc
eſſe cõmunẽ opinionẽ & ita eſt tenen-
dum:& ſic iſte.xiij.caſus non eſt verus.
156 ¶†Quartuſdecimus eſt in bonis vi-
ctrici:qñ mater trãſiuit ad ſecũdas nu-
ptias antequã filijs ſuis pupillis aliũ tu-
torẽ faciat ordinari & ei reddat ratio-
nẽ adminiſtrate tutelæ & reliqua reſti-
tuat.Nã tali caſu bona ſecũdi mariti &
ſic victrici ſunt tacitè hypothecata pu-
pillis pro reddenda adminiſtratiõe tut-
læ & reſtitutiõe reliquorũ:vt ex tex.in
l.ij.C.qñ mul.tut.offi.fug.põt.& cla-
rior tex.in.l.ſi mater.C.in q.cau.pi.ta-
ci.cõtraha.& ibi Bar.& Bal.& ita tenet
Soci.in cõſi.clxxx.ij.vol.diligẽter.ij.co
157 lũ.in verſ.cõfirmat̃ hoc &c.¶†Quin
tuſdecimus caſus in quo de iure intro-
ducit̃ tacita hypotheca eſt in bonis te-
ſtatoris ꝓ legatis ab eo factis vt eſt tex.
in.l.j.C.cõmu.de lega.& inſti.de lega.
in.§.noſtra & iſta ſit regula ad quã po-
ne primò tres ampliatiões,& poſtea ſex
limita-



limitatiões.¶Primò,ergo amplia regu
lam vt procedat nõ ſolũ qñ pro legato
datur actio:ſed etiã quãdo cõpeteret ſo
lum officiũ iudicis:quia tũc datur ſaltẽ
vtilis hypothecaria.ita tenet Bar.in.l.j.
ad fi.ff.de leg.j.in.iij.mẽbro:quem ſe-
quũtur ibi Io.de imo.Are.Iaſ.& Alex.
nõ per iura allegata per Bar.ſed ex alia
ratione,videlicet ꝙ cùm fideiuſsio acce
dat etiã officio iudicis vt per gl.& Bar.
in.l.cũ qs.§.ſi quis pro eo.ff.de ſolu.&
ꝑ Bar.in.l.Marcellus.in prin.ff.de fide
iuſ.ergo etiã ei accedit hypotheca:ea ra
tione,quia bonum eſt arg.de fideiuſsio
ne ad hypothecã:vt eſt tex.no.in.l.ſi le
gati.in fi.ff.de pig.ita tenet Iaſ.in.d.l.j.
ad fin.ff.de leg.j.¶Sed ſubdit Iaſ.quòd
iſtud fundamẽtũ Imo.& Alexã.ſibi nõ
placet:q̃a illud ꝓcedit in fideiuſsiõe &
hypotheca expreſſa:nos aũt loq̃mur in
hypotheca gñali tacitè inducta à lege:
quę nõ probat̃ cõpetere pro legatis,pro
quibus ſolũ competit officium iudicis.
¶Tamen iſta dubitatio Iaſo.videtur le
uis : quia ſicut hypotheca expreſſa põt
accedere officio iudicis,ita videtur dicẽ
dum in tacita arg.l.cum quid.ff.ſi cer.
pet.& probatur per text.in.d.l.j.C.cõ-
mu.de leg.in.§.j.vbi imperator dat hy
pothecariam omnibus legatis dummo-
do eorũ natura non repugnet:& ſubdit
in verſic.cum enim.quod ſicut teſtator
in ſuo teſtamento põt cui vult hypo-
thecã rerum ſuarũ dare ita placet im-
peratori tacitã hypothecam ex diſpoſi-
tione ſuæ legis cõcedere:& ſic in omni
bus æquiparat tacitã hypothecam indu
ctam ex lege expreſsè hypothecæ quam
teſtator dat vnde non videtur facienda
differentia inter expreſſam hypothecã
inductam à teſtatore:& tacitam indu-
ctam à lege pro legatis & pro cõſequẽs
ſicut expreſſa põt accedere officio iudi-
cis ita & tacita.¶Præterea Soci.in.d.l.
j.ad fi.de leg.j.ſubtiliter defendit deci-
ſionẽ Bar.& eius rationẽ ab impugna-
tione Imo.& ſequatiũ & firmat,quòd
vbi pro legatis competit ſolum officiũ
iudicis ibi etiam tacita hypotheca acce
dat vt ibi ſubtiliter per eum:& ſic tam
ex ratione Bar.defenſata per Soci.quã
ex ratione Imo.& ſequacium vera eſt
cõcluſio ꝙ vbi ꝓ legatis cõpetit ſolum
officiũ iudicis ibi etiã tacita hypotheca
accedat.¶Secundò,amplia regulam,vt
procedat etiam ſi teſtator in teſtamẽto
obligauerit in ſpecie vnam rem pro le-
gato:non obſtãte.lege finali.C.de pac.
conuen.vbi habetur quòd prouiſio ho-
minis facit ceſſare prouiſionem legis:
quia.d.l.fin.loquitur de remedio extra
ordinario à lege introducto in defectũ
prouiſionis hominis à quo bene cenſe-
tur receſſum per prouiſionẽ hominis:
vt ibi habetur per glo.& docto.ſed.d.l.
j.C.cõmu.de lega.introduxit hypothe
cam tacitã & ex ea hypothecariã actio-
nem pro legatis tãquã ordinarium re-
medium ad vberiorem cautelã & ideo
illud nõ ceſſat per prouiſionem teſtato
ris:ita tenet Bal.in.d.l.j.in tertia col.in
verſic.quæro ſi teſtator.Et iſtam cõclu
ſionem tenet etiam Roma.in ſuis ſin-
gularibus char.17.colũ.iij.in prin.licet
de Baldo nõ faciat mentionẽ,ſed alle-
gat alia de quibus ibi per eũ.¶Tertiò,
amplia dictam regulam vt procedat nõ
ſolum in rebus teſtatoris ratione domi
nij,ſed etiam in rebus quę teſtatoris nõ
erant:ſed ad hæredem peruenerũt per
ipſum teſtatorem vt.d.l.j.in fine.C.cõ
muni.de leg.¶Nec mirum quia ſumus
in hypotheca legali,quæ etiã in rebus
alienis contrahitur vt.l.ſatis notum.C.
in quibus cauſis pigno.taci.cõtraha.ita
tenet Bald.in.l.cum res.ad finem.C.ſi
to.de fa.de pi.& hyp.

alie.res pigno.da.ſit.eandem opinioné
tenet Ang.in.d.l.j.in lectura florétina,
dicens q̗ agés hypothecaria pro legato
nõ habet neceſſario ꝓbare res ad quas
agit fuiſſe in dominio teſtatoris:ſed ſa-
tis eſt q̗ probet illã ré perueniſſe à teſta
tore per tex.ibi in verſi.in rebus quas à
teſtatore conſequutus eſt & ibi in fine
ſed tãtũmodo earũ rerum quæ à teſta-
tore peruenerũt:& illũ refert ibi Iaſ.in
vltima col.in tertio no.ſed de Bal.non
facit métioné:& ita firmat Iaſ.quãuis
Dy.iſtud ibi intelligat ſolũ quo ad hoc
vt legatarius conſequatur immiſsioné
in poſſeſsionem:nõ autem quo ad auo-
candũ rem per hypothecariam:nã tunc
ſecundũ Dy.eſſet neceſſe probare rem
fuiſſe in dominio teſtatoris cũ in re alie
na nõ poſſet cadere pignus.l.fundus.ff.
de annu.leg.ſed ad hoc reſpondet Iaſo.
poſt Ang.quod imo tacita hypotheca à
lege inducta poteſt induci etiã in rebus
alienis per dictã legem ſatis notum cũ
alijs notatis in tit.ff.in quibus cauſis pi
158 gnus taci.contraha.¶† Limita modo
dictam regulã:& primò,vt procedat ſo
lum in alijs rebus teſtatoris nõ legatis:
nõ aũt in re legata vt no.glo.in.d.l.j.in
verſi.in multis.& in.d.§.noſtra.in ver.
hypothecaria.inſtitu.de lega.& dictas
gloſſas ſequuntur Cynus & Bar.in.d.l.
j.in verſ.oppono res ſua nemini.& Bal.
ibidé in verſic.quero nunquid ſi teſta-
tor legauerit & ibidem Iacob.butriga.
ſed ibidem Salyce.in verſicu.nunc quæ
ro cum glo.tenet quod cum verè domi
nium rei legatæ non ſit penes legata-
rium etiam dicta res legata poteſt dici
hypothecata vt ibi latè per eum Ange.
de arę.inſtitu.de lega.§.j.in.iij.colum.
in glo.in verſi.hypothecaria tenet con-
trariũ,videlicet q̗ hypothecaria cõpe-
tat ſolũ in alijs rebus teſtatoris non le-
gatis nõ aũt in re legata:q̃a illud quod
dicit Sali.procedit ſolum ante aditã hæ
reditatem:nã tunc non põt peti legatũ
quia nondum eſt cõfirmatum vt.l.ſi ne
mo.ff.de teſta.tuto.ſed poſtquã hære-
ditas eſt adita cum tunc verè ſit acqui-
tum dominium legatario vt.l.ſi tibi ho
mo.§.cum ſeruus.& ibi no.Bart.ff.de
leg.j.non põt res legata eſſe hypothec
ta.l.neq; pignus.ff.de regu.iur.ſed ſta-
ſtim ſubdit q̗ nõ eſſet malum dicereq
etiã poſt aditã hæreditatem res legata
ſit hypothecata:q̃a dominiũ quod ha-
bet legatari⁹ in re legata eſt de iure ſpe
ciali cum tranſeat in eũ ſine traditiõe
& ſic contra regulam iuris.l.traditioni-
bus.C.de pactis.& ideo videtur q̗ tali
caſu etiam res propria poſsit eſſe hypo-
thecata argu.l.in bello.§.ſi quis ſeruũ.
ff.de capti.¶Sed aduerte quod iſta fuit
opinio Bar.in.l.j.ad fin.ff.de lega.j.de
quo Aret.non facit mentioné:quæ q̗
vt refert Iaſo.in.d.l.j.vlti.col.cõmuni-
ter reprobatur per modernos.& tene-
tur prima opinio ſupra relata,ſcilicetq
hypothecaria cõpetat cõtra alias res te-
ſtatoris:non aũt ſup re legata.&.d.§.ſi
quis ſeruũ.per quem ſe mouit Bar.pa-
rũ facit:quia loquit̃ in dominio quod
quis habet,ſed reuocabiliter:nam po-
teſt compleri per præſcriptionem:& ſic
per eam acquiri irreuocabiliter:nota-
tur enim ibi quod ille qui habet domi-
nium reuocabile poteſt illud ſtabilire
per præſcriptioné,ſed in legatario hoc
non eſt ita quia ei ab adita hæreditate
ſequuta agnitiõe legati acquiritur do-
minium irreuocabiliter.l.ſi quis ita hæ
reditaté.& ibi gl.ff.de conditio.inſtitu.
¶Subdit tamen Iaſ.in.d.l.j.in vlti.col.
quòd pro opinione Bar.põt allegari bo
nus tex.in.l.idemq;.iũcta gl.& Bart.ff.
qui potio.in pigno.habe.vbi ſecũdũ eũ





habetur,quòd res empta ex pecunia
pupilli efficitur pupilli de iure ſpeciali:
& tamen poteſt eſſe ei hypothecata:ſed
ad hoc etiam poteſt reſponderi:quod
non eſt verum ſimpliciter q̗ res empta
ex pecunia pupilli efficiat̃ pupilli:ſed
hoc pendet ex electione pupilli:quia ſi
pupillus eligit velle dictã rem emptam
per tutorem ex pecunia ſua:eſt verũ q̗
facta electione illa res efficitur de domi
nio pupilli:ſecus aũt ſi pupillus eligat
velle ſuam pecuniã & non rem:q̃a tunc
illa nõ efficitur ſua,& iſto caſu erit ei
hypothecata:nõ aũt in primo,q̃n eligit
ré.ita intelligũt gl.& Bart.in.d.l.idéq;.
& Bar.in.l.j.&.ij.ff.quãdo ex fac.tu.&
ita etiã no.Bal.in.l.ſi tutor.C.de ſeruo
pigno.da.ma.& ſic ille tex.nõ obſtat cõ
159 muni opinioni.¶†Secũdò,limita di-
ctam regulã vt non procedat in rebus
hæredis:quia ille non ſunt tacitè obli-
gatæ pro legato,ſicut ſunt res teſtato-
ris:vt no.Bar.in.d.l.j.in fi.C.cõmu.de
lega.& dicit Ang.de are.inſti.de leg.§.
j.in tertia col.q̗ in teneris annis dũ eſ-
ſet doctor nouellus & voluiſſet practica
re cõtrarium,ſuccubuit.Sed ſi poſt ſex
méſes à die mortis defuncti & adite hæ
reditatis hæres nõ ſolueret legatũ:tũc
bene poſſet fieri immiſsio ad inſtantiã
legatarij in bonis hæredis pro legato:
& per talem immiſsionem conſtituere-
tur pignus prætorum:iſte eſt text.in.l.
certa.C.vt in poſſeſsio.lega.& ibi Bal.
& Salyce.licet gl.in.d.l.j.in fi.C.com-
mu.de lega.aliter dicat & malè ſecũdũ
Bart.ibi & alios docto.& ita etiã tenet
160 Areti.in dicto.§.j.in.iij.col.¶†Ter-
tiò,limita regulã & declara q̗ dicta hy-
potheca tacita,quæ cõpetit pro legato,
habet diuerſam naturã ab alijs hypo-
thecis:quia ſcilicet aliæ hypothecę cõ-
petunt inſolidũ cõtra quelibet ex hæ-
redibus:vt.l.j.C.ſi vnus plu.hæred.cre
di.vel de.ité pro minima pte debiti to-
ta res remanet obligata:vt.l.reſiduũ.&
l.quãdiu.C.de diſtrac.pig.iſta aũt hy-
potheca;quæ datur pro legato cõméſu
ratur actioni perſonali qua hæredes te-
nétur & ſic iſta actio hypothecaria da-
tur cõtra hæredes,ad quos peruenerũt
res teſtatoris pro ratis,pro quibus ſunt
hæredes ad ſimilitudiné actionis perſo
nalis:vt eſt textus in.d.l.j.in fi.& iſtud
eſt ſpeciale in legato,vt vult ibi Bar.in
pen.oppo.& idé ſequitur ibi Bal.in.iij.
col.in verſi.item no.hic q̗ hypotheca-
ria.& reddit rationé differétiæ,q̗ ſcili-
cet ideo in alijs hypothecis nõ ſit diui-
ſio q̃a incipiũt in pſona vnius promiſſo
ris & in ſenſu cõiuncto:hypotheca aũt
quæ datur pro legato tranſmittitur in
ſenſu diuiſo.idé tenet Iaſo.in.l.cũ qui
res in fi.C.de procurato.idem in ſimili
no.Bar.p.d.l.j.in fi.in repetiti.l.ſi con-
ſtãte.in tertia quęſtione.iiij.partis prin
cipalis.ff.ſolu.ma.¶Quartè,limita re-
gulã.quãdo aliæ res teſtatoris nõ ſunt
legatæ alijs perſonis:quia ſi alijs eſſent
legatæ in illis non competeret alteri le
gatario hypotheca,ne quod vni datur
alteri denegetur ita tenet gl.in.d.l.j.in
verſi.in multis.in verſi.hoc tñ.vnde ſi
vni eſſet legata certa quantitas,& alte-
ri eſſet legata certa ſpecies puta fundus
ille fundus nõ diceretur hypothecatus
pro legato quãtitatis,ex quo alteri lega
tus eſt ita vult.d.glo ibi ita tenet Iaſo.
in.d.l.j.vltima col.pro quo allegat tex-
tum optimũ in.l.ſi fideicommiſſoriũ.
ff.vt in poſſeſ.lega.&.l.procurator.§.
penul.ff.de tribu.¶Iſtud tamé intelli-
gi debet quãdo legata non ſunt relicta
vltra vires hæreditarias:ſed vltra lega-
ta ſuperſunt etiã alia bona teſtatoris:
ſed quãdo in bonis teſtatoris nõ extat,

niſi ſpecies legata: tũc in illa ſpecie vter
que legatarius videlicet illius ſpeciei,
& etiam quantitatis pro rata cõcurrere
debet per tex.no.in.l.quærebatur.ff.ad
l.falcid.ita dicunt Ang.& Pau. de caſt.
in.d.l.j.Quod dictum Iaſo.in.d.l.j.di-
cit ſe non ponere pro conſtanti. ¶Sed
iſtã queſtioné latè examinat Alex.in.d.
l.quærebatur.& refert quod Bal.in.l.ſi
vero cõpoſita.ff.de teſta.mili.tenet con
tra opinionem Ang.ſed quod cũ opinio
ne Ang.tenet Bald.in.l.ij.§.j.ff. de con
di.indeb.& dicit Alex. ꝙ opinio Ang.
probatur per.d.l.quærebatur, inducen
do vt ibi per eũ : & hinc opinioné dicit
161 ibi Alex.eſſe æquioré. ¶† Quinto,li-
mita regulã quando teſtator in ſuo te-
ſtamento remittit dictam tacitam hy-
pothecã introductã pro legatis : nã illã
remittere poteſt vt tenet gl.in.l.ij.ff.vt
in poſſeſ.lega.argumé. illi⁹l. & dictam
gloſſam approbat ibi Bart. & ita etiam
tenet Bal.& Saly.ibi & ſequuntur ma-
gis communiter doctores excepto Pet.
& Cy.in.d.l.ij.quos reprehendit Bald.
in.l.j.in.vj.col.C.de his quæ pœnæ no.
iſtam etiã opinioné tenet Bart.in.l.ne-
mo põt.ff.de leg.j. & ibi ſequitur Alex.
162 in.iiij.colũ. ¶† Sextò,limita regulam
in donatione cauſa mortis : qa licet illa
ſoleat in multis æquiparari legatis:vt.l.
ij.& ibi per docto.ff.de leg.j. Tamen in
hoc differt , ſcilicet ꝙ tacita hypotheca
inducta pro legato,non cenſetur indu-
cta in donatione cauſa mortis:quia hoc
non reperitur iure cautum : vt habetur
per Alex.& alios in .d.l.ij. & per Ange.
de are.inſti.de dona. in prin.in.ij. colũ.
¶Sextuſdecimus caſus eſt in mutuante
ad refectioné nauis vel pro alimentis
nautarum quia tali caſu inducitur taci-
ta hypotheca in bonis magiſtri nauis
pro reſtitution e talis pecuniæ etiã cum

priuilegio prælationis aliorũ priorum
creditorum vt eſt tex.in.l.interdũ.cum
l.ſeq.ff.qui potio.in pig.habe.& ibi hoc
not. Bart.qui etiã iſtud extendit ad pe-
cuniam mutuatã pro refectione ædifi-
cij vel pro quacũq; alia conſeruatione
rerum vt ibi per eum & eſt text. glo.
docto.in.l.j.ff.in quib.cau. pignus tac.
contraha.& ita etiam vult Alex.in cõſ.
ccxvij.viſo quodã &c.nume.z.vij.vol.
163 ¶† Septimuſdecimus caſus eſt in pecu
nia pupillari mutuata ad rem emédam
quia res empta ex illa pecunia eſt taci
hypothecata pupillo etiã cũ priuilegio
prælationis ꝓ reſtitution e pecuniæ mu-
tuatæ vt eſt tex.& ibi glo. Bar. & alij in
dicta.l.idemq;.ff. qui potio.in pigno.
habe.& iſtud eſt ſpeciale in pupillo.
pecunia alterius mutuata expreſſe ad
merces, ſeu alias res emédas non habet
in dictis rebus tacitam hypothecã.
de hoc per pactum expreſſum conuen-
tum fuerit:ſed tantummodo habet pri-
uilegium in perſonali actione vt ſcilicet
in dictis rebus præferatur alijs credito-
ribus non priuilegiatis prætendentibus
ſolam perſonalem:vt.l.quod quis.& ibi
gl.ff.de priuileg.credi.ita tenet Bart.
d.l.interdum.& Bal.in.l. quãuis ex
C.de pigno.& in.l.licet.C.q po.in pig.
habe.& Saly.in authé. quo iure.in.ij.
cod.tit.in quibus locis reprobatur gl.
in.d.authé.quo iure.quæ voluit contra-
rium , ſcilicet ꝙ res emptæ ex pecunia
expreſſæ mutuata ad illam emendã eſ-
ſent tacitæ hypothecatę ꝓ pecunia mu-
tuata:& ita tenet Alexã.in.l.ſi cũ doté.
§.fi.in penul.col.in ver.poſtremo. Bar.
ff.ſol. mat.& ꝙ dictum eſt de re empta
ex pecunia pupilli ꝙ illa ſit hypotheca
ta intellige quãdo res empta fuit ex pe-
cunia pupilli per alium quàm per tuto-
ré:tũc enim illa res nõ efficitur pupilli:
ſed



ſed ſolũ in ea acquirit ei tacita hypothe
ca. ſed ſi res empta eſſet per tutoré ex
pecunia pupilli:tunc eſt in electione pu
pilli, an velit illã rem tanquã ſuam:an
verò velit ſibi reſtitui ſuã pecuniã & il
lam rem pro reſtitutione pecuniæ eſſe
ſibi obligatã tacitè vt habetur per Bal.
in.l.ſi tutor.C.de ſeruo pi.da.ma. poſt
glo.ibi:& per gl.in.l.ij.ff.quãdo ex fac.
tut.& dixi.ſ.in.xv. caſu in prima limi.
164 numero.158.¶Octauuſdecimus caſus
eſt in re empta ex pecunia militis:quia
illa res eſt tacitè hypothecata pro reſti-
tutione pecuniæ militis ex ſpeciali pri-
uilegio ſicut dictũ eſt in pupillo in pro-
ximo præcedenti caſu ita not. glo.in.l.
quãuis.C.de pigno.& ibi Bart.& Saly.
& latius Saly.in.d.l. licet.in prima & ſe
cunda oppoſitio.C.qui po. in pig. hab.
¶Nonuſdecim⁹ caſus eſt in militia em-
pta ex pecunia expreſſim mutuata ad
illam emendam:quia illa militia erit ta
citè hypothecata creditori mutuanti cũ
priuilegio prælationis:& hoc ex ſpecia-
li fauore:vt eſt text⁹ & ibi nota omnes
in.l.fi.& in authé.ibi poſita.C.de pign.
& priuilegiũ prælationis in hoc conce-
ditur non ſolũ reſpectu aliorum credi-
torum:ſed etiã reſpectu dotis:quia ſci-
licet creditor qui mutuauit expreſsè ad
emédam militiam præfertur,etiã vxo-
ri dicti emptoris militiæ & filijs eiuſdé
repetentibus dotem:vt eſt tex.in.d.l.fi.
& in authé.ibi poſita. ¶Intellige tamen
tu quando dos eſſet poſterior credito
prædicto tunc enim ille creditor cum
iſta ſua tacita hypotheca priuilegiata
præfertur etiã doti : ſecus aũt ſi mulier
in dote eſſet anterior dicto credito : qa
tunc mulier præferret cuicunq; priui-
legiato etiã fiſco excepta ſola cauſa pri-
mipilari : vt ſatis notum.C. in quibus
cauſis pignus taci.contraha.ita no. Bal.

nouel.in tractatu dotis ĩ.x. parte in.xij.
col.in ver.xiij.limita.de quo tamen di-
cã.ĩ.in mẽbro prioritatis. ¶ Vigeſimus
caſus eſt:quando debitor obligauit cre
ditori bona alterius puta Sempronij
qui Sempronius poſtea ſtetit fideiuſſor
in dicto debito pro ipſo debitore:nã ta-
liter fideiubendo videtur tacitè appro-
bare obligationé antea factam de rebus
ſuis:textus eſt & ibi no. Bar. in.l. Pom-
ponius.§.j.ff.in quibus cauſis pignus ta
ci.contraha. Secus aũt eſſet ſi Sempro-
nius prius fideiuſsiſſet pro dicto debito
re & poſtea debitor eius bona obligaſ-
ſet : qa per antecedenté fideiuſsionem
nõ inducitur tacita approbatio futuræ
obligationis ſuorũ bonorũ vt eſt ibi tex
tus & tenent glo. Bar.& Bal.quod not.
nã licet propriè iſta nõ dicatur tacita hy
potheca:ſed poti⁹ tacita approbatio prę
cedentis obligationis:qa tamé quaſi in
idem tendit,ideo placuit ponere. ¶ Vige
ſimuſprimus caſus eſt quando quis obli
gatur ex cauſa trãſactionis ſuper veteri
obligatione:non tñ animo nouandi pri
mam:ſed ſimpliciter:quo caſu nõ indu
citur nouatio iuxta legé finalé.C.de no
uationi.vel ſi fiat expreſsè citra nouatio
nem iuriũ antiquorũ prout hodie pra-
ctici notarij faciũt. Nam ſi iſto caſu trã-
ſigens nõ ſeruat trãſactioné põt contra
eum agi primæua actione.l.cũ ꝓponas.
C.de pac.& l.ſiue apud acta.C.de tran
ſac.& ꝓ illa veteri & primæua actioné
bona dicti tranſigenti qui non ſeruauit
tranſactioné erunt tacitè hypothecata:
textus eſt nota.ſecundũ Bar.in.l.fi.ff.in
quibus cauſis pignus taci. contraha. li-
cet gloſſa ibi voluerit aliud: videlicet
quod bona non eſſent tacitè hypotheca
ta:ſed quod retineri poſſent quaſi obli-
gata:ſed gloſſa in hoc malè loquuta fuit
ſecundum Barto.ibi cùm imò verè ſint

 obli-

obligata. & ita etiam videtur velle ibi
Salyce. quod not. quia frequéter poteſt
contingere. ¶ Vigeſimusſecundus caſus
eſt in terminis dictæ. l. fi. quando tranſa
ctio fuit facta animo nouandi: ſed tranſi
gens per dolum trãſegit vel per dolum
tranſactionem non obſeruat iuxta not.
in. l. actione. C. de tranſac. tunc enim in
odium committẽtis dolum bona illius
cenſentur tacitè obligata: ita no. Bar. in
d. l. fin. ff. in quibus cauſis pignus taci.
contraha. quod etiã eſt menti tenendũ:
quia poteſt in facto contingere. ¶ Vige-
ſimuſtertius caſus eſt: quando aliqua
res ſpecialiter deſignatur pro præſtatio
ne alimentorũ, vel alterius annuæ præ-
ſtationis: tunc enim ille fundus ſpecia-
liter deſignatus ad hoc onus cenſetur
obligatus: ita notat Barto. in. l. Lucius.
ff. de ali. & cib. leg. per tex. in. l. ij. eodem
titul. quem ita intelligit poſt quendam
doctorum lombar. & ita etiã tenet Bar.
in. l. fundus quem. ff. de annuis lega. vbi
decidit quod ſi teſtator leget centũ an-
nua ſuper tali fundo: quod ex hoc cen-
ſetur ille fundus expreſsè obligatus: qa
ſecundum eum tantum eſt dicere lego
ſuper illo fundo quantum obligo illum
fundum: vt probatur ſecũdum eum in
rubri. de rebus eorum qui ſub tuto. vel
cur. nõ alie. vel ſupple. idem tenet Bart.
in. l. codicillis. §. inſtituto. ff. de lega. ij.
¶ Et prædicta tanto fortius procederent
quando talis annua præſtatio deſigna-
to certo fundo eſſet ſoluenda in perpe-
tuum: tunc enim indubitanter procede
ret concluſio ſuprà firmata: videlicet
quod dictus fundus eſſet hypothecatus
& quilibet poſſeſſor ad quem ille tranſi
ret teneretur ad dictam præſtationẽ. l.
hactenus. ff. de vſufructu. & not. Hoſti.
in ſumma tit. de loca. §. quæ actio. ver.
antepenulti. & vlt. & refert & ſequitur
Guido papæ in. q. 432. ad fi. & ita vide
tur tenere Ioan. fab. inſtitu. de actio. §.
item Seruiana, in vlti. col. vbi latè pro-
ſequitur materiam & Cor. in conſilio
ccxcvj. primo volu. in litera. g. & h. &
ibi declarat & firmat dictum Bar. in. d.
l. codicillis. §. inſtituto. ¶ Sed aduerten
dũ eſt quod Roma. in cõſi. ccclxxxviij.
in caſu propoſiti thematis in primo arg.
tenet quod dicta concluſio ſit ſpecialis
in cauſa alimentorũ: vt ſcilicet ſpeciale
ſit fauore alimentorũ quod fundus ex-
preſſe deſignatus ad eorũ præſtationem
ſit hypothecatus: & hoc etiam extendit
ad annuam penſionem quam ſummus
pontifex conſtituit clerico ſuper reddi
tibus certæ eccleſiæ: vt ſcilicet illi redd[illegible]
tus & bona ex quibus percipiuntur ſint
obligata pro dicta annua penſione: [illegible]
Pau. de caſt. in conſi. liij. quia exceptio
nes in penul. col. tenet quod res non [illegible]
obligata pro annuis præſtationibus [illegible]
penſionibus impoſitis in bonis eccle[illegible]
& quòd ſit ſpeciale in alimentis quia
res deſignata pro illorum præſtatione
cenſeatur obligata. d. l. ij. & dicta. l. Lu-
cius. ff. de ali. & ci. lega. & Fely. in. c. ad
audientiam. el. ij. in. v. col. in ver. quinta
concluſio. de reſcrip. recitatis opinioni-
bus Roma. & Pau. de caſtr. dicit quòd
forte opinio Pau. eſt verior. ¶ Ego puto
tenendũ, quòd nulla ſit ſpecialitas in ali
mentis: quia certi ſunt caſus in quibus
inducitur tacita hypotheca: vt in tit. ff.
& C. in quibus cauſis pig. taci. cõtraha.
Inter quos non reperitur caſus alimen-
torum. meritò ille non cenſetur habere
de iure tacitam hypothecam vt hoc ar-
gumento vtitur Bart. poſt dictũ docto.
Lombard. in. l. Lucius. facit tex. inſtitu.
de actio. in. §. actionũ. vbi enumerãtur
actiones bonæ fidei: & aliæ quæ ibi non
ſunt numeratæ ſunt ſtricti iuris: & ſic
alimenta



alimenta nõ habent ius tacitę hypothe
cæ, niſi quãdo ſunt legata in teſtamẽto:
quia tunc habẽt tacitã hypothecã prout
habent alia legata iuxta. l. communi. de
lega. ita tenet Bar. in. d. l. Luci⁹. & in. l.
Gaius. ff. de annuis lega. Sed ratio præ-
dictæ deciſiõis eſt quod certa bona fue-
rũt ſpecialiter deſignata pro alimentis,
ſeu alijs annuis præſtationibus: tunc
enim illa ſpecialis deſignatio facit ꝙ illa
bona cenſeantur obligata pro dictis præ
ſtationibus vt firmat Bartolũ. in locis
ſupra allegatis, & maximè in dicta. l. fun
dus quem. ff. de an. lega. & in dicta. l.
codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. ij. & in
d. l. Lucius. & iſta fuit etiam opinio.
gl. in. d. l. Lucius. in gl. in ver. ex reditu.
ita puto tenendũ cũ non inueniam de-
ciſiones gl. & Bar. reprobari per aliquẽ.
¶ Vigeſimuſquartus caſus ſecundũ ali-
quos eſt in legitima debita de iure natu
ræ deſcendẽtibus in bonis aſcendentiũ
iuxta. l. Papinianus. §. iiij. ff. de inoffic.
teſta. & authẽ. nouiſsima. C. eo. ti. vt ſci
licet bona aſcendentiũ ſint tacitè hypo-
thecata deſcẽdẽtibus pro dicta legitima
eis debita: & iſtã opinionẽ tenet Bal. in
conſi. clxxj. condẽnatus fuit quidã pri-
mo volu. vbi æquiparat filios vxori: &
Fulg. in cõſi. lxxxiiij. Bonacurſius in ſe-
cunda col. ad fi. & Aret. in conſi. clvj. di
ligenter viſis. in penul. col. in prin. Ean-
dẽ opinio. tenet Paul. de monte pico in
repe. l. in quartã. ff. ad. l. falci. in col. 49.
numero. 117. vbi audaciter dixit quod
Alex. qui ibi tenet cõtrarium errauit in
terminis: & ſecundũ eũ iſta opinio pro-
batur inconuincibili fundamento: nam
lex fauet magis filijs in legitima ꝗ alijs
legatarijs: qa ſtatim deducto ære alieno
detrahitur legitima. d. l. Papinianus. §.
quarta. & filius dicit creditor in ſua le-
gitima: & creditores præferunt legata-
rijs. l. fi. §. ſi verò. C. de iure delib. Cùm
aũt quilibet ſimplex legatarius habeat
bona teſtatoris obligata vt. l. j. C. cõmu.
de lega. à fortiori videt̃, quod bona de-
beant eſſe obligata pro legitima. & dicit
quod iſtud eſt ſuũ fundamentũ & alij
docto. non probauerũt iſtã cõcluſionẽ:
ſed imo iſtud fundamentũ ante eũ fuit
Fulgo. in dicto cõſi. lxxxiiij. quod for-
taſſe potuit ipſe non vidiſſe. Tñ contra-
riã ſententiã, videlicet ꝙ filijs nõ detur
hypothecaria pro legitima tenet Alex.
in. d. l. in quartã. in. vij. col. in ver. cõfir-
mo prædicta: dicẽs nõ reperiri iure cau
tum ꝙ filius habeat hypothecata bona
inſolidũ pro legitima iuxta. l. credito-
ris. ff. de diſtract. pigno. Idẽ tenet Alex.
in conſil. lxxviij. clariſsime doctor. iij.
volu. in vlti. colũ. in ver. Non obſtat id
quod dicit̃ de legitima. vbi dicit quod
bona nõ ſunt obligata pro legitima filij,
ſed ſolũ pro ea filius habet condictionẽ
ex lege contra heredes vt eſt caſus in. §.
cæterũ. in authenti. vt cùm. de appella.
cogno. & eſt communis opinio in. d. l. in
quartam. cũ alijs allegatis ibi per Alex.
Idem tenet Alex. in conſi. cxvij. viſo ti-
tul. q. vj. volumi. nu. 18. per allegata ibi
per eum & in conſi. 154. duplicato per
errorem numero. 13. & 14. ſeptimo vo-
lumine. Idem late firmat inſignis do-
ctor. d. Bulgarinus ſeneñ. in quodã ſuo
conſi. viſo & diligẽter cõſiderato quod
eſt impreſſum poſt quandam ſuam di-
ſputationem: quæ incipit, Sempronius
condidit teſtamentum quod conſilium
eſt ſubſcriptio ad quoddam cõſiliũ do.
Bartol. Socini qui idem conſuluit per
optima fundamẽta de quib⁹ ibi. Iſtam
etiam opinionem tenet Decius noſtræ
ætatis facilè primarius in cõſil. ccxxxv.
in caſu mag. &c. in vltima colum. & di-
cit eſſe veriorem: & reſpondet ad fun-

 damenta

damenta tenentium partem contrariã.
& primo, ꝙ Bal.in.d.conſilio.clxxj.nó
dicit. ꝙ pro legitima ſint hypothecata
bona & ſi diceret hoc nõ probat de iu-
re:& ideo procedit fundamentũ.ſ. fa-
ctum per Alexandrum ꝙ iure hoc cau-
tum non reperitur argumento.l.illã.C.
de colla.& ꝙ rationes Fulgo.ſunt parũ
efficaces. Nam dum arguit à legatarijs
ad filios ꝙ ex quo legatarij habent hy-
pothecam filij non debent eſſe deterio-
ris conditionis:dicit ipſe quod argumé
tum procederet data paritate termino-
rum,quãdo ſcilicet filij pro legitima ha
berent expreſſam volũtatem teſtatoris
prout habent legatarij:ſed quia legiti-
ma debetur ex diſpoſitione legis,non
militat argumentum de hypotheca cõ-
ceſſa pro legato iuxta.l.j.C.commu.de
lega ad legitimã quæ nõ habet expreſ-
ſam voluntatem teſtatoris & ꝙ ex hac
ratiõe magis faueatur legatis quã legi
timæ:tenet Saly.in.l.ſcimus.§.repletio
nem.in fine.C.de inoffi.teſta.& ſequi-
tur Alexan.in.l.in ratione la.ij.in prin-
cip.in vlti.col.in verſi. Item nõ videtur
bene dicere.ff.ad.l. falcidiam.pro quo
optimè facit:quia aliméta de iure mul-
ta habent priuilegia:vt per Barto.in.l.
mella.in princip.ff.de ali.& cib.lega.&
tamen alimenta non habent tacitã hy-
pothecam:niſi ſint relicta in teſtamen-
to:quia tunc habet hypothecã ſicut cę-
tera legata vt per Bart.in.l.Gaius.ff.de
annuis lega.& in.l. Lucius.ff.de alimé.
& ciba.lega.& latè dictũ fuit in pcedé-
ti caſu.xxiij.& ita tenédũ puto.¶ Quã
tamen concluſioné limita niſi ageretur
pro ſupplemento legitimæ habito reſpe
ctu ad id quod relictum fuit in teſta-
mento filio non ſufficiente ad legitimã
iuxta terminos.l.omnimodo.C. de in-
officio.teſta.quia cũ illo caſu pars legi-

tima ſit relicta in teſtamento. Illud etiã
quod debet ſuppleri cenſetur relictum:
vt in nota.quæſtione tradit Bald.in.l.
hac edictali.columna.iij.verſicu.& pri-
mo quæro.C.de ſecun.nupt.quia tunc
ſicut pro alijs relictis cõpetit tacita hy-
potheca.d.l.j.C.communia de lega.ita
& pro ſupplemẽto legitimæ hoc modo
debito:& ita tenet Decius in dicto con
ſi.ccxxxv.in fine.& bene.Cõcluſio er-
go ſuprà firmata ꝙ in legitima non ſint
bona tacitè hypothecata procedit quã
do nullo modo legitima eſt relicta:ſed
petitur ex diſpoſitione dictę.l. Papinia
nus.§.quarta.&.d.auten. nouiſſima &
ſic iſte.xxiiij.caſus nõ eſt verus.¶ Non
reperio alios caſus in iure expreſſos in
quib⁹ detur tacita hypotheca,niſi duos
alios quos vide infrà in tertia parte prin
cipali in primo membro,numero.12.&
13.quos oblitus ſui ponere hîc,ideo tu
ſupple hîc quãuis nõ ſit propriè tacita
hypotheca in eis. Fateor tamé ꝙ per ſta
tuta poſſit induci etiã in alijs caſibus:
ſicut enim potuerũt leges ciuiles intro
ducere hypothecã in caſibus prædictis:
ita & ſtatuta municipalia poſſunt etiã
in alijs caſibus introducere iuxta textũ
in.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure.&
quia ſicut pacto poteſt hypotheca indu
ci ita & ſtatuto:qa ꝙ poteſt fieri per pa
ctum arguendo affirmatiuè poteſt etiã
fieri per ſtatutũ.l.nõ impoſsibile.& ibi
Bar.& doct.ff.de pactis.& gl.in rubri.
C.de decre.decu.libro.x. & ita firmat
Bar.in.l.fin.C.de iure rei publi.lib.x.&
Soci.per plura alia:ita tenet in conſil.
ccxl.circa præſentem.ij. volu.j.colum.
165 ¶ † Inſuper ad declarationem præſen
tis.iiij.membri huius ſecundæ partis in
quo tractatum eſt de tacita hypothe.eſt
notãdum ꝙ in tacita hypotheca veniũt
bona præſentia & futura,& etiã nomi-
na debi



na debitorũ tam pręſentia quã futura
vt per Bal.in.l.j.pen.col.ff.ſolu.matri-
mo.& in.l.hac edictali.§.omnibus.poſt
Cy.ibi.C.de ſecun.nup.& in.l.vbi ad-
huc ad finé.poſt Iaco.de rau.ibi & Cy.
C.de iure do.& ita etiã tenet & corro-
borat Saly.in.l.fin.C.quæ res pign.obli
ga.poſ.ſequédo in hoc opinionem pri-
mam glo.ibi & reprobãdo opinio.Ioã.
gloſſatoris & ita etiam tenet Roma.in
ſingu.146.car.5.& iſta videtur verior
& cõmunior opinio,de iure,quicquid
in contrarium valuerit Bald.in.l.iij.C.
de hęredi.acti.vbi voluit ꝙ in tacita hy
potheca veniant pręſentia tantũ:& in
l.iij.C.de priuileg.fiſ.vbi dixit eſſe ſpe-
ciale in fiſco ꝙ in tacita hypotheca eius
fauore veniat futura:quia (vt dixi) te-
nendum eſt quod in tacita hypotheca
veniant bona & nomina debitorũ tam
166 præſentia quam futura.¶ † Sed dubi
tatur quid dicendum ſit de pecunia,an
ſcilicet illa veniat in tacita hypotheca.
Et videtur dicendum quòd ſic per tex-
tum.& ibi Bartol.in. l.cum tabernam.
§.finali.ff. de pignoribus, vbi dicitur
quòd in generali obligatione bonorum
venit pecunia:tamen Bal.in.l.certi iu-
ris.in.vj.quęſt.C.loca.tenet quòd,neq;
merces,neq; pecunia veniat in tacita hy
potheca:quia talia nõ vidétur ineſſe ta-
citę hypothecę propter celere motũ.l.
debitor.ff.de pigno.cũ alijs allegatis p
eum.Idem videtur tenere Alexãder in
d.l.cum tabernam.in apoſtil.ad Bar.&
ratio rationis eſt:quia pecunia dicitur
ſemper venalis & parata alienationi.l.
vxoré.§.legauerat.ff.de lega.iij.& not.
Bald.in.l.fi.ad fi.C.de cõpen.& ſequi-
tur Alex.in.l.generali.§.vxori.ff.de vſu
fruct.de lega.& propterea non videtur
eſſe in certo loco.¶ Tamé eſt aduerten
dum ꝙ pręd icta ſunt intelligéda in ta-

cita hypotheca de qua in.d.l.certi iu-
ris.quę eſt reſtricta ad certũ locũ vide-
licet ad domũ locatam,& in illa militat
ratio aſsignata per Bal.in.d.l.certi iu-
ris.in.vj.quęſt. ꝙ pecunia & merces ve
nales nõ videtur eſſe in domo locata cũ
ſint venales vt per Alexã.in locis præal
legatis:ſed in alia tacita hypotheca ex-
tra terminos dictæ.l. certi iuris. & ſic
non reſtricta ad certũ locũ vt patet in
caſibus viginti tribus ſuprà enarratis:
quia in illis ceſſat ratio reſtrictionis pdi
ctæ dicendũ videtur ꝙ pecunia cõpre-
hédatur ſicut cõprehéditur in generali
hypotheca expreſſa.d.l.cũ tabernam.§.
fi.argu.l.cũ quid.ff.ſi cert.peta.& facit
quia etiã in tacita veniũt nomina debi
torũ:vt dixi ſuprà & habetur per gloſſ.
& doct.in.d.l.iij.C.de hæredita.actio.
& per Pau.de caſt.in cõſi.cccxcv.notã-
dum primò.& nõ videtur ratio diuerſi
tatis inter pecuniã,& nomina debito-
ris:& qa lex parificat tacitã & expreſ-
ſam,vt ſcilicet in vtraq; veniant bona
præſentia & futura.d.l.hac edictali.§.
omnibus.cũ ergo veniant omnia bona:
ergo venit etiã pecunia:qa appellatiõe
bonorũ venit etiã pecunia vt.l.j.& ibi
not. Bal.& Saly.C.de vſufructu & pro-
pterea concludo ꝙ licet in tacita hypo-
theca de qua in.d.l.certi iuris.nõ veniat
pecunia per rationes adductas per Bal.
& Alexan. Tamen in alijs tacitis hypo-
167 thecis ſic.¶ † Poſtremò in materia ta
citæ hypothecę notãdũ eſt ꝙ ſtante ſta-
tuto ꝙ inſtrumenta confeſsionata vel
guarentigiata habeãt executioné para-
tam tale ſtatutũ militabat,etiã ſi peta-
tur executio vigore inſtruméti ex quo
reſultet tacita hypotheca:ita communi
ter cõcluditur,vt habetur per Bar.Bal.
& latius Imo.in.l.j.ff.de his quæ in te-
ſta.delen.& per Bald.in.l.vnica.§.& vt
plenius.

plenius.C.de rei vxor.actio. & in.l.ad ꝓbationé.la prima.C.de ꝓbatio.& ita tenet Alex.in.l.iuriſgentiu.§.ꝙ ferè.in vlt.col.ff.de pactis.Et licet loquatur in ſtipulatiõe pſumpta ide eſt in tacita hypotheca:vt tenet Bal.nouel.in.vj.parte in.vij.priuilegio in.j.col.Subdit tamen ꝙ vidit eſſe cõſultũ ꝙ dicta communis opinio procedat,quãdo agitur via executiua vigore tacitè hypothecę contra ipſum principalé nominatũ in inſtrumẽto:& ita dicit eſſe de mente Bal.in.l.j.C.cõmu.de leg.¶ Et iſtud idé eſt etiã quando petitur executio inſtrumenti, in quo eſt expreſſa hypotheca:quia illa datur ſolũ cõtra principalem debitoré & eius hæredem:nõ auté contra tertiũ poſſeſſoré:vt per Benedictũ de Barzis de aretio in tractatu guarentigiæ:in colũ.xxxij.verſi.deſcendam nũc ad.ix.& ita tenent Bal.& Ang.in.l.ij.C.ſi aduerſus.credi.Bal.in.l.hac edictali.C.de ſecũdis nuptijs.& in.l.ſi pro te.C.de iure do.Bar.in repetitione.l.iij.in.iiij.q.C. de pign.Ang.Imo.Alex.& alij.in.l.j.§.ſi hæres.ff.ad trebel.Fely.in.c.cum ſuper.in.vj.col.in verſi.& nota ꝙ tertius. de re iudicata.Et hãc cõcluſioné ꝙ,ſcilicet executio cõceſſa per ſtatutum habeat etiã locũ quo ad hypothecã tacitã virtualiter ſubintellectã in inſtrumento,firmat Alexã.in cõſi.cxxvj.repetitus nu.7.& per totũ in.vj.volu.Et per iſta ſum expeditus de hypothecis tacitis.

## ¶ Tertia pars principalis.

VEnio nunc ad tertiam partem principalem tractatus,in qua tra- 1
ctandũ eſt de pignoribus.
Et pro intelligentia primò pręmitten- 2
dũ eſt ꝙ quadruplex eſt pignus.¶ Primum pignus eſt cõuetionale ꝙ ex partium cõuentione ꝓcedit,de quo eſt gl. magiſtra.& ibi clarius per Bar.in.l.j.in princi.ff.de pig.acti. ¶ Secundũ eſt pignus legale ꝙ tacite à lege conſtituit.l. certi iuris.C.loca.& inſti.de actio.§.ité Seruiana.cum alijs caſibus notatis.ſ.in quarto membro ſecundæ partis.¶ Tertium pignus eſt pignus prætoriũ ꝙ conſtituitur quãdo nulla præcedente ſententia diffinitiua:proceditur cõtra reũ in contumacia.& fit immiſsio ex primo decreto in bonis debitoris. iuxta.l.ſi vnus.ff.de bo.aut.iudi.poſsi.¶ Quartũ pignus eſt pignus iudiciale ꝙ conſtituitur quando præcedente ſententia diffinitiua ꝓ eius executiõe fit immiſsio in bonis debitoris condemnati ex primo decreto:vt.l.à diuo Pio.per totũ.ff.de re iudi.licet etiã iſtud quãdoq; appellatur prætoriũ:vt.l.j.C.de præto.pignoratione:qa vtrũq; expeditur à iudice.&.j.ſuo loco dicetur in quibus differat pignus prætoriũ & iudiciale.¶ Sicut ergo iſta pars continet tria genera pignorum obmiſſo legali de quo iam dictum eſt.ſ.in quarto membro ſecundæ partis.Ita diuiditur iſta pars in tria membra. In primo membro videbimus de pignoribus & hypothecis conuentionalibus quomodo:ſcilicet & quibus verbis conſtituantur & per quos.In ſecundo tractabitur de prætorio pignore.& in quibus differat pignus cõuentionale & prætoriũ.In tertio tãgetur de pignore iudiciali.

## ¶ Summarium.

1 ☞ *Ius reale conſtituitur per pignus:& hoc eſt ſpeciale in pignore.& quare.*

2 *Pignus conuentionale poteſt inter abſentes conſtitui:& per literas.*



3 *Pignus conuentionale quibuſcunq; verbis cõtrahi poteſt,& ſine ſcriptura.Item in quacunq; obligatione poteſt contrahi:Item poteſt conſtitui pro toto tempore & pro parte temporis.Item de nocte:& pro quacunq; cauſa &c.*

4 *Hypotheca conſtituitur per pactum initum inter debitorem & creditoré quod liceat creditori alienare rem debitoris.*

5 *Hypotheca conſtituitur per verbum mutuo.*

6 *Subſcribens contractum, vel ſcripturam in qua res ſua eſt obligata dicitur pignus conſtituere,niſi ſubſcribat ſe tanquã teſtem.*

7 *Pignorans ſuam poſſeſsionem:vtendo verbo poſſeſsionem:intelligitur illa pleno iure pignorare.*

8 *Pign⁹ vel hypotheca,an poſsint accedere obligationi nulli & inefficaci.*

9 *Pignus vel hypotheca non conſtituuntur niſi aliqua obligatione precedente.*

10 *Hypotheca introducta à lege in bonis paternis pro adminiſtratione facta per patrem in bonis filij dupliciter conſideratur.*

11 *Actio pignoratitia directa quæ datur debitori quando naſcatur.*

12 *Actio ſemel nata non poteſt iterum naſci.*

13 *Filiuſſamilias imò & ſeruus pro negocio & cauſa peculiari ſi liberam habeant adminiſtrationem poſſunt res peculiares pignori dare.*

14 *Hypotheca poteſt cedi ſine principali:& cuius ſit effectus talis ceſsio.*

15 *Hypotheca poteſt remitti pacto debito principali non ſatisfacto.*

16 *Hypotheca poteſt legari per teſtatorem.*

17 *Retentio,an locum habeat vbi ipſa hypotheca nulla eſt vel ſaltem vicioſa.*

18 *Accedens pignori,an dicatur pignus.*

19 *Pignoratio vnius rei pro alia, an ſit valida.*

20 *Venditio vnius rei pro alia, an ſit valida.*

21 *Venditor vendens rem alteri obligatam aſſerens illam eſſe liberam, & nemini obligatam pœna falſi tenetur:diſsimulans autem tenetur crimine ſtellionatus.*

22 *Pignora data locatori in contractu locationis, an per reconductionem cenſeantur repetita.*

23 *Contractus pignoris dicitur nominatus.*

24 *Hypotheca in inſtrumento non adiecta,an per notarium ex ſuo officio poſsit ſuppleri & apponi.*

25 *Clauſulæ in inſtrumentis & contractibus apponi ſolitæ, an ſemper ſubintelligantur.*

26 *Subſtantialia & naturalia contractus quæ dicantur.*

27 *Pignoratio vel hypothecatio factæ pro tanto debito quod nulla ſit ſpes initionis potius dicitur alienatio quã pignoratio.*

28 *Statuto dictante quod quilibet teneatur facere deſcribi res ſuas in æſtimo,an creditor teneatur res pignoratas deſcribi facere:& ſub qua forma.*

29 *Res pignorata qualiter dicatur à creditore poſsideri.*

30 *Fructus rei pignoratæ quo caſu cedant creditori.*

31 *Creditor turbatus in poſſeſsione rei pignoratæ habet interdictum vti poſsidetis.*

32 *Creditor habens caſtrum pignoratum poteſt exercere iuriſdictionem.*

33 *Debitorem poſsidere rem pignoratam quo ad effectum vſucapiendi qualiter ſit intelligendum.*

34 *Creditor qualiter dicatur pignus poſsidere:& qualiter debitor.*

35 *Hypotheca cõuentionalis per quas perſonas poſsit vel non poſsit conſtitui.*

36 *Pignus non conſtituitur mandato,niſi ſit ad hoc ſpeciale.*

37 *Obligatio conditionalis purificata conditione retrotrahitur, niſi obſtet defectus rei vel perſonæ.*

38 *Regula quòd ratihabitio retrotrahitur & mãdato cõparatur pluribus cauſis limitatur.*

39 *Obligatio pignoris, an poſſit alicui quæri per alterum.*

40 *Rei vendicatio differt ab hypotheca.*

41 *Pater an vt adminiſtrator legitimus filij accipiendo pignus vel obligationem acquirat vtilem hypothecariam filio.*

42 *Pupillus, an poſſit rem pignori dare.*

43 *Mutuans alienam pecuniã ſuo proprio nomine & pro ea accipiens pignus nõ acquirit hypothecam domino pecuniæ, ſed ſibi mutuanti.*

44 *Adminiſtratores ciuitatis, an poſſint obligare bona ciuitatis quãdo pro ciuitate accipiunt aliquam pecuniam.*

## ¶Tertię partis primum membrum.

CApiẽdo itaque primũ membrũ in quo vicẽdum eſt de pignore & hypotheca conuetionali. Primò inueſtigandum eſt quomodo & quibus verbis conſtituatur pignus vel hypotheca conuentionalis. deinde per quas perſonas conſtitui poſsit vel non.
1 † Primo, itaq; notandũ eſt ꝙ licet alia
iura realia nõ cõſtituantur ſolo cõſenſu
ſed requiratur traditio: vt. l. traditionibus. C. de pact. & l. iij. §. j. & l. ſi parté. in prin. ff. quemadmo. ſer. amit. tamen ſpeciale eſt in pignore per ꝙ etiam ius reale cõſtituitur: vt. l. pignoris. ff. de pigno. & l. pignoris. C. eod. vt nudo conſenſu conſtituatur: vt. l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pac. & l. j. & ibi no. Bart. ff. de pig. ac. ¶ Et ratio eſt ſecũdum Bar. in. d. l. j. qa cõſtitutio pignoris eſt modici præiudicij. & ſimilis ratio eſt in. l. ſi. C. quæ res pigno. poſ. Sed Bal. in. d. l. traditionibus. verſi. ſed hic quæro quare &c. in. ij. col. aſsignat aliã rationem videlicet: qa ſi cõuentio hypothecæ nõ produceret ius reale: alias nihil operaretur cũ ius perſonale inſit ex præambulo cõtractu cui hypotheca adijcitur. cũ ergo hypotheca nõ pariat perſonalé merito parit realem actioné alias eſſet fruſtra. ſed promiſsio facta in contractu circa dominiũ non eſt fruſtra: quia illa parit actionem perſonalem cõtra promittétem: ſed quoad dominium expectatur traditio. & iſtam etiam rationé tenet ibi Salyce. & ſequitur Iaſo. Et ſic habes quod pignus conſtituitur ſolo
2 conſenſu. ¶ † Item conſtituitur pignus
conuentionale inter abſentes: vt. l. creditor. §. ſi. ff. de pigno. & ideo etiam per epiſtolam contrahi poteſt & non vitiatur: licet nõ ſit in ea dies & conſul. vt. l. cùm tabernam. §. idem quæſijt. & ibi Bartol. ff. de pigno. & Bald. in. j. conſti. C. in. §. quibus. in. ij. colum. in verſicu.
3 vtrum pignus. ¶ † Item contrahitur
quibuſcunq; verbis, & ſine ſcriptura: vt eſt tex. in. l. contrahitur. ff. de pigno. & text. & ibi Bald. in. l. ſi in princi. C. quæ res pigno. ob. poſsit. ita ꝙ ad eius conſtitutionem impropria verba ſufficiant in tantũ ꝙ verbũ dotis ꝙ de ſui natura importat tranſlationem dominij: vt inſtitu. de act. in. §. ſic itaq;. & verbũ cõſigno & concedo dummodo ſubiecta materia non repugnet: important cõſtitutionem pignoris. vt per Soci. in cõſilio. xciij. circa primum. in. ij. colũ. j. volumi. ¶ Item conſtitui põt in quacũq; obligatione. videlicet tã pura quã in die, vel ſub conditione. & ſiue procedat obligatio ſiue ſequatur & tam pro toto debito quàm pro parte: & tam pro ſua obligatione quã alienã. & tam pro ciuili obligatione quam pro naturali tantũ: vt eſt tex. plenꝰ in. l. res hypothecę. ff. de pig.
¶ Ité poteſt conſtitui pro toto tépore: 6
& pro parte téporis: vt. l. ité liberatur. in prin. cũ gl. ibi. ff. quib. mo. pig. vel hypothe. ſol. Et non ſolu pro debito pecuniario: ſed etiã pro alia cauſa, puta ſi do pignus alicui vt pro me fideiubeat: vt. l. ſi ré alienã. §. ſi. ff. de pigno. actio. ¶ Ité poteſt conſtitui etiã de nocte: vt eſt glo. in. l. more. ff. de fer. ſicut & cæteri contractus: vt eſt text. & ibi per doc. in. l. nõ minoré. C. de tranſact. ¶ Ité põt cõſtitui in rebus alibi ſitis. & quo ad hypothecariam ſortietur debitor forũ in loco cõtractus. vt per Bal. in. l. ij. in ſi. C. man. ¶ Item poteſt conſtitui pignus in teſtamento: vt no. Bar. in. l. non eſt mirũ. per
4 illũ tex. ff. de pig. ac. ¶ † Ité cõſtituitur
pignus ſeu hypotheca per pactũ initum inter creditorem & debitoré: quod liceat creditori alienare aliqué rem pro ſuo credito. nã ex hoc pacto intelligitur illa res obligata creditori. tex. eſt. & ibi not. Barto. in. l. iij. §. fin. ff. qui po. in pigno. habean. & ſequitur Bald. in. l. creditores. in fine primæ lectu. C. de pign. per dictum. §. fina. quem dicit non eſſe alibi. ¶ Similiter dicit Bald. per licentiam datam creditori de ingrediendo propria auctoritate aliqua bona debitoris. Nam per talem licentiam cenſentur illa bona obligata ipſi creditori: etiam quod illa non fuiſſent expreſſè obligata. ita dicit ibi Bald. per text. in. d. l. iij. §. fina. & ita refert & ſequitur Alexan.
5 in. d. §. fina. in apoſtil. ad Bar. ¶ † Item
conſtituitur pignus vel hypotheca per iſta verba: videlicet mutua mihi decem ſuper iſto libro, vel ſuper iſta re. vt per Bart. in. l. codicillis. §. inſtito. ff. de lega. ij. & faciunt not. per Barto. in. l. ſeruus quem. ff. de annu. lega. & per Bald. in. l. j. C. commu. de lega. & per Cor. in conſilio. ccxcvj. ij. colum. j. volumi. in litera. g. & h. ¶ † Item conſtituitur pignus ſi quis ſubſcribat contractum vel ſcripturam in qua res ſua obligatur. Nam ex hoc videtur obligationi cõſentire. text. & ibi not. Bart. in. l. fideiuſſor. §. j. ff. de pigno. poſt gloſſ. ibi. ¶ Similiter ſi quis fideiubeat pro eo qui rem ſuam prius obligauerat. nam ex hoc cenſetur approbare obligationem prius de re ſua factam: ſecus autem eſſet ſi obligatio & hypotheca de re fideiuſſoris ſubſequeretur poſt fideiuſsionem. text. eſt in. l. ſi gratuitam. aliàs incipit Pomp. ſcribit. §. fin. ff. in quib. cau. pig. vel hypotheca. taci. contraha. Et ſic eſt ibi text. ꝙ quis fideiubendo cenſetur approbare & cõſentire. de quo tamen dicendum eſt: vt habetur per glo. Bald. & Salyce. in. l. exceptione. C. de euictionibus. ¶ Intellige tamen prædicta, niſi quis ſubſcriberet ſe tanquam teſtis: quia per talem ſubſcriptionem non cenſetur approbare obligationem & hypothecam de re ſua factam in ſcriptura. text. & ibi Bartol. poſt gloſſ. in. l. Caius. ff. de pigno. actio. De qua tamen deciſione latè dicẽdum eſt vt habetur per Bartol. Alexandr. & alios in. l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimo. iſtis præmiſsis, quæritur modo in materia de nonnullis quæſtionibus.
7 ¶ † Et primò, quæritur ſi quis pigno-
ret ſuam poſſeſsionem vtendo hoc verbo poſſeſsione intelligatur pignorare ré pleno iure. & ſic reſpectu poſſeſsionis & proprietatis? Et dicendum eſt quod ſic: vt eſt text. in. l. j. & ij, C. ſi pi. pignda. ſit. & no. gl. in. d. l. j, in ver. poſſeſsionem, quę exponit, id eſt, plenã proprietatem. & ibidé hoc no. Bal, & facit quia interdũ poſſeſsio capitur pro proprietate

tate vt lege interdum.ff.de verb.ſigni.
& ita refert & tranſit Alexã.in.l.ſi rem
aliquam in penul.colũ.in verſicu.extra
8 glo.& Bar.ff.de acquiré.poſſeſ.¶†Se-
cundò quæritur, an pignus,vel hypo-
theca poſsit accedere obligationi nulli
vel ineffecaci?Et breuiter dicẽdum eſt
quod non:vt eſt glo.no.cum qua tranſ-
eunt ibi Bartolus & alij in.l.ij.in glo.
fina.ff.de conditione ob turpem cau-
ſam:& not.Iaſon.in.l.ex his.ff.de con-
ditio.indebi.vbi ex hoc not.quòd paria
ſunt aliquid eſſe nullũ de iure vel inef-
ficax.& multa ad hoc cumulat idé Ia-
ſon.in.l.fina.ff.de officio eius cui man-
da.eſt iuriſdi.& idem Iaſon.in.l.ſi dari.
ff.de verborum obligatione.¶†Et ra-
tio iſtius deciſionis eſt: quia hypothe-
ca,vel pignus conſtitui non poteſt.niſi
aliqua obligatione præcedente: vt eſt
textus.& ibi not.Bartol.in.l.contrahi-
tur.ibi propter aliquam obligationem.
ff.de pignori.paria autem ſunt nullam
obligationem præcedere: vel aliquam
ſed nullam vel inefficacem.argumentũ
l.quoties.ff.qui ſatiſdare cogantur.&.l.
iiij.§.condemnatum.ff.de re iudica.Et
quòd ab initio hypotheca conſtitui non
poſsit ſine principali obligatiõe eſt tex-
tus.& ibi not.Barto.in.l.fideiuſſor obli
gari,in princip.ff.de fideiuſſori.& tenet
Alexand.in conſil.cxxxiiij.animaduer-
ſis numero.20.ſexto volumi.¶†Nec
10 habet obſtare prędictus textus in.l.cùm
oportet.§.fina.C.de bon.quæ libe.vbi
habetur quòd hypotheca introducta à
lege in bonis paternis pro adminiſtra-
tione facta per patrem in bonis filij in-
cipit à tempore incohatæ adminiſtra-
tionis:& ſic videtur incipere ante obli-
gationem perſonalé: quia pater incipit
obligari demum poſt malam admini-
ſtrationem:quia reſpõdetur ad hoc ſe-
cundum Bal.& Salic.poſt Pe.ibi quòd
duplex eſt obligatio principalis qua pa-
ter tenetur filio:vna ſcilicet generalis
& primæua:qua pater obligatur ſtatim
cùm incipit adminiſtrare: quia ex tunc
obligatur res filij ſaluas facere & bene
res filij adminiſtrare,& ſine fraude:qu
uis ad ſuam vtilitatem:& hac non præ-
cedit hypotheca:ſed ſubſequitur.Alte-
ra eſt ſpecialis & ſecundaria quæ inci-
pit ex mala adminiſtratione:vt.l.j.§.ei
auté.&.§.ſi apud.&.l.ſi duo.ff.de pe.
& iſtã in tempore antecedit hypotheca
& ſic verũ eſt dicere quod omnino ali-
qua obligatio antecedat hypothecã, &
hanc intelligendam refert & ſequitur
Soci.in conſil.xli.iiij.volu.colum.
11 verſicu.& facit ratio.¶†Et pro corro-
boratione prędictorum faciunt not.per
Barto.in.l.ſi rem alienam.§.omnis.ff.
de pign.actio.vbi quærit quando naſca-
tur actio pignoratitia directa,quæ da-
tur debitori? & cõcludit quod naſcetur
tempore ſolutionis debiti.ſed ꝙ naſce-
tur ex cõtractu dudum ante celebrato
& ſic naſcetur hodie ex materia ante-
qua & idem dicit in mutuo reconcilia-
to ex cõſumptione vt.l.nam & ſi fur.§.
l.ſi à furioſo.ff.ſi cert.peta.& in actione
tutelæ:vt.l.ſi tutor.in fin.cũ.l.ſequẽti.
ff.de tute.& ra.diſ.& in actione ex ſti-
pulatu pro dote:vt.l.ſi conſtante.§.j.ſ.
ſolu.matri.& plura alia adducit:vt ibi
per eum.¶Dum ergo dicitur ꝙ obliga-
tio hypothecaria nõ oritur ante princi-
palem obligationem ſuppleri debet vel
ante contractũ celebratũ ex quo poſtea
oritur ipſa principalis obligatio,& iſta
videtur melior intelligẽtia & magis ex
mente iuris procedés quã illam Bal.&
& Sali.Cũ non videatur iure probari ꝙ
generalis actio oriatur ab initio cõtra-
ctus:q̃a illa q̃ oritur à principio eſt actio
compe-



cõpetens ad implementũ cõtractus illa
autem quæ cõpetit ſequuta mala admi
niſtratione cõpetit ad damna & intereſ
ſe:& ſic ad diuerſum effectum quã cõpe
tat illa primęua & ideo non videtur ea-
12 dem actio ſed diuerſa.†& facit q̃a actio
ſemel nata nõ põt iterũ naſci.l.ſi duo.§.
ſi.de arbi.&.l.ſi ita quis ſtipuletur.et.l.
ſi ſic ſtipulatus.ff.de verb.obliga.& no.
Bart.in.l.Pomponius.la ſecunda in vlt.
col.verſi.ſed contra prædicta.ff.de ne-
gotijs geſtis.Cõcluditur ergo ꝙ vera eſt
deciſio ꝙ hypotheca non põt cõſtitui ni
ſi præcedat contractus validus & aptus
ad obligationem producendã:& ꝙ quã
do obligatio principalis eſt nulla, vel
inefficax illi non poteſt accedere hypo-
theca.¶Et ex hoc infertur ꝙ ſicut obli.
filij familiâs in mutuo eſt inefficax iux
ta totũ tit.ff.&.C.ad mace.& ſimiliter
fideiuſsio ſeu interceſsio mulieris pro-
pter beneficiũ Velleiani iuxta totũ titu
lũ.ff.&.C.ad Velleia. Ita & obligatio,
ſeu hypotheca accedés dictę principalis
obligationi eſt inualida & ei obſtat ex-
ceptio prout obſtat principali obligatio
ni vt eſt tex.in.l.ſi alius.ff.quæ res pig.
obli.poſ.& ibi Bar.Intellige tamé & de
clara prædicta notabiliter pluribus mo
dis.¶Et primò,id quod dictũ eſt in mu
liere ꝙ ſicut ex beneficio Velleiani in-
terceſsio per eã facta eſt nulla ita & hy-
potheca ei accedens ꝙ nõ procedat quã
do mulier eſſet in aliquo debitrix ipſi⁹
mariti.Nã non obſtante Velleiano poſ-
ſet pro ea quãtitate pro qua eſt debitrix
obligare rem ſuam pignori pro marito
vt eſt tex.& ibi not.Bart.in.l.j.§.fin.ff.
de pig. ¶Secũdò,intellige prędicta pro
cedere etiã quando nõ ipſa mulier, vel
filiuſſa.ſed alius pro eis cõſtitueret hy-
pothecam vel pignus.nam etiam tunc
nõ valet hypotheca vt eſt tex.& ibi not.
Bart.in.l.ij.ff.quæ res pig.obli.non poſ.
13 ¶†Tertiò,declara id quod dictũ eſt de
filioſſami.procedere præterquã in cau-
ſa peculiari.Nam pro negotio & cauſa
peculiari tam filiuſſami.quã ſeruus ſi li
beram habeât adminiſtrationé poſſunt
res peculiares pignori dare vt eſt tex.&
ibi gl.& Bart.in.l.ſi conuenerit.§.fina.
cum.l.ſequenti.ff.de pigno.actio.& hoc
quando obligatio fit in vtilitatem pecu
lij:ſecus auté ſi pro alijs negotijs: quia
tunc etiam ꝙ haberent liberam admini
ſtrationem, & obligaret res peculiares
obligatio non valeret:vt eſt text.& ibi
declarat glo.& approbat Bart.in.l.j.§.
j.quæ res pig.obliga.non poſſ. Niſi for-
te in conceſſione liberę adminiſtratio-
nis fuiſſet eis permiſſa, etiam facultas
donandi: quia tunc indiſtinctè dictas
res obligare poſſent:vt ſubdit text.in.d.
14 §.j.& declarat ibi gloſſ.¶†Tertiò,quæ
ritur,an licet à principio hypotheca vel
pignus non poſsit conſtitui ſine aliqua
obligatione,vel contractu præcedente:
tamen an poſtquam eſt conſtituta poſ-
ſit diuidi & ſeparari ab illa principali?&
breuiter reſpondetur ꝙ ſic:nam poteſt
cedi hypotheca,vel pignus ſine princi-
pali:vt.l.Iulianus.in princ.ff.de leg.iij.
&.l.grege.§.cũ pignor.ff.de pigno.&.l.
iij.C.ſi pig.pi.da.ſit.& not.Bartol.in.l.
fideiuſſor obligari.in principio.ff.de fi-
deiuſ.Cum concordant.ibi allegatis per
Alexandrum. Cuius autem effectus ſit
ceſsio hypothecæ ſine principali, vide
15 ibi per Bar.¶†Et ex prędictis infertur
quod hypotheca & pignus poteſt remit
ti pacto licet debitum principale non ſit
ſatiſfactũ. & ſic poteſt tolli hypotheca
remanente debito principali vt.l.ſi tibi.
§.de pignore.ff.de pactis. cùm ibi ple-
ne not.per gloſſ.Bartol.Alexandrum &
alios,& eſt ibi in hoc gloſſ.ordinaria cõ
muni

muniter approbata quæ diſputat, an ſi
remiſsio principalis debiti vitiatur:vi-
tietur etiam remiſsio hypothecæ?& gl.
diſtinguit ꝙ aut vitiatur remiſsio prin
cipalis debiti ex cauſa quæ reſpicit etiã
pignus & tũc vitiatur etiam remiſsio pi
gnoris:aut cauſa ex qua vitiatur remiſ-
ſio principalis debiti nõ reſpicit remiſ-
ſioné pignoris:& tũc licet vitieť remiſ-
ſio principalis debiti:tñ non vitiatur re
miſsio pignoris:& ita refert & appro-
bat Soci.in.d.cõſi.xlj.in præſenti con-
ſultatione in vltima colũ.in verſic.pri-
mũ eſt.quarto vol.& iſto caſu habet lo
cum regula,quòd vtile ꝑ inutile nõ vi-
tiatur de qua.in.l.j.§.ſi ſtipulanti.ff.de
verb.obliga.& per Bar.in.l.grege.§.il-
lud.ff.de fideiuſ.quia obligatio hypo-
thecaria recipit ſeparationé & diuiſio-
nem à principali:& ita tenet Soci.in.d.
16 cõſi.xlj.¶† Ité ex prædictis infertur ꝙ
hypotheca põt legari per teſtatoré ſine
principali actiõe,vel creditovt expreſsè
not.Barto.in.d.l.fideiuſſor obligari.in
principio.& latè firmat Alex.in.l.ſi do
mus.§.fina.in quinta limi.ff.de lega.j.
reprobãdo ibi Paulum de caſtro.& ibi
hoc etiam firmat Iaſ.in quinta amplia-
tione & Alex.in cõſi.xlvij.viſis inſtru-
17 mentis in tertio volumi.¶† Quartò,
quæritur,an ſi obligatio hypothecaria
non valet ſalté ſit locus retentioni?& vi
detur dicendũ quod nõ per tex.in.l.cũ
vitiosè.ff.de pigno.Tamen in hoc Bar.
in.l.j.§.eo.titu.opponendo de.d.l.cum
vitiosè.ſoluit diſtinguendo ꝙ aut hypo
thecę nõ valuit:quia res non erat debi-
toris,& tunc ſi res efficiatur debitoris
vitiũ quod obſtabat inuenitur purga-
tum & datur retentio & habet locũ.d.
l.j.§.j.Aut hypotheca nõ valuit ex alia
cauſa vitioſa quæ non fuit purgata &
tunc non datur retentio,& procedit.d.
18 l.cum vitiosè.¶† Quintò,quæritur an
illud quòd accedit pignori dicatur etiã
pignus?& breuiter dicendũ eſt quòd ſic
per tex.in.l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.&
ibi Bar.ff.de pign.acti.Et ideo dicitur
quod alluuio quæ accedit rei pignoratę
cedit etiam obligationi pignoris:vt eſt
text.in.d.§.ſi nuda.& text.in.l.ſi fun-
dus.in princip.ff.de pigno.& ſimiliter
omne aliud commodum & etiã incom
modũ quòd fortuitò accedit rei pigno-
ratæ pertinet ad debitorem & ſequitur
cõditionem pignoris:vt.l. ſi inter.§.
verſi.quicquid.ff.de pign.& tex.& ibi
no.per Bart.& alios in.l.Paulus.§.j.&
§.ſequenti.eodem titu.De qua tamen
materia dicendum eſt vt latè dictum
fuit ſuprà in ſecundo membro ſecundæ
partis nume.25.Cum alijs ibi ſequenti-
bus vſq; ad ſextam ampliationem.
¶Et ex hoc infertur ꝙ prædio pigno-
rato cõprehenduntur in tali obligatio-
ne inſtrumenta quæ in illud importata
fuerunt:vt ibi perpetuo eſſent durante
neceſsitate vt eſt text.in.l.debitor.&
ibi in gloſſ.& Barto.& alij.ff.de pigno.
19 ¶† Sextò,quæritur quid ſi in datione
pignoris fuit data vna res pro alia pacta
ta:quia cùm debitor daret æs affirma-
uit illud eſſe aurum,an ſalté in ære va-
leat pignus?& reſpondetur quod hoc
totum pendet à voluntate creditoris
decepti:quia ſi ipſe vult quod valeat in
ære valebit:ſi auté nonvult nõ valebit
tex.eſt iuncta glo.no.in.l.j.ff.de pigno.
actio.Et ex hoc infert Bart.ibi ad finé
quod cõtractus in quocreditor fuit de-
ceptus confert in eius voluntaté fauo-
re ipſius decepti & in odium decipien-
tis.ſimiliter in cõtractu cui dolus dedit
cauſam.l.elegãter.in principio.ff.de do
lo.cum alijs allegatis ibi per Bart.Sub-
ditur tamé ibi in tex.in fi.quod qui de-
dit vnum pro alio decipiendo tenebi-
tur contraria pignoratitia & etiam cri-
mine ſtellionatus per quod extraordi-
nem punitur vt ibi declarat gloſſ.& ad
materiam adde no.per Alex.poſt Bart.
in.l.ſi id quod aurum.ff.de verb.oblig.
20 † Sed in venditione quando datur æs
pro auro non valet venditio vt lege qd
tamen.in fine.ff.de contrahen.empt.&
quæ ſit ratio differentiæ inter pignus
& venditionem ponitur per gloſſ.in.d.
l.j.cùm qua tranſeunt.ibi doc.& quod
debitor qui dedit pignori vnam rem
pro alia puniatur crimine ſtellionatus
eſt tex.& ibi glo.in.l.iij.§.j.in gloſſ.in
verb.auerterit.ff.de crim.ſtel.
21 ¶† Item adde quòd debitor vendens
rem alteri obligatam aſſerens illam eſ-
ſe liberam & nemini obligatam tene-
tur pœna falſi:vt eſt tex.& ibi not.glo.
& Barto.in.l.ſi à debitore.ff.de fal.Sed
quando non exprimit illam eſſe liberã:
ſed diſsimulat illam eſſe alteri obliga-
tam tenetur crimine ſtellionatus vt eſt
tex.in.d.l.j.§.j.& ita declarat gl.in.d.l.
ſi à debitore:ſed ſi dixit illã non eſſe al-
teri obligatam,& ſi contrarium appare
ret promiſit illam liberare euitat pœnã
falſi vt declarat glo.in.d.l.ſi à debitore.
¶Adde etiã quod vnum pignus æquè
idoneum poteſt ſubrogari loco alterius
exiſtétis apud creditoré vel hæbreũ ſe-
neratoré gl.eſt[illegible]o.in.l.ſi titio.ff.de pig.
& tenet Franciſcus de crema.no.54.
22 ¶† Septimò,quæritur,an pignora quę
data fuerunt in contractu locationis lo
catori ſi ſit facta tacita reconductio iu-
xta terminos.l.item quæritur.§.qui im
pleto.ff.loca.cenſeantur repetita in re-
conductione?& in hoc diſtinguendum
eſt,quòd aut dicta pignora data fuerũt
in principali locatione per conductoré
aut per tertium pro ipſo conductore.
Nam primo caſu cẽſentur repetita:ſe-
cundo non,niſi iſto ſecundo caſu inter-
ueniat conſenſus illius tertij ita not.
Bar.in.d.§.qui impleto.in prima colũ.
& ſequitur Bal.in.l.C.loca.licet aliud
ſit in pœna adiecta in principali locatio
ne:quia illa indiſtinctè nõ cenſetur re-
petita in ipſa reconuentione tacita.&
ratio eſt:quia pœna non eſt de natura
contractus:ita vult Bald.& ſequitur
Imo.in.l.cùm pater.§.pater certam.ff.
de legatis.ij.
23 ¶† Adde etiam in materia, quòd con-
tractus pignoris dicitur contractus no-
minatus:vt no.Bald.in rubric.C.de re.
permu.in verſiculo.ſed quæritur &c.
24 ¶† Octauò,quæritur,quid ſi in inſtru
mento nõ ſit adiecta hypotheca,an no-
tarius poſsit illam ſupplere & appone-
re ex ſuo officio?& Bald.in.l.j.in vlti-
ma columna.in verſicul.ſed ponamus.
ff.ſoluto matrimonio.tenet quod ſic:
quia tacitum exprimendo ius commu-
ne non lędit.l.qui mutuam.ff.manda.
& quod tacitè ineſt per modum fauo-
ris habetur pro expreſſo.l.non rectè.C.
de fideiu.& quia notarius videtur ro-
gatus ſecundum naturam contractus
vt poſsit apponere omnia quæ ſunt de
eius natura.l.finali.C.de fideiuſ.Po-
ſtea autem arguit in contrarium quòd
notarius non poſsit conficere inſtru-
métũ de eo quod ipſe intelligit modo
rationis:ſed de eo quod percipit ſen-
ſu, ſcilicet vel viſu vel auditu & ſicut
teſtes qui dicerent hypothecam fuiſſe
expreſſam:quæ non eſſet expreſſa:de-
ponerent falſum ita & notarius:tamen
ipſe reſpondet ad hoc quod aliud eſt in
tabellione quàm ſit in teſtibus:quia ad
tabellionem recurritur ratione peri-
tiæ vnde videtur rogatus quod ſecun-
dum peritiam faciat inſtrumentum.vt

no.in.l.j.C.de vſur.& ita tenet Bald.
Idem tenet Barto.Veroneſis in.l.quòd
ſi nolit.§.qui aſsidua.in.iij.columna.ff.
de ædil.edict. vbi inquit quod hypo-
theca bonorum non poſita in cõtractu
habetur pro appoſita : ſi notarius erat
conſuetus eam apponere in ſuis inſtru-
mentis:& facit.l.& quæ no.§.quod di-
citur ibi non ad illam quæ inſeri quo-
tidie ſolet cautionibus.ff.de pigno.& fa
cit gloſſ.no.in.l.ſi fundus.§.j.in verſi-
cul.exigat.ff.de lege commiſ.& opti-
mus text.in lege ſi filia.in principio.ff.
famil.erciſcū.faciunt no.per Alexand.
in.l.ſi finita.in princi.in.j.colum.ff. de
dam.infect.vbi vult poſt Bald.in.l.fin.
C.de fideiuſ.quòd notarius ſimpliciter
rogatus vt conficiat inſtrumentum de-
bet illud conficere cū clauſulis cõſue-
tis apponi ad idem not.per Bar.& Ale
xand.in.l.ſi prius.§.rectè placuit.ff.de
aqua plu.arcé.& conferunt optimè no.
per Bar.Alexand.Soci.& Iaſ.in.l.gal-
lus.§.idem credendum.ff.de lib.& poſt
hu.¶Et facit, quia ſemper partes vi-
dentur tacitè cõuenire de eo quod eſt
cõſuetum:vt eſt gl.no.& ſignanda in.l.
iiij.§.incommiſſoria.ff.de leg.cõmiſ.&
Bald.in.l.j.in.ij.q.C.pro ſocio.& in.l.
incēdiū.circa.fi.C.ſi cer.peta.& in.l.j.
25 iij.col.C.de fruct.&li.expē.† Et clau
ſulæ conſuetæ apponi ſubintelligūtur
& habētur pro appoſitis vt eſt tex.opti
mus cū gl.in.l.fi.in fi.& ibi Bal.no.C.
de fideiuſ.& in.l.huiuſmodi.vbi no.mo
derni.ff.de leg.j.bonus tex.in.c.cū.M.
ferrarienſis de conſtitu.quem ibi not.
Bar.Ant.Imo.& alij dicentes illum eſſe
meliorem tex.de corpore iuris ad pro-
bandū ꝙ illud quod ſolet apponi in cõ
tractu habetur pro appoſito etiam ſi nõ
ſit ſcriptum:& pro cõcluſione videtur
tenendum quod ea quæ ſunt de natura
contractus poſſunt ſuppleri ſecundum
conſuetudinem & ſtylum quando ſunt
obmiſſa.Ea autem quæ ſunt de ſubſtan
tia contractus,non ita:not.Alexand.in
conſilio.xxviij.viſo & præhabito.ij.vo
26 lumine. † Subſtantialia autem con
tractus dicuntur ſine quibus non po
teſt eſſe actus,prout eſt in cõtractu em
ptionis & venditionis res & precium.
Naturalia autem dicuntur illa quæ ta
cite intelliguntur de natura actus:vt
declarat gloſſ.magiſtra in.l.pacta con
uenta.in princip.ff.de contrahen.em.
& plenius Bald.in.l.ad exactionem ad
finem.C.de do.promiſ.& refert Iaſ.in
l.cùm quid in prima lectura in prin.
columna.ff.ſi certum petatur.& habe
tur per Bald.in.l.ex pretio.in fine.C.
eodem.& deciſionem Bald.in.d.l.pi.
ſoluto matrimo.de hypotheca ſuppien
da tenet Iaſ.in.l.certi condictio.§.ſi nu
mos.in tertio not.ff.ſi certum peta.
& Decius in.l.ſemper in ſtipulatio
bus.in vltima columna in verſiculo
ex prædictis.ff.de regulis iuris.& quid
in pœna,& quid in iuramento,an poſ
ſit ſuppleri vide per Iaſ.in.d.§.ſi nu
mos.& per Deciū in.d.l.ſemper in ſti
pulationibus.vbi etiam ipſe firmat di
ſtinctionem ſuprà factam inter ſubſtā
tialia & naturalia contractus. Itē quid
in conſtituto vide Alexand.in.d.con
ſilio. xxviij . & Decium vbi ſuprà,qui
videntur tenere quod iſta clauſula ſup
pleri non poſsit : tamen ego dubito de
hoc propter præcedentia per me alle
gata:ſed non examino:quia non eſt no
ſtra materia idem de clauſula conſtitu
ti tenet Decius in conſi.ccxlvij.vltima
columna.referens Alexandrū in.d.con
ſilio.xxviij.
27 ¶† Nono,quæritur,an quãdo pignus
vel hypotheca cõſtituitur pro tãto pre
tio,vel debito, quòd veriſimiliter non
ſit ſpes luitionis:dicatur potius aliena-
tio quàm pignoratio?& breuiter reſpō
detur,quòd in tali caſu non dicit obli-
gatio ſed alienatio facta in creditorem:
vt.l.legata.§.fi.& ibi Bartol.ff.de ſup-
pelle.lega.& l.qui habebat.in princip.
ff.de lega.iij.& faciunt not.per Bart.in
l.in quorum ad fi.ff.de pigno.
28 ¶† Et ex hoc inferuntur plura.& pri-
mo quòd ſtante ſtatuto quod quilibet
teneatur facere deſcribi res ſuas in æſti
mo,creditor tenebitur dictam rem ſibi
pignoratam pro tanta quantitate quod
non ſit ſpes luitionis deſcribere in ſuo
æſtimo : & leuare de æſtimo debitoris
ita no.Ange.in.l.cùm notiſsimi.in prin
cipio.C.de præſcrip.xxx.an.& latè po
nit Alexander in.l.prima.§.per ſeruū
corporaliter.ff.de acquirend.poſſeſsio.
mouetur p.d.l.qui habebat.& per plu-
ra alia de quibus ibi per eum.
29 ¶† Secundò infertur quòd licet aliàs
debitor dicatur poſsidere rem pignora
tam quoad vſucapionem & omnes ef-
fectus concernentes dominium,& fru-
ctuum acquiſitionem : & quoad alios
effectus præter prædictos cēſeatur poſ-
ſidere creditor: tamen quando res pi-
gnorata eſt pro tanto debito quòd ve-
riſimiliter nõ ſit ſpes luitionis:tūc quo
ad omnes effectus & indiſtinctè habe-
tur perinde ac ſi dicta res eſſet ipſius cre-
ditoris:ita tenent Alexand.& Iaſ.poſt
alios in.d.l.j.§.per ſeruum corporali-
ter.& licet ibi Soci.ſubtiliter aliqua in
contrarium adducat,tamen dicit quòd
in iudicando non eſt recedendum à cõ-
muni opinione.¶Tertiò infertur quòd
licet aliàs teſtator ſuperuiuens pigno-
ret ſuo creditori rem legatam alteri,&
per pignorationem non cenſeatur adi-
mere legatum:per.l.qui poſt.C.de leg.
& l.ſi res obligata.ff.de leg.j.Tamen ſe
cus eſt ſi teſtator pignorat dictam rem
pro tanta quantitate quod non ſit ſpes
luitionis:nam tunc dicetur ademptum
legatum.perinde ac ſi plenè & perfectè
alienaſſet:ita firmat Alexan.in.d.§.per
ſeruum corporaliter.poſt Barto.in.l.rē
legatam in finalibus verbis.ff.de adi-
30 men.leg.¶† Quartò infertur quòd li
cet aliàs fructus percepti per creditorē
ex re pignorata veniāt imputādi in ſor
tem,iuxta.l.j.&.ij.C.de pig.actio. Ta-
men qñ res fuit pignorata pro tãta quã
titate quod nõ eſt veriſimiliter ſpes lui
tionis,creditor facit fructus ſuos,& eos
lucratur tanquàm perceptos ex re pro-
pria:ita nota.Alexã.in.d.§.per ſeruum
corporaliter.& ibi etiã Iaſon qui etiã
infert ad quædam alia vt ibi per eum.
¶Item adde prædictis quod illud quod
dictū eſt de re pignorata pro tanto de-
bito,quod ſit veriſimiliter ſpes luitio-
nis cum illationibus prædictis proce-
dit non ſolum quando res pignorata
eſt tradita creditori:& ſic in proprio pi
gnore:ſed etiam in re ſimpliciter hypo
thecata abſq; traditiōe ita firmat Alex.
in.d.l.ſi res obligata.in principio ſecun
dæ col.licet ibi Rapha.attentauerit cō
31 trarium.¶† Inquãtum autem dictum
fuit ſuprà quod debitor cenſetur poſsi
dere rem pignoratam quoad effectus
concernentes dominium,vel acquiſitio
nem fructuum : creditor verò dicitur
poſsidere quoad alios effectus : vt habe
tur in.d.§.per ſeruum corporaliter.ſup
ple & declara aliquibus modis : & pri-
mò,quod creditor turbatus in poſſeſsio
ne rei pignoratæ habet interdictum vti
poſsidetis:vt habetur per Alexã.Iaſ.&
alios in.d.§.p ſeruū corporaliter.¶Se-
cundò declarat,quod in tantum credi-
tor dicit poſsidere pignus quoad alios

38 tior.§.j.¶†Facit etiam quia illa regula
quod ratihabitio retrotrahatur & man
dato comparetur de qua in.l.fina.C.ad
macedo.& in regula ratihabitionem li-
bro ſexto recipit plures limitationes &
inter aliàs limitatur in propoſito quod
non trahatur retro quãdo auſertur ius
quæſitum illi tertio contra quem fit ra
tificatio vt nota.gloſſ.in dicta regula ra
tihabitionem dum allegat capitulum
ex parte decani.de reſcript.& ſequitur
Alexan. in conſilio quinquageſimo vi-
geſimooctauo viſo & diligenter conſi-
derato.in ſexta colũna quinto volumi.
vbi ponit quinq; notabiles limitationes
ad dictam regulam ratihabitionem &
iſta eſt prima.¶Facit etiam quarta limi
ta.quam ibi ponit Alex.videlicet quod
ratihabitio tunc trahitur retro quãdo
res eſt integra,& in eo ſtatu in quo erat
à principio quãdo ille actus fuit geſtus
qui ratificatur per.l. ſi vxor.§. ſi quis
vxorem.& ibi hoc nota. Dyn.& Barto.
ff.de adulte. cum alijs ibi allegatis per
Alexand.ſed tempore ratificationis fa-
ctæ per dominum de re obligata ante
per alium:nõ eſt in eo ſtatu in quo erat
tempore dictæ factæ obligationis : quia
medio tempore fuit alteri obligata per
dominum:meritò ratificatio nõ poteſt
39 trahi retro.¶† Querit inſuper,an obli
gatio pignoris poſsit mihi quæri per al
terum?& reſpondetur quod non : quia
ſicut vnus per alterum obligari non po
teſt.ita per liberã perſonam obligatio
alteri acquiri non poteſt : ſed tunc ipſa
libera perſona quæ pro alio contraxit
conuenietur:vt eſt textus in.l.ſolutum.
§.per liberam.ff. de pigno. actio. ¶Sed
dubitatur quid in procuratore,an ſcili-
cet per procuratorem acquiratur imme
diate obligatio pignoris domino? & re-
ſpondetur quod licet dominium & poſ
ſeſsio quæratur domino per procurato
rem immediatè ſine ceſsione:tamen ip
ſa obligatio & hypotheca non quæritur
domino per procuratorẽ ſine ceſsione:
vt eſt textus & ibi declarat Barto. in d.
§.per liberã , quod nota quia licet actio
hypothecaria ſit actio realis:vt.l. pigno
ris.C. de pigno. & per hoc videatur q
ſicut rei vendicatio quæritur per procu
ratorẽ domino ſine ceſsione ita & ista
quæri debeat per.l.j.C.per quas perſo
nas.& ibi glo.Guliel.Raynu.Cyn.Bal.
40 & Sal. †Tamen ſecus eſt & ratio dif
ferentiæ eſt : quia rei vendicatio per ſe
ſubſiſtit principaliter:ſed hypothecaria
licet ſit realis : tamen eſt acceſſoria ad
actionem perſonalem & ideo de ea iudi
catur:vt de perſonali quæ non acquiri
tur domino per procuratorem ſine ceſ
ſione:quia magis inhæret oſsibus con
trahẽtis quã ius reale:ita declarat Bar.
in.d.§.per liberam. & latè habetur per
Alexandrũ in lege poſſeſsio.§. & ſi poſ
ſeſsio.ff. de acquiren.poſſeſsio. & alle.
Paul.de caſtro in.l.j.in vltimo nota.C.
per quas perſonas no.acquirit. ¶Quæ
ritur etiam,an licet quis non poſsit obli
gare rem ſuam ſaltem poſsit conſentire
alteri obliganti?& de hoc eſt glo. magi
ſtra in .l. ſi fundus. §.j.ff. de pignori.&
ibi Barto.examinat , an qui non poteſt
per ſe facere poſsit alteri facienti conſen
tire & diſtinguit ꝙ qui non poteſt per
ſe facere propter imbecillitatem conſi
lij & intellectus:vt minor & mulier nõ
poteſt etiam alteri facienti conſentire
vt eſt textus in.d.l.ſi fund⁹.§.j. & in ex
emplis reprobatis ibi in glo.ſed qui non
poteſt per ſe facere propter defectũ ſui
iuris quia ius plenum non habet in re:
vt fructuarius bene poteſt facienti &
obliganti conſentire ita dicit ibi Barto.
quem vide cum allegatis ibi per Alexã.
¶Vlterius



41 ¶†Vlterius quæritur, an pater vt legi
timus adminiſtrator filij accipiendo pi
gnus , vel obligationẽ acquirat vtilem
hypothecariã filio? & reſpõdetur quod
ſic:vt eſt glo.not.in.l.ſi legati.in verſic.
neq; filius.ff.de pigno.& ibi no. Barto.
& illam gloſſ.Alexand. ibi in apoſt. ad
Barto. dicit ſingulariter notandum ad
hoc,videlicet ꝙ hodie in aduentitijs ex
contractu patris quæritur actio filio de
quo tamen dicẽdum eſt vt habetur per
Alexan.poſt alios in .l. quod dicitur.ff.
de verb.oblig.ad idem glo.in.l.de re.ff.
42 de tranſactio.¶†Inſuper quæritur,an
pupillus poſsit rem pignori dare?& re-
ſpondetur breuiter ꝙ pupillus ſine tu-
toris authoritate & decreto iudicis non
poteſt res immobiles pignori,vel hypo-
thecę dare:vt eſt textus iuncta glo.in.l.
j.in principio.ff.quæ res pign. obligari
non poſ.& in.l.j.ff. de rebus eorum. ſi-
militer econuerſo ſi pupillus recipiat
pignus ſine tutoris authoritate nõ obli
gatur directa pignoratitia vt eſt textus
& ibi gloſſ. & Bartolus in pupillo.ff.de
pig. actio. ¶Sed dubitat quid ſi minor
vendat ſine decreto : quo caſu de iure.
ff. alienatio facta de immobilibus erat
nulla vt.l.ſi pupillorũ.de re eorũ de iure
aut.C.idẽ eſt in reb⁹ mobilib⁹ exceptis
fructibus vt.l.lex quæ tutores.C.de ad
miniſtratio. tuto. in quibus locis habe-
tur.quod alienatio de rebus minorum
facta per tutorem , vel curatorem ſine
decreto iudicis eſt nulla:vt etiam habe
tur in.l.iij.C. ſi alie.res pign.da. ſit &
gl.in.l.tutor.in prin.ff.de pigno. actio.
An ſi in dicto contractu alienationis tu
tor pro euictione dederit pignori bona
ſua ꝓpria valeat pignoratio nõ obſtãte
quod alienatio reſpectu minoris ſit nul
la? & videbatur dicendum quòd non:
quia ſi non tenet principalis contractus
ſcilicet alienatio nõ videbatur etiam te
nere hypotheca quæ eſt acceſſoria argu
men.l. non dubium. cum ibi not.C. de
legi. Tamen hòc non obſtante contra-
rium èſt verius,videlicet quod licet alie
natio reſpectu minoris ſit nulla : tamen
pignatio & hypotheca reſpectu tutoris
& curatoris eſt valida. textus eſt not.in
l.& ſi is.C.de prædi. mino. & ratio eſt
quia pignoratio facta eſt de bonis tuto
ris vel curatoris,& in aliquo non præiu
dicat minori,vel pupillo vt firmat gl.in
d.l.& ſi is.in tertia ſolu.quę cõmuniter
approbatur:vt habet per Alex.in cõſil.
lxvj.ad finẽ viſo themate & dubitatio-
43 ne quarto volu.¶†Adde etiã prędictis
quod mutuans alienã pecuniã ſuo pro-
prio nomine & pro eã accipiens pignus
non acquirit hypothecam domino pe-
cuniæ ſed ſibi mutuãti textus eſt & ibi
Bar.& doctores in.l.ſi frater.C. de pig.
44 ¶† Poſtremo quæritur quid de admi
niſtratoribus publicis alicuius ciuitatis
an ſcilicet ipſi poſsint obligare bona ci-
uitatis quãdo accipiunt pro ciuitate ali
quã pecuniam?& breuiter reſpondetur
quod ſic:vt eſt textus in.l. ſi is q bona.
in princip.ff.de pigno.& ibi not. Barto.
¶Intellige tu & declara tribus modis.
& primo in adminiſtratore ciuitatis q
habet liberam adminiſtrationem:ſecus
autem ſit in alio procuratore : niſi con-
ſuetudo aliter ſe habeat:vt .l. ſolutã.§.
ſi.cũ.l.ſeq.ff.de pigno.actio.& idẽ dixi
ſ.in procuratore nu.36. & ratio eſt : q2
obligatio bonorum dicitur alienatio lar
go modo:vt.l.fi. C.de re.alie. non alie.
& alienatio non poteſt fieri niſi per ha-
bentem ſpeciale mandatum vel ſaltem
generale cum libera .l. procurator cui
libera. &.l. procurator tutorum.ff. de
procura. ¶Secundò intellige de illis of-
ficialibus quibus committitur admi-

 niſtratio

niſtratio reipublicæ vt in prioribus vel antianis vel ſimilibus:alij verò quibus ſola executio iuriſdictionis committitur:vt Poteſtas,Capitaneus & ſimiles: non poſſunt obligare bona ciuitatis:vt declarat Barto.in.l.principalibus.ff. ſi certum petatur.¶ Tertiò declara quando pecunia accepta mutuò conuerſa fuit in vtilitatem ciuitatis: vt declarat glo.& Bar.in.d.l.ſi is qui bona.in prin. ¶ Quando autem pecunia nõ eſſet verſa in vtilitatrm ciuitatis quod tunc teneatur ipſe adminiſtrator:ſed qua actione teneatur?& qualiter probetur quod pecunia verſa ſit in vtilitatem reipublicæ:& quid in alijs contractibus quam mutui latè explicatur tota iſta materia per Barto.Alexand.& Iaſo.in.l.ciuitas. ff.ſi certum petatur.& ibidem habetur quid ſit in alijs adminiſtratoribus priuatis,puta in tutore,vel curatore,vel in prælato eccleſiæ:& not.gloſſ.in.d.l.ſi is qui bona.in prin.

## ¶ Summarium.

1 ☞ *Pignus prætorium quod dicatur.*

2 *Immiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, an poſſit compellere illum cõtra quem eſt facta immiſſio exire à poſſeſſione.*

3 *Iuſſus,ſeu primũ decretũ de immittẽdo quãto tempore expiret.*

4 *Detentatio ſeu cuſtodia poſſeſſiõis que acquiritur per immiſſionem ex primo decreto,an animo retineatur.*

5 *Pignus prætorium cuius ſit effectus.*

6 *Immiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, an efficiatur poſſeſſor.*

7 *Immiſſio in perſonalem actionẽ in quo differat ab immiſſione in realem.*

8 *Immiſſus in actione hypothecaria ante annũ efficitur poſſeſſor reuocabiliter:poſt annum verò irreuocabiliter.*

9 *Immiſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, an ſtatim efficiatur poſſeſſor.*

10 *Creditore vno in poſſeſſionem immiſſo cæteri cenſentur immiſſi.limitatur & ampliatur multis caſibus.*

11 *Immiſſio facta de vno creditore ex ſecundo decreto non prodeſt alijs creditoribus.*

12 *Statutum quod immiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto lucretur fructus vſq; in quinq; pro centenario non tollit quin poſſit petere etiam vltra quinq; quando eius intereſſe eſſet maius, vel ratione lucri ceſſantis,vel damni emergentis.*

13 *Tenutarius,an poſſit impetrare brachium militare pro quinq;,pro centenario ſibi debitis in fructibus ex forma ſtatuti Florentini.*

14 *Si ius de futuro cõpetat iure actionis an poteſt illud petere,& ad illud agere.*

15 *Pronunciatio & executio per nunciũ facienda in cauſa creditoris non requirit citationem poſſeſſoris.*

16 *Poſſeſſor nõ dicitur qui incontinenti expelli poteſt.*

17 *Mulieri poſt mortem mariti debentur alimenta de bonis dotalibus:& ſi hæredes fuerint in mora cõſtituti,tenetur ad vſuras & intereſſe.*

18 *Tenutarius cui debentur quinq; pro centenario,an illa debeantur ſi ex bonis in tenutam acceptis fructus percepti non fuerint.*

19 *Fructus rei nõ traditæ,an ratione moræ ſingularis debeantur.*

20 *Data tenuta creditori in aliqua re ſibi hypothecata in qua danda fuit inordinatè proceſſum ex quo tenuta veniat annullanda,an poterat dicta res per prius obligata retineri.*

21 *Poſsidens audiendus eſt de ſuo iure in iudicio poſſeſſorio,vbi ex iuſta cauſa ad eum peruenit poſſeſſio.*

22 *Regula quòd ſpoliatus venit reſtituendus non procedit pro ſpoliato per iudicem, vel autoritate iudicis iudicialiter procedentis.*



23 *Sententia nulla poteſt per iudicem appellationis confirmari.*

24 *Immiſſio & decretum,an poſſit in nominibus debitorum & actionibus interponi.*

25 *Creditor cadens à pignore prætorio,an poſſit illud recuperare per hypothecariam:quẽadmodũ poteſt pignus conuentionale.*

26 *Excuſſio requiritur in hypothecaria intentata ex pignore conuentionali:ſecus quando agitur ex pignore prætorio ad pignus à quo immiſſus cecidit.*

27 *Pignus prætorium,an poſſit in eadem re concurrere cum conuentionali.*

28 *Dominium quare non ſit multiplicabile.*

29 *Pignus conuentionale & prætorium in quibus conueniant,& in quibus differant.*

30 *Pignus conuentionale ſolo conſenſu conſtituitur:prætorium verò requirit actualem immiſſionem.*

31 *Creditor male ſe habens in pignore conuentionali tenetur debitori pignoratitia: in pignore autem prætorio actione in factum.*

32 *Creditor in pignore conuentionali habet naturalem & ciuilem poſſeſſionem:in prætorio nullam.*

33 *Creditor habet in conuentionali pignore interdictum vti poſsidetis, in prætorio ſecus.*

34 *Creditor in pignore cõuentionali aliter tenetur quàm in prætorio.*

35 *Debito extincto qualiter agat debitor pro pignore conuentionali:& qualiter pro prætorio.*

36 *Pignus prætorium creditori addictum præſumitur pro toto debito datum : ſecus in conuentionali.*

37 *Pignus quodlibet à creditore acceptum præſumitur idoneum:nec ex tunc poteſt creditor facere capi debitorem fugientem tanquã ſuſpectum.*

38 *Pignus prætorium conſtitui poteſt in bonis minorum vniformiter:conuentionale autem non,niſi decreto iudicis.*

39 *Pignus conuentionale & prætorium diuerſimodè recuperantur.*

40 *Creditor non poteſt in conuentionali pignore agere contra tertios poſſeſſores dicti pignoris,niſi prius facta excuſsione principalis debitoris,ſecus in pignore prætorio.*

## ¶ Secundum membrum tertiæ partis.

SEquitur modo ſecũdum membrum huius tertiæ partis principalis in quo tractabimus de prætorio pignore.& in eo primo videbimus plures.quæſtiones in eius materia:ſecundo ponemus differentias inter pignus conuentionale & prætorium.
1 ¶ † Primò,igitur quæritur quod dicatur pignus prætorium?et breuiter reſpondetur quòd pignus prætorium dicitur illud quod datur per iudicem in contumacia rei ex primo decreto : ſequuta tamen immiſsione vt eſt text.& ibi not. Barto.in.l.non eſt mirum.ff.de pigno.acti.¶ Adde quod talis immiſsio aliquãdo dicitur antiphona hoc eſt preparatio quædam, vt deueniatur ad ſecundum decretum vt eſt text.& ibi gl. & Bart.in.l.ſi is qui bona.§.ſi antiphona.ff.de pigno.¶ Dum autem dictum fuit ſequuta immiſsione declara tu & intellige quando immittendus poteſt ingredi.tunc enim requiritur immiſsio ad hoc vt conſtituatur pignus prætorium.d.l.non eſt mirum:ſed ſi nõ poſſet ingredi ex iuſto impedimento:tunc etiam

etiam ſine immiſsione ex ſolo aſpectu
quærcretur pignus prætorium vt eſt
text.& ibi not.Barto.in.l.cum vnus.§.
fina.ff.de bono.autori.iudi.poſſeſ.& in
l.j.in principio in vltimo colum.in ver-
ſicu.ſed quid ſi executor.ff.de acquiré.
poſſeſ.quem ibi ſequitur Alexan.Idem
tenet Barto.in.l.ſi finita.§.illud quæ-
ritur.ff.de damno infecto,& iſtud pro-
cedit etiam ſi immittendus impedire-
tur ingredi per potentiam aduerſarij:
vt eſt text.in capitu.contingit.de dolo
& contu.& notat Iaſ.in.d.l.j.in princi-
pio in vltima colum.ff.de acquirenda
poſſeſſio.in verſicu. quærit Barto.vtrũ
aſpectus.¶ Et propterea iſto caſu ſtante
ſtatuto quod tenutarius lucretur fru-
ctus ad rationem quinq; pro centena-
rio.putarem ꝙ iſte qui fuit impeditus
in ingrediendo debeat lucrari cum ha-
beatur pro immiſſo & pro hoc pulcher
text.in.l.ij.ff.de an.lega.vbi impeditus
colere fundum in principio anni poteſt
petere fructus totius anni:& ibi habe-
tur per Barto.de quo dicam aliqua in-
frà.¶ Dicta autem immiſsio debet fieri
per executorem vel nuntium à iudice
deputatum:non autem propria autori-
tate,niſi obtenta licẽtia à iudice de in-
grediendo propria autoritate: nã alias
amitteret ius ſuũ:vt.l.miles.§.qui iu-
dici.ff.de re iudica.& notat Bart.in.d.
l.ſi finita.§.Iulianus.in.iij.colũ.in ver-
ſicu.ij.q̃ro.¶ Et talis immiſsio in reali
olim & hodie fiebat & fit in re ipſa de
qua agitur & quæ petitur:ſed in perſo-
nali actione eſt hodie immutatum:quia
fit hodie immiſsio prò menſura debiti
declarati vt in autenti.ei qui.C.de bo.
autori.iudi.poſ.& ibi per Barto.Bal.&
Salycetum.& per Barto.in.d.§.Iulia-
nus.in.iij.colum.in verſicu.pone quod

2 ipſemet.¶ † Secundò quæritur,an im-
miſſus in poſſ.ex primo decreto poſſi
cõpellere illũ contra quem eſt facta im-
miſsio exire & diſcedere de poſſeſsione
& dicendũ eſt ꝙ nõ,niſi iudex aliter ex
aliqua cauſa decerneret:puta ex cauſa
ne partes venirent ad arma:vt eſt tex.
& ibi notat Bart.in.d.l.ſi finita.§.ſi q
autem . ſed nihilominus creditor im-
miſſus eſt qui habet curã rei in qua eſt
facta immiſsio & locat & percipit fru-
ctus & vendit:vt notat Bart.in.l.in ve
ditione.§.j.per illum tex.ff.de bon.au-
torita.iudi.poſ.& hoc ſi immiſsio eſt fa-
cta in re immobili:ſed ſi immiſsio eſt
facta in re mobili illa debet aſsignari
creditori & non debet vllo modo reti-
nere apud debitorem:vt.l.is cui.§.
legatorum.in verſicu.in ceteris.ff.vt
poſ.lega.& hoc niſi appareret credi
eſſe perſonã ſuſpectam:quia tunc ...
deberent relinqui res mobiles apud cre-
ditorem immiſſum,ſed deberent ...
alium ſequeſtrari vt.l.ſi fideiuſſor ...
fine.ff.qui ſatiſ.cogan.ita firmant Bar.
& alij in.d.l.ſi finita.§.ſi quis autem ...
not.Bal.in.d.auté.ei qui.in.xvj.col.
ver.quæro vtrũ miſſus in poſſeſsionem
rei mobilis.C.de bon.auto.iudi.poſſ.
idẽ firmat ibi Saly.in.viij.q.& fuit ...
deciſio Dyn.vt ipſi referũt:& ita etiam
tenet Alex.in cõſi.ccv.viſa dicta facti
3 fi.vij.vol.¶ † Tertiò quæritur quando
tempore expiret iuſſus de immittendo
ſeu primũ decretũ?& breuiter reſpon-
detur ꝙ ſi creditor eſt præſens & habet
facultatem apprehendendi tenutam ſi
fuit negligens per bienniũ:expirat pri-
mũ decretũ:ſi auté fuit abſens expirat
per quadriẽniũ.vt.l.fi.in prin.C.de bo.
auto.iud.poſſ.& not.clare Bart.& poſt
eũ Ange.in.d.l.ſi finita.§.ſi quis metu
candem



eandé opi.tenet Bart.in.l.prætor ait.in
fi.ff.de bonis auto.iud.poſſ.& ibi Alex.
dicit iſtã eſſe cõmuné opi.licet Imol.in
d.§.ſi quis metu conatus fuerit diſcre-
pare à communi per.d.l.fi.& propterea
dixit ꝙ prædicta procedũt quãdo quis
fuit negligés in vtendo beneficio ingre
diẽdi poſſeſsioné competẽti ex perſona
alterius creditoris immiſsi vt ꝓpriè lo-
quitur tex.in.d.l.fi.qui in hoc eſt ſingu
laris:ſed vbi quis vult vti beneficio in-
grediendi ex primo decreto ei conceſſo
& ſic ex ꝓpria perſona dicit Imo.ꝙ tale
ius nõ perditur per lapſum dicti tempo
ris:ſed ꝙ imo perpetuò durat per.d.§.
ſi quis metu.& per.d.l.prætor.§.fin.&
iſtã opi.Imo.ſimpliciter refert Alex.in
cõſi.ccv.viſa dicta &c.vij.vol.¶ Sed per
hoc nõ puto recedendũ ab opi.Bar.quę
vt dixi eſt communis & cũ Bar.tenent
Ang.Bal.& Saly.in.d.l.fi.& Ange.in.l.
clam poſsidere.§.j.in.ij.col.ff.de acqui.
poſ.vbi dicit ita eo aduocãte fuiſſe obté
tum in ciuitate Florétiæ ꝙ,ſcilicet per
quadriẽniũ expiret ius primi decreti &
allegat etiã no.ꝑ Bar.in.l.j.in fine prin
cipij.ff.de acqui.poſ.& ita teneas,quã-
uis Ludo.bologninus latè inſiſtédo in
repetitione.d.§.Iulia.nu.60.teneat cõ
trariũ per aliqua fundamenta q̃bus de
facili poſſet reſponderi:ſed non curo cũ
4 cõmunis opi.ſit cũ Bar.¶ † Quartò q̃-
ritur,an iſta detẽtatio ſeu cuſtodia quæ
acquiritur per immiſsionem ex primo
decreto retineatur animo ſicut ciuilis
poſſeſſio?& breuiter reſpondetur quod
licet immiſſus nõ inſiſtat incorporali-
ter in re,ſi tamé habeat claues,vel dimi
ſerit alios homines ad cuſtodiam rei ꝙ
dicta detentatio retinetur animo:vt eſt
optimus tex.in.d.l.ſi finita.§.penulti-
mo.& no.Bar.in.l.j.in princi.ad fi.ff.de
acqui.poſſ.& ibi latè cõprobat Alex.in

vlti.col.Subdens ibi in fine ꝙ talis de-
tentatio retinetur animo ſpacio decem
annorũ,dũmodo quis nõ amiſerit cu-
ſtodiam rei:ſed ſi per decé annos ſtete-
rit ꝙ ad dictã rem nõ acceſſerit corpo-
raliter:tunc perdet eã:quia ſicut decen
nio per obliuioné perditur poſſeſsio ci-
uilis:vt.l.furtũ.§.fundi & ibi not.ff.de
vſucap.& no.gl.in.l.licet.C.de acquir.
poſſ.ita & perditur detentatio. vt lege
ſi de eo.§.ſi forte.ff.de acquiré.poſſ.ita
5 tenet Alex.in.d.l.j.in fine princi.¶ † Et
ex iſta immiſsione & pignore prætorio
cauſatur vnus effectus vtilis in practica
quia vbi aliàs creditor habens perſona-
lem tantũ non poteſt agere contra ter-
tium poſſeſſorem,niſi reuocatoria quæ
requirit fraudé eſſe cõmiſſam in aliena
tione rei tam ex parte debitoris alienã-
tis quàm eius in quem eſt facta aliena-
tio iuxta not.inſti.de actio.in.§.item ſi
quis in fraudé.tamen ſi talis creditor
acquirat pignus prætorium ex immiſ-
ſione poterit vigore dicti pignoris age-
re contra tertiũ poſſeſſorem abſq; pro-
batione alicuius fraudis:vt.l.ſi cũ ven-
ditor.in princi.ff.de euictio.Nam ſicut
in pignore conuentionali datur credi-
tori hypothecaria ita & in pignore prę-
torio licet à principio ante immiſsioné
non competierit.vt.d.l.non eſt mirum.
& ibi Barto.& Pau.de caſt.ff.de pigno.
actio.& not.Ange.de are.in.d.§.item ſi
quis in fraudem.colum.ij.& iſtud Flo-
rentiæ ſæpe numero vſurpatur in pra-
ctica.Nã creditores qui habét ius exe-
quibile,ſine hypotheca puta vigore ſen
tentiæ vel ſcripturæ priuatæ in qua nõ
ſit hypotheca faciunt vigore dicti iuris
ſe immitti in tenutam tanquàm in bo-
nis debitoris : & poſtea vigore ſtatuti
faciunt fieri præcepta Ingombrauti-
bus de diſgombrando . Nam ſi poſſeſ-
ſores

ſores non releuant ſe à præceptis per
modos traditos à ſtatuto tenutarius in-
dubitanter obtinet confirmatioñe te-
nutæ:ſi autem releuauit ſe à dictis præ-
ceptis poteſt tenutarius petere : vt fiat
tranſitus vigore ſtat.ad petitoriũ,& in
petitorio poterit tenutarius obtinere cõ
tra dictos poſſeſſores qui forte non ha-
bebunt ius anterius in re.& hoc vigore
dicti pignoris prætorij iuxta.l.ij.C.de
præto.pignore.Nam ſine dicto pignore
prætorio non potuiſſet creditor diſcu-
tere de prioritate iurium contra tertiũ
poſſeſſoré qui ſe releuaſſet à præceptis
cum non habuiſſet niſi ſolã perſonalem
quæ non ſequitur fundum & tertium
poſſeſſorem iuxta not.in .l.j.§.ſi hæres.
ff.ad trebellia.ſed bene potuiſſet obti-
nere tenutarius cũ ſola perſonali,quã-
do poſſeſſor nõ releuaſſet ſe à præceptis:
quia tũc nõ habetur pro poſſeſſore:ſed
pro ingombrante rem debitoris.& per-
inde tunc habetur,ac ſi eſſet penes de-
bitorem & non apud tertiũ poſſeſſoré:
nam aliud eſt poſsidere & aliud eſſe in
poſſeſsione:& qui imgombrat nõ dici-
tur poſsidere:ſed eſſe in poſſeſsione &
eam occupare:vt.l.ſi quis ante.ff.de ac-
quiren.poſſeſsio.& habetur per Corne.
in conſil.cxxxvij.licet multorum.in.iij.
volu.litera.c.quæ not.in practica &c.

6 ¶†Quintò quæritur.an immiſſus in
poſſeſsionem ex primo decreto efficia-
tur poſſeſſor? & primo videbimus de
immiſſo in actione perſonali & in hoc
ponite regulam ampliationis & fallen-
tias.¶ Regula ergo eſt quod immiſſus
in poſſeſſioné ex primo decreto in actio
ne perſonali : ſiue immiſsio fiat vt reus
tędio affectus cõpareat ad reſpondédũ,
an poſsideat:ſiue ex cauſa dãni infecti,
ſiue immiſsio fiat vẽtris nomine:vt mu
lier prægnans in bonis mariti talis im-
miſsio nõ facit immiſſos poſſeſſores:ſed
cuſtodes & detentores rerũ vt eſt text.
& ibi per doct.in.l.iij.§.fin.ff.de acqui.
poſ.& tali caſu reus contra qué eſt fa-
cta immiſsio poteſt comparere & reuo-
care immiſsionem , dummodo reficiat
expenſas & caueat de iudicio ſiſti iuxta
autenti.ei qui.cum materia.C.de bon.
aucto.iudi.poſ.¶ Amplia regulam,vt
procedat etiã ſi immiſsio ex primo de-
creto eſſet facta pro executione ſenten
tiæ,& rei iudicatæ:quia etiam iſto caſu
immiſſus non efficitur poſſeſſor:ſed de-
tentator,& ſic habet locũ regula etiã
in hoc caſu ita tenent Imo.Rapha.&
Alexand.in l.a diuo pio.§.ſi ſuper re-
bus.ff.de re iudi.vbi Alex.in ſexta col.
latè diſputando ita firmat & idé tenet
ibi Iaſo.& iſta opinio videtur verior &
cõmunior per allegata ibi per Alex.&
eſt opinio.gl.ibi ante eos:licet cõtrariã
opinioné teneant Bar.Pau.de caſtro &
Aret.in.d.l.iij.§.fin.ff.de acquiré.poſ.
¶ Secundò amplia etiã ſi fieret immiſ-
ſio vigore inſtrumenti habentis execu-
tioné ex forma ſtatuti puta inſtrumẽti
guarentigiati vel confeſsionarij.quia in
tali inſtrumento idé dicendũ eſt ꝙ di-
ctum eſt in re iudicata vt habetur per
Bart.in.l.ſi & iure.ff.qui po.in pi.hab.
& ita firmat Alexã.in.d.§.ſi ſuper re-
bus.in.viij.col.¶ Intellige tu & declara
niſi in inſtrumento eſſet hypotheca &
fieret immiſsio vigore hypothecę vel
contra ipſum debitoré principale.vel
contra tertiũ poſſeſſorem:quia tũc eſſet
dicendum ꝙ dicetur.ĩ.in immiſsione
quæ fit in hypothecaria vt latè habetur
per Alex.in.l.iij.§.fin.in.iiij.&.v.colu.
ff.de acquiren.poſ.¶ Fallit autem.dic-
gula pluribus modis.& primo quãdo
iudex vellet ex aliqua iuſta cauſa conſti-
tuere:immiſſum ex primo decreto poſ-
ſeſſorem



ſeſſorem:quia ex cauſa hoc põt facere &
repellere antiquũ poſſeſſoré contra qué
eſt facta immiſsio de fundo.glo.ſingu.
in.l.iij.§.duas.in verſi.decedatur.ff.de
dam.infect.not.Bald.in.d.autentica &
qui in.v.columna.C.de bono.aucto.iu.
poſ.& in.l.conſentaneum.C.quomodo
& quando iud.& ſequitur Alexan.in.l.
iij.§.fina.ff.de acqui.poſſ.in.iiij.colum.
¶ Secundò fallit quando in loco exta-
ret ſtatutum quòd immiſſus ex primo
decreto lucretur fructus prout eſt Flo-
rentiæ:nã tunc immiſſus etiam in actio
ne perſonali efficeretur poſſeſſor : quia
commodum fructuum ſpectat ad poſ-
ſeſſorem:vt.l.iij.§.ex cõtrario.& ibi no.
ff.de acquiré.poſ.&.l.Fulcinius.§.fi.ff.
ex q.cau.in poſ.ea.& ideo delato lucro
fructuum in neceſſarium antecedés ta-
lis dicitur effectus poſſeſſor ita tenet Bal.
in.d.l.conſentaneum & ſequitur Ale-
xan.in.d.l.iij.§.fin.in.iiij.colũ.& idem
Alexã.in.l.ſi finita.§. Iulianus.colum.
xxv.in verſic.item inquantum hĩc glo.
tangit , an miſſus ex primo decreto lu-
cretur fructus &c.ff.de dam.infect.
¶ Tertiò fallit quando abſq; tali ſtat.
vel cõſuetudine iudex motus & nimia
contumacia rei decerneret ꝙ immiſſus
deberet lucrari fructus:nam tunc ſimi-
liter immiſſus efficeretur poſſeſſor : ita
tenet Bald.in.d.l.conſentaneum.& ſe-
quitur Alexan.in.d.l.iij.§.fina.& in.d.
l.ſi finita.§.Iulianus.quanuis in hoc.ſ.
in iudice Saly.in.d.auten.ei qui.C.de
bono.aucto.iud.poſsi.xij.colum.teneat
contrarium per aliqua fundaméta qui-
bus reſpondet Alexã.in.d.§.Iulianus.
¶ Quartò fallit in caſu notabili,videli-
cet in.l.poſtquàm.§.imperator.ff.vt le-
ga.not.cau.in ver.transferat.& ibi not.
per Barto.& habetur per Cyn.in.l.cùm
proponas.in.xiiij.q.C.de bo.aucto.iud.
poſ.Nam eſt ibi caſus quod fideicom-
miſſarius petijt ſibi præſtari cautionem
ab hærede iuxta illum titulum.ff.vt le-
ga.no.caue.aut ſi nõ caueret ſe immitti
in poſſeſsioné:& lata fuit ſententia cõtra
hæredem vt caueret:à qua hæres appel-
lauit decidit ibi iuriſconſultus ꝙ fidei-
commiſſarius pendẽte appellatione de-
bet immitti in poſſeſsioné:& ꝙ fideicõ
miſſarius immiſſus erit poſſeſſor : & ſic
eſt ibi caſus no.ꝙ pendẽte appellatione
ſit innouatio cõtra titulũ,nil inno.app.
pen.ff.& ꝙ immiſſus ex primo decreto
efficitur poſſeſſor ꝓ quo etiã facit text.
in.l.quiſquis.C.quo.app.non recip. Et
ita tenet Alexã.in.d.l.iij.§.fi.in.iiij.co-
lum.vbi etiam Iaſ.tranſit cum Alexan.
in.d.l.iij.§.fina.in.iiij.colum.vbi etiam
Iaſ.tranſit cum Alexan.in prædictis li-
mitationibus.¶ Inſuper aduerte in præ
dictis quod magnus eſt effectus,an im-
miſſus ſit poſſeſſor vel non : quia ſi non
poſsidet nõ debet expelli antiquus poſ-
ſeſſor : ſed vterq; debet ſtare in re:quia
immiſſus quando non poſsidet eſt cu-
ſtos & detentator vnde nõ debet expel-
lere antiquum poſſeſſoré : vt.l.ſi finita.
§.ſi quis ante.& ibi not.ff.de dãno.in-
fec.& latè per canoni.in.c.contingit.de
dol.& contu.& hoc etiam eſt verum &
procedit ſi immiſſus eſſet in ſolam poſ-
ſeſsioné quia per hoc non efficitur poſ-
ſeſſor,& non poteſt expellere antiquũ
poſſeſſorem ſecundum Bald.in.l.con-
ſentaneum in pen.col.in ſexta oppo.C.
quomodo & quando iud.& per conſe-
quens cum non ſit poſſeſſor taliter im-
miſſus non habet interdictum vti poſ-
ſidetis quod competit poſſeſſori qui in
ſua poſſeſsione turbatur : vt.l.ſi duo.§.
creditores.ff.vti.poſsid.ſed ſi efficitur
poſſeſſor poteſt expellere antiquũ poſ-
ſeſſoré:& habet interdictũ vti poſſide-
tis ita

tis ita not. Alex.in.d.l.iij.§.fi.in.iiij.col.
& Iaſ.in.ij.¶ Sextò quid in immiſſo in
reali actione? & breuiter obmiſſa diſpu-
tatione.quia materia eſt trita cõmunis
opi.legiſtarũ eſt ꝙ immiſſus ante annũ
poſsideat reuocabiliter:poſt annũ:vero
irreuocabiliter.ita concludunt Alex.&
Iaſ.in.d.l.iij.§.fi.poſt alios ibi:licet ca-
noniſte vt ibi referunt Alexã.& Iaſ.cõ-
muniter teneant ꝙ immiſſus in reali
ante annum ſit detentator & non poſ-
ſeſſor.tenendum eſt ergo cum commu-
ni opinione legiſtarũ:quia per Alex.&
alios in.d.§.fin.optimè reſpondetur ad
fundamenta canoniſtarum:& talis im-
miſſus poſt annum à die immiſsionis
lucratur fructus : vt latè per Alexand.
in.d.l.ſi finita.§.Iulianus.colum.26.in
verſic.in actione reali.ff.de dam.infect.
7 ¶ † Sed dubitatur que ſit ratio differẽ-
tiæ inter immiſſum in pſonali & in rea-
li? & doct.dicunt rationem differentiæ
eſſe quia immiſſus in perſonali nullum
prætendit ius in bonis ſed ſolum habet
perſonam debitoris obligatã:vt inſtitu.
de actio.§.j.ideo immiſſus in perſonali
nec ante annum nec poſt efficitur poſ-
ſeſſor:ſed in reali agens dicitur habere
ius in re puta dominium vel quaſi ni-
mirum ergo ſi immiſſus in poſſeſsionẽ
illius rei efficitur poſſeſſor ita tenet Spe.
in tit.de primo & ſecundo decre.§.iam
de effectu.verſi.quę eſt ratio.& Cuma.
& Iaſ.in.d.l.iij.§.fi.in.v.colum.ver.ſe-
8 cunda concluſio eſt.¶ † Amplia hanc
concluſionem quod etiam immiſſus in
hypothecaria actione ante annum effi-
citur poſſeſſor reuocabiliter:poſt annũ
verò irreuocabiliter , prout dictũ eſt in
reali:& nimirum quia etiam hypotheca
ria eſt actio realis.l.pignoris.ff.de pign.
&.l.pignoris.C.eod.titu.& licet opi.ſit
dubia tamen Alex.in.d.l.iij.§.fi.& di-
cit iſtam eſſe magis cõmunem:intellig
tamen & declara quod immiſſus in hy
pothecaria differt ab immiſſo in real
mera in hoc:quia licet immiſſus in rea
li poſt annum lucretur fructus vt per
Alexã.in.d.l.ſi finita.§.Iulianus.in co
lum.xxvj.& dixi.ẽ.tamen immiſſus in
hypothecaria etiam poſt annum nõ lu
cratur fructus:& ratio eſt , quia inten
tio agentis non eſt niſi auocare poſſeſ
ſionem.l.ſi cùm venditor.in princip.ff.
de euictio.ita tenet Alexan.in.d.§.Iu
lianus.col.27.verſi.iuxta hoc quæritur
&c.¶ Secundò,amplia regulam,ſeu cõ
cluſionem ſuprà poſitam in actione rea
li , vt procedat etiam in actione mixta
prout eſt actio petitionis hæreditatis
quæ eſt actio mixta : vt.l.hæreditatis.
C.de peti.hære.quia etiam in illa im
miſſus inquantũ datur ad rem iudica
tur de ea prout de actione reali,vt ſi li
cet ſicut immiſſus in reali ante annum
poſsidet reuocabiliter,& poſt annũ ir
reuocabiliter : ita & immiſſus in actione
mixta quãdo datur ad rem (vt dixi ſed
ſi actio mixta detur ad perſonales præ
ſtationes tũc de ea iudicatur,prout de
mera perſonali.l.item Labeo.§.familiæ
ff.fami.erci.& quãdo datur ad rem ſi
cut immiſſus in reali ꝑlucratur fructus
poſt annum,ita & lucratur immiſſus in
actione mixta : ita tenet Alexander in
dicta.l.ſi finita.§.Iulianus colũna.xx
vij.in veſicu.quid immiſſo in actione
mixta? ¶ Limitatur autem iſta conclu-
ſio de actione reali cũ duabus amplia-
tionibus vt ſuprà datis duobus modis
primò quando immiſsio eſſet facta poſt
litem conteſtatam:quia tunc etiã ante
annum immiſſus efficitur poſſeſſor ir-
reuocabilis:& ſic ille cõtra quem eſt fa-
cta immiſsio ratione proprietatis ita
demum audietur volens reuocare im-
miſsio
miſsionem infra annum præſtãdo ſatiſ
dationem & reficiendo expen. iuxta di
cta autenti.ei qui.ſi immiſsio eſſet facta
ante li.cõte.ſecus ſi eſſet facta poſt li. cõ
teſt.vt probatur,& notatur in.d.l.cõſen
taneum.C.quomo.& quando iudex.
¶ Secundò, limitatur dicta concluſio,vt
non procedat etiam ſi dicta commiſsio
eſſet facta poſt li.quaſi conteſtatam : vt
habetur in.l.ij.C.vbi in rem actio.in fi.
vnde infertur quòd quando intentatur
realis actio contra detinentem,vel poſsi
dentem nomine alterius & detinẽs, ſeu
poſsidens cõpareat in iudi . & nominet
dominum pro quo dicit ſe detinere,vel
poſsidere datur ei dilatio vt denunciet
domino , vt dominus veniat ad cauſam
inſtructam:& tunc ſi dominus non com
paret in eius contumacia , fit immiſsio
in poſſeſsionẽ & immiſſus efficitur poſ-
ſeſſor irreuocabilis, etiam ante annum
adeo quòd ſi nominatus vult reficere
expenſas , & præſtare ſatiſdationem de
iudicato ſiſti iuxta.d.autan . ei qui non
audietur : ſed oportet ꝙ dominus agat
ordinariè per viã principalis petitionis
ſuper proprietate oſtendendo ſe eſſe do
minum vt .d.l.ij. in fine .C. vbi in rem
actio.ita not.tenet Alex.in iſtis duabus
limitationibus in.d.l.iij.§.fin.in.iij.col.
ff.de acquiren.poſſeſ. & ſic etiam habes
iſtam concluſionem,ſeu regulam de im
miſsione facta in reali ampliatam & li-
9 mitatam pluribus modis. ¶ † Septimò
quæritur,an immiſſus in poſſeſsionem
ex ſecũdo decreto ſtatim efficiatur poſ-
ſeſſor?& reſpondetur quod ſic & in tan
tùm,quod ſi ille contra quem eſt facta
immiſsio eſt dominus etiam immiſſus
efficitur dominus:ſi autem non erat do
minus immiſſus incipit præſcribere: vt
per Barto.in.d.l.ſi finita.§.Iulianus. in
prim.colũ.& in hoc Bald.in.l.in poſſeſ-
ſione.C.de bon. auct. iud. poſsi. voluit
quod immiſſus ex ſecundo decreto præ
ſcribat etiam directum dominium , li-
cet aliâs per præſcriptionem non acqui
ratur,niſi vtile:vt per gloſſ.in .l. ſecun-
da & ibi Barto.ff.de vſucap.ponderan-
do ad hoc Bald.textum in.d.l. ſi finita.
§.ſi de vectigalibus.in verſi. dominium
acquiri quod appellatione dominij ſim
pliciter facta veniat directum .l. j . § .
qui in perpetuum .ff. ſi ager vecti. vel
emphy.peta.Tamen in hoc contra Bal.
eſt tenendum quod non præſcribatur
niſi vtile dominium : & de hoc eſt text.
iuncta gloſ.in.d .l. Iulianus. in verſicul.
dominium. vbi gloſſ . exponit, ſcilicet
vtile : & ratio eſt quia in materia præ-
ſcriptionum longi temporis dominium
intelligitur de vtili vt per gloſſ. & do-
cto.in auten.niſi tricennale.C. de bon.
mater.& in.d.l.ij.ff. de vſucapi . Verba
autem debent intelligi ſecundum ſubie
ctam materiam.l.ſi vno.in prin.ff. loca.
& ita tenet Iaſ.in.d.l.iij.§.fi.in nono no
tab.& ante eum tenuit Alexan.in.l.tra-
ditionibus.C.de pact. vbi etiã ſequitur
Iaſ.ponentes etiam ibi aliquas aliâs li-
mi.in quibus acquiritur directum do-
minium quas obmitto:quia ſunt extra
materiam noſtram.
10 ¶ † Octauo,quæritur,an vno creditore
immiſſo ex primo decreto alij immiſsi
videantur?& in hoc pone regulam am-
pliationis & reſtrictionis. Regula eſt er
go , quod vno immiſſo cæteri immiſsi
videntur:vt .l.cùm vnus in princ.& ibi
gl.plena & Barto.ff.de bon.aucto.iudi.
poſ.¶ Amplia primò regulam quod ta-
lis immiſsio ſicut prodeſt immiſſo , ita
prodeſt alijs non immiſsis : vt in ſimul
omnes concurrant & pariter ad præciũ
rei pro eorum ratis vocentur , non ali-
ter conſiderato ordine immiſsionis : vt
habe-

habetur in.d.l.cũm vnus.& in.d.l.ſi fi-
nita.§.ſi plures.& per Barto.& Salice.
in.l.ij.C.qui potio.in pigno.habe.
¶Secundò, amplia vt.d.regula proce-
dat non ſolum in immiſsione quę fit ex
contumacia,& ſic in pignore prætorio
iuxta to.titu.C.de præto.pi.ſed etiam
in immiſsione quæ fit vigore ſententiæ
& ſic in pignore iudiciali iuxta totũ ti.
C.ſi in cauſam iudi.di.cap.ſit.ita tenet
glo.in.l.ſi & iure.ff.qui potio.in pigno.
habe.& in.l.finali.C.de bono.auctori.
iu.poſ.& idem tenet Dy.in regula qui
prior lib.vj.¶Cõtrariam autem opinio-
nẽ tenet Bart.in.d.l.cũ vnus.videlicet
quod immiſsio facta in pignore iudi-
ciali non proſit alijs creditoribus & ꝙ
prior immiſſus ſit potior alijs & cum
Barto.trãſit Ange.in.d.l.ſi finita.§.ſi
plures.& in.l.à diuo pio.§.ſi pignora.
ff.de re iud.& Bal.in lege tertia.C.qui
potio.in pign.habe.¶Sed contra Bart.
tenent Bal.& Sali.in.d.l.fina.C.de bo-
nis.auto.iudi.poſ.Cõcludentes qđ vno
immiſſo vigore ſententiæ vel rei iudica
tæ vel inſtrumenti guarentigiati vel al-
terius iuris exequibilis talis immiſsio
proſit etiã alijs habentibus ius exequi-
bile,prout habet immiſſus:& ꝙ omnes
debeat eſſe æquales,nec inter eos debet
attendi prioritas:& reſpondent latè ar-
gumentis Bar.vt ibi per eos eandẽ opi-
nio.contra Bar.firmat Imo.in.d.l.ſi fi-
nita.§.ſi plures.vt ibi refert Alexand.
qui dicit quod opinio Bar.nõ videtur
bene probari de iure,& ſic videtur te-
nenda in hoc opinio.gloſſ. Dyni & ſe-
quacium contra Bart.quod vnius im-
miſsio vigore iuris exequibilis:& ſic in
pignore iudiciali proſit etiã alijs prout
prodeſt immiſsio facta vigore contu-
maciæ & ſic in pignore prætorio.¶In-
tellige tamẽ:& infrà ſubdetur: niſi im-
miſſus vigore iuris exequibilis pu
inſtrumenti guarentigiati prætender
etiam hypothecam:quia tunc illius im
miſsio non prodeſſet alijs vt per Bal.
in.d.authẽtica ei qui.C.de bo.auto.iu
di.poſ.& dicetur.ſ.in reſtrictionibus.
¶Reſtringitur autem & declaratur ſ
prædicta regula pluribus modis:& p
mò,ꝙ dicta regula procedat in actione
perſonali:non autem in actione real
quia immiſsio vnius in actione re
non prodeſt alijs. & ratio eſt quia i
qui immittitur in actione reali immi
titur tanquã dominus:& dominus n
eſt creditor:nec etiam poſſeſſor con
quem fit immiſsio eſt debitor:vt.l.ſ.
C.de alie.iudi.mu.cauſa fac.& ita te
nent Bald.& Salice.in.d.l. finali.C.
bonis autori.iudi.poſ. ¶Secundò re
ſtringe vt.d.regula non habeat locu
etiã in immiſsione facta in actione h
pothecaria qa in ea immiſsio vnius
prodeſt alijs non prætendentibus hy
pothecam ita tenet Bal.in.d.authẽti.
qui in.iiij.col.C.de bo.auto.iudi.poſ.
ſeqtur Sali.in.d.l.fi.in prin.in vl.col.
verſi.ſi eſt immiſſus in hypothecaria
rationes adductas per Bal.¶Tertiò re
ſtringe regulã ꝙ licet illa regula ol
de iure.ff.eſſet neceſſaria:qa de illo iu
re in actione pſonali fiebat immiſsio i
omnibus bonis:vt.d.l.cũ vnus.in pr.
Tamẽ hodie de iure.C. ſecundũ que
fit immiſsio ꝓ mẽſura debiti vt.d.au
ei qui.& incorpore vñ ſumitur non e
neceſſe ꝙ vnius immiſsio proſit alijs
ſi qñ in bonis debitoris nõ erat niſi illa
res in qua fuit facta immiſsio.Nã ſi ex
tra illã eſſent alia bona alij creditores
poterunt obtinere immiſsionẽ in illis
obmiſſa illa re in qua creditor immiſ-
ſus pro mẽſura ſui crediti : ita declarat
gl.& Bar.in.d.l.cũ vnus.& Bar.in.d.l.
ſi &



ſi & vir.ff.qui po.in pig.hab.¶Quartò
reſtringe regulã ꝙ ita demũ alij credi-
tores poſsint vti immiſsione illius qui
eſt immiſſus & ex ea iuuari : ſi veniant
infrà biẽniũ & expẽſas pro rata reficiat
creditori immiſſo & citato debitore fa
ciãt fidẽ de eorũ credito tunc em̃ pote
runt ingredi ſicut primus:vt eſt tex.in
d.l.ſi.& no.gl.& Bar.in.d.l.cũ vnus.in
prin.¶Quintò,reſtringit̃ dicta regula
vt ita demũ ꝓcedat,qñ creditores ſunt
creditores eiuſdẽ titu.puta qa oẽs ſunt
creditores ex cõtractu:vel oẽs ex lega-
to vel oẽs ex cauſa dãni infecti.tũc em̃
vnius immiſsio prodeſt alijs:ſecus autẽ
ſi eſſent creditores diuerſorum titulo-
rum:ita tenet glo.in.d.l.cum vnus.
¶Sextò,reſtringitur regula,vt procedat
ita demũ ſi dicti creditores oẽs prætẽ-
dant cauſam oneroſam : ſecus autem
ſi aliqua prætenderent cauſam lucrati-
uam vel quaſi:quia tunc illis qui præ-
tendunt cauſam lucratiuam vel quaſi
non prodeſſet immiſsio facta de illo q
prætenderet cauſam oneroſam : ita te-
net gloſſ.in.d.l.cum vnus.per tex.in.l.
is cui.§.ſi plures.ff.vt in poſ.leg.& ita
debet intelligi text.in.d.l.ſi finita.§.ſi
plures.& hanc opi.tenet Dyn.in.d.re-
gula,qui prior.libro.vj.Bartol. autem
in.d.l.ſi & iure.ff.qui potio.in pigno.
hab.dicit ꝙ iſta diſtinctio inter cauſam
oneroſam & lucratiuam ſemper ſibi di
ſplicuit:quia.d.l.cum vnus.loquitur ge
neraliter & indiſtinctè quòd vno credi
tore immiſſo alij cẽſentur immiſsi.idẽ
etiam tenet Bart.in.d.l.is cui.§.ſi plu-
res.dicens ſe non habere.l.quæ probet
iſtam differẽtiam inter cauſam onero-
10 ſam & lucratiuam. ¶† Et ideò Bart.in
hoc ponit aliam diſtinctionem in.d.l.ſi
& iure.& in dicto.§.ſi plures.& in.d.l.
cum vnus.videlicet ꝙ aut omnes cre-
ditores prætendunt ius obligationis &
vno immiſſo cæteri intelligũtur im-
miſsi per.d.l.cũ vnus.Aut omnes præ-
tendunt iudicis officiũ:& tũc vno im-
miſſo alij nõ cẽſentur immiſsi.& habet
locũ tex.in.d.l.is cui.§.ſi plures.& iſto
caſu oportet quod etiã cæteri petãt ſe
immitti:& facta immiſsiõe prętor tue-
bitur oẽs:vt in dictis legibus.Aut vnus
prætẽdit ius obligationis,& alter iudi
cis officiũ:& tunc vno immiſſo alij non
intelligũtur immiſsi:vt.l.ij.C. qui po.
in pig.hab.Et ex his infert Bar.quòd ſi
ſunt plures prætẽdentes plures ſenten-
tias diuerſas,vel habẽtes diuerſa inſtru
menta guarẽtigiata quæ ex diſpoſitio-
ne ſtatutorũ habent paratam executio
nẽ ſicut ſẽtẽtiæ quod vno immiſſo pro
executione ſẽtẽtię vel inſtrumẽti cæ-
teri nõ cẽſentur immiſsi:niſi & ipſi im
petrent immiſsionẽ:& hoc quia in hoc
debet impetrari officium iudicis quod
ſe nõ exhibet,niſi ſit petitum:vt.l.iiij.
§.hoc autem iudicium . ff. de damno
infecto.Ita diſtinguit & tenet Bartol.
¶Sed Bal.& Sali.in.d.l.fin.C.de bono.
auto.iud.poſ.in.ij.col.reprobant diſtin
ctionem Bar.validis rationibus meo iu
dicio.& tenent opi.gl.Dy.& ſequaciũ.
&vt ibi dicit Sali.iſta opinio cõtra Bar.
eſt cõmunis,videlicet ꝙ aliud ſit in cre
ditoribus ex cã oneroſa:vt.d.l.cũ vnus.
& aliud ex cauſa lucratiua:vt dicta.l.is
cui.§.ſi plures.vbi text.facit differen-
tiam inter creditores & legatarios. &
ſimiliter ex cauſa quaſi lucratiua:& ex
cauſa noxali vel damni infecti:vt dicta
l.ſi finita.§.ſi plures.iſtæ em̃ cauſæ cen
ſentur quaſi lucratiuę:vt.l. apud cel-
ſum.§ .auctoris autem.ff.de do.exce-
ptio.& ratio differentiæ ſecundum eos
eſt: quia fauorabiliores ſunt qui tra-
ctant de damno quàm illi qui tractant

de lucro:vt.l.fina.C.de cõdi.&.l.fi.C.
de iure deliberan.& licet cũ opinioné
Bar.teneant Ang.& Paul.de ca.in.d.l.
ſi finita.§.ſi plures.& Ange.in d.l.fin.
C.de bonis autorita.iud.poſſ.Tñ opi.
gl.& Dyn.& ſequaciũ tenet Imo.in.d.
l.ſi finita.§.ſi plures.& reſpondet argu
mentis Bar.& opi.gl.& Dy.cõtra Bar.
dicit Alex.poſt Imo.in.d.§.ſi plures eſ
ſe de iure veriorem.& ſecundum Sali.
in.d.l.fina.eſt etiã cõmunis.& ideo te-
nenda.¶ Et ex prædictis infertur quod
qñ plures creditores prætendũt pignus
prætoriũ ex diuerſis titulis.tunc nõ ha
bet locum regula.d.l.cum vnus.ſed ꝗ
prior eſt in ordine ex tẽpore immiſsio-
nis potior eſt in iure per text.in.d.l.ij.
C.qui pot.in pig.ha.& ibi Bar.& Sali.
¶ Similiter quãdo aliqui creditores prę
tendut pignus prætoriũ aliqui vero pi
gnus conuentionale non habet in eis lo
cum.d.regula.d.l.cũ vnus.Sed in eis ha
bet locum regula.c.qui prior.de regu-
lis iuris lib.vj.vt.l.ſi poſtquam.ff.vt in
poſ.lega.ita tenent Bart.& Salice.poſt
Cy.in.d.l.ij.¶ Item infertur quòd inter
plures creditores prætendentes ſolum
pignus conuentionale: non habet lo-
cum.d.regula.l.cum vnus.ſed præferri
debent ſecundum prioritatem in tem-
pore per.d.regulam qui prior.& ita te-
nent Bar.Sali.& alij in.d.l.ij.& Barto.
in.d.l.cum vnus.& in alijs locis ſupra
11 allegatis.¶ † Vltimò,reſtringitur dicta
regula vt procedat in primo decreto,
non autem in ſecundo: quia immiſsio
facta de vno creditore ex ſecũdo decre
to non prodeſt alijs creditoribus:ita te-
net glo.in.d.l.cum vnus.in princi.alle-
gat tex.in.l.Fulcini⁹.§.illud.in fi.ff.ex
qui.cau.in po.ea.refert & ſequitur Sa-
lice.in.d.l.fi.in princ.in vltima.q.C.de
12 bo.auto.iudi.poſ. ¶ † Nonò,quæritur,
an ſtante dicto ſtatuto de quo.ſ.eſt fa-
cta mẽtio:videlicet ꝙ tenutarius lucre
tur fructus vſq; in quinq; ꝑ cẽtenario
prout eſt Florentiæ:vel in alia quanti-
tate.ſi ſit aliquis creditor immiſſus in
tenutã cui de iure pro ſuo intereſſe de-
beantur vltra quinq; pro centenario
puta maritus in dote iuxta no.per Ale
xandrũ & alios in.l.inſulam.§.vſura.
ff.ſol.ma.vel vigore cõuentionis: puta
qa vxor ſoluto matrimo.ꝑ reſtitutio
ne ſuarũ dotiũ habuit certum fundũ
cũ pacto ꝙ ex eo lucreť fructus.qđ pa-
ctum etiã de iure canonico valet:vt la
tè per Laurent.de ridulfis in tracta.de
vſura.in.q.lxv.vel ſit talis creditor qui
rõne dãni emergẽtis,vel lucri ceſſantis
prętẽdat mai⁹ intereſſe quã ſint quinq;
pro cẽtenario.iuxta no.per doc.& maxi
mè Iaſ.in.l.ij.ſ.fina.ff.de eo quod cer.
loco,an in huiuſmodi caſibus creditor
poſsit lucrari ex dictis fructibus vltra
dicta quinq; taxata à ſtatuto,etiam il-
lud plus quod ſibi de iure debetur?
¶ Et in hoc Paul.de caſtro.in conſi.
ccclxxxvj.viſis & ponderatis.in vlti-
lum.determinat quod tales creditores
poſsint lucrari ex dictis fructibus etiã
vltra quinq; à ſtatuto ordinata: qa ſta-
tutum prouidit generaliter omnibus
creditoribus:etiam illis qui nullum lu-
crum de iure prætendere poterant:illis
autem qui aliquid lucraturi erãt dede-
re dedit ſuum beneficiũ vſq; in quinq;
pro centenario.cùm ergo prouiſio ſta-
tutaria veniat in augmentum non de-
bet operari diminutioné.l.legata inuti-
liter.ff.de lega.j.Ita reſidet ibi Pau.
¶ Et ex hac deciſione credo ꝙ Florẽtię
in pronũciãdis tenutis inoleuerit pra-
ctica quod pronuntientur pro damnis
expenſis & intereſſe ſecundum formã
ſtatutorum & vltra: addendo dictum
verbum



verbum & vltra,ad obtinendum etiam
tenutã pro illo pluri qđ deberetur cre-
ditori de iure vltra quinq; taxata à ſta-
tuto.& puto deciſioné de iure procede
re: quia in inſtrumẽtis indiſtinctè oppo
nitur promiſsio refectionis dãnorũ ex-
penſarũ & intereſſe patiendorũ in lite
& extra lité. Et propterea etiã pro di-
cto intereſſe lucri ceſſantis, & damni
emergentis ꝙ de iure deberetur poteſt
pronũtiari tenuta & procedi executiuè
in bonis debitoris:ſicut proceditur pro
ipſa ſorte principali.quæ nota.in pra-
13 ctica.¶ † Sed in prædictis vidi vtiliter
dubitari.pone poſt pronuntiatã & con-
firmatã tenutã ſterit tenutarius ꝑ ali-
quos annos ꝙ fructus tenutæ nõ perce-
pit: ſed interim præcepti fuerunt per
ipſum debitoré vel alium contra quem
cõfirmata eſt tenuta: & euenit qđ po-
ſtea creditor recepit ſorté principalem:
reſeruato ſibi iure ſuæ tenutæ ſuper
quinq; pro cẽtenario: mõ creditor in-
ſtat ſibi cõcedi executioné per viã bra-
chij militaris,in dicta re in tenutã acce
ptam iuxta.l.qui reſtituere.ff.de rei vẽ
dica. Dubitatur, an hoc obtinere de-
beat? & prima facie videretur dicendũ
ꝙ non:qa iſtud lucrum quinq; pro cen
tenario datur à ſtatuto poſt confirma-
tioné tenutę & ſic ꝑ lucro futuro poſt
ſequutã tenutã.meritò non videtur ꝙ
illud fuerit cõpre[illegible]ſum: nec potuiſſe
cõprehendi in ſent[illegible]tionis
ſeu cõfirmationis tenu[illegible]nus
ꝙ in ſententia bene poſſunt [illegible]di
expẽſæ factæ & faciendæ vſq; ad ip[illegible]
ſentẽtiam:ſed illę quæ futurę ſunt poſt
ſentẽtiam non poſſunt cõprehendi in
ea:vt videtur tex.in.c.auditis.de procu
ra.& ibi per Abb.& alios.& no.Ang.in
l.vbi auté.§.pe.ff.de ver.obl.Cum aũt
iſtud lucrum quinq; pro centenario in
ſententia pronuntiationis tenutæ non
fuerit cõprehenſum,non videtur ꝙ ad
illũ executiuè per viã brachij militaris
agi poſsit.¶ Tamen hoc non obſtante
contrariam ſententiam puto veriorem.
Nam (vt dixi ſupra) in proxima qõne
non eſt dubium quod pronuntiatio te-
nutæ fuit facta pro ſorte principali dã-
nis expẽ.& intereſſe ſecũdũ formã ſta-
tutorum & vltra: non põt ergo negari
ꝙ dictũ lucrũ quinq; pro cẽtenario or-
dinatũ à ſtatuto nõ cõprehendatur per
verba expreſſa dictæ pronũtiationis te-
nutæ.¶ Sed difficultas ſolũ reſidet, an
dictum lucrũ ex quo venit debendum
de futuro poſt tenutam pronũtiatã de
iure potuerit peti & cõprehẽdi in ipſa
pronuntiatione tenutæ? Et in hoc etiã
14 puto dicendũ ꝙ ſic.† Quia quãdo ius
de futuro debetur iure actionis: tunc
actor põt ad illud agere & petere illud:
& ſuper eo põt ferri ſentẽtia:ſecus au-
tem ſi illud ius veniret ſolo officio iudi
cis mercenario:vt latè diſputando fir-
mat per multa Alex.in.d.l.vbi autem.
§.pe.ff.de verb.obliga.dicens hanc eſſe
communem opin.cum autem iſtud lu-
crum quinq; pro centenario detur ex
diſpoſitione ſtatutaria.clarũ eſt ꝙ pro-
illo conſequendo cõpetit actio,vel con-
dictio ex dicto ſtatuto.iuxta latè not.ꝑ
Bar.& alios in.l.j.ff.de condi.ex lege.
meritò licet veniat de futuro poſt ꝓnũ
ciationé tenutę põt peti & deduci in te
nuta.¶ Et nõ obſtat.d.c.auditis.& deci
ſio Ang.in.d.§.penu.quia vt ibi decla-
rat Alex.prædicta procedũt in expẽſis
quæ ſolo officio iudicis mercenario ve-
niũt:ſecus aũt eſt in iure de futuro qđ
debeť iure actiõis:vt eſt in caſu noſtro.
& iſtud tãtò clarius procederet quan-
dõ eſſemus in executiõe inſtrumẽti:in
quo dãna expẽſe & intereſſe eſſent pro-

miſſa per ſtipulationem : quia tunc illa
quinq; ordinata à ſtatuto pro damnis
& intereſſe deberētur etiam actione ex
ſtipulatu & diſpoſitio ſtatuti adæquare
tur ad ipſum contractum quaſi ſuper il
lo declaratiuè procedēdo:vt docet Bar.
in.d.l.j.ff.de condi.ex.l. in materia con
ditiōis & actionis ex ſtatuto:& ita ſem-
per tenui & tenendum puto.quāuis ali
qui alij tenuerint contrarium meo iu-
15 dicio debilibus fundamentis. ¶† Inſu-
per in iſta materia iſtiꝰ lucri quinq; pro
centenario debito ex forma ſtatuti pōt
dubitari,an illa quinq; debeantur à die
pronūtiationis tenutæ & immiſsionis?
an verò à die confirmationis?pro cuius
deciſione queſtiōis primò eſt aduerten-
dum quod Florentiæ ex forma ſtatuti
ſit pronuntiatio tenutæ & immiſsio in
bonis debitoris nulla citatione præcedē
te.& hoc etiam ſi bona poſsideātur per
tertiū & non per debitorē. & iſtud etiā
eſt ex diſpoſitione iuris:vt tenēt Pe. &
Cy. in authen.ſi oēs.C. ſi vt ſe ab hære.
abſti.& refert & ſequitur Paul. de caſt.
in.l.fi.in.iij.col.in ver.in gl.quæ incipit
ſigillorū.C.de edic. di. adri.tol. vbi di-
cunt ꝙ in pronuntiatione & in execu-
tione facienda per nuntiū non eſt neceſ
ſaria citatio poſſeſſoris:quia non agitur
de ipſius præiudicio. nam per hoc non
expellitur de ſua poſſeſsione , quo vſq;
fuerit auditus:ſed poſtquā pronūtiata
eſt tenuta & facta immiſsio per nuntiū
ſi miſſus vult quod poſſeſſor expellatur
debet ille citari:& ſi non cōparet expel
letur & fieri debet ei præceptum ꝙ di-
mittat poſſeſsionē liberā & expeditā,ſi
aūt comparet,& nō allegat aliquā iuſtā
cauſam ſuæ poſſeſsionis : ſed duntaxat
dicit ſe poſsidere:tūc diſcutiendum eſt
de ſua poſſeſsione.iuxta ea quę tradunt
per Paul.de caſt.in.d.l.fi.in.iij . colū.&

Florentiæ ſtatutū ponit modos.quibus
poſſeſſor pōt iuſtificare ſuam poſſeſsio-
nē & releuare ſe à præceptis.¶ Deueniē
do itaq; ad deciſionē dubitationis no-
ſtræ diſtinguēdū puto quod aut immiſ
ſio in tenutā eſt facta in bonis poſſeſſis
per ipſum debitorem vel eius hæredem
& tunc dictū lucrū quinq; pro centena
rio debebitur à die immiſsionis in tenu
tam.& ratio eſt,quia tūc tenuta non in-
diget alia cōfirmatione ſed ſequuta im-
miſsione cauſatū eſt pignus prætoriū
iuxta.l.non eſt mirū.& ibi not. Bart.ff.
de pign.actio.nam neq; debitor neq; hæ-
res pōt contradicere.iuxta not. per gl.
& doc.in.l.cū res. C. ſi aliē. res pig.da
ſit.& no.per Bart. in.l.rem alienā.in.j.
col.verſi.quæro circa iſtam partē.ff.de
pig.vbi habetur,ꝙ quādo agitur cōtra
debitorē hypothecaria,ſufficit probare
ipſum poſsidere cum allegatione domi-
nij:quia ille non poteſt referre quæſtio-
nem dominij , & idem etiā dicendū eſt
quādo immiſsio in tenutam eſſet facta
de bonis exiſtentibus apud ipſum debi-
torē,quæ immiſsio fit per decretū iudi-
cis in quo permittit̄ ipſi creditori poſsi-
dere ex primo decreto:vt habet̄ p Bar.
in.l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam.infe.
in.iij.col. tūc enim immediatè ſequut̄
16 fuit effectus tenutæ. ¶† Aut immiſsio
eſt facta in bonis poſſeſsis per alium ter
tium poſſeſſorem:& tunc,aut ille non re-
lenat ſe à preceptis de diſgombrando
factis per aliquē ex modis traditis à ſta-
tuto.de quo precepto meminit Bart.in
l.ſicut.§.ſupernacuū.in.ij.col.ff. quib'
mod.pig.vel hypo.ſol.& dicta qnq; de-
bebunt̄ à die immiſsionis : qa talis non
dicit̄ poſſeſſor ſed ingombrator & occu
pator qui incontinēti expelli pōt.l.j.§.
hoc interdicto.& ibi p Bar.ff. vti poſsi.
& per Alexā.in.l.idē eſt.§.cū igit.ff.de





vi & vi arma. & potius dicendū eſt iſtū
tālem fuiſſe in poſſeſsione,quàm poſſe-
diſſe,inter quæ eſt differentia:vt.l.ſi qs
ante.ff.de acquirend.poſſeſ. & habetur
per Cor. in conſil.cxxxvij. licet multas
in litera.c. tertio volumi. & ideo talis
poſſeſſor non eſt in conſideratione. ſed
eſt perinde acſi bona fuiſſent immedia-
tè apud ipſum debitorē:aut ille tertius
poſſeſſor iuſtificat ſuam poſſeſsionē &
releuat ſe à preceptis : & tūc qui adhuc
eſt diſputandum ſuper validitate dictæ
tenutæ,& diſcutiendum ſuper priorita
te & potioritate iuriū non cenſetur te-
nuta data , donec fuerit confirmata cū
agatur ex ſententia confirmante & non
ex cōfirmata:vt per Bar.in.l.eos qui.C.
de appella.ideo tunc non debebitur lu-
crum , niſi ſubſequuta cōfirmatione,&
à die confirmationis:qa tunc verè dici-
tur tenutarius & nō ante.nā ſtante con
traditione actus tenutæ nō erat perfe-
ctus.& propterea cōfirmatio ſubſequēs
eſt illa quæ perficit tenutā & primum
decretum,iuxta no.per Iaſo.in.l.morę.
in materia confirmationis.in. vij. colū.
in.ij.fallentia.ff.de iur.om.iudi.vbi cō-
cludit quòd quando actus eſt imperfe-
ctus,qui confirmat dicit̄ de nouo dare.
17 ¶† Iſtud autem vltimum puto fallere
in dote quæ repetitur ab vxore ab hęre
dibus mariti ſoluto matrimonio : quia
ex quo mulier agendo pro dote conſti-
tuerit hæredes mariti in mora debent̄
ſibi alimenta & intereſſe à die morę cū
dicatur eſſe in damno emergēti quādo
non haberet vnde aliunde ſe aleret, vel
aliter damnū pateretur. cōmunis enim
eſt concluſio quòd quando mulier poſt
mortē mariti non habet aliunde ſe alat
prout magis frequēter contingit,quod
tunc ſi mulier inſtet pro dote dicatur
pati damnū propter morā hæredum,&

ſibi debentur alimēta & vſuræ pro do-
te non ſoluta in bonis mariti.vt latè ha
betur per Ro.Imo.Alex.& alios in.l.di
uortio.in princi.in.vj.&.vij.col.ff.ſolu.
ma.& cūm talis mora,& damnum ince
perit à die pronūtiate tenutæ dicendū
puto quod dicta quinq; in dote debean
tur à dicto die.quæ cōſideratio non mi
litat in alijs creditoribus,quæ omnia be
ne no. in practica. quia ſemper vidi ita
18 obſeruari.¶† Vlterius vidi etiam dubi
tari circa dicta quinq; pro centenario
debita tenutario ex fructibus,ex diſpo-
ſitione ſtatuti,an ſcilicet illa debeantur
ſi ex bonis in tenutam accepit fructus
percepti non fuerint? Et prima facie vi
debatur dicendum quòd non propter il
lud verbum ex fructibus:quod videtur
poſitum taxatiuè & nō demonſtratiuè.
iuxta no.in.l. Lucius.ff.de alimen.& ci
ba.leg.&.l.quidam teſtamento.in prin.
ff.de leg.j. ¶ Tamen hoc non obſtante
puto aliter dicendum,videlicet ꝙ ſuffi-
ciat bona in quibus eſt facta immiſsio
eſſe de ſui natura fructuoſa , ad hoc , vt
dicta quinq; pro centenario debeantur
etiam ꝙ ex dicta re fructus percepti nō
fuerint culpa, vel negligentia debitoris
vel alterius poſſeſſoris , qui fortè bona
non coluit nec colere fecit , vel etiam ſi
fructus eſſent percepti ſed per alium.
19 ¶† Et probatur iſta concluſio per not.
per Alexan.& Soci.in.l.de diuiſione.ff.
ſol.matrimo.dum examinant,an ratio-
ne moræ irregularis debeantur fructus
rei non traditæ?& diſtingunt inter rem
fructuoſam,& rem de ſui natura ſteri-
lem.nā primo caſu ſi ſunt percepti fru-
ctus vel percipi potuerunt,ſed ex culpa
vel negligentia non fuerunt percepti.
tunc debent fructus qui percipi potue-
runt per textū in.l. Iulianus.§.ex ven-
dito.in verſi.facultatē.ff.de actio. emp.

& in.l.venditor domus.& in.l.ſi ea res.
cod.tit. In quibus iuribus ꝓbatur quod
ſi poteſt imputari venditori quare fru-
ctus non percepit, tenetur etiam de per
cipiendis. & ideo dicũt quòd malè fuit
conſultum per quoſdam quòd vendi-
tor domus qui fuit in mora irregulari:
non teneatur ad penſionem ſi ipſe non
habitauit, nec alij locauit: quia ſecundũ
eos ſatis eſt ꝙ potuit habitare, vel alteri
locare. Secundò vero caſu quando res
eſt de ſui natura ſterilis, non debentur
fructus, ſeu vſuræ correſpectiuæ ad fru
ctus. ſed ſolùm debentur propter perfi-
diam & inobſeruantiam. vt per Soci. in
d.l.de diuiſione.& pro hac opinione vi-
detur caſus in.l. Iulianus.la.j.in fi.prin.
ff.de vſu.vbi in petitione nudæ proprie
tatis veniunt fructus & vſuræ correſpe-
ctiuè.prout poteſt illa res producere.&
ibi no.Ange.& Saly. ¶Vnde concludi-
tur quòd illa diſpoſitio quæ vult quòd
quis lucretur fructus ex re, intelligitur
etiam ſi ex re fructus percepti non ſint,
dummodo res ſit fructuoſa & percipi
potuerint.& ſic ſtatutum quòd tenuta-
rius lucretur quinq; pro centenario ex
fructib⁹ verificat̃ & procedit, dũmodo
res ſit fructuoſa.& ex ea fructus percipi
poſſint: ſecus autẽ ſi res eſſet ſterilis &
in fructuoſa. Si tamen fructus percepti
ſunt ex dicta re, ſiue per debitorẽ, ſiue
per tenutarium ſiue per alium. & non
aſcenderent ad quinq; pro centenario:
tunc tenutarius non poſſet petere ſup-
pleri dicta quinq; vltra dictos fructus:
quia bene in hoc ſtatutum loquitur ta
xatiuè dicendo ex fructibus. & hoc mo
do procedunt.d.l. Lucius.ff. de ali. &
ciba.lega.&.d.l.quidam teſtamento.in
prin.ff.de leg.j.videlicet quatenus fru-
ctus aſcendũt, & nõ vltrà. ¶Sed in hoc
poſſet dubitari, quid ſi neget̃ fruct⁹ per

perceptos per debitorẽ, vel aliũ tertiũ
poſſeſſorẽ eſſe tot, quot ſufficiant ad di
cta quinq; quis habeat hoc probare
breuiter puto onus probandi hoc inci-
bere ei q percepit dictos fruct⁹: qa tal
negatio eſt fundamentũ intẽtionis ne-
gantis. agens aũt fundat ſe in qualitate
rei fructuoſè. iuxta no.per Bar. & doc.
in.l.in illa ſtipulatione ſi Calẽdis.ff.de
20 verb.obli. ¶† Decimò dubitatur, quid
ſi data eſt tenuta alicui creditori in
qua re ſibi hypothecata, tñ in ea data
fuit proceſſum inordinatè & minus ſo-
lẽniter. adeo ꝙ tenuta eſt nulla, vel ve-
nit annullãda, an ſaltẽ dicta res per p.
obligata poſſit retineri per credito.
reſpondetur breuiter ꝙ Bal.in.l.ſi
qui Lucij Titij lectura antiqua.
reſcin.ven. tenet ꝙ ſic per text. & gl.
& verè.d.gl. hoc vult intelligi illa
ꝙ ibi venditio facta fuit minus ſo
ter, tamẽ qa res erat obligata ob
gal rei publicæ quæ illã vendidit
datur exceptio & retentio emptori
nec ei ſit reſtitutũ preciũ ſolutũ p
reipublice ad vtilitatẽ debitoris
etiã videtur probari p tex.in.l.
in prin.ff.de rei ven. quẽ allegat.d.
¶Et illud dictũ Bal. allegat pro ſing-
ri Bertachinus in ſuo trac.de epiſc.
in primo libro penul.col.& ita eti
tenere Verone.in ſingulari.lxxxv.
cit eſſe perpetuò tenẽdũ menti. Ad.
tex.in.l.ſi non ſorte.§.ſi centũ. ibi
autẽ retinebitur donec debita pecunia
ſoluatur. iuncta gloſſ.ibi.ff.de condi.
debi.& iunctis no.per Pau.de caſt.in.l.
petenti.in fi.ff.de pigno.actio. vbi dicit
rem datam inſolutum vel aliter nulli-
ter peruertam ad creditorem poſſe re-
tineri pro debito.& ita dicit eſſe intelli
gendum id quod habetur in.d.§.ſi cen
tum. ¶Et pro iſta deciſione facit opti-
mè



mè dictum Specu. in titu. de contuma.
§.ſequitur videre.col.iij.verſi.ſed pone
cõueni te.quod refert & ſequitur Bar.
in.l.iij.§.fi.in fi.ff.de acqui.poſ.vbi cõ
cluditur ꝙ ſi creditor in hypothecaria
fuit immiſſus ex primo decreto: quo ca
ſu efficitur poſſeſſor ante annum, ſed re
uocabiliter: vt habetur in.d.l.iij.§. fina.
& dixi.ſ.in hoc.ij.membro.in.vj.q.nu-
me.21.ſi infra annũ debitor velit reuo-
care immiſſionem. iuxta authẽ. ei qui.
C.de bo.autho.iudi.poſ. nõ debet audi
ri, ſi incontinẽti creditor eſt paratus do
cere de ſua hypotheca: & ꝑ ſuo credito
& hypotheca poteſt rem retinere & hãc
opi.tenet Alex.in.d.l.iij.§.fina.& dicit
eam procedere: dũmodo creditor offe-
rat incontinenti ſe probaturum de ſuo
21 credito & hypotheca. † Et mouetur, qa
etiam in iudicijs poſſeſſorijs vbi poſſeſ-
ſio peruenit ad poſſeſſorẽ ex iuxta cau-
ſa ſi offerat ſe incontinenti probaturum
de ſuo iure auditur poſſidens.l.fi. cum
gloſ.C.quorum bono. Et non obſtat ꝙ
in poſſeſſorio recuperandæ debet prius
reſtitui poſſeſſio anteq̃ audiatur poſſi-
dens ſuper ſuo iure: vt.l.ſi quis à ſe fun-
dum.C.vnde vi. Quia illud eſt verum
quando agens recuperandæ fuit deſti-
tutus poſſeſſione & illa peruenit ad reũ
conuentum ſine culpa agentis ita dicit
ibi Alexan.qui dicit iſtam opi.teneri cõ
muniter per doct.concordat idem Ale-
xan.in cõſi.v.in cauſa & lite.ij. volu.in
fi.& ita etiam tranſit Iaſ.in.d.§.fi. in fi.
22 ¶† Facit etiam quia licet aliàs ſpolia-
tus ante omnia ſit reſtituendus.d.l. ſi
quis à ſe fundum.tamẽ illa regula non
habet locum in ſpoliatione facta per iu-
dicem, vel authoritate iudicis iudiciali
ter procedentis: quia tunc ante reſtitu-
tionem debet adhiberi cauſæ cognitio
ſuper exceptis.vt no.glo. in.c. præſen-

tiũ.vij.q.j.& eſt ratio: qa ꝑ iudice præ
ſumitur.c.in præſentia. de renuntia. &
no. Archid.in.c.quorũdam.lxxiiij.diſt.
& Abb.& Feli.in.c.dilect⁹.el.j.in.j.col.
de reſcrip.& in.c.ſi cõſtiterit.de accuſa.
& Decius in conſi.cxxv.in cauſa ſpolia-
tionis: ſecus autem eſſet ſi iudex extra-
iudicialiter vti priuatus proceſſiſſet ad
dictum ſpoliũ.c.conquerẽte. de reſtitu.
ſpolia.vbi Abb.& tradit Hoſti. in ſum-
ma de reſtitu.ſpol.in.§.quando facien-
da in princ. Et ſecundũ prædicta puto
intelligenda ẽa quæ vult Bald.in.l.j. in
prin.C.de car.edic. dum vult, ꝙ quãdo
agitur contra violentum poſſeſſorẽ ſpo
liatus ante omnia debet reſtitui.quẽ re
fert Soc.in.l.iuſtè poſſidet.in.iiij.col.in
ver.ſecũda concluſio.ff. de acquir.poſ.
dum infert ꝙ ſecundũ decretũ nõ ritè
interpoſitũ eſt nullũ, & ꝙ immiſſus per
illud dicit̃ violentus poſſeſſor: & ꝙ per
conſequẽs talis tenuta nõ põt cõfirmari
authoritate iudicis, qñ ſpoliatus inſtat
vt ſibi ante omnia reſtituatur poſſeſſio
per allegata ibi ꝑ eũ. ¶Quia puto eius
dicta procedere quando ſpoliũ fuit fa-
ctum per iudicẽ procedentẽ vt priuatũ:
ſec⁹ aũt ſi proceſſiſſet iudicialiter, licet
minus ſolenniter per allegata ſuprà. &
probatur per iura quæ allegat Soci. vi-
delicet per.l.meminerint.C.vnde vi.&
per.l.fi.C.ſi ꝑ vim vel alio modo.ꝑ quæ
iura infert Soci.ꝙ obtinẽs ſecundũ de-
cretũ minus ritè, vel ſolẽniter dicit̃ vio
lentus poſſeſſor. & ita dicit Soci. velle
Bar.ĩ.d.l.iuſtè.& ideo debes aduertere
quod iſtud debet intelligi qñ iudex mi-
nus ritè interpoſuit ſuum decretum: &
poſtea dedit licentiam ipſi parti vt in-
grederetur: nam tunc iſte ingreſſus, &
iſta ſpoliatio dicitur facta nõ iudiciali-
ter ſed priuatè: quia ipſa pars quæ eſt
priuata perſona illam fecit, & propter-

ca iſte qui hoc modo fuit ingreſſus dici
tur violētus poſſeſſor.& incidit in pœ-
nam.d.l.meminerint.C.vnde vi.ita ex-
preſſe vult Bart.in.d.l.iuſte poſsidet.&
mag.expreſſe hoc vult Bart.in.d.l.me-
minerint.in vlt.colū.in ver.hoc p̄miſſo
&c.vbi clarè dicit ꝙ ſi vigore ſententiæ
nō rectè latæ,pars ſua autoritate ingre-
ditur dicitur violentus poſſeſſor,& inci
dit pœnam.d.l.meminerint.ſecus ſi vi-
gore ſententiæ nō rite latæ mittatur in
poſſeſsionē per executorē:qa tūc nō ha
bet locū dicta conſtitutio.& modò in-
telligis quādo dicat iudex ſpoliare ali-
quem procedendo vt iudex,& quando
dicatur ſpoliare,ꝓcedēdo vt priuatus.
nā ſi procedat ſentētia,ſeu decretū iudi
cis minus rite & ſolēniter latū & iudex
vigore dicti decreti faciat agentem im-
mitti in poſſeſsionē per executorē,ſeu
nūtium publicum.tūc dicitur ſpoliare
poſſeſſorem ꝓcedendo vt iudex.ſi autē
det licentiā ipſi parti vt ꝓpria autorita
te ingrediatur poſſeſsionē.tunc dicitur
ſpoliare vt priuatus.ita in effectu vult
Bar.in.d.l.iuſte.& in.d.l.meminerint.
& ibi etiā Saly.in.l.ij.col.in ver.iij.opi.
&c.& hoc modo (vt dixi) ſunt intelli-
genda no.ꝑ Soci.in.d.l.iuſte.in verſi.ij.
cōcluſio,videlicet quādo decretū erat
nullū,& pars vigore dicti decreti vel ꝓ
pria autoritate:vel etiā de licētia iudi-
cis ingreſſus fuit poſſeſsionē.tūc enim
dicetur violentus poſſeſſor,cū ſpoliatio
facta fuerit per perſonā priuatā:ſecus ſi
fuiſſet ingreſſus introducente eū nūtio
vel executore publico:qa tunc nō eſſet
violentus poſſeſſor.& iſto vltimo caſu
nō habet locum.d.l.ſi quis à ſe fundū.
ſed licet agatur recuperandę debet ad-
hiberi cauſæ cognitio ſuper exceptioni
bus rei conuenti & procedunt no.per
Fely.in.d.c.dilect⁹.el.primo.de reſcrip.

23 ¶ † Et pro confirmatione prædictorū
faciunt not.per Alexand.poſt Ange.&
alios in.l.ſi finita.in princip.ff.de dam.
infec.vbi vult ꝙ poteſt peti vt tenuta
quæ data fuit minus rite confirmetur
per iudicem.& in ſimili adducit quod
ſententia nulla poteſt per iudicem ap-
pellationis confirmari:vt per Barto.in
l.j.in fi.in verſicu.quæro quid ſi datus
libellus ſuper nullitate.C.quando pro-
uo.non eſt ne.& tradit idem Alexā.in
cōſi.lxxxj.in cauſa & lite.col.fi.vij.vol.
vbi cōcludit ꝙ tenuta quæ eſt nulla cō
firmari poteſt per iudicem appellatio-
nis,vel nullitatis ſi cōſtat ſibi ꝙ de no-
uo danda eſſet.& ſic ꝙ ille cui data eſt
foueat iuſtitiā.& allegat Barto.in locis
præallegatis.& cōcordat Ang.de are.in
§.quadrupli.inſtit.de act.& Pau.de ca.
in cōſil.lxxxix.in cauſa capturæ.in fi.
vbi cōcludit ꝙ ſi captura fuit nulla ex
defectu citationis:ſi tamē cōſtat de de-
bito:qa captus cōfitetur vel alio mō
apparet nō debet capt⁹ relaxari:ſed de-
bet captura cōfirmari per.l.fi.§.fi.ff.qui
met.cau.Et iſtud late firmat Bertach.
in.d.trac.de epiſcopo.in primo lib.q.
col.ſequit̃ Iaſ.in.l.ſi pacto quo pœnā
iij.col.C.de pac.quæ not.qa in practica
frequenter poſſunt contingere.& forte
nō inuenies plenius examinata & decla
24 rata.¶ † Vndecimò,dubitatur,an im-
miſsio & decretum poſsit interponi in
nominibus debitorum & actionibus.&
tex.eſt not.ꝙ ſic.in.l.j.C.de p̄to.pig.&
ibi gl.docet ꝙ talis immiſsio debet fieri
hoc modo.videlicet ꝙ debet citari debi
tor in cuius nomē faciēda eſt immiſsio.
& ſi confiteat̃ debitū corā iudice,iudex
iubebit id eſſe pignori creditori.& talis
iuſſus habet vim quaſi immiſsionis:&
ex hac quaſi immiſsiōe dabit̃ creditori
vtilis hypothecaria.vt.l.à diuo Pio.§.
ſic



ſic quoq;.&.§.ſed vtrū.&.§.ſed qd di-
cemus.ff.de re iudi.& illā glo.vt nota-
bilē ſequitur Saly.in.d.l.j.& de mate-
ria vide latiſsime per Alex.poſt Bart.&
alios in.d.§.ſic quoq;.ad cuius dicta ſa-
25 tis ſit remiſsio.¶ † Duodecimò, q̃rit̃,
an ſicut creditor qui cadit à poſſeſsione
pignoris cōuentionalis pōt recuperare
pignus ꝑ hypothecariā.ita etiā ſit in pi-
gnore p̄torio?& breuiter text.eſt no.in
l.fi.C.de p̄to.pig.ꝙ idē eſt in vtroq; pi
gnore.& ita no.ibi Bal.& Saly.& idē te
net Bar.in.l.ſi qs miſſum.§.j.in fi.ff.de
26 dam.infecto.¶ † In quo vnū eſt notan
dum ꝙ licet aliàs in hypothecaria inten
tata ex pignore cōuentionali requira-
tur excuſsio.tamen quando agitur ex
pignore prætorio ad pignus à quo im-
miſſus cecidit.iuxta text.in.d.l.fi.nō re
quiritur excuſsio:vt.l.ſi poſtquā.ff.vt
in poſ.leg.Nā eodē imperio quo miſſus
fuit in poſſeſsionē debet in ea cōſerua-
ri.l.ſi quis miſſum.ff.ne vis fiat ei.&.l.
ij.§.erit.ff.de iureiur.& ita tenet Bald.
in.l.j.in fi.primæ col.in ver.ſed ego q̃-
ro.&c.C.de reuo.his q̃ in frau.credi.&
dicā infra in.ij.parte huius ſecūdi mē-
27 bri.in vlti.diffe.nu.66.¶ † Decimo-
tertiò,quæritur,an cū pignore conuen
tionali poſsit concurrere pignus prętorium in eadē re?Et breuiter reſponde-
tur ꝙ ſic ꝓut eſt tex.in.l.fundus quē.ff.
de an.lega.& ſentit gl.in.l.cum debito-
ris.C.de iudi.& ibi tenent Iaſo.de are.
Cy.Fran.tigri.Saly.Alex.& Iaſ.& pro-
pterea habens pignus cōuentionale po
teſt etiam petere à iudice ſe immitti in
poſſeſsionē ex primo decreto per ꝙ con
ſtituitur pignus prætorium.iuxta.l.nō
28 eſt mirum.ff.de pignorati.actio.¶ † Et
ex prędictis inferunt in.d.l.cum debi-
toris.Bald.Pau.de caſt.Alexan.& Iaſ.
ꝙ licet dominium nō ſit multiplicabi-
le:quia eſt ius plenum:vt.l.iij.§.ex plu-
rimis.ff.de acquiren.poſſ.tamen hypo-
theca bene poteſt multiplicari vt ibi:qa
eſt ius ſemiplenum:& vtilitas iſtius ac-
cumulationis pignoris prætorij eſt ſe-
cundū præfatos doct.qa in venditione
pignoris cōuentionalis requiritur ma-
ior ſolēnitas de qua in.l.fi.C.de iure do
mi.impe.quàm requiratur in pignore
prætorio.Item,qa pignus cōuentiona-
le non adaptatur ad ſecundū decretū,
prout facit pignus prætorium quod eſt
primū decretū.iuxta gl.magiſtrā in.l.ſi
finita.§.ſi plures.ff.de dāno infecto.

Sequitur modò
ſecunda pars iſtius ſecun-
di membri,in qua viden-
dū eſt in quibus cōueniat
pignus cōuentionale cū pignore præto
rio.& deinde in quibus ad inuicē diffe-
29 rant.¶ † Primò,igitur conueniunt:qa
in vtroq; & pro vtroq; competit actio
hypothecaria : vt.l.j.&.ij . C . de pret.
pign.Secundò conueniunt reſpectu pi-
gnoratitiæ directę:quia ſicut debito ſa-
tiſfacto competit debitori directa pi-
gnoratitia ad repetendum pignus con-
uentionale:vt in toto tit.ff.&.C.de pi-
gno.actio.ita & in pignore prætorio ſo-
luto debito competit debitori vtilis pi
gnoratitia ad repetendum pignus præ-
torium:vt.l.ſi is cui.§.quæri poteſt.ff.
vt in poſſ.leg.& not. Barto.in.l.j.ff. de
pign.actio.& vt ſubdit ibi Barto.idem
eſt dicendum in pignoratitia contraria
que cōpetit creditori per.d.l.is cui.§.
quæri poteſt.& idem not.Barto.in.l.ſi
pecuniam.ff.de pign.actio.vbi dicit eſſe
text.pro hoc.Et quæ ſit ratio quòd pi-
gnoratitia quæ datur debitori pro pi-
gnore prætorio ſit vtilis & non directa:
declarat Salyce.in.l.quæ pignoris.C.de
pigno.

pign. act.videlicet ꝙ ideo iſto caſu da-
tur vtilis & nõ directa:qa non procedit
ex conuentione partium neq; ex tradi-
tione ꝙ eſt neceſſe vt detur directa pi-
gnoratitia.vt inſti.qui.mo.re contrahi.
obli.§.item is.&.§.fin.¶ Venio nũc ad
differẽtias inter pignus conuentionale
& pignus prætorium , & reperio inter
30 illa decẽ differentias.¶ † Prima itaq;
differẽtia eſt in modo cõſtituẽdi,qa pi-
gn⁹ cõuentionale ſolo cõſenſu cõſtitui-
tur:vt.l.j.ff.de pig.act.ꝑtoriũ vero pi-
gnus reqrit actualẽ immiſsionẽ vt.l.nõ
eſt mirũ.eo.ti.& hoc ꝑterquã qñ praſta
tur impedimẽtũ in immiſsiõe:qa tũc pi
gnus ꝑtoriũ cauſat̃ ſolo aſpectu.text.&
ibi no.Bar.in.l.cũ vn⁹.§.ſi.ff.de bo.au-
cto.iud.po.& habet̃ p Bar.& Alex.in.l.
j.in prin.in vlt.col.ff.de acq.poſ.& etiã
ſi tale impedimentũ eſſet cauſatũ p po-
tentiã aduerſarij,tex.& ibi no.in.c.cõ-
tingit.de do.& cõtuma.& no.Iaſ.in.d.
l.in prin.vlt.col.& hãc primã differen-
tiã ponit gl.& ſequit̃ Bar.in.l.j.ff.de pi
31 gno.act.¶ † Secũda differẽtia eſt ſecun-
dũ gl.in.d.l.j.qa ſi in pignore cõuẽtio-
nali male verſet̃ creditor tenetur debi-
tori pignoratitia.ſed in pignore ꝑtorio
tenet̃ actiõe in factũ.vt.l.ꝑtor.ff.de bo.
auto.iudi.poſ.In hoc tñ Barto.in.d.l.j.
ſupplet,quòd licet in pignore ꝑtorio ſit
debitori ꝓdita actio in factũ ex illo edi
cto.de quo in.d.l.ꝑtor.in prin.ꝙ tamẽ
debitor habet etiã vtilẽ pignoratitiã.vt
ſuprà dictum eſt per dictã.l.ſi is cui.§.
32 quæri põt.ff.vt in poſ.lega.¶ †Tertia
differentia eſt ſecundum glo.in.d.l.j.ꝙ
creditor in conuentionali pignore ha-
bet naturalem & ciuilem poſſeſsionẽ:
iuxta tamen not.per Alexand.in.l.j.§.
per ſeruum corporaliter.ff.de acquirẽ.
poſſ.In prætorio autem nullam habet
poſſeſsionẽ : vt.l.iij.§.creditores.ff. vti
poſsi.& ibi hoc late firmat gl.in verſic.
non poſſe.& iſtã etiam differentiã ap-
probat Bar.in.d.l.j.dicens ꝙ in conuen
tionali pignore facta traditione tranſit
poſſeſsio.vt.l.ſerui nomine.ff.de vſuca-
pio.ſecus autẽ eſt in prætorio:vt not.in
l.iij.in fi.ff.de acqui.poſ.& ſic Bart.te-
33 net idem quod tenet glo.¶ † Et ex h[...]
infert Bar.aliã,& ſic quartam differen-
tiã,videlicet ꝙ in cõuẽtionali credito[r]
habet interdictũ poſſeſſoriũ vtile.ſcil[i-]
cet vti poſsidetis.in ꝑtorio autẽ ſecus.
& ratio eſt,quia tale interdictum dat[ur]
poſſeſſori tantũ,& creditor in pignore
conuentionali poſsidet:ſecus autem i[n]
prætorio,vt dictũ eſt in ꝑcedenti diff[e-]
rentia.& de hoc eſt tex.in.l.ſi duo.ff.de
bo.auct.iudi.poſsi.& in.d.l.iij.§.cred[i-]
tores.ff.vti poſsi.& hanc etiã differe[n-]
tiã ponit glo.in.d.l.j.ff.de pig.actio.vlti[mo]
34 loco.¶ † Quinta differẽtia eſt,quia
conuentionali creditor tenetur de d[olo]
& lata culpa & leui.In prætorio aute[m]
tenetur ſolum de dolo & lata culpa.
l.ꝑtor.§.eſt ꝑterea.ff.de bon.auct.iud[i.]
poſsi.ita tenet gl.in.d.l.j.& ex hoc B[ar.]
in.l.ſi finita.§.ſi qs damni.ff.de dam[ni]
infect.infert ꝙ ille qui habet pignus [co-]
uentionale tenetur indiſtincte refice[re]
alias de obmiſſo poteſt conueniri a de-
bitore.ſed ille qui habet pignus præto-
rium non tenetur ad reficiendum.[...]
obmiſsio refectionis caderet in dolu[m]
latam culpam.vt.d.l.prætor.§.his ve[r-]
bis.&.§.præterea. ff.de bo.auc.iud.poſ[.]
& ꝙ creditor in cõtractu pignoris co-
uentionalis obligetur de dolo lata cul-
pa & leui,eſt text.in.§.creditor quoq[;]
inſti.quib.mo.re contrahi.ob.& in.l.[...]
cut.& ibi gl.& Bal.C.de pig.& in.l.c[...]
venderet.§.fi.& ibi no.gl.ff.de pig.act.
& habet̃ per Deciũ.in.l.contractus.nu.
27.ff.de reg.iur.& adde hĩc q̃ dicam.j.
in.[...]



in.v.membro.v.partis principalis in.v.
ampliatione:vbi tractatur de fructibus
pignorũ:& iſtam differentiam obmiſit:
35 Bar.in.d.l.j.ff.de pig.ac.¶ † Sexta diffe
rentia eſt ſecundũ glo.in.d.l.j.ꝙ in pi-
gnore cõuentionali ſi debitor dat dãnũ
in pignore creditor agit cõtra eũ cõtra-
ria pignoraticia.l.ſeruũ.ff.de pig.ſed in
prætorio pignore dicit gl.per ver.forte,
ſecus eſſe.& ſic gl.dubitatiue ponit hãc
differentiã ſed doc.in hoc contrariũ te-
nent:qa extincto debito datur vtilis pi-
gnoratitia debitori ad recuperandũ pi-
gnus prætoriũ.vt.d.l.is cui.§.quæri po
teſt.ff.vt in poſ.lega.ergo ecõuerſo etiã
creditori dari debet pignoratitia actio
pro damno illato à debitore in pignore
ꝑtorio cũ agatur ad exẽplũ pignoris cõ
uentionalis.vt.d.§.qri põt.& licet (vt
ſ.dictũ fuit) in.ij.differentia.in præto-
rio pignore competat actio in factũ.ta-
men per hoc nõ excluditur vtilis pigno
raticia,de qua in.d.§.quęri poteſt.& ita
tenent Bar.& Salyce.in.d.l.j.& ſic iſta.
36 vj.differentia non eſt vera.¶ † Septima
differentia eſt ſecundum glo.in.d.l.j.ꝙ
pignus prætorium creditori addictum
pro toto debito datum præſumitur:vt
l.à diuo Pio.§.ſi pignora.ff.de re iudi.
in pignore autem conuentionali eſt ſe-
cus:quia etiã ꝙ creditor pro ſuo credi-
to recipiat pignus minus idoneum : ta-
men in reſiduo ſibi non præiudicat:vt
eſt tex.in.l.creditor.la.ij.ff.ſi cer.pet.&
ibi no.gl.Bar.Alex.& Iaſ.cũ concordã-
tijs ibi allegatis quãuis vt dicit ibi glo.
iſtud Veneti nõ ſeruant:ſed in dicta ci-
uitate creditores recipientes pignora
minus idonea ſibi præiudicãt:& idẽ di-
cit gl.in.l.j.C.de pigno.& gl.in.l.ſi pro
mutua.C.ſi cer.pet.vbi Auge.infert ꝙ
illud ꝙ dicit glo.in Venetis eſt etiã di-
cendum in fœneratoribus , vſurarijs &
iudæis,ſed Alexã.& Iaſon in.d.l.credi-
tor.iſtud quod dicit Ange.intelligunt
procedere quando in loco extaret talis
conſuetudo,& probaretur:aliàs circũ-
ſcripta cõſuetudine.dicũt.d.l.creditor.
indiſtincte ꝓcedere.& iſtã differentiã
inter pignus cõuentionale & prætoriũ
tenent Alexã.& Iaſ.in.d.l.ſi pignora.&
Iaſ.poſt alios in.d.l.creditor.¶ Illud ta-
men ꝙ dictũ eſt in pignore intellige tũ
duob⁹ cõcurrẽtib⁹.videlicet ꝙ datio in
ſolutũ fiat ſimpliciter,& ꝙ creditor nõ
contradicat:tunc enim verũ eſt ꝙ datio
in ſolutũ cenſentur facta pro toto debi-
to:etiam ꝙ pignus minus valeret:ſecus
autẽ ſi datio in ſolutũ fieret pro certa
æſtimatione facta de re in pignus acce-
pta.nam tũc nõ præiudicaret creditoti
in reſiduo.& ſimiliter ſecus eſſet ſi cre-
ditor contradiceret dationi in ſolutũ ei
per iudicẽ ſimpliciter factæ:qa eo inui-
to nõ põt iudex adijcere ei pignus in ſo
lutũ vltra iuſtã æſtimationẽ.etiã ꝙ fa-
ctis publicis ſubhaſtationib⁹ emptor nõ
reperiretur.Iſta videt̃ eſſe magis vera &
cõmunis cõcluſio quam videtur ſentire
gl.in.d.§.ſi pignora.in ver.cõtentus.&
illam tenẽt Raph.cu.Imo.Alex.& Iaſ.
ibi qui dicit illã eſſe tutiorẽ & æquiorẽ.
licet Bart.ibi teneat contrarium,vide-
licet ꝙ iudex dando ſimpliciter pignus
prætoriũ creditori in ſolutũ cenſeatur
dare pro toto debito etiã ſi creditor cõ-
tradiceret & idẽ videt̃ velle gl.in.l.or-
do.C.de execu.rei.iudi.Tamen præce-
dens opinio.videtur verior & ęquior.&
illa in practica ſeruat̃.& illã etiam tenet
37 Sali.in.d.l.j.ff.de pign.¶ † Addde tñ in
prædictis ꝙ in dubio pignus cõuentio-
nale datũ creditori ꝑſumit̃ idoneũ.ita
no.gl.in.l.ij.in ver.redigere.C.de pig.&
per dictã glo. Bal.in.l.creditor.infert ꝙ
cum pignus in dubio præſumatur ido-
neum

Biblioteca Universitaria GRANADA

neum creditor qui dictum pignus acce-
pit nõ poterit facere capi debitoré tan-
quã ſuſpectum de fuga.& ita referũt &
ſequuntur Alexand.& Iaſon.d.l.credi-
38 tor.¶†Octaua differentia additur per
Bar.in.d.l.j,vltra glo.ibi videlicet ꝙ in
bonis minorũ vniformiter conſtituitur
pignus prætoriũ ſicut in bonis maiorũ:
vt.l.apud Iulianũ.§.j.ff.ex quib.cauſis
in poſ.ca.&.l.ſi minor.ff.de bo.auto.iu-
di.poſsi.In cõuentionali auté eſt ſecus:
ꝗa bona immobilia minorũ nõ poſſunt
obligari ſine decreto iudicis:vt.l.j.in fi.
&.l.ſequen.& ſequé.ff.de rebus eorum.
39 ¶†Nona differentia additur etiam per
Bart.vltra gloſſ.in.d.l.j.videlicet.ꝙ pi-
gnus cõuetionale nõ poteſt recuperari
per debitoré niſi prius ſoluto debito:vt
l.ſi rẽ.§.omnis.ff.de pigno.act.ſed prę-
torium recuperatur ſtatim cũ debitor
comparet obſeruatis tamen his de qui-
bus in auten.ei qui iurat.C.de bo.auto.
iudi.poſ.¶Decima differentia ponitur
etiã per Bar.vltra gl.in.d.l.j.videlicet,
quia in cõuentionali pignore qui prior
eſt in tẽpore,potior eſt in iure:vt.l.cre-
ditor.in prin.ff.qui potio.in pigno.ha-
beã.Sed in prętorio eſt ſecus,in quo ta-
men remittit ſe ad no.in.l.cũ vnus.ff.de
bo.auto.iud.poſsi.& in.l.ſi & iure.ff.ꝗ
po.in pigno.habe.& dictũ fuit.ſ.in hoc
ſecundo mẽbro.in.viij.q.nume.10.vſq;
ad.ix.q.vbi vide.¶Sed licet poſuerint.
x.differentias, tamẽ quia.vj.differẽtia.
ſ.relata non eſt vera.& ſic nõ remanẽt
niſi nouẽ,vnde ego addo.x.differentiã
40 prout præmiſi.¶†Decima differentia
eſt ꝙ in pignore conuentionali non põt
creditor agere cõtra tertios poſſeſſores
dicti pignoris.niſi prius facta excuſsio-
ne principalis debitoris:vt in auten.hoc
ſi debitor.C.de pigno.Sed in prætorio
pignore eſt ſecus:quia et iã non excuſſo
principali debitore poteſt creditor age-
re actione in factũ aduerſus extrane-
poſſeſſores, ad quorum manus perue-
nit res in quam creditor immiſſus fu-
ex primo decreto.ita ſingu.tenet Bal.
in.l.j.in.ij.colum.C.de his quæ in frau.
credi.quia ſecundum eum eodem im-
perio quo creditor immiſſus fuit eo-
tueri debet.l.ſi quis miſſum.ff.ne vis
fiat ei.& ita refert Alexan.in apoſtil.
Bar.in.d.l.j.ff.de pigno.act.& refert
ſequitur Iaſon in.d.l.creditor qui no
idoneum.ff.ſi certum petatur.& in.d.
l.à diuo Pio.§.ſi pignora.in primo
dicens quod dicta deciſio Bal.eſt ſingu-
laris.& dixi.ſ.in hoc ſecundo memb.
in.xij.quæſtione nume.51.¶Cætera a-
tem pertinentia ad materiam primi
ſecundi decreti non proſequor alte-
tum quia ordinariè ponuntur per Ba.
Alex.& alios in.l.ſi finita.§.Iulia.
de dam.infec.& in.l.à diuo Pio.ff.
iudi.& Fely.& alios in.c.conſulta-
bus.de offi.delega.Tum etiam,quia
pertinent in totũ ad materiam pigno-
rum:quæ reſpicit ſolum bona poſt im-
miſsionem factam.iuxta.l.nõ eſt mir.
ff.de pigno.actio.

## ✠ Summarium. ✠

1 ☞ *Pignus iudiciale quod dicatur & qua-*
*liter conſtituatur.*
2 *Pignus iudiciale,an & in quo differat à præ-*
*torio.*
3 *Executio facta vigore ſententiæ per primum*
*decretum non reuocatur per ſatiſdationem*
*de iudicio ſiſti ſicut reuocatur primum decre-*
*tum in contumacia interpoſitum ſed requiri-*
*tur ſolo debiti.*
4 *Executio facta vigore inſtrumenti haben-*
*tis vim ſententiæ, non reuocatur niſi debito*
***ſoluto.***

¶Tertium



## ¶Tertium membrum ter-
## tiæ Partis.

SEquitur modò
tertium membrum huius
tertiæ partis in quo tractã
dum eſt aliquid de pigno-
1 re iudiciali.¶†Primò ergo quæritur
quomodo cõſtituatur pignus iudiciale?
Et reſpõdetur ꝙ tam pignus iudiciale
quam prætorium conſtituitur per im-
miſsioné in poſſeſsioné ex decreto iudi
cis:vt eſt tex.in.l.ij.C.qui po.in pig.ha.
& ibi no.gl.Sed ꝓpriè prætoriũ pignus
dicitur quãdo nulla præcedẽte ſentẽtia
iudex immittit creditoré in poſſeſsioné
ex primo decreto: iudiciale verò cum
ex ſententia præcedente vel re iudicata
iudex agentem ex primo decreto im-
mittit.ita declarat glo.in.d.l.ij.& gl.in
l.ij.C.de præto.pigno.licet gl.in vtroq;
loco dicat largo modo vtrũq; poſſe dici
iudiciale cũ vtrũq; ipſorum detur à iu-
2 dice.¶†Sed ꝙ in aliqua differant appa
ret ex diuerſitate titulorũ videlicet.C.
de præto.pign.&.C.ſi in cauſam iudi.
pign.capi.ſit.ſi enim non differrẽt non
eſſent poſita in diuerſis titulis iuxta.l.
imperator.ff.de in diẽ adiec.¶Et ꝙ pi-
gnus iudiciale:& prætoriũ differãt te-
net Alex.in.l.à diuo Pio.§.in vẽditio-
ne.pe.col.in ver.quærit Bar.pone quod
fuit facta executio &c.ff.de re iudica.
3 ¶†Et ego inuenio dictũ pignus præto-
riũ & iudiciale vnã notabilé differẽtiã.
videlicet ꝗa in pignore prætorio qñ eſt
facta immiſsio ex primo decreto nõ præ
cedente re iudi.debitor infra annum in
reali & in ꝑſonali.ꝭ.xxx.annos põt re-
cuperare tenutã reficiẽdo expenſas &
cauẽdo de iudicio ſiſti.iuxta auт.ei qui
iurat.C.de bo.auct.iudi.poſsi.&.c.j.de
do.& cõtu.lib.vj.declarãdo tamẽ iuxta
not.per Bar.in.d.l.ſi finita.§.Iulianus.
in.iiij.colũ.in verſi.procedo vlterius.&
addita ibi ꝑ Alexã.in.xvj.col.in ver.itẽ
adde inquãtũ Bar.hic tãgit infra quã-
tum tẽpus.Sed in pignore iudiciali vi-
delicet qñ facta eſt immiſsio pro execu-
tione ſentẽtiæ eſt ſecus:ꝗa in eo nõ au-
dit reus volẽs recuperare poſſeſsionem
licet offerat expẽſas & ſatiſdationé præ
dictã:ita no.Bar.in.l.ꝓperãdũ.§.ſinau-
tẽ reus.C.de iudi.& mouet ꝑ tex.in.l.ſi
pecuniæ.§.fin.ff.vt in poſ.leg.quẽ tex.
idẽ Bar.in.l.cõſentaneũ.pe.col.C.quo-
modo & qñ iudi.in terminis ꝓprijs di-
cit nõ eſſe alibi.& ita etiã tenent Bal.&
Salyc.in.d.§.ſinautem reus.Sed opor-
tet ſi debitor contra quem eſt facta im-
miſsio in pignore iudiciali vult recupe
rare pignus vt ſoluat illud in quo eſt cõ
demnatus.& ita etiam tenet Alexand.
in dicto.§.ſi autem reus.in.j.colum.in
verſi.in ea ibi perpetuò auditur.& ibi-
dem Iaſ.in vltima columna.in verſicu.
item inquantum concludit Bart.quod
4 ſi facta eſt immiſsio &c.¶†Et idem vi
detur dicẽdum in inſtrumento guarẽ-
tigiato vel publico habente vim ſenten-
tiæ ex forma ſtatuti:ꝗa facta immiſsio-
ne eorum vigore ex primo decreto non
erit locus reuocationi tenutæ per ſolu-
tionem expẽſarum & cautionem de iu-
dicio ſiſti.ſed erit opus ſoluere debitũ
pro quo eſt facta immiſsio:ita videт te-
nere dominus Benedictus de barzis in
tractatu guarentigiæ.in char.230.quar
ta colum.cum ſequen.& latius in char.
233.in decimaoctaua quæſtio.Et facit
ꝙ no.Bar.in.d.l.cum vnus.in fi.princi.
ff.de bo.autori.in poſ.dum æquiparat
pignus ꝙ capitur vigore inſtrumenti
guarentigiati pignori quod capitur ex
cauſa rei iudi.& faciunt not.per Alex.
in.d.

in.d.l.à diuo Pio.in.§.ſi ſuper rebus.in vj.col.dum examinat,an miſſus in poſſeſsioné ex cauſa iudicati efficiat poſſeſſor.& licet ibi firmet opinioné gl.cōtra Bar.ꝙ talis immiſſus nō fiat poſſeſſor & bene.vt notaui.ſ.in ſecundo mébro huius tertiæ ptis.in.v.q.nu.12.Tamé ſubdit ꝙ ſi opi.Bar.eſſet vera ꝙ immiſſus ex cau.iudi.efficeretur poſſeſſor idem quod dicitur de immiſſo vigore rei iudicatæ deberet etiam dici de immiſſo vigore inſtrumenti habentis executionem paratam ex forma ſtatuti.Et ita etiam tenet Bart.in.l.ſi & iure.in fi.ff.qui po.in pigno.habe.& Bald.in.d.l.cōſentaneum.in.iij.colum.quos refert Alexā.in.d.§.ſi ſuper rebus.& ſic procedit æquiparatio de immiſsione facta ex cauſa rei iudicatæ ad immiſsionem factā vigore inſtrumēti ꝙ ex forma ſtatuti habet vim ſententiæ.& ita puto tenédum &c.Et per hæc eſt expedita tertia pars principalis.

¶Quarta pars principalis.

CApio nūc quartam partem principalem tractat⁹ noſtri in qua examinatur materia diuerſorū pactorū,quę in pignoribus freqnenter apponi ſolēt.Et primò ponemus pactum.l. commiſſoriæ.ſecundò pactum occupandi pignus propria autoritate.tertiò ſubdemus quædam alia pacta.

Summarium.

1 *Pactum legis commiſſoriæ in contractu emptionis & venditionis,dicitur illud quod concipitur per verba directa.*

2 *Pactum legis commiſſoriæ eſt in pignoribus improbatum.*

3 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus [...]ſtitutum,an firmetur iuramento.*

4 *Pactum firmari iuramento & iuramentu periurij eſſe ſeruandum differunt.*

5 *Conſuetudo,an validet pactū legis commiſſoriæ in pignoribus conſtitutum.*

6 *Pactum legis commiſſoriæ in pignore [...]ctum non à principio tempore contra[...] poſt ex interuallo adiectum,eſt validum.*

7 *Priuilegium dotis non extenditur vltra limites:nec augmentum quod in omni[...] dos ſit priuilegiata eſt validum.*

8 *Pacta in pignoribus conſtituta,an ſim[...]per & de iure valida, niſi reperiantur [...]hibita.*

9 *Pactum quod de ingrediendo & [...] propria autoritate pignus excuſat cre[...]rem occupantem à pœna vi bonorum[...]rum valet.*

10 *Ingredi in poſſeſsionē,& eſſe in poſſ[...] & poſsidere differunt.*

11 *Pactum initum cum creditore de ingre[...] excuſat à pœna ingreſſus:ſed non ex[...] perſeueret vel retineat niſi hoc expri[...] in pacto.*

12 *Pactum de ingrediendo &c.poteſt fier[...] in vltimis voluntatibus, & in aliis [...]ctibus quàm pignoru.*

13 *Pactum de ingrediendo excuſat à viti[...] deſtinitatis.*

14 *Pactum de ingrediendo &c.poteſt exe[...]ni mandari etiam ſi debitor verbo co[...]dicat.*

15 *Pactum de ingrediendo &c.non poteſt [...]qui,niſi mora debitoris præcedente,vel ſu[...]tione de fuga.*

16 *Debitor ſuſpectus de fuga poteſt capi [...] pendente conditione.*

17 *Executio pacti de ingrediendo &c.pōt exe[...]ceri etiam contra hæredem debitoris etiam [...] hæres eſſet pupillus vel minor.*

18 *Pactum de ingrediendo &c. an poſſit fie[...] cum tutore,vel pupillo.*

19 *Pactum de ingrediendo &c.an poſſit fieri cū eccleſia.*

20 *Pactum de ingrediendo,an poſſit exerceri cōtra ſingularem ſucceſſorem:vel quando in pacto fuit appoſitum conſtitutum vel præcariū. Item an tranſmittatur ad hæredem creditoris.*

21 *Pactum de ingrediendo &c. cedi in alium. Item poteſt exerceri contra debitorem ſine iudice,contra tertium poſſeſſorem non.*

22 *Pactum de ingrediendo &c. an poſſit exerceri ante liquidationem debiti.*

23 *Pactum de ingrediendo per creditorem deductum ad iudicem:& iudex dedit licentiam ſine citatione partis,an ſit validum.*

24 *Pactum de ingrediendo poteſt dupliciter ad iudicem deduci.*

25 *Pactum de ingrediendo delatum ad iudicem, an poſſit propria autoritate exerceri.*

26 *Proteſtatio ſernat ius proteſtanti.*

27 *Pactum de ingrediendo nō operatur, niſi creditor exprimat vim pacti.*

28 *Actus diuerſo modo intelligibilis per quem veniat interpretandus.*

29 *Actus quantumcunq; perfectus nihilominus recipit formam declaratoriam.*

30 *Pactum inter creditorem & debitorem quòd debitori non liceat luere pignus ante annum, valet:quòd autem in perpetuum non liceat non.*

31 *Pactum quod debitori in perpetuum non liceat luere pignus,nō valet:etiam in vim alienationis.*

32 *Pactum quod debitor nō poſſit luere pignus infra.xxx.annos non valet.*

33 *Pactum quod res vendita ſit ſpecialiter & prius obligata vni creditori ipſius emptoris, an poſſit adijci in præiudicium anteriorū creditorum ipſius emptoris.*

34 *Venditor an poſſit in venditione rei ſuæ apponere pactum ſpecialis hypothecæ in præiudicium aliquorum creditorum.*

35 *Venditor non habet ius pignoris in re vendita & tradita emptori.*

36 *Res empta ex pecunia vnius creditoris eſt nihilominus obligata priori creditori emptoris: præfertur que ſecundo creditori ex cuius pecunia res eſt empta.*

37 *Adminiſtratores rerum alienarū, an poſſint in actui contrahendi præiudicare principalibus.*

38 *Diſpoſitio in vltimis voluntatibus ſemper reputatur conditionalis.*

39 *Traditio rei in contractu emptionis & venditionis ul operatur quod licet contractus nōdum ſit abſolutus tranſit nihilominus dominium rei traditæ in emptorem.*

40 *Regula,quòd ea quæ incontinenti fiunt cenſeatur ineſſe,dicitur quædā fictio:nec in multis caſibus locum habet.*

41 *Debitorem non poſſe præiudicare creditori hypothecario in acquirendis qualiter procedat.*

42 *Factum in eadem oratione & factum in diuerſa differunt.*



¶Quarta Pars principalis.

DEueniendo igitur ad pactum.l. commiſſoriæ.pro intelligentia eſt præmittendum quod pactum.l.cōmiſſoriæ.in pignoribus fit ad ſimilitudinem pacti.l.cōmiſſoriæ ꝙ ſolet fieri in cōtractu emptionis & vendi-
1 tionis.¶ † In cōtractu aūt emptionis & vēditonis pactū.l.commiſſoriæ dicitur illud quod cōcipitur per verba directa: puta niſi prætiū ſolutū ſit infra tale tépus res,ſit in empta:quo caſu dominiū retransfertur ipſo iure in venditoré:vt.l.j.& per totum.ff.de lege cōmiſſa. Sed ſi pactum concipiatur per verba inflexa & obliqua,quæ non important retranſlatio-

lationẽ dominij ipſo iure in vẽditorẽ.
ſed requiriẽ retraditio vel reſtitutio rei
& ſic factũ hominis tũc nõ diciẽ pactũ.
l.cõmiſſoriæ.ſed diciẽ pactũ ſimile pa-
cto.l.cõmiſſoriæ.vt eſt tex.& ibi decla-
rat gl.in.l.j.in gl.in ver.ptineret.C.de
pac.inter emp.& vẽdi.& tex.& gl.in.l.
qui ea lege.eo.tit.¶Similiter dicẽdũ eſt
& in pignoribus ꝙ qñ pactum in eis cõ
cipitur ꝑ verba directa importãtia trãſ
lationem dominij ipſo iure ſit pactum
legis cõmiſſoriæ:puta niſi debitor ſol-
uerit infrà tẽpus conuentũ res pigno-
rata ſit creditoris vel ſit ei vendita vel
in ſolutum data pro ſuo credito: vel ſit
ei creditori ius faciendi quod vult: vel
ſimile pactum cõceptum per verba di-
recta importantia tranſlationem domi
nij in creditorem ipſo iure.¶Sed ſi pa-
ctum cõcipiatur per verba obliqua vel
inflexa:puta quod ſi debitor non ſolue
rit in termino,res detur in ſolutũ cre-
ditori,vel ipſe debitor promiſit dare in
ſolutum.tunc non eſt pactum.l.cõmiſ-
ſoriæ.ſed eſt ſibi ſimile.iſte eſt tex.in.l.
j.C.de pac.pig.& ibi declarat gl.Bar.&
Salyce.Et quando nos ſumus in pacto.
l.commiſſoriæ.in pignore:tunc ſi illud
pactũ eſt efficax ſaltem ad retinendum
quod qñ ſit infrà declarabiẽ elapſo ter-
mino debitor nõ admittetur vlteriꝰ ad
offerendum vel ſoluendũ creditori pro
liberatione pignoris.l.vt Titius.ff.de
pig.ac.Si aũt ſumus in pacto ſimili pa-
cto.l.cõmiſſoriæ,tunc illud pactum eſt
inutile & nihil plus operaẽ quã eſſet de
iure.& prout ſine dicto pacto creditor
poterat vendere pignus,vel petere ſibi
in ſolutũ dari.ita & ſeruabitur cũ di-
cto pacto:vt eſt tex.in.d.l.j.& ibi gl.j.&
fina.C.de pac.pig.vñ ſtãte dicto pacto
ſimili pacto.l.cõmiſſoriæ.etiã ꝙ ſit la-
pſum tẽpus præfixum ad ſoluendũ cũ
illo pacto,ꝙ elapſo termino creditor
poſsit petere in ſolutũ vel ꝑ ſimilia ver-
ba inflexa.nõ ꝓpterea debitor erit ex-
cluſus à iure offerẽdi & ſoluẽdi & libe-
rãdi pignus.dũmodo offerat & ſoluat
ante factam venditionem,vel dationẽ
in ſolutũ:vt eſt text.& ibi declarat Bal.
in.l.iij.C.de pig.actio.& colligiẽ ex no-
per gl.in.d.l.j.quæ no.ne æquiuoces:q
alias vidi doctorem non mediocris do-
ctrinæ in hoc errare.¶Iſtis præſuppo-
ſitis deueniendo ad materiam dicti pa-
cti.l.commiſſoriæ in pignoribus.ꝓ fa-
ciliori intelligentia ponam regulã
2 ampliationes & fallentias.¶† Regu.
ergo ſit quod pactum.l.commiſſoriæ
pignoribus eſt improbatum:vt.l.j.&
C.de pac.pig.licet ſecus ſit in contra-
emptionis & venditiõis:vt.l.j.& per
tum.ff.de lege commiſſo.&.l.commiſ
riæ.C.de pactis inter empto.& vẽdi.
& ratio differentiæ aſsignatur:quia
muniter vẽditio ſolet fieri ꝓ iuſto
tio.& licet aliquando aliud conting.
tamen iſtud raro eſt.& iura adaptãt
ad ea quæ frequenter contingunt.l.
ad ea.ff.de legibus.vnde etiam quod
le pactum valeat in contractu empt.&
vendi.non reſultat aliqua deceptio.
ecõuerſo pignus magis frequẽter ſolet
pignorari pro multo minori quantitate
quàm valeat.& ideo ſi tale pactũ inter
valeret debitores multũ deciperentur.
¶Secunda etiam ratio aſsignatur:quia
tale pactum videtur quodammodo fo-
uere vſuram cum tendat ad effectum
creditor aliquid vltra ſortem cõſequa-
tur.& quia vſuræ ſunt prohibitæ:ideo
nõ valet.c.qa in omnibꝰ.de vſur.& iſtæ
duæ ratiões differentiæ inter pignus,
& contractũ emptionis & vẽd.aſsignã-
tur per Abb.poſt Io.an.in.c.ſignifican
te.de pigno.vbi Abb.nu.7.¶Firmata
ergo



ergo regula ꝙ pactum.l.commiſſoriæ
in pignoribus non valeat:amplia dictã
regulam quinq; modis.¶Primò,am-
plia vt regula procedat nõ ſolum quan
do pignus datur creditori pro mutuo
recepto:ſed etiam ſi detur pro alio de-
bito quã mutuo.vt ꝓbatur in.l.fi.C.de
pac.pig.quæ generaliter loquiẽ in quo-
cunq; creditore:& cum generaliter lo-
quatur generaliter debet intelligi.l.j.
§.generaliter.ff.de lega.præſtan.Idem
probatur in.d.c.ſignificante.de pigno.
vbi tex.generaliter loquiẽ,& generali-
ter reprobat pactum.l.commiſſoriæ in
pignoribus.Ad idem text.in.l.ij.C.de
pac.pig.ſecundum ſecũdam lecturam.
Bar.ibi,quam etiam alij ſequuntur vbi
pignus fuit datum pro alio debito.quã
mutuo.& adiectum fuit pactum.l.cõ-
miſſoriæ.& dicitur quod ita demum va
leat quoad excipiendum vel retinẽdũ
ſi ſit adiectum ex interuallo:ſecus ſi ab
initio contractus.& ita firmat Alex.in
cõſi.clxxviij.viſo proceſſu.vij.vo.nu.1.
¶Secundò,amplia etiam ſi tale pactum
apponeretur in fauorem mulieris cre-
ditricis pro reſtitutiõe dotis ſue:vt vi-
detur ad literam eſſe text.in.l.quamuis
aliàs incipit Callipodius.ff.de ſolu.vbi
dicitur quòd non obſtante tali pacto
maritus põt offerre dotem vxori.¶Sed
in veritate ibi non fuit pactum.l.com-
miſſoriæ.ſed fuit pactum ſimile pacto.
l.commiſſoriæ.quia nõ fuit factum per
ver.directa importantia ipſo iure trãſ-
lationem dñij.ſed fuit factum per ver.
obliqua.qa ibi dicit textus ꝙ maritus
promiſit vxori ſol.ma.dare ei in ſolutũ
ꝑdia pro dote q̃ erãt obligata,& ſic per
ver.obliqua & nõ directa:vt dictũ fuit.
§.in præmiſsis.nu.1.nimirũ ergo ſi in il
lo text.diciẽ ꝙ ſatis eſt ſi maritꝰ offerat
dotis quantitatẽ.qa illud pactum fuit
inutile:vt per tex.& gl.in.l.j.C.de pac.
pi.& dictum fuit.s.& ideo per illud nõ
fuit debitori ablata facultas ſoluendi
& offerendi.quod no.licet Barto.ibi ad
hoc nõ aduerterit.ſed idẽ intelligit eſſe
in tali pacto.quod eſt in vero pacto.l.
3 commiſſoriæ.¶† Tertiò,amplia etiam
ſi in tali pacto interuenerit iuramentũ:
quia ꝑ tale iuramentũ non cõfirmatur
pactum: licet metu periurij,tale pactũ
ſit obſeruandum.vt firmat Bart.in.l.ſi
quis ꝓ eo.in ver.iiij.dixi.ff.de fideiuſ.
4 & vt ſubdit ibi Bar.iſta duo.ſ.†pactũ
firmari iuramento,vel iuramentũ me-
tu periurij eſſe obſeruandum differũt.
& ſunt magni effectus propter aliqua
quæ ipſe ibi ſubiungit.Et ita etiam te-
net Ab.in.d.c.ſignificante.in.iij.no.de
pigno.& Abb.in.c.cum cõtingat.in.vij.
colum.in ver.venio ad ſecundam.in fi.
de iureiuran.& Cor.in conſi.cxxxiij.vi
5 ſo copioſa.litera.g.primo vo.¶†Quar
tò,amplia etiam ſi tale pactum.l.com-
miſſoriæ in pignoribus approbaretur
per conſuetudinem:qa dicta conſuetu-
dine non obſtante omnino pactum: nõ
valeret.vt per Bald.in.l.cõſuetudinis.
in.iij.col.in verſic.tertij dicunt.C.quę
ſit long.cõ.¶Quintò,amplia etiam ſi
dictũ pactũ cõciperetẽ hoc modo.videli
cet ꝙ elapſo termino nõ liceat ſoluere
vel offerre ꝓ luendo pignore.& omne
ſimile pactũ:qa oĩno non valet:vt tenet
gl.in.d.l.fi.C.de pac.pig.& ibi ꝑ doc.&
late per Alex.in.l.itẽ qa.§.fi.ff.de pac.
Qui poſt Bar.in.l.qui Romæ.in prin.
& Pau.de ca.ff.de ver.ob.concludit ꝙ
aut tale pactum fuit adiectum ad tollẽ
dũ damnum creditoris,& fraudem de-
bitoris & valet.aut eſt factum in vtilita
tem creditoris & lęſionem debitoris,&
non valet per latè allegata ibi per Ale-
xand.cum quo ibi ſimpliciter trãſit Ia.
Anto.de fa.de pi.& hyp.

ſo.& fuit diſtinctio Bar.in.d.l.qui Ro-
6 mæ.in princ.¶ † Fallit autem.d.regula
quinq; modis. Et primò, fallit q̃n pa-
ctũ.l.cõmiſſoriæ in pignore nõ fuit ad-
iectum à principio tẽpore contractus,
ſed poſt ex interualla:vt eſt tex.in.d.l.
quamuis.ſecũdũ vnam lec.& ibi tradit
Bar.in.ij.oppo.tex.& ibi Bar.in.d.l.Ti
tius.ff.de pig.act.& rõné differẽtiæ in-
ter pactũ adiectũ à principio,vel poſteà
ex interuallo aſsignat Bar.in.d.l.quã-
uis.& in.d.l.Titius.& eſt,q̃a debitor q̃
eget pecunia faceret creditori omne pa
ctũ q̃ ipſe vellet ab initio donec habeat
pecuniã ideo reprobat̃.cõtinet enĩ in ſe
quendã aſperitatẽ & violentiam:vt.d.
l.fi.C.de pac.pig.que rõ ceſſat q̃n iã ha
bita pecunia ex interuallo debitor di-
ctũ pactũ apponit.& ita etiã tenet Cor.
in.d.cõſi.cxxxiij.in litera.g.primo vol.
¶ Et iſta fallentia eſt etiam ſanè intel-
ligenda,vt.ſ.procedat ꝙ pactũ ex inter
uallo poſtea factum valeat quoad retẽ
tionẽ & exceptionẽ quærendã ipſi cre-
ditori pignore apud eũ exiſtẽte:nõ au-
tem quoad actionẽ ad petendũ dictam
rem in ſolutũ exiſtentem apud debito-
rẽ.ita tenet Bar.in.d.l.quamuis.in.j.&
ij.oppo.& Abb.in.d.c.ſignificante.nu.
6.& Alex.in cõſi.clxxviij.viſo proceſſu
cauſæ in.j.col.nu.1.vij.vo.& etiã in cõ-
ſi.ſeq.vbi plenè de materia.¶ Secundò,
fallit dicta regula q̃n pactum fuit con-
ceptum ꝙ pignus eſſet vẽditũ credito-
ri vel datũ in ſolutũ ꝓ iuſto pretio.tũc
enĩ pactũ valeret regula ergo procedit,
q̃n pactum initum fuit ꝙ pignus eſſet
venditum vel datũ in ſolutum credito-
ri pro debito:vt eſt tex.in.l.ſi fundꝰ.in
fi.ff.de pigno.& ibi Bar.& idẽ no.Bar.
in.d.l.quamuis in.iij.opp.dicẽs ꝙ iſto
caſu iuſtum pretium æſtimabitur p bo-
num virum.i.iudicem:vt.l.fi.circa fin.
C.de iure do.impe.¶ Tertiò, fallit di-
cta regula quãdo pactum eſſet initum,
ꝙ pignus eſſet venditum creditori ſim-
pliciter non exprimendo nec pro debi-
to,nec pro iuſto pretio.nam etiam te-
intelliget pro iuſto pretio,etiam quod
nõ ſit dictum.& valebit pactum.ita n.
Bar.in.d.l.ſi fundus.in fi.& Bart.in.d.
l.quamuis.in ſua diſtinctione.& Abb.
in.d.c.ſignificãte.ſecus autem ſi dictũ
eſſet quod pignus eſſet datũ in ſolutũ
quia tũc intelligeretur ꝓ debito &
valeret ſecundum Bar.in.d.l.quãuis &
faciunt no.in.l.à diuo Pio.§.ſi pigno-
7 ra.ff.de re iudica.¶ † Quarto fallit re-
gula prædicta quãdo pactũ nõ fuit fa-
ctum cum creditore. ab ipſo debitore
ſed factum fuit per debitorem cum fi-
deiuſſore vel alio extraneo à creditore
tũc enim pactum valet:vt eſt tex.in.l.
finali.in prin.& ibi Bar.ff.de contrah.
emptio.& ſequuntur Bald.& Sal.
ibi.& etiam Abb.in.d.c.ſignificãte.nu-
mero.6 declarando vt per Alexand.in
d.conſilio.clxxviij.vij.volu.numero.
8 vbi vide.¶ † Quintò fallit regula præ-
dicta ſecundum aliquos fauore dotis
puta ſi mulier vel ſocer promiſit dotẽ
marito in pecunia:& dedit fundũ in pi-
gnus cum pacto ꝙ ſi infra certum tem-
pus pecunia non ſoluatur,fundus ille
ſit in dotem datus.iſto enim caſu vide-
tur quod tale pactum valeat fauore do-
tis.ita no.vult Bald.in.c.j.de feu.da.
vim.l.commiſ.alle.id quod habetur in
l.ita cõſtãte.ff.de iure do.& in.d.l.quã-
uis. Et iſtud non obſtat his quæ dicta
ſunt.ſ.in ſecunda ampliatione:quia il-
la procedunt.quando agitur de fauore
mulieris creditricis pro dote.tũc enim
improbatur dictum pactum.l.commiſ-
ſoriæ & habet locũ.d.l.quãuis.Sed q̃n
agitur de dote danda marito,& ſic agi-
tur



tur de fauore dotis principaliter & mu
lieris.in cõſequentiã dicendũ videt̃ q̃d
pactũ valeat: & hoc modo põt ſaluari
dictũ Bal.in.d.c.j.ſecũdũ Bal.nouel.in
tractatu dotis in.vj.parte principali in
priuileg.hiij.& ibi etiã reddit rõné di-
uerſitatis inter cõtractum dotis & alios
cõtractus,videlicet ꝙ illa ratio per quã
improbatur pactũ.l.commiſſoriæ in pi-
gnoribus.ſcilicet,q̃a debitor pro haben
da pecunia faceret omnẽ pactum, ceſſat
in promiſsione dotis: quia promittens
non indiget pecunia, ſed dilatione. in
qua dilatione concedenda mariti com-
muniter ſolent eſſe faciles: & quia fre-
quentius ſolet contingere quod ipſi vi
ri magis ſolent allici ad pacta proficua
mulieri quam ſibi vt dicebat Cyn.poſt
Pet.in.l.contractibus.poſt princip. C.
de non numera.pecu.& etiã q̃a tale pa-
ctum non tendit ad merum lucrũ ma-
riti creditoris, prout contingit in alijs
creditoribus:cum tale pactum in dote
cedat,etiam in fauorem mulieris.& q̃n
vertitur intereſſe alterius quam credi-
toris:tunc reſpectu alterius nõ eſt im-
probatum tale pactum.d.l.fin.in prin-
ci.ff.de cõtrahen.emp.ita in effectu fir-
mat Bald.not.in dicto loco.dicens ita
cõſuluiſſe apud Lucã.licet in illa quæ-
ſtiõe.in qua cõſuluit pactũ illud in do
te eſſet adiectũ ex interuallo quo caſu
pactum valet ad retinendũ.d.l.Titius.
ff.de pig.actio.¶ Tamen in hoc articu-
lo quamuis ſit magna autoritas præfa-
ti Excellentiſsimi doc.puto in contra-
riũ eſſe veriorẽ opinionem.videlicet ꝙ
etiã in dote pactũ.l.cõmiſſoriæ indiſtin
ctè: tam ex parte mulieris cui dos ve-
nit reſtituenda quam ex parte mariti
cui dos venit danda.nõ valeat.nam li-
cet.d.l.quãuis.loquatur in dote reddẽ
da vxori,tamen idem dicendum eſt in
dote dãda marito:q̃a non minora pri-
uilegia cõceduntur mulieri in dote re-
cuperãda quã concedãtur marito in do
te recipiẽda:vt.l.vni.§.& vt plenius.C.
de rei vxo.actio.& in.l.aſsiduis.C.qui
potio.in pign.habe.& habet̃ in.l.j.ff.ſo.
ma.& ꝓbatur etiã,q̃a pro nulla cã etiã
pia permittit̃ vſura.c.ſuper eo.de vſur.
vñ etiã in dote danda marito debet cẽ-
ſeri improbatũ pactũ.l.cõmiſſoriæ. q̃d
etiã ad effugiendã vſurariã prauitatem
fuit reprobatũ:vt no.cano.& maximè
Abb.in.d.c. ſignificãte.& licet maritus
lucret̃ fructus rei pignorate pro dote.
iuxta capitu.ſalubriter.de vſur.tñ illud
intelligit̃ de vſuris reducibilibꝰ ad in-
tereſſe cõſiderabile vt tenet Io.de ana.
in.d.c.ſalubriter.¶ Et nõ ob.d.l.fi.ff.de
cõtrahẽ.emp.q̃a ibi illud pactũ fuit ad
iectũ in fauorẽ fideiuſſoris & nõ tende
bat aliquo mõ in fauorẽ creditoris:ſecꝰ
aũt eſt in marito:q̃a maritꝰ eſt creditor
dotis & ꝓ dote recipit pignus:& ſic ne
gari nõ põt ꝙ pactũ nõ ſit adiectũ fauo
re creditoris principalis & Bal.in.d.c.j.
nõ firmat ꝙ in dote valeat pactũ.l.cõ-
miſſoriæ.ſed remittit ſe ad.d.l.quãuis.
quæ ꝓbat cõtrarium:& imo q̃ indiget
pecunia ꝓ dote dãda marito:ita veriſi-
militer induceret̃ ad adijciendũ omne
pactũ in pignore,ꝙ datur ꝓ promiſsio
ne dotis: ſicut ille qui indiget pecunia
mutuata à creditore:vtroq; enim caſu
ſubeſt neceſsitas & rationis idẽtitas:&
imo magis frequẽter cõtingit ꝙ mariti
in dotibus habẽdis volũt habere vtilio
ra pacta quã dare difficilius enĩ reperiũ
tur mariti quã vxores:vt experiunt̃ &
bñ ſciunt q̃ habẽt filias nubiles.¶ Non
obſtat ꝙ ſaltẽ ſpeciali priuile.dotis ita
debet dici,iuxta no.in.l.j.ff.ſo.ma.quia
iſta argumentatio multa conceſſa ſunt
in priuileg.dotis contra regulas iuris

cõmunis:ergo etiam iſtud debet conce-
di:nõ valet,qa vt inquit Bar. in.l.ſi in-
ſulam in.iiij.oppo.ff.de verb.obli. iſtud
eſt multiplicare incoouueniens & facit
l.ius ſingulare.&.l. quod verò cõtra.ff.
de legi. & recurrere ad ſpecialitates eſt
refugium miſerorum vt dicit gloſ. in.l.
filium quem habentem.C. fami.erci.&
quia iſtud pactũ tendit ad vſurariã pra-
uitatem,& per conſequens tractatur de
periculo animæ:ideo in dubio debet fie
ri interpretatio,vt euitetur periculum
animæ:vt dixit gl.no.ĩ.c.vnico. de ſcru
ti.facit tex.in.c.iuuenis.de ſponſali. Et
per iſta & plura alia copioſius relata ita
conſuluit Alexã.in conſil.clxxviij. viſo
proceſſu.vij.volu.nu.9.cũ ſequẽtibus:
& ſubdit ꝙ cũ iſta ſit cõmunis opi. non
eſt ab ea recedendum:& ita puto tenen
dum : licet articulus ſit valde diſputa-
bilis & ſic iſta non erit fallentia:ſed erit
ampliatio ad regulã, videlicet ꝙ etiã in
dote danda pactũ.l.commiſſoriæ ſit im
probatum. ¶Cætera autem ad materiã
huius pacti .l. commiſſoriæ. vide per
Guid. papæ in ſuis deciſionibus.qõ.vj.
vbi plura ponit:& per Veroneñ. in ſuis
cautelis car.28.in cau. incipiente pa-
ctum pignoris & per eundem Guido.
in tractatu de vſur. nu.24.&.25. ¶Se-
cundo tractãdum eſt de pacto quod fre
quenter iniri ſolet inter creditorem &
debitoré, videlicet ꝙ nõ ſoluto debito
creditor poſſit pignus propria authori-
8 tate occupare.¶† Et primò pręmitten
dum eſt ꝙ tale pactũ de iure videlicet
per regulã generalẽ, ꝙ omnia pacta in
pignoribus de iure valẽt, niſi reperiant
prohibita:vt eſt tex.& ibi no.in.l.fi.§.j.
C.de iure domi.impe.& de hoc eſt tex.
in.l.iij.C.de pigno.ſecundũ lectu. Bar.
ibi:& cũ materia ſit valde diffuſa vt cla
rius & breuius explicetur ponã illã per
conclusiones:& erunt quindecim con-
9 cluſiones.¶† Prima igitur ſit cõcluſio,
ꝙ pactum de ingrediendo & occupãdo
propria authoritate pignus excuſat cre
ditorem occupantẽ à pœna vi bon. rap.
videlicet.l.ſi quis in tantã.C. vnde vi &
à pœna edicti diui Marci de qua in.l.
extat.ꝙ met.cau.& à pœna.l. iuliæ.de
vi.& optimè declarat glo.in.l.pignoris.
C.de pigno.actio.in gl.in ver.pręſidalẽ,
& ibi per Sal.& per Bart.& Saly.in.d.l.
iij.in.j.col. Si tamen talis creditor poſt
ingreſſum & occupationem intenderet
perſiſtere in poſſeſſiõe & poſſidere:tũc
incurreret dictas pœnas : qa iſtud non
deuenit in pactũ vt.ſ. poſſit propria au
thoritate poſſidere:ſed ſolũ ꝙ poſſit in
10 gredi & occupare.† & aliud eſt ingredi
poſſeſſionẽ : & aliud eſſe in poſſeſſione:
& poſſidere:vt.l.iij.§.fi.ff.de acqr.poſ.
&.l.qui legatorũ.ff.ex quib.cau.in poſ.
ea.&.l.ij.in prin.ff.pro hęre.& aliud
ſequitur qui intrat poſſeſſioné,& aliud
qui poſſidet & poſſeſſionẽ acqrit:vt.l.
is cui.in prin.&.§.ſi legatorum.ff.vt in
11 poſ.lega.¶† Vnde ad hoc vt creditor
excuſetur etiam à poſſeſſione : neceſſe
eſt in pacto addere ꝙ licitum ſit credi-
tori,nõ ſolum ingredi poſſeſſionem,ſed
etiã poſſidere & poſſeſſionẽ acquirere,
& retinere ꝓpria authoritate:prout no
tarij frequenter in inſtrumentis ſolent
facere,dicentes quã poſſeſſionẽ intran-
di accipiendi & retinendi ſua authorita
te &c.& ita firmat Bart.in.d.l.iij.in.ij.
col.C.de pign.& idẽ Sali. ibi in prin.q
licet ad.d.l.iij.nõ teneat intellectũ Bar.
Tñ bene firmat ꝙ de iure pactũ poſſit
concipi modo prædicto & ꝙ valeat.¶Se
cunda cõcluſio eſt ꝙ etiam in tali pacto
põt adijci ꝙ creditor poſſit dicta pigno
ra vendere,vel ea ſibi empta habere pro
iuſto pretio:nã etiã tale pactum de iure
valet vt tenet Bart.in.d.l.iij.in.ij.col.in
ver.iuxta prædicta.& ibidem ſequitur
Salice.in.vij.q.& iſto caſu practica erit:
vt iuſtum pretium æſtimetur per iudi-
cem iuxta not.in.l.continuus.§.cũ ita.
ff.de verb.oblig.& ibidem no. Bar.& in
tali æſtimatione citari debet pars ſi ve-
lit aliquid opponere & adhibita ſum-
maria cauſæ cognitione,ſine alio libel-
lo:ſi pars citata nihil releuans opponat
iudex faciet ꝑ partes eligi duos bonos
æſtimatores:vel ipſe iudex eos eliget &
eos faciet iurare de æſtimatione legali-
ter facienda : & facta per eos relatione
æſtimationis iudex ſecundum dictam
æſtimationem relata per dictos æſtima-
tores faciet ſuam declarationem:ita te-
net Bar.in.d.l.iij.col.fi.verſi.iuxta præ
miſſa.& ſequitur ibi Salicet.in.xv.q.
12 ¶† Tertia concluſio eſt ꝙ tale pactum,
ſeu licentia põt etiam adijci. in vltima
volũtate,& etiã in alijs cõtractibus quã
in pignore vt etiã no. Bar. in.d.l.iij.col.
ij.in.ij.prin.q.& ibi ſequitur Sali.in.iij.
13 q.¶† Quarta concluſio eſt ꝙ tale pa-
ctum non ſolũ excuſat à pœna violẽtiæ
vt dictũ eſt in prima cõcluſione:ſed etiã
excuſat à vitio clandeſtinitatis : & per
conſequens tale pactũ reſpectu ſolius
ingreſſus in poſſeſſioné poteſt exerceri
per creditorem etiã ignorante debitore
ita tenet Bar.in.d.l.iij.in.iij.col.in ver.
ſed an à vitio clandeſtinitatis. & ſequi-
14 tur ibi Sali.in.ij.q. ¶† Quinta conclu
ſio eſt ꝙ tale pactum poteſt per credito
ré exequi,etiã ſi debitor verbo cõtradi-
cat & reſiſtat: niſi tamẽ cõtradiceret ex
iuſta cauſa:puta quia iam ſoluiſſet debi
tũ:ſecus aute ſi reſiſteret de facto : quia
tũc creditor nõ poſſet armis ingredi: qa
iſtud poſſet eſſe cauſa maioris rixę & tu
multus : quod de iure nõ licet nec per-
mittitur etiam ſi de hoc eſſet initum ex
preſſum pactũ, videlicet ꝙ creditor poſ
ſit ingredi inuito debitore & reſiſtente
de facto:nã tale pactũ non valeret.l.cõ-
uenire.ff.de pac.dot.& ita tenet Bar.in
d.l.iij.in lectura nõ in repeti.in.j.colũ.
¶Iſtud tamen limitatur vtiliter, niſi in
inſtrumento eſſet adiectũ conſtitutum
per quod vtraq; poſſeſſio tam naturalis
quã ciuilis transfertur in creditoré.l.ꝙ
meo.in prin.ff.de acquir.poſ.vel ſaltem
precariũ per quod in creditoré transfer-
tur ciuilis, & naturalis remanet penes
debitorem:vt no.in.d.l.ꝙ meo. Nã iſtis
caſibus debitor reſiſtendo de facto dici-
tur ſpoliare creditoré ſua poſſeſſione:&
ideo licet creditori incontinẽti per vim
ingredi : quia dicetur creditor magis ſe
defendere quã debitoré oppugnare ita
no. Bar.in.d.l.iij.in.iiij.q.prin.& ibi ſe-
quitur Sali.in.q.j. Addit tamen Sali ꝙ
etiam quando debitor reſiſteret de fa-
cto & nõ eſſet cõſtitutũ poſſet creditor
de facto ingredi dũmodo violentia cre
ditoris nõ habeat aliquod delictum ad-
mixtũ: puta ſi creditor coadunatis ho-
minibus vellet per vim ingredi vbi ta-
lis coadunatio nõ eſſet permiſſa: vel vbi
interueniret ſanguinis effuſio que eſt
prohibita. Aliàs ceſſante delicto dicit
Sali.quòd creditor poteſt per vim in-
gredi etiam debitore de facto reſiſten-
15 te.¶† Et prędicta intelligũtur ſemper
in mora debitoris præcedente vel ſaltẽ
iuſta cauſa ſuſpitiõis de fuga iuxta tex.
in.l.quæſitum.& ibi gl.& Bart.ff.de pi-
gno.ita declarat Bar.in.d.l.iij.in.iij.qõ.
in fi.ſed Sali.ibi in.xij.qõ.tenet ꝙ indi-
ſtinctè ante moram tale pactum exerce
ri nõ poſſit;quia eſt cõditionale & ꝙ.d.
l.quæſitum procedit in hypotheca quæ
iam eſt ineſſe deducta:ſed ego nõ video
rationem differẽtiæ inter iſtud pactum
& hypothecam:nam ratione contractus

ytrunq; dicitur ineſſe deductum:& etiã
hypotheca pendente termino vel condi
tione intentari nõ poteſt vt.l. ſoluitur.
§.ſi paciſcatur.ff.quib.mo.pign.vel hy.
ſol.& l.cùm ſoluẽdæ.ff.de diſtrac.pi.&
tamẽ ex cauſa ſuſpitionis poteſt exerce
ri pendente conditione.d.l.quæſitũ. er
16 go idem dicendũ eſt in pacto. ¶ † Et fa
cit quia debitor ſuſpectus poteſt capi,
etiã pẽdente conditione:vt habetur per
Bald.in.l.j.C.de condit.ex lege ſaltem
vt caueat.l.in omnibus.& ibi Bart.ff.de
iudi.& talis etiam captura poteſt fieri
propria autoritate creditoris: vt.l.iij.
§.ſi debitorem.& ibi Bar.ff. de his quæ
in frau.credi.& habetur per Alex.in.l.
ij.in.ij.col.ff.de iuriſdi.om.iudi.& ideo
17 remanet vera deciſio Bartol.¶ † Sexta
concluſio eſt ꝙ executio talis pacti po-
teſt exerceri cõtra hæredẽ debitoris : &
iſtud nõ habet dubium,quãdo hęres eſt
eiuſdem cõditionis cuius erat debitor:
puta quia eſt maior prout erat debitor:
ſed difficultas eſt quando hæres eſt pu-
pillus vel minor:& in hoc Bar.in dicta
l.iij.in.v.col.in verſi.quid in ſucceſſore
vniuerſali.remittit ſe ad no.per Cyn.in
autẽ.quas actiones.in.v.q.C. de ſacro-
ſan.eccle.& ex no.ibi per Cy.& Bart.in
vl.q.& per Iaſo.in antepe.co.colligitur
ꝙ priuilegium hæredis ſuccedentis de-
bitori nõ extinguit nec impedit tale ius
pacti executiui & ita etiam tenet Bart.
in.l.ſi quis curialis.C.de epiſ.& cler.&
ſequitur Sali.in.d.l.iij. in.v.& vij.q. &
mouetur per tex.& gl.in.l. pupillus.§.
ſed & ſi creditor.ff.de auto.tut.quod di
cit eſſe tenendum cordi :ad idem opti-
mus tex.in.l.j.C.qñ decre. opus nõ eſt.
18 ¶ † Sed maius dubium eſt, an tale pa-
ctum poſſit à principio fieri cum tuto-
re,vel cum pupillo authoritate tutoris?
& in hoc Barto.in.d.l.iij.in.j.q. diſtin-
guit,quòd aut creditor vult vti iſto pa-
cto pro executione iuris realis.i.ipſius
pignoris: & tunc ſi pignoris conſtitutio
valuit valebit etiam pactum vt.l. ſi pu-
pillus.§.j.ff.de rebus eorum. aut conſti
tutio pignoris non valuit , & tunc non
valet etiam pactum : vt.l. curator.& l.
pen.C.ſi alie.res pig.da.ſit.& l. cu prin
cipalis.ff.de reg.iur. Aut creditor vult
vti pacto ad executionem iuris perſo
nalis quod reſpicit ipſum ingreſſum:&
tunc ſi pactum fuit initum quod liceat
ingredi tantum & valet quia condi
perſonę pupilli non eſt impedimento
vt.l.apud Iulianum.in princip.& §.a
quitur.ff.ex qui.cau.in poſſ.ea.aut pa
ctum fuit initum quòd liceat ingre
& poſſeſsionem adipiſci & tunc reſpe
ctu rerum quæ ſeruando ſeruari nõ
ſunt & ſic quę poſſunt per tutorem
nari videlicet vt.l.lex quę tutores.C.
admit.tu.ſed quantũ ad alias res nõ
let ſine decreto vt.l. pupillus.ff.de a
quir.re.do.& l.magis puto.§.ſi ſi
co.¶Sed in hoc vlti.membro
nis Imo.in.l.ij.§.ſi à pupillo.ff.pro
pro.tenet contrarium per glo.
§.ſi à pupillo.in ſecunda ſo.quę
licet pupillus non poſsit alie
mobiles vel immobiles quæ
ſeruari poſſunt ſine decreto
cta.l.magis puto.§.ne poſsit
ne poſsit alienare poſſeſsionem talium
rerum ſine aliquo decreto : & ita etiam
firmat Alexand.in.l.poſſeſsionem.ff.de
acquiren.poſſ.in fine. Vnde verior vide
tur opin.quòd pactum de ingrediendo
poſſeſsionem & retinendo initum cum
tutore vel pupillo eius autoritate ſine
alio decreto valeat quamuis ipſa conſti
tutio pignoris non valeat cùm pactum
reſpiciat ſolam poſſeſsionem & ius per-
ſonale quæ non eſt prohibita alienari
etiam

etiam per pupillum cum autoritate tu-
toris : vt latè per Alexan.in.d.l. poſſeſ-
19 ſionem. ¶ † Similiter dubitari poteſt,
an tale pactum valeat in rebus eccleſieæ?
& Bar.in.d.l.iij.in.d.j.q.tenet ꝙ ſi prę-
ceſsit valida cõuentio tale pactũ valeat
præter quàm in rebus conſecratis:& ita
refert tenere Hoſti.in.c.verum.de foro
compe.& ita etiam tenet ibi Abb.in.vj.
col.in verſi.ſed circa hoc quæro loquẽ-
do in acquirendis eccleſiæ & non in ac
quiſitis nam in acquirendis, valet con-
uentio non in acquiſitis:declarando ta
men hanc deciſionem duobus modis,
primo vt talem apprehẽſionem debeat
præcedere declaratio iudicis : ſecundo
vt non detur reſiſtentia de facto vt ibi
latè per Abb.ſed primã declarationem
non puto veram ſtantibus verbis pacti
ſine licentia & requiſitione alicuius iu-
dicis:ſecundam declarationem intelli-
gendam puto vt declaratũ fuit.s. in.v.
20 concluſione.¶ † Septima concluſio eſt,
ꝙ quando tale pactum eſt adiectum ad
executionem iuris realis.i.pignoris:tũc
illud poteſt exerceri etiam contra ſingu
larem ſucceſſorem habentem cauſam à
debitore:ſi.tamẽ debitũ erat liquidum
in ipſo inſtrumento iſtam opi. tenet gl.
& Bar.in.d.l.iij.in.iiij.col.in verſi.item
dubitatur quid de ſingulari ſucceſſore:
& idem tenent ibi . Pe.Cy.Ray.& Bal.
& Spec.in tit.de pigno.§.j. verſic.item
quid ſi debitor fundantes ſe per.l. ſi Ti
tius.ff.de ſeruis expor. eſt bene verum
quòd vbi Barto.& alij dicunt quòd di-
ctum pactum adiectum in pignore eſt
iuris realis executiuum. Bal.dicit quòd
eſt iuris realis conſequutiuum. ¶ Et iſta
opi.videtur communior & ſaltem in iu
dicando & conſulendo tenenda:quãuis
cõtrariã opi.teneat Mar.antiquus glo-
ſator Iac.de belui.& Iac.but. vt refert.
Bar.in.d.l.iij.& Sali.qui dicit quod ius
iſtius pacti capiẽdi rẽ hypothecatã pro-
pria auctoritate nõ eſt executiuum vel
conſequutiuũ iuris realis: ſed ſolũ cau-
ſat ius perſonale & per cõſeques nõ de-
bet trãſire cõtra ſingularem ſucceſſorẽ:
& iſtã diſputationẽ latè ꝓſequit Corn.
in cõſi.ccxviij.videtur in hac conſulta-
tione.ij.volu.& cõcluſiue dicit hãc opi.
Marti.& ſequacium eſſe veriorẽ ſed in
via deciſiua nõ eſſe recedendum ab opi.
Bar.& Bald.& ſequaciũ.remanet ergo
concluſio ꝙ pactum tale adiectum, pro
executione iuris realis in pignore trãſit
contra ſingularem ſucceſſorem haben-
tem cauſam à debitore. ¶ Et ſic iſta con
cluſio primò reſtringitur vt nõ proce-
dat contra ſingularem ſucceſſorẽ nõ ha
bentem cauſam à debitore vt probatur
in.l.ſæpe.in fin.ff.de rẽ iudi.licet ibi gl.
velit contrarium & malè ſecundũ Bar.
in.d.l.iij.¶ Secũdò reſtringitur vt nõ ha
beat locum niſi quando debitum eſt li-
quidum ex ipſo inſtrumẽto & ſic ineſſe
deductum:vt.l.ſi ſuperatus.§.j.ff.de pi-
gno.& tenet glo.in.d.l.iij.quam in hoc
approbat ibi Bart.¶ Tertiò reſtringitur
quando pactum fuiſſet appoſitum ad
executionem obligationis perſonalis,
videlicet pro actione perſonali & ſuper
pignore:quia tunc non poteſt exerceri
contra ſingularem ſucceſſorẽ, niſi prius
reſciſſa alienatione facta in fraudem: vt
inſti. de actio.§. itẽ ſi quis in fraudem.
ita no.Barto.in dicta.l.iij.in.v.colum.in
verſi.hoc præmiſſo.venio ad.q.¶ Octa-
ua concluſio eſt quòd quando debitor
non ſolum fecit pactum in pignore de
ingrediendo propria auctoritate : ſed
etiam conſtituit ſe poſsidere pro cre-
ditore per ſimplex conſtitutum vel
precarium : tũc ſi debitor dictam
rem alienauit in tertium poterit credi-
tor

tor vigore dictę clauſulę exercere dictũ
pactum pro executione iuris realis con-
tra dictum ſingularem ſucceſſoré : etiã
per vim data reſiſtentia de facto:qa ma
gis eſt defenſio quàm occupatio:vt.l.cũ
fundũ.& ibi no.ff.de vi & vi arma.Ita
tenet Barto.in.d.l.iij.in.vj.colũ.in ver.
ſed pone quòd debitor &c.& faciũt ea
quæ dixi.ſ.in.v.concluſione nu.14.&
idem firmat Salyc.in.d.l.iij.in.viij.q̃ſt.
per fundamenta facta per Bar. ¶ Nona
concluſio eſt quòd tale pactũ de ingre-
diendo ꝓpria autoritate & eius facul-
tas tranſmittitur etiã ad hæredem cre-
ditoris ita no.Alexan. poſt Ange.in.l.ſi
ita ſtipuler.poſt gl.ibi.ff.de verbo.obli-
ga.& ita etiam tenet Bald.in capit.j.§.
ſi quis verò.de pace iur.fir.& reddit ra-
tionem:quia iſtud pactum non eſt priui
legiatum ſed ius commune per no.in.l.
21 queretiario.ff.de pigno.actio.¶ † Deci
ma concluſio eſt quòd ſicut tranſit in
vniuerſalem ſucceſſorem creditoris:vt
dictum eſt in præcedenti concluſione:
ita & poteſt tranſire in ſingularem ſuc-
ceſſorem per ceſsioné:quia ſcilicet cedi
poteſt alteri ita tenent Bar. Ange.Imo.
Roma.in.l.j.§.fina.cum.l.ſequen.ff.de
no.ope.nun. cũ alijs ibi additis p Alex.
¶ Vndecima cõcluſio eſt quòd tale pa-
ctum poteſt exerceri per creditorem cõ
tra debitorem ſine iudice:quia contra
eum omnia ſunt liquida:ſed contra ter
tium poſſeſſorem,non eſt ita liquidum:
quia poteſt eſſe dubium,an habeat cau-
ſam à debitore,vel non.ergo iſtud de-
bet prius ſummarie liquidari corã iudi
ce iuxta.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.
ff.de re iudi.& tunc poterit etiam con-
tra tertium poſſeſſorem ingredi ꝓpria
authoritate & idem eſſet ſi manifeſtum
eſſet quòd poſſeſſor haberet cauſam à
debitore : quia abſq; alia liquidatione
poſſet ingredi propria autoritate per.l.
emptor.ff.de act.emptio.ita tenet Bar-
to.in.d.l.iij.in.iiij.quæſt.in verſic.Ad-
uerte tamen quòd contra ipſum debito-
rem &c. Et cum opinio.Barto.tenent
Imo.& Anto.de but.in capitu.quia de
iudi.Sed Saly.in.d.l.iij.in.xj.quæſt.di-
cit ſibi non placere.ver.Barto.& reſpõ-
dendo motiuis Bar.tenet ꝙ talis liqui-
datio non requiratur.¶ Sed opin.Bar-
to.& ſequacium tenet Soci.in conſi.
lxxxij.ſuper quæſtionibus in.iij.vol.
penul.col.in verſi.v.concluſio.vbi dic.
ꝙ licet quando in inſtrumento non ẽ
conſtitutum neq; precarium non ſufh-
citum vti pacto executiuo cõtra terti
poſſeſſorem non citatum vt volũt Bar-
to.Imo.& Anto.de bu.in locis.ſ.allega-
tis.Tamen quando in inſtrumento ẽ
cõſtitutum vel precariũ tũc pactũ exe-
cutiuum poteſt exerceri etiã contra ſin-
gularé ſucceſſorem nõ citatum & nego-
cio non liquidato:quia ex quo creditor
ciuiliter poſſidet poteſt ingredi & inſi-
ſtere in ſua poſſeſſione & turbare natu-
raliter poſſeſſionem iuxta no.in.l.clam
poſſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acq.
poſſeſ.& quia ingreſſus tali caſu dicitur
potius defenſio quã occupatio.d.l.cum
fundum.cũ ibi not.ff.de vi & vi arma.
¶ Remanet ergo vera cõcluſio Barto.ꝙ
cõtra tertiũ poſſeſſorem nõ poteſt exer-
ceri pactũ executiuũ niſi prius liquida-
to ꝙ ipſe habeat cauſam à debitore,vel
niſi hoc eſſet manifeſtum, vel niſi in in-
ſtrumento eſſet cõſtitutũ vel ꝓcariũ.&
ita de conſti.& precario firmatũ fuit.ſ.
in.viij.concluſione nu.20.Et idẽ eſſet
ſi creditor cùm dicto pacto conueniſſet
etiam ꝙ nõ liceret debitori rem pigno-
ratam alienare tunc enim venditio fa-
cta non valeret vt.l.ſi creditor.§.fin.ff.
de diſtrac.pig.& cõtra emptoré trãſiret
dictum



dictum ius executiuum.ita no.Bart.in
d.l.iij.in quarta.q.in verſi.ſed,an poſ-
22 ſit exhiberi remediũ &c.¶ † Duode-
cima cõcluſio eſt ꝙ ſi debitũ ꝓ quo eſt
datum pignus & initum pactũ de in-
grediendo non eſt liquidum in ipſo in-
ſtrumento,nec etiam liquidatur aut in
notorium deducitur per exercitium di
cti pacti:& tunc non poteſt dictum pa-
ctum exerceri:niſi prius facta liquida-
tione parte citata & dato libello:ita te
net Barto.in.d.l.iij.in.iij.quęſt.& iſtud
procedit,niſi in pacto eſſet dictũ quòd
liceat creditori ingredi pòſſeſſionem &
retinere pro quãtitate promiſſa: vel alia
probanda ante liquidationem ſeu decla
rationem ita firmat Barto.in.d.iij.quę-
ſtio.& idẽ tenet Soci.in.d.cõſil.lxxxij.
in quarta concluſione:qui tamen loqui
tur in pacto,in quo dictum fuit quòd
creditor poſsit ingredi abſq; alicuiꝰ iu-
dicis licentia vel requiſitiõe & abſq; re-
quiſitiõe debitoris:quia ſi per verba pa
cti licet ingredi & poſſidere antequàm
iudex adeatur vel requiratur,& ante
citationem partis ſequitur ſecũdum eũ
quòd etiam hoc licere debet ante liqui
dationem ex quo in liquidatione debet
iudex adiri & pars citari.cum ergo con
cedatur antecedés,ſcilicet ꝙ ſine requi
ſitione iudicis poſsit ingredi videt̃ etiã
cõcedi ſubſequens,ſcilicet ꝙ ſine liqui-
datione poſsit ingredi.l.ij.ff.de iuriſdi.
om.iudi.&.l.ad rem mobilé.&.l.ad le-
gatum.ff.de procura.& quòd talia pa-
cta valeant firmat Barto.in.d.iij.quæſt.
per.l.fin.§.fi.C.de iure dot.impe.& ſe-
quitur ibi Salyce.in.xj.quæſt.& tenet
23 Socinus in.d.conſilio.lxxxij.¶ † Ter-
tiadecima concluſio eſt:ꝙ licet vigore
pacti creditor poſſet ingredi,& adipiſci
poſſeſsionem propria autoritate : ſi ta-
men ex vrbanitate adiuit iudicé ſuper
hoc:tunc ſi iudex ſine citatione partis
concedit licentiam , talis licentia nihil
operabitur:ſed perinde erit ac ſi pars
propria autoritate fuiſſet ingreſſa quia
in quacunq; interlocutoria præiudicia
li requiritur citatio.l.de vnoquoq;.ff.
de re iudica.ita firmat Barto.in dicta.l.
iij.in.v.quæſtio.princi.relatis prius opi
nionibus antiquorũ:ad hoc ergo vt li-
centia iudicis aliquid operetur requiri
tur citatio partis.¶ Sed eſt dubium , an
etiam tunc requiratur libellus ſuper di
cta licentia impetranda?in hoc Barto.
ibi.in.d.v.quæſtio.dicit quòd ſi de di-
cta conuentione conſtat per inſtru.pu-
blicum poteſt procedi ſummariè & nõ
requiritur libellus prout proceditur in
executiuis.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper re-
bus.ff.de re iudi.&.l.minor.xxv.annis
cui fideicommiſſum.ff.de mino.& ꝓba
tur ſecundum Barto.quia ius exequen
di,quod competit ex conuentione par-
tium æquiparatur iuri quod competit
autoritate iudicis:vt.l.pe.C.de pigno.
actio.&.l.dotis.C.ſoluto matrimonio.
Si autem de dicta conuentione conſtat
ſolum per teſtes,tunc dicit Barto.quòd
debet dari libellus & lis conteſtari:quia
aliter teſtes examinati non poſſunt ca-
pi.quoniam frequenter.vt lit.conteſta.
24 cum alijs allegatis per Bart.† & cum
Barto.tranſit etiam Salyce.in.d.l.iij.in
quæſtio.xiij.Declarando tamen,& ſup
plendo dicta Bar.ꝙ iudex poteſt adiri
ſup dicto pacto duplici modo:vno mo-
do petendo ſe immitti & induci in poſ-
ſeſsionem.Secundo modo petendo ſibi
dari familiam & aſſociari vt poſsit in-
gredi propria autoritate ad euitandum
rixam:& ſi primo modo petatur,tunc
requiritur qualis qualis petitio reda-
cta in ſcripis quæ iudici concludat ad
implorationem eius officij & tunc pro-
cedat

cedat opinio. Barto. Si autem petatur
ſecundo modo, tunc ſecundum Salyce-
tum nulla petitio neq; ſcriptura requi-
ritur: quæ nota: vt ſcias practicare quã-
25 do occurreret. ¶ † Sed dubitatur in
prædictis quid ſi creditor poterat ingre
di propria autoritate: & tamen adit iu-
dicem, & citat partem & petit licẽtiam
ingrediendi & dat qualem qualem peti
tionem, an poſtea poterit recedere à iu-
dicio & ingredi propria autoritate? &
in hoc Bald. in. l. ij. in. x. quæſtio. C. de
ſerui. & aqua tenet quòd non: ne, ſcili-
cet iudicium incohatũ ſit ludibrio in-
cohatum, & ſit in poteſtate creditoris
illud euertere: quia poſtea quàm iudex
eſt aditus debet expectari & hoc firmat
etiam per alia de quibus ibi per eum.
Idem tenet Bald. in. l. edem. in penul-
tima colum. C. loca. & in. l. j. in prima co
lum. C. de execu. rei iudi. & Angel. in
repeti. l. nemo carcerem. poſt medium
in verſi. Item, an poſsit capi &c. C. de
exac. tribu. libro. x. & facit illud vulga-
re, ſcilicet viam quam elegiſti ea tibi pa
teat. l. ſi mulier. §. fina. ff. quòd met. cau
ſa. ¶ Intellige tamẽ prædicta, niſi in pe-
titione & aditione coram iudice facta:
fuerit proteſtatio & reſeruatio propriȩ
facultatis de ingrediendo propria auto
ritate poſſeſsionem: quia dictum iudi.
tali caſu videtur pendere cum iſta qua-
26 litate iuris reſeruati & proteſtati † &
quia proteſtatio ſeruat ius proteſtãti. l.
ſi fideiuſſor. §. fina. ff. qui ſatiſd. cogan.
& facit quod in ſimili dicitur in capi-
tu. ſolicitudinem. de appella. vbi dato ꝙ
qui appellauit à iudice ſi redeat ad eum
videatur renuntiare appellationi: vt in
capitu. gratum. de offic. delega. cum ſi-
milibus tamen ſi redeat ad iudicem cũ
proteſtatione quòd non intendit renũ-
tiare appellationi ab eo interpoſitȩ ipſa
proteſtatio iuuabit eum & poterit a-
pellans vtrũq; facere vt in. d. c. ſo-
licitudinem. vbi eſt caſus de hoc. &
ita latè diſputando & reſpõdendo omni-
bus quæ in contrarium allegari poſſ[...]
firmat Alexand. in cõſilio. cxxx. in ca-
ſtrazarolorum in penul. & vlt. colu.
vſq; ad finem. iiij. volum. & in conſ.
ſeq. in vlti. colũ. Idem tenet Iaſo. in l.
car. 68. in. iij. colũ. in verſi. nunquam
tem pendente iudi. C. de iure emp.
Sis ergo cautus quando velles adire iu-
dicem vt vtaris dicta proteſtatione &
reſeruatione. ¶ Quartadecima concluſ-
ſio eſt quòd quãdo creditor vigore di-
cti pacti ingreditur poſſeſsionem di-
quòd ingrediatur præcedente & ob-
ta prius licentia à iudice: tamen non
hoc dicetur habere pignus prætorium
ſed habebit ſolum pignus conuentiona-
le quia tali caſu iudex non intendit da-
ra pignus de nouo: ſed potius datum
firmare, & implere ſeu exequi. Nam
quo prior hypotheca eſt valida non p[o]-
teſt dici noua datio prout dicitur in
tore inutiliter dato in teſtamento. [...]
poſtea cõfirmato per iudicem quo ca[ſu]
dicitur datiuus & non teſtamentar[ius]
vt. l. neq;. & ibi per Cyn. C. de confir[ma]-
to. Ita firmat Barto. in. d. l. iij. in fin. [&]
27 Saly. ibi in. q. xiiij. ¶ † Quintadecima
& vltima cõcluſio in hac materia eſt
ad hoc vt creditor ingrediens vigore di-
cti pacti poſsit iuuari ex dicto pacto de-
bet conſtare quòd fuerit ingreſſus vigo-
do expreſſè dicta conuentione & licen-
tia ſibi data à debitore & quòd vigore
dictæ licentiæ acceperit poſſeſsionem
ita tenet Soci. in conſil. cxxxj. in præſen-
ti conſultatione in. iij col. in verſi. præ-
terea cum non in plus. j. volu. Mouetur
arg. no. in. l. j. ff. de cõdi. ex lege. & iſtud
videtur ꝓcedere etiã ſi poſtea pars de-
ceret ſe ingreſſum vigore dicti pacti: &
hoc habuiſſe in animo tempore ingreſ-
ſus: quia voluntas in mẽte retẽta nihil
operatur. l. ſi repetendi. C. de condi. ob
cauſam. ¶ Ego autẽ dubito de hac de-
ciſione Soci. quia actus qui poteſt geri
duob⁹ modis & vno modo geſtus facit
gerentem incidere in pœnam: alio mo-
do nõ: interpretari debet geſtus eo mo-
do vt non faciat incidere in pœnam. l.
apud Labeonum. §. ſi communem. ff.
de iniurijs. l. ſi quis ſeruũ. in fine. ff. de
ſeruo. corrup. & Bar. poſt gloſſ. in. l. non
ſolum. §. ſed vt probari. in. j. col. ad fi. ff.
de no. ope. nũcia. & ratio eſt quia præ-
ſumptio eſt ꝙ nemo velit delinquere:
vt ibi per Bar. & Iaſo. & in actu qui põt
fieri ſine delicto nõ debet includi deli-
ctũ Bal. in. l. j. in. v. opp. ad fi. C. de cõdi.
ob cauſam. per. l. merito. ff. pro ſocio.
28 ¶ † Item quando actus poteſt diuerſo
modo intelligi, debet declarari ab eo q
illum actũ fecit quo animo fecerit. Bar.
in. l. pro hærede. in princi. ff. de acquiré.
hæreditate: & ratio eſt quia in his quæ
conſiſtũt in animo ſtatur declarationi
eius qui geſsit actum vt inſtit. de actio.
§. aliæ. in glo. magna. idem tenet Barr.
in. l. gerit. in. iij. col. in verſicu. venio ad
29 quartum. ff. de acquiren. hæredit. † &
actus etiã perfectus ſemper & quando-
cunq; recipit formã declaratoriã: vt in-
quit Bal. in. l. precibus. in. iij. col. in ver.
ij. q̃ro. C. de impube. & alijs ſubſti. p. l.
hæredes palã. §. ſed ſi notã. ff. de teſt. qa
qui declarat nihil de nouo dicit facere
vt latè per Feli. in. c. ſuper quęſtionũ. in
princ. de offi. deleg. & latius in. c. quali-
ter & quãdo el. j. colũ. xiiij. de accuſa. &
per Alexã. in cõſi. lij. circa hanc. v. colũ.
iiij. vol. ex quibus videt̃ ꝙ creditor etiã
poſt ingreſſum poſsit declarare ſe fuiſſe
ingreſſum vigore dicti pacti etiam ꝙ
tempore ingreſſus iſtud nõ declaraue-
rit. ¶ Quinimo etiã ſine declaratione
videtur dicendũ, ꝙ præſumptio ſit, ꝙ
creditor videatur ingreſſus vigore dicti
pacti. per tex. & ibi not. in. l. quędam. ff.
de rei vendi tio. vbi eſt tex. quod ſi præ-
cedat titulus & poſtea ſequatur poſſeſ-
ſio: in dubio talis præſumitur poſside-
re ex titu. præcedenti: & ita etiam not.
Barto. in. l. ij. C. de acquiré. poſſeſ. ¶ Cõ
ſulerem ergo vt ante factũ creditor non
ponat ſe in iſta difficultate: ſed quando
vult ingredi declaret coram teſtibus &
notario rogato ſe intendere ingredi &
poſsidere vigore dicti pacti: ſed poſt fa-
ctum tenere etiam quòd dictus ingreſ-
ſus poſsit ſuſtineri & declarari factus
in virtute dicti pacti. ¶ Et per iſta ſit ex-
pedita preſens materia pacti executiui
de ingrediendo & poſsidendo propria
autoritate, potius per modum ſumma-
rij quàm tractatus. Nolui enim ſingu-
la proſequi: nec etiam prorſus obmitte-
re ne tractatus argui poſsit de imper-
fectione: in reliquis autem recurrendũ
erit ad Barto. Salyce. & alios in. d. l. iij.
30 ¶ † Tertiò, quæritur in materia an va
leat cõuentio inita inter creditorem &
debitorem, videlicet quòd debitor qui
dedit creditori fundũ in pignus ꝓ de-
cem cum pacto quòd fructus ſint credi
toris ꝓ vſuris: & debitori nũquã liceat
luere. ¶ Glo. mouet iſtã. q. in. l. qui Ro-
mæ. in prin. in gl. in ver. obtulerit. ff. de
ver. oblig. & diſtinguit ꝙ ſi factum fuit
pactum quòd debitori non liceat luere
intra annum ꝙ pactũ valet: ſecus ſi con
uentum fuit ꝙ in perpetuũ non liceat
debitori luere: quia iſtud pactũ magis
cõtinet alienationem quã obligationẽ.
Barto. ibi in primo membro q̃n. ſ. fuit
factum pactũ vt non poſsit lui ante an-
num. poſt Dy. diſtinguit ꝙ aut tempus
ann[i]

anni fuit adiectũ cauſa debitoris:& tũc ſolutio poterit fieri ante tẽpus.aut gratia ereditoris tantum vel creditoris & deditoris inſimul:& tunc ante tempus ſolui nõ poterit.aut dubitat̃ cuius gratia fuerit tẽpus adiectũ,& præſumitur gratia debitoris:& iſtã diſtinctioné dicit Bar.procedere,quãdo nõ apponitur vſura:ſed ſi apponatur vſura dicit Bar. ꝙ aut tẽpus apponitur curſui vſurarũ tantũ:nõ auté ad ſolutionem ſortis: & tunc põt ſolui ante tempus.l.acceptã. C.de vſu.aut apponitur ſolutionis ſortis & curſui vſurarum & mutuo cẽtum libras vſq; ad annum ad.x.deñ.pro libra in mẽſe & tẽpus apponitur per ver. infra vel ante vel ſimile & tunc poteſt ſolui ante tempus.ſi auté apponitur tẽpus per verſi.ad.& tunc nõ poteſt ſolui ante: ita diſtinguit Bart.& cum Bart. tranſeunt communiter docto.ibi.¶ In ſecundo,autem membro,videlicet quãdo fuit factũ pactum ꝙ in perpetuum debitor nõ poſſit luere:vt dixi.ſ.gl.tenet ꝙ nõ valeat pactum:quia eſt magis alienatio quã obligatio.& licet Alexan. Imo.& alij doc.in iſta ratione gl.variè loquantur: tamé vera intẽtio gloſſ.fuit ꝙ ideo non valet tale pactum ſuper pignore:quia per illud deuenit ad alienationem rei pignori datæ abſq; ſpe luitionis:ꝙ eſt contra naturam & ſubſtantiam pignoris: quia per pignus non fit alienatio.vt.l.pignus.ff.de pigno. Item eſt etiam cõtra naturam pignoris:quia cum per tale pactũ ſequatur alienatio & dominiũ tranſeat in creditorem,non poteſt modò in ea conſiſtere pignus.l. neq; pignus.ff.de regu.iur.&.l.ex ſextante.§.latinus.& ibi Bartol.ff.de excep.rei iudi.Eſt ergo concluſio gl.quòd tale pactum in vim pignoris non valeat intelligendo vt.ſ.& cum hac concluſione tranſeunt Bart.Alexan.& c[...]muniter doc.in.d.l.qui Romæ.in princip.¶ Et cum hac concluſione,concordat etiam Iaſo.ibi:addens quòd etiã iſtud pactum non valet:quia videt[ur] pactum.l.commiſſoriæ,vel ſimile pa[cto] l.commiſſoriæ,quòd in pignoribus [...] probatur.vt.l.j.& fi.C.de pact.pign. per latè in hoc adducta p Iaſ.nu.[...]

31 tribus ſequentibus.¶ † Sed dubit[...] ſi tale pactũ nõ valeat in vim pignor[is] vt.ſ.eſt cõcluſum,an ſaltẽ valeat in [vim] alienationis & vẽditionis?& in hoc [...] pha.cuma.ibi tenet ꝙ opi.gl.quæ [...] tale pactum indiſtinctè non valeat [...] teſt procedere quando in pactis [...] dictũ ꝙ debitori nũquã liceat luer[e] [in]uito creditore:ſed ſolùm eo volen[te] per iſta verba clarè datur intelligi q[...] partes voluerunt inire contractum [pi]gnoris,& nõ venditionis ex quo vol[ue]runt ꝙ creditor volens poſſit retin[ere] pignus & cogere ꝙ debitor luat & [...]tuat pecuniam:ꝙ non poteſt ita[...] venditione & hoc modo dicit R[...] poſſe ſaluari opi.gl.ꝙ pactũ nõ va[...] ¶ Sed ſtando in ſimplici pacto,ꝙ d[ebi]tor nũquã poſſit luere,ſine dicta [...]ditione: & ſic in meris terminis [...]cit Rapha.ꝙ glo.non eſt vera,ſed [...]le pactum valebit in vim vẽditionis [li]cet nõ in vim pignoris:& iſtam op[...] tra glo.tenet etiam ibi Pau.de caſt[ro] eam conatur ſubtiliter corrobora[...] ci.ibidem:dicit enim ꝙ licet contra[...] pignoris non poſſit virtute dicti pa[cti] in aliam ſpeciem contractus tranſi[re] ſic in venditionem.quia verborũ ſig[ni]ficatio repugnat: tamen ꝙ per tale pa[...]ctum contra ſubſtantiam cõtractus a[d]iectum partes videntur voluiſſe aliam ſpeciem contractus inire arg.l.[...] ff.de præſcrip.ver.per quem tex.ita de-

clarat Imo.in.l.vbi ita donat̃.ff.de dona.cauſa mor.& eſt tex.in.c.illo vos.de pigno.ſecundum intellectum Anto.de but.& aliorũ:& iſtud dicit Soci.ſenſiſſe etiam Cuma.¶ Tamen opi.& deciſionem glo.videlicet ꝙ pactum initum ſuper pignore ꝙ debitor nunquã poſſit luere:etiã abſq; ſubauditiõe Cuma.qui ſubaudit creditore inuito,ſed eo volẽte ſic: indiſtinctè nõ valeat:nec in vim pignoris,nec in vim venditionis tenet ibi Bar.Areti.Alex.Iaſ.& alij:& mouẽtur: quia tale pactũ eſt cõtra ſubſtãtiã pignoris:& propria verborũ ſignificatio non patitur ꝙ talis cõtractus poſſit tranſire in ſpeciẽ vẽditionis argu.l.cũ precario. ff.de præcario.& eorũ quæ notãtur per Bart.in.d.l.vbi ita donatur.ff.de dona. cauſa mor.& nõ habet obſtare motiuũ Soci.quia illud põt eſſe verum quando verba contractus non repugnarent:tũc enim pactum appoſitũ contra ſubſtãtiã contractus facit ꝙ partes videãtur velle facere aliam ſpecie contractus: quando ſcilicet verba ex propria ſignificatione non repugnãt:ſecus autem ſi diuerſitas verborũ repugnat iſte eſt tex.& ibi declarat Bart.in.d.l.vbi ita donatur.dicit enim ibi tex.& Bar.ꝙ pactũ appoſitum in contractu precarij,ꝙ nõ liceat reuocare,eſt cõtra ſubſtãtiã precarij:q̃a precariũ poteſt reuocari ad volutaté cõcedentis:& nõ poteſt tranſire in donationé:quia nomen precarij eſt penitus ſeparatum à nomine donationis: ſed ꝙ donatio cauſa mortis valeat in vim donationis inter viuos propter aliquod pactum contra ſubſtantiã do.cauſa mor. verborum ſignificatio non repugnat: ſed vbi non exprimitur aliquod nomé: contractus: ſed ſimpliciter conceditur hoc modo,videlicet concedo tibi talem rẽ hoc pacto ꝙ nõ liceat reuocare: tunc quia non eſt expreſſum nomẽ precarij, vel alterius contractus intelligi debet de illo contractu qui ex verbis melius colligi poteſt:ita dicit Barto.in.d.l.vbi ita donatur.In propoſito igitur noſtro verba pignoris adiecta in.qõ.gloſſ.non poſſunt adaptari ad venditionem, ſed repugnat omnino:merito nõ poteſt dici quod partes voluerint vendere prout dicit Soci.¶ Non obſtat ꝙ pactum, ꝙ nõ liceat vnquã debitori luere pignus, nõ ſit contra ſubſtantiã contractus, ſed contra naturam:quo caſu non vitiatur, per no.per gl.& doc.in.l.pacta cõuẽta. ff.de contrahen.empt.vt dicebat Soci. Quia imò contra ſubſtantiã cõtractus dicitur eſſe quando inter contrahentes intendebatur fieri vnus contractus: & pactum facit ꝙ inducatur alius contractus diuerſus in quo partes nõ conſentiunt vt no.Bald.in.l.ad exactionem.in fi.C.de po.promiſ.& ſicut pactum adiectum in precario qnod nõ liceat illud reuocare dicitur cõtra ſubſtantiã cõtractus precarij.vt inquit Barto.in.d.l.vbi ita donatur.ita & pactum adiectum in pignore ꝙ nunquã debitori liceat luere, eſt contra ſubſtantiam pignoris: vt in titulo.C.de lutio.pigno.& probatur quia quando pignorata eſt res pro tanta quantitate quòd veriſimiliter non ſit ſpes luitionis,non dicitur pignorata,ſed alienata:vt per Barto.& Alexand.in.l. qui habebat.in princip.ff.de lega.iij.& per conſequens, & non puto recedendum ab opinio.gloſſ.Barto.Alexand.& ſequacium quæ eſt communis & vera.

32 ¶ † Et adde prædictis quòd ſicut non valet pactum quòd debitori non liceat luere pignus in perpetuum, ita etiam non valet quod non poſſit luere infra. xxx.annos: quia talis etiam cenſetur perpetua prohibitio luitionis, & per conſe

conſequens alienatio vt not.gl.ſi.in.l.ſi.
C.de pac.pigno & ibi ſequuntur Bald.
& Salyc.& referunt Alexan.& Iaſ.poſt
alios in.d.l.qui Romæ.in princi.¶ Item
adde quòd tempus præfixum ad luen-
dum non currit quando propter impe-
dimentum guerræ,vel aliud,luitio fie-
ri non potuit vt per Roma.ccccxxxv.
33 in præſenti conſultatione &c.¶ † Quar
tò, quæritur,an in re quæ vendit poſ-
ſit apponi pactum,quòd illa res ſit ſpe-
cialiter hypothecata pro aliquo debito
ipſius emptoris, puta pro dote vxoris
illius: & tale pactum faciat quòd di-
cta mulier pro dote licet poſterior in
tempore alijs creditoribus dicti empto-
ris debeat illis præferri in dicta re em-
pta ſpecialiter ei hypothecata?quæ quæ
ſtio frequenter cõtingit in ciuitate Flo-
rentiæ,& facit dubiũ: quia ex quo an-
teriores creditores habent generalem
hypothecam in bonis emptoris in qua
veniunt etiam bona futura iuxta.l.fi-
na.C. quæ res pigno. obliga.poſſunt.
non videtur quòd ille emptor potuerit
eis præiudicare:quia licet debitor poſ-
ſit præiudicare creditoribus chirogra-
farijs in acquirendis.l.qui auté.in prin-
cip.& .§.j.ff.quæ in frau.credi.Tamen
ſecus eſt in creditoribus habẽtibus hy-
pothecam: vt inter creditorem chiro-
grafarium & hypothecarium diſtinguit
Petr.de ancha.in conſil.cj.ex prædicto
themate ad fin.per multa:de quibus ibi
per eum: & maximè per text.vbi dicit
eſſe caſum de hoc in.l.in fraudé.in prin.
& in.§.idemq; iuris.ff.de iure fiſc.vbi
debitor in cuius bonis fiſcus habet ta-
citam hypothecam non poteſt in prçiu-
dicium fiſci repudiare ius ſibi delatum:
& hoc ꝑpter tacitã hypothecã quã ha-
bet fiſcus in eius bonis.Et non obſtat ſi
dicatur ꝙ illud ſit in dicto tex.propter
priuileg.fiſci & nõ propter dictã tacitã
hypothecã quia reſpõdet ipſe ꝙ hoc nõ
eſt verũ cũ fiſcus in dubio præſumatur
velle vti iure priuati: vt.l.j.& l.cogi.&
ibi per doc.C.de peti.hæredit.& quia in
creditis exigendis magis ſunt priuile-
giati priuati creditores quã fiſcus.l.ſi
placuit.ff.de iure fiſ.vnde ſi dicta repu-
diatio nocet alijs priuatis creditoribus
d.l.ꝙ auté.fortius debet nocere fiſco:
cũ auté in.d.l.in fraudé.in princi.& in
d.§.idemq; iuris aliud dicatur: oportet
de neceſsitate dicere ꝙ illud operatur
ibi tacita hypotheca ita ibi tenet Petr.de
ancha.qui etiã ad hoc mouetur plu-
bus alijs rationibus vt ibi videri põt:&
iſtud idẽ refert & ſequit̃ inſignis doct.
d.Franc.pepius Florentinus inter cõſ.
Soci.iiij.vol.cõſi.lxxvj.quia per dom-
34 num.¶ † Tamen præmiſsis nõ obſtan-
bus cõtrariũ de iure verius eſſe arbitror:
videlicet ꝙ vẽditor in vẽditione rei ſuæ
poſsit in ipſa vẽditione apponere dictũ
pactũ ſpecialis hypothecæ in fauoré a-
cuius ſpecialis creditoris dicti emptoris
etiã poſterioris tẽpore in præiudicium
anteriorũ creditorũ:qa regulariter do-
minus in traditiõe rei ſuæ põt quaſcũq;
cõditiones & pacta apponere.l.in tradi
tionibus.ff.de pac.& l.legẽ.C.e.ti.vnde
dicit Bal.in.l.nulla.C.de iure dot.ꝙ in
venditione rei ſuæ quicquid nõ inuenit
prohibitũ cẽſetur permiſſum:& ita te-
net Soci.in conſi.cxviij.primo aſpectu.
ij.vol.duplicato per errorẽ in cõſi.lxx-
v.iiij.vol.& ita etiã probatur ex text.in
l.qui abſenti.§.j.ff.de acqui.poſ.iunctis
not.per gloſſ.& docto.ibi.¶ Iſtud ta-
men ſanè intelligendum eſt,videlicet
ſi tale pactũ adijciatur ab initio contra
ctus ante traditioné,vel ſaltem in ipſa
traditione: ſecus autem ſi adijciatur
poſt traditionem rei. quia tunc non
poſſet præiudicare anterioribus credito
ribus emptoris quibus immediatè per
ipſam traditionem & dominij traſlatio
nem factum in emptorem eſſet acquiſi-
tum ius hypothecæ:ita tenet Bald.in.l.
ſi.C.commo.& in.l.eam cui.C.de act.
35 & obligat. † vbi illud quod dicitur in.l.
Iulianus.§.offerri.ff.de actio.emp.vide
licet quod venditor in re vẽdita dicitur
habere ius quaſi pignoris propter quod
poteſt retinere rem venditam pro ſuo
pretio conſequendo, dicit habere lo-
cum ante traditionem rei venditæ fa-
ctã emptori:ſed ſi iam deuentum eſſet
ad traditionem:tunc niſi ab initio con-
contractus venditor pepigiſſet vt res vẽ
dita pro pretio remaneret ſibi hypothe
cata: non poterit dici quod remanſerit
hypothecata, & venditor in ea non po
terit amodo præferri alijs creditoribus
emptoris,etiam ſolam perſonalem obli
gationem habentibus:& mouetur Bal.
per text.in.l.j.§.fin.cum gloſſ.ff.de re-
bus eorum. & ipſum refert & ſequitur
Alexand.in.l.ſi cùm dotem.§.fin. ad fi.
ff.ſolut.matrimo.¶ Sed inſurgit in præ-
dictis vna difficultas,videlicet quid ſi ta
le pactum non fuit adiectum ab initio
contractus,nec etiam in ipſa traditione
rei: ſed poſt rei traditionem in eodem
cõtractu antequam contractus eſſet ab-
ſolutus,an tunc tale pactum operetur
eundem effectum in fauorem ſpecialis
hypothecæ adiectæ pro ſecundo credi-
tore in prçiudi.aliorum anteriorum cre
di.emptoris? & videbatur dicendum
quod ſic per illam regu. quæ eſt, quod
ea quæ incontinenti fiunt videntur in-
eſſe,ſiue in principio,ſiue in fine contra
ctus fiant.l.lecta.ver.dicebam.ff.ſi cer-
tum pet.& quia ante contractum abſo-
lutum non videtur ex eo ius perfectè
quçſitum.l.contractus.C.de fide inſtr.
& ita videtur velle gloſſ.not.in.l.in bo-
nefidei.in ver.incontinenti. C. de pact.
quç vult quod illud dicatur fieri incon
tinenti quod fit in ingreſſu vel egreſſu
contractse antequã paciſcentes ad alia
diuertant: & dictam glo.ſequuntur ibi
Oldra.Bald.Ang.& Bar.in.d.l.contra-
ctus.& Bald.in.l.petens.C. de pact.in
xv.colum.& comprobat Alex.in.d.l. in
bonç fidei.ad fin. Subdens ibi quòd in
dubio partes non prçſumuntur habuiſ
ſe contractum pro abſoluto, ſi nondum
diuerterunt ad extraneos actus per alle
gata ibi per eum:& propterea in termi-
nis noſtræ. q. videtur dicendum quod
ſufficiat apponere dictum pactum in
quacunque parte contractus, ſiue ante
traditionem,ſiue poſt:dummodo hoc ſi
at antequàm partes deueniant ad extra
neos actus,& ſic ante contractum abſo
lutum. ¶ Nihilominus contrarium de
iure puto verius,videlicet ꝙ requiratur
quòd tale pactum ſit appoſitum in ini-
tio contractus vel ſaltem in ipſa tradi-
tione rei:& iſtud iudicio meo probatur
per text.in.d.l.j.§.fin.cum.l.ſeq.ff.de re
bus eorum. vbi eſt text. quod ſi minor
emit rem pacto adiecto â venditore vt
res vendita remaneat ſibi obligata, do-
nec ei pretium ſoluatur à minore emẽ-
te:non valet tale pactum & conſtitutio
pignoris in fauorem venditoris: qa vbi
dominiũ rei venditæ cœpit eſſe quæſi-
tum minori ementi:quod fit mediante
ipſa traditione vt declarat gloſſ.non po
tuit ampliusdicta res per minorem obli
gari ipſi venditori ſine decreto:& tamẽ
vt ſubditur ibi in.l.ij.videbatur dicen-
dum contrarium:ex quo enim pignus
incontinenti fuerat adiectum in dicto
contractu videbatur quòd dominium
eſſet quæſitum maiori cum dicta obli-
gatione pignoris,& quòd venditor qua
ſi ab

ſi ab initio inhæſerit pignori : ita dicit
ibi tex.licet(vt ibi ſubditur ) aliud eſſet
ſi pupillus emiſſet à fiſco cū dicto pa-
cto & obligatione:tunc enim fauore fi-
ſci valeret obligatio:quod tamē intel-
ligit ibi gl.non ratione pacti & expreſ-
ſe obligationis:ſed ratiōe tacitæ hypo-
thece introductæ à iure fauore fiſci : vt
l.ij.C.in quib⁹ cau.pig.taci.contraha.
& ſic probatur ibi,quòd pactum hypo-
thecæ,& piguoris adiectum per vendi-
torem in re vendita in eodē contractu
poſt traditionem non cauſat pignus,
quando venditio facta fuit inter priua-
tos : ſecus autem ſi tale pactum fuiſſet
adiectum: ante traditionem rei vendi-
te:& ita etiam illum textū intelligit ibi
Bal.videlicet quod ad hoc vt pactū ſu-
per hypotheca rei venditæ adiectū per
venditorē valeat:requiritur quod nul-
lo momento temporis res vendita fue-
rīt libere in dominio pupilli emptoris.
ſed quod ad eum tranſierit cum dicta
affectione:vnde ſi trāſlatio dominij pręcesſit pactum de hypotheca: non valet
pāctū:& ex hoc dicit Bal.eſſe ibi caſum
in quo valet cōtractus,& tamen nō va-
36 let pactū in eo appoſitum.¶† Ad idem
optim⁹ tex.in.l.licet.C.qui po.in pig.
hab.vbi habetur ꝙ res empta ex pecu-
nia vnius creditoris eſt nihilominus
obligata priori creditori emptoris,& il
le præfertur ſecundo creditori ex cuius
pecunia res empta fuit. Niſi ſtatim in
emptione dictæ rei cōuentum fuerit ꝙ
illa res eſſet ſpecialiter obligata ſecun-
do creditori , ex cuius pecunia empta
fuit. Ita eſt ibi text.ex quo apparet qđ
ad hoc vt res empta ꝑ debitorem meū
poſsit mihi obligari in pręiudicium al-
terius anterioris creditoris:debet talis
ſpecialis hypotheca apponi ſtatim in
ipſa emptione : & facit etiam text.in.l.
37 quāuis.C.de pign.¶† Et ita videnť in-
telligenda not.per Pau.de caſt.& alios
in.l.cōtra iuris.§.j.ff.de pac.vbi volūt
ꝙ adminiſtratores,vt ſunt tutores,pro
curatores,& alij poſſunt in actu contra
hendi præiudicare eorū principalibus
apponendo in contracto pacta reſoluti
ua ipſius contractus: videlicet ꝙ iſtud
ſit verum,quando talia pacta apponan
tur in initio contractus,vel in traditio-
ne rei:ſecus aūt ſi apponantur poſtea.
¶Et per hoc in ſpecie decidit ibi Paul.
de ca.ꝙ tutor emens pro pupillo poteſt
tempore quo emit apponere pactū de
reuendēdo quandocunq; venditor re-
ſtituet pretium,& quòd tale pactū va-
lebit:& ita refert ibi Iaſ.Nā etiā iſtud
intelligi debet quando tale pactum in
initio contractus,vel ſaltem ante tradi
tionem rei venditæ appoſitū fuit:ſecus
autem ſi appoſitum fuerit poſt tradi-
tionem rei per text.in.d.l.j.§.fi.cum.l.
ſequen.ff.de rebus eorū.¶Et pro præ
ctorum confirmatione optimè faciunt
no.per glo.& docto.in.l.ij.ff.de in diē
adiectio.& in.l.obligationum fere.§.cō
ditio.ff.de actio.& obliga.vbi ad cogno
ſcendum,an contractus ſit purus & re-
ſoluendus ſub conditione. An verò cō-
ditionalis attēdi debet,an cōditio adij-
ciatur ab initio ſubſtantiæ contractus:
quia tunc erit conditionalis : an verò
conditio adijciatur ex poſt reſolutioni
ipſius contractus : quia erit purus ſed
reſoluendus ſub conditione adiecta
38 licet in vltimis voluntatibus ſit aliud:
quia ſiue ab initio adijciatur conditio,
ſiue conditio apponatur reſolutioni
actus:ſemper diſpoſitio reputatur con-
ditionalis: vt vult gloſſ.in.d.l.ij.& eſt
text.& ibi Bartol.Soci.& alij in.l.qui-
bus diebus.§.quidam Titio.ff.de con-
ditio.& demonſtrationi.& ratio diffe-
rentiæ



rentiæ inter contractus & vltimas vo-
luntates aſsignatur ibi per Soci.
39 ¶† Et non obſtat illa regula , quòd ea
quæ incontinenti fiunt,cenſeantur in-
eſſe.d.l.lecta. verſi.dicebam.quia dicta
regula non videtur procedere reſpectu
traditionis & trāſlationis dominij : ea
ratione,quia facta traditione in contra
ctu emptionis & venditionis etiam qđ
nondum contractus ſit abſolutus tran-
ſit dominium rei venditæ in emptorē:
ita tenet Bulga.gloſator:mutata priori
opinione in.l.contractus.in glo.in ver-
ſi.vel id.C.de fide inſtrumen.& ibi ſe-
quuntur Barto. Bald.& Salycetus , &
communiter alij:& ratio eſt quia licet
contractus non ſit perfectus:tamen ſuf
ficit quod adſit conſenſus qui eſt cauſa
immediata trāſlationis dominij vt de-
clarant ibi Bald.& Salycetus : vnde cū
dominium ſit tranſlatum , etiam quòd
contractus nondum ſit abſolùtus , non
poſſunt pacta incontinenti adiecta af-
ficere dominium iam tranſlatū in em-
ptorem cùm iam ſit ei quæſitum ius:
ſecus autem eſt in alijs contractibus in
quibus non agitur de tranſlatione do-
minij:quia in illis non dicitur ius perſe
ctè quæſitum alteri contrahenti ante
abſolutum ipſum contractum: ſed do-
minio quæſito emptori ius hypothecæ
competens creditoribus emptoris: fuit
etiam quæſitum in dicta re empta per
eorum debitorem immediatè quod do
minium in ipſum debitorem fuit tranſ
latum:& ideo amplius eis præiudicari
non poteſt per aliquod pactum.l.id qđ
noſtrum.ff.de regulis iuris.
40 ¶† Corroboratur etiam hoc:quia di-
cta regula ꝙ ea quæ incontinenti fiunt
cēſenť ineſſe:de qua in.d.l.lecta.verſic.
dicebam.procedit per quandā fictionē:
vt declarat Bar.in.l.ſi is qui pro empto
re.in.iij.col.ff.de vſucapio.& no.Iaſ.in
d.l.lecta.in.d.verſi.dicebā:& ad eſſe fi-
ctionis tranſlatiuè de tēpore ad tēpus
& de loco ad locum requiriť habilitas
extremorum.alias effectus fictiōis non
procedit:vt latè per Bar.in.d.l.ſi is qui
pro emptore in materia extremorū,vn
de cū tempore pacti adiecti poſt tradi-
tionem:iam dominiū nō ſit apud ven-
ditorem:ſed tranſlatú ſit in emptorem
deficit extremum ad ꝙ videtur ipſum
dominiū in quo reſidet hypotheca : &
per conſequens ceſſat regula prædicta
fundata in fictiōe.¶Aduerte tñ ꝙ dictū
pactū adiectū etiā poſt traditionē valet
quoad ſolū præiudicium emptoris:ſed
non quoad præiudic.creditorum.vt di
ctū eſt:& ꝙ valeat quoad præiudicium
ipſius emptoris probať arg no.ꝑ Bart.
in.l.aliena.in prin.ff.de pign.actio.& in
l.ſi indebitū.§.fi.ff.rem ratam habe.&
eorum quæ habēťur per Soci.in conſi.
cxxvj.in cauſa ſecūdi decreti in.iiij.vo-
lu.vbi habeť ꝙ ſi procurator nō habēs
idoneum mandatum obligauit rē do-
mini vni,& poſtea eā dominus obliga-
uit alteri:& demū dñs ratificauit obli-
gationē factā per procuratorē:ꝙ ratifi-
catio domini valet in præiudiciū ipſius
domini:ſed quoad præiudiciū credito
ris cui dñs ante ratificationē obligauit:
ratificatio nō trahitur retrò : quia ante
ratificationē ius erat quæſitū ipſi credi
tori cui dñs obligauit:ita & in propoſi-
to pactū adiectum poſt traditionē fa-
ctam emptori valet, quoad præiudiciū
ipſius emptoris:licet nō præiudicet cre
ditoribus ipſius quibus ius fuerat quæ
ſitum per ipſam traditionem,& domi-
nij tranſlationem. ¶Præterea ſecundo
modo poteſt reſponderi ad regulā præ-
dictam.d.l.lecta.ver.dicebam.quòd di-
cta reugla nō habet locum,qñ contra-

ctus principaliter ſit pro vno, & pactũ
apponitur pro alio: tunc enim tale pa-
ctum non informat actionem ex dicto
cõtractu ita tenet glo. magna ante me-
dium in.l.petens.C.de pac.& ibi Bart.
in.ij.colũ.in fi.& .j.q.& latè firmat Iaſ.
in.d.verſi.dicebam.in antepe.col.in.j.
limitatione vnde cum cõtractus vendi-
tionis fiat cum emptore: pactum autem
quòd illa res vẽdita ſit hhpothecata pro
credito alterius fiat pro alio ceſſat.d.re
gula. quòd pacta cenſeantur ineſſe ad
informandum cõtractum ſuper quo ap
ponuntur. ¶Tertiò, reſpõdetur ad di-
ctam regulam ꝙ illa non habet locum
in actibus momentaneis: ita not. Bald.
in.c.dilectus.in.j.col.ad fi.de fide inſtr.
per tex.in.l. Thais.§.intra.ff.de fidei-
com.lib.& refert Iaſo.in.d.l.lecta.in.x.
col.vnde cùm traditio & tranſlatio do-
minij ſit actus momentaneus: quia mo
mento expeditur, non habet locũ in ea
41 dicta regula. ¶†Non obſtat quòd de-
bitor non poſsit præiudicare creditori
hypothecario in acquirendis iuxta no.
per Petr.de anch.in.d.conſi.cj.quia il-
lud poſſet procedere quãdo acquiſitio
tota penderet ex voluntate ipſius debi
toris acquirentis puta in aditione hæ-
reditatis vel huiuſmodi actibus depen-
dentibus ex volũtate acquirentis tan-
tum: & ita loquitur.d.l.in fraudem.in
princi.&.§.idemq; iuris. ſed in actu &
cõtractu dependẽte etiã ex voluntate
alterius vt in emptione & vẽditione ceſ
ſant dicta iura: quia dominus rei ven-
dendo in traditione poteſt apponere
quaſcunq; cõditiones, & pacta quę vult
regulariter loquẽdo.d.l.in traditioni-
bus. Vlteri⁹ ad.d.regu.d.l.lecta.ver.di-
cebam datur alia reſpõſio, videlicet qđ
dicta regula ꝓcedat, qñ act⁹ ſit ab habẽ
tibus poteſtatem de nouo inchoandi
actum: tunc enim verũ eſt quod ea quæ
fiunt incõtinenti cenſentur actui ineſſe
ſecus eſt qñ actus ſit ab illo qui nõ poſ-
ſit actũ de nouo facere ita colligitur ex
no.per Imo.in.l.iudex poſtquã.ff.de re
iud.quæ refert Alexan.in conſi.xc.ferè
omnis pe.col.ver.præterea gl.j.volu.In
quibus locis inferũt ex hoc quòd iudex
poſt verbũ cõdẽno in ſentẽtia prolatã
ſimpliciter: nõ poteſt ſuã ſentẽtiã corri
gere etiã ſi correctio fieret antequã iu-
dex diuertat ad extraneos actus: quia
iudex poſt cõdẽnationẽ vel abſolutionẽ
nõ põt aliquid de nouo facere ꝑ allega-
ta in locis prædictis: vñ ſi aliquid vult
addere dicto verbo cõdẽno vel abſoluo
debet illud addere in eodẽ orationis cõ
42 textu. †quia eſt magna differẽtia, an
aliqđ fiat in eadẽ oratione, an in diuer-
ſa vt patet ex no.in.l.ſi quidẽ.C.de ex-
ce.& in.l.exceptionẽ.C.de proba.& ex
no.ꝑ glo.in.l.itẽ labeo.§.j.ff.fami.er.
no.ꝑ Bar.& Ang.in.d.l.iudex poſtq.
procedũt qñ adiectio ſit in eadẽ orat.
ita tenet Alexã.in.d.cõſi.xc.in pen.col.
poſt Imo.in.d.l.iudex poſtquã.¶In ca-
ſu aũt noſtro poſt dominij tranſlationẽ
in emptorem & ex cõtrahẽti ius hypo-
thecæ acquiſitũ anterioribus credito-
bus emptoris ipſe vẽditor nõ poſſet de
nouo actũ facere ſuper dicta re in præ-
iudiciũ dictorũ creditorum.arg.l.id ꝙ
noſtrum.ff.de reg.iu.& per cõſequẽs
ceſſat dicta regula.d.l. lecta.verſi.dice-
bã.&.d.l.contractus.C.de fid.inſtru.&
remanet firma cõcluſio ꝙ tale pactum
ad hoc vt præiudicet anterioribus cre-
ditoribus emptoris debet apponi in ini
tio contractus, vel ſaltem in ipſa tradi-
tione rei vẽditæ. quæ no.q a quæſtio eſt
contingibilis. ¶Vltimo dubitaꝰ in iſta
materia pactorũ, quid ſi creditor fecit
pactum cũ debitore vt res ſibi obliga-
ta non poſsit alienari per ipſum debito
rem. an ſi ſequaꝰ alienatio facta ꝑ debi-
toré valeat in ꝑiudiciũ creditoris? Et di
cendũ eſt ꝙ nõ per tex.in.l.ſi creditor.
§.fi.ff.de diſtrac.pig.& ibi not.Bar.ſe-
cũdũ Piſanã.intelligẽdo tñ ꝙ dicta res
ſit ſpecialiter obligata creditori: vt la-
tius dixi ſupra in.ij.parte in.vj.differẽ
tia. Et prædicta ꝓcedũt quãdo debitor
cõtra dictũ pactũ de nõ alienãdo dictã
rẽ venderet inuito, vel inſcio creditore.
ſed ſi debitor ꝓ ſuo intereſſe inſtaret vt
vel creditor venderet, vel ꝑmitteret ꝙ
ipſe debitor poſsit vẽdere & præſtaret
cautionem.iuxta.l.quãuis.in prin.ff.de
pig.acti. &.l.ſicut.§.illud.verſi.tutius.
ff.qui.mo.pig.vel hyp.ſolu.ꝑ quã Bart.
ibi in fi.dicit determinari.d.l.quamuis
putarem ꝙ debitor iſtud deberet impe
trare: qa dictũ pactũ operatur ꝙ debi-
tor nõ poſsit vendere inſcio vel inuito
creditore: ſed nõ tollit facultatẽ debito
ri impetrãdi ꝙ creditor vendat: vel ſal-
tem ſibi ꝑmittat vẽdere ꝑſtita cautiõe.
de qua.ſ.& faciũt ad hoc no.ꝑ Bar.in.l.
creditoris.ff.de diſt.pig. Aliàs eſſet val-
de indecẽs ꝙ res pignorata q̃ fortè va-
let vltra duplũ quã ſit debitũ nõ poſsit
vendi ad bñficiũ debitoris: vt dicit tex.
in.d.l.quãuis.que nõ debet cenſeri cor-
recta per.d.l.ſi creditor.§.ſi.argumẽ.l.
præcipimus.C.de app.cum vulga. Su-
per quo tamen cogita: quia docto.non
tangunt. Et per hæc eſt expedita quar-
ta pars iſtius tractatus.

## ¶Quinta pars principalis.

SEquitur modò quinta pars principalis huius tractatus, in qua veniũt examinãdi effectus, qui producũtur & reſultant ex hypothecis & pignoribus. Et diuiditur iſta pars in quinque membra. In primo membro videbimus de pluribus effectibus in genere ex hypothecis, & pignoribus reſultantibus. In ſecundo de pluribus effectibus ex prioritate & poſterioritate reſultantibus. In tertio de iure offerendi quod competit in pignoribus & hypothecis. & de eius effectibus. In quarto de iure retinendi res ex cauſa pignoris & hypothecæ: & de expenſis melioramentorum. In quinto videbimus de fructibus pignorum.

### Summarium.

1 *Promittens dare fideiuſſores, an dando pignus inuito creditore liberetur.*
2 *Creditor non poteſt inuitus aſtringi ad pignorum cuſtodiam.*
3 *Sufficientia debitoris quodammodo liberat eum à ſatiſdatione.*
4 *Satiſdare coactus, an dando pignora vel fideiuſſores liberetur.*
5 *Debitor alternatiuè promittens, vel ſoluere, vel dare pignora, an dans pignus liberetur.*
6 *Regula quod in alternatiuis electio ſit debitoris, procedit quãdo alternatiua cadit inter duo quorum vtrũq; eſt in obligatione & ſolutione.*
7 *In alternatiua exigendi electio eſt agentis.*
8 *Datio pignoris quid operetur & ad quid fiat.*
9 *Obligatus ad nudam cautionem, an liberetur promittendo ſub hypotheca ſuorum bonorum.*
10 *Rex hypothecata pro ſorte, an cenſeatur hypothecata etiam pro vſuris.*

11 *Hypotheca tacita introducta à iure pro legatis, an competat etiam pro vſuris legatorũ.*

12 *Hypotheca tacita reſpectu vſurarum conditionaliter debitarum cuius temporis reſpectu ſit attendenda.*

13 *Fictio cuius ſit naturæ, & an ſemper habeat iuris effectum.*

14 *Hypotheca tacita vel expreſſa conditionalis licet conſtituatur ab initio actus: tamen ex ea non oritur actio, niſi purificata conditione.*

15 *Cõditio quo caſu retrotrahatur & quo caſu non.*

16 *Specialitates plures circa idem à iure inductæ poſſunt concurrere.*

17 *Hypotheca tacita à principio pro dote introducta non extenditur ad augmentum dotis, & quare.*

18 *Hypotheca tacita non eſt deterioris conditionis quàm expreſſa.*

19 *Hypotheca tacita quæ datur pro legatis cõſtituitur tempore mortis teſtatoris ſub conditione legati: & ex ea non oritur actio, niſi purificata conditione.*

20 *Hypothecata tacita quæ competit pro legatis conditionalibus non trahitur retro purificata conditione: ſicut in contractibus.*

21 *Tex. l. qui balneum. §. j. ver. ſed ſi hæres. ff. qui potio. in pig. hab. de quo pignore ſit intelligendus.*

22 *Tacita hypotheca competens pro legato conditionali, & vſuris non trahitur retro purificata cõditione in præiudicium emptoris vel creditoris qui ab hærede acquiſiuit ius in bonis teſtatoris: pendente conditione.*

23 *Pignus non poteſt conſtitui, neq; dari adiecto ſolutioni.*

24 *Emens rem alteri hypothecatam, an teneatur ſoluere pretium venditori priusquàm res vendita ſit libera.*

25 *Conditio ſuſpenſiua impedit obligationem.*

26 *Creditor non dicitur is qui ſub conditione creditor eſt.*

27 *Dubius euentus alicuius conditionis quãdo ſit in conſideratione.*

28 *Vendens rem alteri hypothecatam ſub conditione non tenetur de dolo.*

29 *Viro ad inopiam vergente licet mulieri agere ad conſignationem dotis.*

30 *Actio pro dote regulariter non competit conſtante matrimonio.*

31 *Mulieri agẽti ad bona mariti hypothecata, an poſſit per creditores offerri dos in pecunia & peti relaxatio bonorum cum ceſſione iurium dotalium.*

32 *Mulieri in cauſa dotis agenti fauendum eſt.*

33 *Mulier an in caſu inopiæ mariti poſſit illius bona omnia occupare.*

34 *Mulier, an conſtante matrimonio poſſit, impedire hypothecam bonorum ſui mariti.*

35 *Mulier poteſt in cauſa dotis bona mariti fiſco publicata vendicare.*

36 *Retentio dotis quo caſu competat hæredibus contra vxorem defuncti.*

37 *Redditio rationis quæ fienda eſt pro adminiſtratione tutelæ non poteſt ſeparari: ſed in ſimul tota reuideri.*

38 *Mulier an poſſit actionem ſibi pro dote competentem ratione inopiæ emergentis alteri cedere.*

39 *Actio ſubſidiaria non habet locum in materia hypothecaria.*

40 *Mulier poteſt agere vtili rei vendicatione ad rem emptam ex pecunia dotali: & ad rem æſtimatam in dotem ſi maritus non ſit ſoluendo.*

41 *Hypotheca conuentionalis adiecta pro principali obligatione non ſe extendit ad pœnam in contractu appoſitam reſpectu priuilegij.*

42 *Lex. ij. C. de reſcin. vendi. an locum habeat in contractu pignoris.*

43 *Re empta minus iuſto pretio & alteri quàm emptori hypothecata, an teneatur emptor reſtituere eam: & an liberetur iuſtum pretium ſupplendo.*

44 *Venditione facta cum pacto de reuendendo infra certum tempus ſi fiat reuenditio hypothecæ factæ ſuper illa re per emptorem cenſentur reſolutæ.*



45 *Donatione reſoluta defectu inſinuationis &c. videtur etiam reſoluta hypotheca cauſata penes donatarium.*

46 *Diſpoſitio. l. quoties. C. de rei vendi. an locum habeat in pignore.*

47 *Pœna falſi qua tenetur vendens rem duobus, non habet locum in pignorante rem duobus.*

48 *Pretium an in hypotheca ſuccedat loco rei.*

49 *Actio & paſſio non ſtant in eodem ſubiecto.*

50 *Hypothecaria non extinguitur cum perſonali ſi perſonalis de rigore tollatur.*

51 *Hypothecaria ſua conditione durat quouſq; ſit ſolutum & ſatisfactum creditori.*

52 *Hypotheca non confunditur ſucceſſione.*

53 *Hypotheca an confundantur per aditionem hæreditatis debitoris per creditorem hypothecarium factam.*

54 *Succeſſio quandoq; eſt loco ſolutionis, & quandoq; non.*

55 *Acquiſitio dominij rei hypothecatæ, an confundat hypothecam.*

56 *Hæres debitoris ſui ſi antequam adeat, cedat hypothecam ſuam: vtilis quæ competit ceſſionario non confunditur per ſequentem aditionem, directa autem ſic.*

## ¶Primum membrum. v. Partis.

CApiendo itaque
primum membrum quod
concernit plures effectus
generales reſultantes ex
1 hypothecis & pignoribus. ¶† Primò,
quæritur, an ſi quis promiſit dare fide-
iuſſores liberetur dando pignore in-
uito creditore? & glo. in l. prætoriæ. ff.
de præto. ſtipu. & ibi Barto. tenet quòd
ſic. Idem tenent Cyn. & Bald. in. l. j. C.
de procura. & gloſ. in aut. de exhi. reis.
§. ſuſcepto. glo. Barto. & magis commu
niter doc. in. l. j. ff. qui ſatiſda. cog. & fa-
cit ratio, quia melius eſt incumbere pi-
gnori quàm in perſonam agere: & ſic
quam habere fideiuſſores. l. plus cautio
nis. ff. de regu. iur. Quod tamẽ tu tem-
pera & intellige eſſe verũ quando quis
ſimpliciter teneret ſatiſdare: tunc enim
vt dictum eſt ieſe poſſet pignora vel fide
iuſſores dare: ſed ſi quis expreſsè pro-
miſiſſet dare fideiuſſores non poſſet in-
uito creditore dare pignora: quia aliud
pro alio inuito creditore ſolui non po-
teſt, etiam ſi melior conditio offeratur:
vt, in. §. pterea. inſtit. de act. & l. ſi. ff. de
vſu. & habi. text. iuncta gloſ. in authen.
offeratur. C. de lit. conteſta. not. Iacob.
but. & Saly. in. l. j. C. de procurato. Se-
quuntur Alex. & Iaſo. in. d. l. j. ff. qui ſa-
2 tiſ. cog. ¶† Et pro hoc Iaſo. ibi adducit
aliam rationem. nam ſecundũ eum la-
bor eſt in cuſtodiendo pignora & peri-
culum: quibus creditor inuitus aſtringi
non debet. allegat tex. not. in. l. quemad
modum. §. penul. ff. ad. l. aquil. l. Quem
tex. dicit eſſe notandũ contra hæbreos
fœnatores qui reſtituunt pignora: puta
veſtes corroſas à tineis vel muribus: ꝙ
tenentur ſoluere damnum & intereſſe.
& faciunt not. per Bal. in. l. quæ fortui-
tis. vj. colum. C. de pigno. act. vbi dicit
ꝙ fœnerator qui pignoratas res minus
diligẽter excuſſit a tineis eſt in leui cul
pa & per conſequens tenetur per. l. ſi vt
certo. §. nunc videndum. ff. commo.
3 ¶† Item adde prædictis, quòd qui te-
netur ſatiſdare liberetur à ſatiſdatione
prædicta, ſi ſit valde diues & idoneus:
vt not. Barto. in. l. quicunq;. la. ij. C. de
fun. patri. lib. xj. & tradunt Alexand. &
Moder. in. d. l. j. ff. q ſatiſ. cog. Sed qui

 tene-

tenetur dare pignora nõ liberatur: etiã
quòd ſit valde idoneus: quia plus cau-
tionis eſt in re quàm in perſona. ita te-
net Decius in regula plus cautiõis. per
4 illum text. ff. de reg. iur. ¶ † Secundò du
bitatur, an qui tenetur ſatiſfacere, libe-
retur dando pignora vel fideiuſſores? &
Guil. Barto. Alexan. Iaſo. & alij. in. d. l. j.
ff. qui ſatiſ. cog. tenẽt quòd ſic: ſecus au
tem eſſe dicunt ſi quis teneretur ſolue-
re: quia tunc requireretur pecuniaria
ſolutio: & non ſufficeret dare pignora
vel fideiuſſores. l. iiij. §. ait prætor. ff. de
re iudi. l. item liberatur. §. j. ff. qui. mod.
pign. vel hypotheca. ſolu. & latè habe-
tur per Soci. in conſi. xeiij. circa primũ.
prima & ſecunda columna primo volu.
vbi etiam dicit, quòd iſta verba vulgari
ſermone fare il donere, idem important
quod ſatiſfacere. Et quod dictum eſt de
verbo ſoluere, eſt etiã dicendũ de verbo
reſtituere & dare: vt latè firmat Soci.
in conſi. xc. iiij. col. verſi. item promiſit
iiij. volu. Et ex prædictis infert Bald.
in. c. cum aliquibus. de re iudic. per il-
lum tex. quòd condemnatus ad ſoluen-
dum, non intelligitur ſoluere, licet pi-
gnora offerat. & ideo ſi aliquis eſſet con
demnatus pro maleficio in centum, &
ſi infra menſem non ſoluerit, pœna du-
plicetur: non ſufficeret dicto condemna
to offerre pignora in communi. & facit
ad prædicta quod no. Barto. in. l. ſtatu-
liberos. §. ſi quis acceperit. ff. de ſtatu-
libe. quòd ſtante ſtatuto quòd qui non
poteſt ſoluere condemnationem pecu-
niariam de mille, capite puniatur: non
ſufficit ſi velit dare fideiuſſores. & idem
tenet Bart. in. l. j. ff. de cuſto. reo. Et ita
refert & ſequitur Iaſo. in. d. l. j. qui ſa-
tiſ. cog. ¶ Aduerte tamen in prędictis ad
vnum, videlicet quòd ille qui tenetur
ſatiſfacere ex diſpoſitione hominis te-
netur ſoluere: aliàs non liberatur. &
ideo iſto caſu non ſufficeret dare pigno
ra, vel fideiuſſores. l. promiſſor. & aut. ſi
quando. C. de conſti. pe. & tenent Guil.
Bald. & docto. in. d. l. j. ff. qui ſatiſdare
cogan. & eſt tex. & ibi Barto. in. l. ſi. ff. ſi
cer. pet. refert & ſequitur Soci. in. d. con
ſil. xc. viſis quibuſdam. iij. colum. verſi.
5 iij. concluſio. iiij. volumi. ¶ † Tertiò, du
bitatur quid ſi debitor promiſit alter-
natiuè vel ſoluere vel dare pignora, an
ſi velit pręſtare pignora ſufficiat? & Bar
tol. poſt Guil. de cug. ĩ. l. quãuis. in prin
cip. ff. de pigno. actio. ſingulariter de-
terminat quòd non ſufficiat: qui in illa
alternatiua eſt electio creditoris. & opi.
Barto. ſequuntur ibi Alberic. Fulgo. &
Pau. de caſt. & Pau. de caſt. & Alexã. in
d. l. j. ff. qui ſatiſdare cogan. Et iſta eſt
communis opin. contra quam Iaſo. ibi.
& in. l. iij. §. ſi ex conuentione. ff. de re
iudic. dicit ſe valde dubitare: quia ſecũ-
dum eum, dictum pactum de præſtan-
do pignora alternatiuè non dicitur ap-
poſitum fauore creditoris, ſed potius fa
uore debitoris. & ideo videtur dicen-
dum ſecundùm Iaſo. quòd deciſio Bar
tol. & aliorum quæ eſt quòd ideo ele-
ctio ſit creditoris: quia tale pactum ad-
iectum ſit fauore creditoris non ſubſi-
ſtat: vt ibi latè per eũ. ¶ Tamen non ob-
ſtante dicta difficultate mota per Iaſ.
videtur omnino veriſſima concluſio
Barto. & docto. quia eſt aduertendum
quòd iſta promiſſio alternatiua: videli-
cet vel ſoluere. x. in Paſchate, vel dare
pignora non cadit inter duo quæ prin-
cipaliter comprehendantur in obliga-
tione: nã promiſſio de ſoluendo. x. ſola
eſt in obligatione principali. promiſſio
autem pignoris facta eſt ad cautelã &
acceſſoriè ad dictam principalem obli-
gationem. ita declarat Sali. in. l. non du
bium.



bium. in. vij. colum. in verſic. vlterius.
6 hanc. l. induco. C. de legibus. † Et colli-
gitur optimè ex not. per Bartol. in. d. l.
quãuis. dum expreſsè dicit, ꝙ tunc pro
cedit regula ꝙ in alternatiuis ſit electio
debitoris, quando alternatiua cadit in-
ter duo, quorum vtrũq; eſt in obliga-
tione & ſolutione, ſed in articulo pro-
poſito vnum eſt in obligatione, aliud ve
rò ponitur ad cautelam creditoris, ita
7 dicit ibi Bart. ¶ † Probatur etiã hoc ex
not. per Bald. in. l. fi. in. iij. colũ. in verſi.
quæro in iſto verſiculo. C. de peti. hære.
vbi dicit quòd in alternatiua exigendi
eſt electio agẽtis, licet in alternatiua ſo-
lutionis ſit electio debitoris, per iura
quæ ibi allegat. & iſtud dictum allegat
& ſequitur Felin. in. c. inter cæteras. ij.
colum. & ij. fallen. de reſcrip. vbi etiam
approbat dictam deciſionem Bart. cùm
ergo in caſu Barto. non ſit in ſolutione:
8 niſi quantitas promiſſa. † Datio autem
pignoris fit pro ſecuritate & ad facili-
tandam executionem & abſq; eo quòd
det robur contractui, vel obligationi vt
l. qui autem. §. j. ff. de cõſti. pecu. & no.
Sal. in. l. ea lege. in. xiij. oppo. C. de con-
di. ob cau. & refert & ſequitur Iaſ. in. l.
ſi ita quis. §. ea lege. viij. colũ. verſi. ad-
de etiam quòd Sali. ff. de verbo. obli. ſe-
quitur ꝙ non poteſt cadere electio de-
bitoris qui tunc eligit quando alterna-
tiua cadit inter duo quæ ſunt in obliga
tione & ſolutione: vt dicit Bartol. in. d.
l. quãuis. & non obſtat ꝙ pignus poſſit
vendi, & inde haberi pecunia: vt dicit
Iaſo. quia totum iſtud reſpicit modum
exigendi. & creditor pro ſua ſolutione
poteſt eligere executionem quã vult.
vt per Barto. in. l. conſentaneum. in vlt.
colum. C. quomodo & quando iud. ſed
per hoc non eſt dicendum quòd datio
pignorum ſit in ſolutione vel in modo
ſoluendi: ſed ſolũ in modo cauendi ipſi
creditori: vt. ſ. inde poſſit conſequi ſolu
tionem. & ſic non obſtat difficultas mo
ta per Iaſ. & vera eſt deciſio Bar. quam
doct. cõmuniter ſequuntur. ¶ Inquantũ
tamen dictum fuit. ſ. proximè quòd da
tio pignoris introducta eſt ad facilitan-
dam executionem, non autem ꝙ ex ea
magis roboret contractus. d. l. qui au-
tem. §. j. ff. de conſti. pec. cũ alijs. ſ. alle-
gatis. Intellige & declara ꝙ nihilomi-
nus debitum pro quo ſunt data pigno-
ra eſt grauius quàm illud pro quo non
ſunt data pignora: ita ꝙ ſi vnus eſt de-
bitor in vna quantitate cũ hypotheca
vel pignoribus. In alia autem ſine hypo
theca. Soluendo ſimpliciter & non ex-
primendo pro quo debito ſoluat cenſe-
tur ſoluere pro illo debito in quo eſt hy
potheca: vt eſt tex. in. l. cũ ex plurib⁹ ia
j. ff. de ſolu. & no. Bar. in. l. cùm ex plur
bus. l. a. ij. eo. tit. & refert & ſequit Soci.
in cõſi. ccxciij. præſens cõſultatio. j. col.
9 ver. primũ probatur. ij. volu. ¶ † Quar
tò dubitatur, an ille qui tenetur ad nu-
dam cautionẽ teneatur ſaltẽ promitte-
re ſub hypotheca ſuorum bonorum? &
Bar. & Ange. in. l. prætoriæ. l. vltima. ff.
de præto. ſtip. & Bar. in. l. ſi prius. in. iij.
q. ff. de no. ope. nũ. & in. l. j. ff. qui ſatiſd.
cog. tenẽt ꝙ ſic: qa iſtud promittere eſt
facile. per. l. ſi filio. in fi. ff. vt in poſ. leg.
& ita etiã tenent Imo. & Paul. de ca. in
l. diuortio. §. interdum. ff. ſol. matrimo.
¶ Sed contrariã opi. ſ. ꝙ imò nõ tenea-
tur ꝓmittere cũ hypotheca. tenet Imo.
in. d. l. prætoriæ. & in. d. l. ſi prius. & iſtã
ſecũdã opi. tanquã veriore tenet Alex.
ibi in. d. iij. q. & in. d. l. diuortio. §. inter-
dum. in. ij. colũ. in vtroq; loco reſpon-
det ad. d. l. ſi filio. in qua Barto. & ſequa
ces ſe fundant. ¶ Tamen primã opinio.
Bar. tenet Roma. in. d. l. ſi prius. & illã

ſequitur Alexã.ſibi contrarius in.l.j.ff.
qui ſatiſda.cog.& illam latè defendit &
cõprobat Iaſo.in dicta.l.ſi prius.in pen.
colum.per multa quæ ibi allegat: & idé
tenet Iaſ.in.d.l.j.in penul.colũ.& iſtam
opin.dicit Bart.in.d.l.prætoriæ.ſeruari
de communi cõſuetudine. & propterea
illa omnino eſt teneda: videlicet ꝙ qui
tenetur ad nudam cautionem vel pro-
miſsionem faciendam alicui teneatur
promittere cum hypotheca bonorum.
10 ¶† Quinto quæritur, an res hypothe-
cata pro ſorte ſit etiã hypothecata pro
vſuris? Et diſtinguendum eſt quod aut
obligatio & hypotheca fuit facta ꝑ ſor-
te ſpecificè exprimendo certam quanti
tate,puta pro centum:& tunc dicta obli
gatio non contiuet vſuras: vt.l. fideiuſ-
ſores magiſtratuũ.in princi.&.§.j.ff.de
fideiuſſ.& glo.in.l.quæro.in prin.ff. lo-
ca.& habetur per Bart.in.l.centum Ca
puæ.ff.de eo ꝙ certo loco.& habetur ꝑ
Alex.in.l. ſi cùm dotem.§. ſinautem in
ſæuiſsimo.ad fi.ff.ſol matri.& dixi.ſ.in
iiij.mebro.ij. partis. nu.xlviij. &.xlix.
declarando vt ibi. Aut obligatio & hy-
potheca fuit ſimpliciter facta ſine re-
ſtrinctione ad certam quantitaté: puta
pro obligatiõe, ſeu ꝑmiſsione:quia tibi
teneor in tali inſtruméto,vel chirogra-
pho obligo & hypotheco tibi omnia bo
na mea.talis enim hypotheca dicĩ ſim-
pliciter facta etiam ꝙ in promiſsione &
inſtrumento ſit expreſſa certa quanti-
tas.dummodo in hypotheca quantitas
illa non exprimatur: ſed relatio habea-
tur ſimpliciter ad obligationem de qua
in inſtrumento. ita colligitur ex not.in
d.l.fideiuſſores magiſtratuũ. in prin.&
§.j.& in.l.quæro.in prin.ff.loca.Et tũc
ſubdiſtinguit:quia aut vſuræ ſunt natu
raliter tantũ debitæ, & tunc pro eis nõ
tenetur hypothecaria niſi ſpecialiter ſit
dictum.ita tenet Bar.in.l.ſolutum.§.ſi
in ſorté.ff.de pig.ac.per text.ibi in ver.
ſiue autem.& per tex.in.l.per retentio-
nem.C.de vſur.Aut vſuræ debetur na-
turaliter & ciuiliter:& tunc pignus,ſeu
hypotheca ſimpliciter acceptum (vt di-
ctum eſt) tenetur etiã pro vſuris, ſicut
dicimus in fideiuſſore:vt.d.l. centũ Ca
puæ.ita dicit Barto.in.d.l.ſolutum.§.ſi
in ſortem.Aut vſuræ debentur ſolo offi
cio iudicis & in hoc etiam Bart.in.d.§.
ſi in ſortem.tenet idé eſſe quod in fide-
iuſſore.& idem Bar.in.l.ſi. penul.colũ.
in verſi.pro declaratione præſentis ma-
teriæ.ff.de eo quod cer.lo.In fideiuſſo-
re autem concludit quòd aut mora ex
qua veniunt vſuræ officio iudicis præ-
ceſsit obligationé fideiuſſoris quia.ſ.té
pore fideiuſsionis iam vſuræ debebant.
& tũc ſine dubio fideiuſſor ſimpliciter
acceptus ad illas tenebitur:vt.d.l.quæ-
ro.in prin.ſecundũ lect.Azo. Aut mora
non præceſsit fideiuſsioné ſed ſequuta
eſt.& tunc Bar.ſequẽdo opi.Io.tenet ꝙ
etiã ad illas fideiuſſor teneatur. & ratio
eſt ſecundũ eum: quia licet tales vſuræ
veniant officio iudicis propter morã:tñ
veniunt ſecundũ naturã actionis bonæ
fidei.d.l.quæro.in prin.&.l.ſi poſtea.ff.
rem pu.ſal.fo. Et iſtam opinioné dicit
eſſe verã,& cõmuné Iaſ.in.d.l.cétũ Ca
puæ.in pe.col.in verſi.quinta fuit ſolu-
tio.Io.vbi latè & clarè explicat.& quod
dictũ eſt in fideiuſſore. dicendũ eſt etiã
in pignore ſecundũ Bart.vbi.ſ. ¶Adde
etiam prædictis ꝙ ſi ſecundus creditor
ſoluat priori creditori ſorté & vſuras,ꝙ
etiã habebit obligatũ pignus pro dictis
vſuris:nõ tamé pro vſuris vſurarum:vt
eſt tex.& ibi gl.& Bar.in.l.ſi prior.§.j.
11 ff.qui po.in pig.ha.¶† Sextò,quæritur,
an tacita hypotheca introducta à iure
pro legatis.iuxta.l.j.C.cõmu.de leg.cõ-
petat



petat etiã pro vſuris legatorũ? Et quid
etiã alijs tacitis hypothecis:& dicẽdum
eſt ꝙ ſi bona tacitè hypothecata repe-
riuntur penes hæredé vel alium debito
rem tepore quo vſuræ deberi incipiũt
ꝙ bona erunt obligata, etiã pro vſuris.
Ita tenet Barto.poſt Iaco.de are.in.l. ſi
cùm doté.§.ſinauté in ſæuiſsimo.ff.ſol.
ma.& mouet Bart.per.l. Lucius.ff.qui
po.in pign.habe.quæ licet loquatur in
expreſſa hypotheca.tamé illam Bar.ex
tendit etiã ad tacitã hypothecã.& cum
opi.Bar.tenet Alexã.in.d.§.ſinauté in
ſęuiſsimo.cõcludẽdo,ꝙ ſicut pro dote
bona mariti ſunt tacitè obligata: ita &
pro alimentis,ſeu vſuris pro dote debi-
12 tis.¶† Sed dubitatur,an iſta tacita hy-
potheca reſpectu vſurarum quæ condi-
tionaliter debẽtur,videlicet ſi ſors ſolu
ta nõ ſit attendatur habito reſpectu ad
dié purificatæ cõditionis,qua vſuræ de
beri incipiũt. An aũt trahatur retro ad
initiũ:videlicet in legatis ad dié mortis
teſtatoris.in contractibus verò ad diem
contractus? Et in hoc Pau.de ca.in con
ſil.viij.ad primum reſpondet in fin.ſub
dubio tenet ꝙ pro alimentis dotis bona
mariti ſint hypothecata ſol.ma.vſq; ab
initio.ſ.tempore dotis cõſtitutę:allegat
not.in.d.l.j.ff.qui po.in pig.habe.& ſic
vult allagare no.ibi per glo.dũ allegat.
d.l.Lucius.Ad idé optimè facit text.in
l.cùm oportet.§.ſed cùm tacitas.C. de
bo.quæ libe.vbi bona patris ſunt tacitè
obligata filijs ab initio receptę admini-
ſtrationis bonorũ maternorũ pro mala
adminiſtratione poſtea facta per patré.
& dicit ibi Bal.ꝙ inſpicitur initiũ vnde
aliquid euenire poteſt. ¶Sed cõtrariam
opinioné tenet Soci.in conſi.xlj.in præ-
ſenti conſultatione.iiij.volu.in.iiij.col.
in verſi.ſed contrarium puto verius. Et
mouetur principaliter: quia promiſsio
reſtitutionis dotis cõfeſſatę dicitur con
ditionalis, videlicet ſi dos numerabiĩ:
vt.l.ſi.C.de nõ nume.pecu.& habeĩ in
l.cũ quis.C.de iur.& ſac igno.& tñ in
dote nõ introducitur tacita hypotheca:
niſi ſequuta numeratione.l.aſsiduis.C.
qui po.in pig.ha.licet in hypotheca ex-
preſſa in dote bene attendatur tempus
contractus: vt habetur in.l.j.ff. qui po.
in pign.habean.¶Si igitur in tacita hy-
potheca dotis iſtud eſt quæ eſt fauora-
bilis:vt.l.j.ff.ſol.ma.fortius dicendũ eſt
in legato cõditionali quòd ſcilicet in eo
non introdocatur tacita hypotheca do-
nec nõ ſit purificata cõditio,& effectua
liter debeatur. & pro hoc etiam addu-
cit.l.ſi conſtante.C.de dona.ante nupt.
vbi in augmento dotis tacita hypothe-
ca oritur tempore facti augmenti:& nõ
retro trahitur ad diem dotis promiſſæ
vel datæ. Et reſpondet ad.d.l.cũ opor-
tet.§.ſed cùm tacitas.poſt Sali.in dicta.
l.ſi conſtante.ꝙ ideo ibi attenditur tem
pus inchoatę adminiſtrationis:quia illo
tempore bona ad patrem peruenerunt
& corroboratur: quia ſi attenderemus
initium, prout dicit Paul.de caſtr.in.d.
conſi.viij.plura ſpecialia circa idem cõ-
currerent contra tex. & ibi no.in.l.j.C.
de do.promiſsio.& in.l.cùm poſt.§.ge-
ner.ff.de iure do.primum ꝙ tacita hy-
potheca induceretur ſuper vſuris pen-
dente conditione & ſic ante ortam obli
gationem.per ea quæ habentur in.l.po-
tior.§.j.ff.qui pot.in pig.ha.ſecundũ ꝙ
alia tacita hypotheca quæ de iure non
eſt inducta induceretur contra tit.ff. in
qui.cau.pig.taci. cõtraha.tertiũ ꝙ pro
vſuris à quibus debitor poteſt ſua volũ-
tate ſe excuſare ſoluendo ſorté,obliga-
tio retrotrahatur ad dié initi cõtractus
contra not.in.l.j.ff.qui po.in pig.habe.
Et ideo concludit Soci.ꝙ tacita hypo-
theca

theca cõditionalis oriatur tempore exi
ſtentis cõditionis & non trahatur retro
ad initium cõtractus facti.¶ Et ex hoc
infert ipſe ꝙ ſi hæres obligat creditori
bona teſtatoris pendente conditionale
legati:& poſtea eueniat conditio legati
ꝙ potior erit in dictis bõis creditor quã
legatarius.& mouetur qa reſultaret tri
plex ſpecialitas:ſi aliud diceretur con-
tra regulas iuris.nã primo conditio tra
heretur retro in legatis contra not.per
glo.& docto.in.d.l.ſi filius.in princi.ff.
de verb.obl.ſecundo quòd cum eſſet in
poteſtate hæredis non incidere in obli
gatione vſurarum de iure conditio re-
trotrahi non deberet iuxta.l.j.ff.q po.
in pigno.hab.tertio ꝙ tacita hypotheca
quæ de iure non inuenitur inducta tali
caſu induceret in vſuris contra titu.ff.
&.C.in qui.cau.pi.taci.cõtraha.¶ Ego
autẽ in iſto ſubtili articulo puto pro ve
ritate eſſe aduertendum,ꝙ aut nos lo-
quimur in contractibus:aut in legatis.
Primo caſu quando ſumus in contra-
ctibus cenſeo tacitam hypothecam de
iure inductã ſecundũ diuerſos caſus.ſ.
notatos in ſecũda parte.iiij.mẽbro.ſiue
ſumus in actu,vel contractu conditiona
li ſiue puro fuiſſe conſtitutam miniſte-
rio iuris ab initio ipſius actus ſeu con-
tractus:quia tacita hypotheca quæ in-
ducitur miniſterio iuris inducitur: qa
ius fingit dictam hypothecam fuiſſe ab
ipſis contrahentibus adiectam in actu
etiam ꝙ de hoc nihil dictum fuerit.iſta
concluſio probatur in.l.vni.§.& vt ple
nius.C.de rei vxo.actio.ibi hypothecæ
meſſe dotibus intelligũtur:& ibi ſimili
modo intelligi factã ſtipulationẽ & hy-
pothecã ex vtraq; parte quaſi fuerit ſcri
pra.Idem etiam probatur in.l.iij.C.in
quibus cau.pig.ta.contraha.ibi tacita
pactione ineſſe:& idem apparet in toto.
titu.ff.&.C.in quib.cau.pig.ta.contra.
lex enim in omnibus tacitis hypothecis
fingit pactionem,& cõuentionem par-
tium contrahentium, quãuis expreſſa
& ſcripta non fuerit & eſt perinde ac ſi
in veritate illa hypotheca fuiſſet conſti-
13 tuta per conuentionem partiũ.¶ † Nã
de natura fictionis eſt ꝙ illud quod in
facto non eſt verum fingatur eſſe verũ,
& illud quod fingitur habet iuris effe-
ctũ perinde ac ſi in veritate eſſet.vt de-
clarat Barto.in.l.ſi is qui pro emptore.
ff.de vſucap.in.j.qõ.circa diffinitionem
fictionis.vnde ſicut expreſſa hypotheca
conſtituitur per partes ab initio cõtra-
ctus ſiue contractus ſit purus ſiue cõdi-
tionalis,ita & in tacita à iure introdu-
14 cta.¶ † Sed in cõtractu cõditionali quã
uis cõſtituat ab initio.tñ cõſtituitur ſub
cõditione:& nõ oritur niſi demũ puri-
ficata cõditiõe.l.cedere diẽ.ff.de verb.
ſig.& ſicut obligatio perſonalis & con-
ditionalis ab initio cõuentiõe partiũ cõ
ſtituitur & in contractum deducitur,&
tamen non oritur actio, niſi purificata
conditione.d.l.cedere diem.ita & rea-
lis & hypothecaria ab initio ſub condi-
tione conſtituta non oritur, niſi adue-
niente conditione:vt eſt text.expreſſus
in.l.grege.§.finali.ff.de pigno.& ſic eſt
cõcluſio quòd ſicut expreſſa hypotheca
tam pura quã cõditionalis conſtituitur
ab initio conuentione expreſſa:ita & ta
cita miniſterio & fictione iuris & purè
& ſub conditione conſtituitur:ſed tam
expreſſa quàm tacita conditionalis non
oritur niſi purificata cõditiõe.ex qbus
infertur ꝙ ſicut hypotheca exp̃ſſa puri
ficata cõditione caſuali:& q̃ nõ cõſiſtit
in poteſtate debitoris trahitur retro ad
die contractus:vt.l.j.&.l.qui balneũ.in
prin.&.§.j.&.l.potior.in prĩ.&.§.j.ff.q
potio.in pig.ha.ita & in tacita dicendũ
eſt



eſt arg.l.cũ qd.ff.ſi certũ peta.& pro-
batur etiam ex no.per Bart.& commu
niter doct.in.l.aſsiduis.C.qui pot.in pi
gno.hab.vbi habetur ꝙ tacita hypothe-
ca in dote trahitur retro ad diem pro-
miſsionis:quia,ſcilicet maritus cui fuit
promiſſa dos,& poſtea data cẽſet obli-
gatus ad reſtitutionem dotis à die pro-
miſsionis & ab illo die cõſtituta fuiſſe,
cenſetur tacita hypotheca.quãuis enim
promiſsio de reſtituẽdo dotem ad quã
maritus per tacitã ſtipulationẽ obliga-
tur ſit conditionalis.videlicet ſi dos ꝓ-
miſſa ſibi ſoluatur.iuxta.l.fi.C.de non
nume.pec.& eodẽ modo conſtitutio hy
pothecę tacitè.iuxta.d.l.vni.§.& vt ple
nius.Tamẽ ſubſequuta poſtea datione
dotis & ſic purificata cõditione ſub qua
maritus tacitè erat obligatus.& illius
bona tacitè hypothecata illa conditio
trahitur retro ad diem promiſsionis do
tis factæ marito quo die tacitè maritus
fuit conditionaliter obligatus ad reſti-
tutionẽ dotis & eius bona tacitè fuerũt
ſub conditione obligata.& ita eſt com-
munis & magis vera opinio.docto.vt
dictum fuit.ſ.in.iiij.membro ſecundæ
partis.nume.87.& iſtam eſſe commu-
nem opinionẽ atteſtatur idem Soci.in
conſil.cclxix.pro inueſtigatiõe.in.iij.&
iiij.col.in ver.iiij.& vlti.ij.volu.Et ideo
non eſt verum illud ꝙ dicit Soci.in.d.
conſi.xlj.iiij.vol.in.iiij.colum.in ver.ij.
principalis reſponſio.vbi vult ꝙ licet in
expreſſà hypotheca attendatur tempus
obligationis.tamen in tacita attenditur
tempus datæ dotis:quia licet iſtam opi
nionẽ teneãt aliqui quos ipſe ibi alleg.
tamẽ in cõtrariũ eſt opinio Bar.& con-
munis:vt dictum eſt.ſ.proxi.¶ Et ſicut
tam exp̃ſſa quã tacita hypotheca bono-
rũ ſub cõditiõe cõſtituta trahitur retro
ad die contractæ obligationis pro ſor-
te principali ita & trahi debet pro vſu-
ris dictæ ſortis per.l.Lucius.ff.qui po.
in pig.habe.qa hypotheca ſimpliciter
cõſtituta cenſetur etiam cõſtituta pro
vſuris:vt.l.ſolutũ.§.ſi in ſortem.ff.de
pig.act.& ibi firmat Barto.vt dixi.ſ.in
hoc primo mẽbro.in.v.q.nume.xiij.&
ideo ſicut trahitur retro pro ſorte prin
cipali,ita debet trahi pro vſuris: quia
vſuræ ſunt acceſſoriæ ad ſortẽ & priui
legium principalis obligationis trahi-
tur etiam ad acceſſorium per regulam
acceſſorium cum materia de regu.iur.
lib.vj.& iſta propriè,eſt intẽtio.d.l.Lu
cius.vt eſt de mente Bar.dum ſummat
quod qui potior eſt in ſorte potior eſt
in vſuris:& ibi expreſsè hoc vult glo.&
ſequitur etiam Salyce.ſi ergo hoc dici-
mus in ſorte quæ eſt debita ſub cõditio
ne fortius dicẽdum eſt in ſorte quæ eſt
debita purè:quia licet vſuræ debeãtur
ſub conditione:videlicet ſi ſors nõ ſol-
uatur.tamen quod omnino purificata
cõditione propter ſortem non ſolutam
cõditio trahatur retro ad diem promiſ
ſionis ſortis ex dicta ratione acceſſorij
15 per.d.l.Lucius.¶ † Et iſtã opinionẽ de
vſuris,ꝙ in eis conditio trahatur retro
ad ꝓmiſsionem ſortis ratione.d.regulę
acceſſorium per.d.l.Lucius tenẽt etiã
ibi Bal.& Ang.& tenent Bar.Bal.Sali.
& Ange.in.l.j.ff.qui po.in pig.hab.poſt
gl.ibi quæ.d.l.j.limitat in vſuris per.d.
l.Luci⁹.& ſequitur Ang.in.d.l.ſi filius.
ff.de ver.ob.& hanc opinionẽ in tacita
hypotheca tenet Bart.in.d.l.ſi cũ dotẽ.
§.finaũt in nouiſsimo.ff.ſolu.mat.poſt
Iac.de are.ibi vbi volunt ꝙ ſicut bona
mariti ſunt tacitè obligata pro dote.ita
etiã ꝓ alimẽtis.& hoc ꝑ.d.l.Lucius.idẽ
vult Bal.in.d.l.vni.§.ſed vt pleni⁹.alle-
gãdo.d.l.j.idẽ tenẽt Raph.cu.& Alex.
in.d.§.finautẽ in ſequiſsimo.& Paul.de
ca.

ca.in cõſi.viij.ad primum reſpondetur
in fi.ꝙ allegat Alexã.in.d.§.ſinautẽ in
ſæuiſsimo. Et non obſtant allegata per
Soci.& primò quod ipſe dicit de tacita
hypotheca dotis,ꝙ in ea attendatur tẽ-
pus numerationis dotis,& nõ promiſ-
ſionis,iuxta not.in.l.aſsiduis:qa vt di-
xi.ſ.in hoc opinio contraria eſt magis
vera & cõmunis:& etiã atteſtatur ipſe
Soci.in.d.cõſi.cclxix.ij.vol.¶Nõ obſtat
ꝙ ex quo eſt in poteſtate debitoris ꝙ
vſuræ nõ debeantur ſi ſolueret ſortẽ ꝙ
nõ debeat cõditio trahi retro.iuxta.l.j.
&.l.q balneũ.in prin.&.§.j.ff.q pot.in
pign.hab.qa iſta deciſio habet locum in
ſorte:& in principali debito:qa in eo cõ
trahẽdo debet inſpici an ſi in poteſtate
debitoris facere ꝙ nõ cõtrahatur.ſed eo
cõtracto nõ ſpectat̃ in vſuris, an fuerit
in poteſtate debitoris in illas incidere
vel nõ.ſed in illis omnino cõditio hypo
thecę retrotrahit̃ ad diẽ obligatiõis ſor
tis.ita firmat glo.in.d.l.j. in gl.in verſi.
cõpellit̃.in fi.p.d.l. Lucius.& facit regu
la p̃dicta acceſſoriũ. & faciũt no.p Bal.
in.l.& ſi is.C.de p̃di.mi.& in.l.ſi tibi.
16 §.de pignore.C.de pac.¶† Non obſtat
ꝙ plures ſpecialites videantur circa idẽ
concurrere.cõtra.l.j.C.de do.pmiſsio.
quia reſpondetur ꝙ quando plures ſpe-
cialitates circa idem ſunt inductæ à iu-
re communi poſſunt concurrere & ad-
mittuntur. Ita tenet Bal.in.l.j.ad fi.C.
quãdo licet.ab empt.diſce.per text.in.l.
ſi ita facta.ff. de iniuſto rup.& irri.te-
ſtamẽ.& refert & ſequitur Iaſ.in.l.quo
niam in prioribus.ad fin.in verſicu.te-
neo iſtud vltimum.C.de inoffic.teſta-
mẽ.ſed iſte ſpecialitates videlicet,ꝙ pu
rificata cõditione caſuali hypotheca re-
trahatur.& ꝙ hypotheca p vſuris cõ-
petat ſicut cõpetit pro ſorte,& ꝙ reſpe-
ctu vſurarum quæ acceſſoriè debentur
ad ſortem non attendatur,an ſit in po-
teſtate debitoris eas nõ iri debitas ſunt
omnes inductæ à iure communi: vt
habetur in locis præallegatis. Præterea
plures ſpecialitates admittuntur circa
idem,quando vna venit in conſequen-
tia alterius: ita tenet Bartol.in.d.l.ſi is
qui pro in penultima columna per tex.
inſtitu. quibus modis ius pact. po.ſo-
lu §.ſi ab hoſtibus. & per alia quæ al-
legat.ſed ſpecialitates quæ inducuntur
in vſuris veniunt in conſequentiam il-
lius quæ inductæ ſunt circa ſortẽ me-
rito tolerantur.& cum Bartol.tranſit
etiam Iaſ.in.d.l.ſi is quis pro emptore.
17 col.fi.¶† Non obſtat.d.l.ſi conſtan-
te.C.de dona.ante.nup.quia hypothe-
ca tacita quæ à principio fuit introdu-
cta pro dote non ſe extendit ad augmẽ-
tum dotis.& ratio eſt:quia tẽpore datæ
dotis non erat in conſideratione augmẽ
tum poſtea factum:ſicut ſunt alimenta
dotis quæ acceſſoriè veniunt ad ipſam
dotẽ.vt expreſſè no. Pau.de ca.in.d.cõ-
ſi.viij.ad primũ reſpõdetur &c.in prin.
& in fine.vbi vult ꝙ alia eſt hypotheca
tacita quæ orit̃ p dote data & alia quæ
orit̃ poſtea p augmẽto dotis facto ex in
teruallo poſt dotẽ:qa prima orit̃ tẽpore
dotis datæ:& ſecũda tpe augmẽti facti.
& prima habet hypothecata bona quæ
marit⁹ habebat tpe dotis:ſecũda aũt ha
bet hypothecata bona quæ marit⁹ habe
bat tempore augmenti facti. & ſic di-
uerſa eſt ratio in augmento dotis quã
ſit in alimentis. & augmẽtum nõ venit
per modũ acceſſorij: ſed æquè princi-
paliter ad dotẽ:ſicut veniunt alimenta,
vt colligit̃ ex not.per Bar.in.l ſi.C.per
quas perſ.no.acqu.& p Dy.in dict.reg.
acceſſorium: eſt ergo concluſio ꝙ ſicut
hypo-



hypotheca conditionalis expreſſa in cõ-
tractibus trahitur retro ad initium con
18 tractus ita & tacita.¶† Et probatur vl-
tra p̃dicta: quia tacita hypotheca nõ eſt
deterioris cõditiõis quã ſit expreſſa. ſed
quoad proprietatem à pari procedunt:
vt not. Dyn.in regula qui prior.de reg.
iur.lib.vj.& Barto.in.l.is qui.ff.de iure
fiſ.& eſt caſus in.l.vni.C.rem alie.gerẽ.
& in quarto li.C. & late per alia firmat
Pau.de ca.in cõſi.cccxciiij.quãquã mul
ta copiſè in penul.colum.in verſic.circa
19 ſecundum quæſitũ.¶† In ſecundo au-
tem caſu,quando ſcilicet ſumus in lega
tis. Tunc etiam puto quòd etiam lega-
tum ſit conditionale.tamen tacita hypo
theca ſit cõſtituta pro illo tempore mor
tis teſtatoris miniſterio iuris & iſta etiã
concluſio probatur per text.in.l.j.§.cũ
enim.C.commu.delega. vbi dicit text.
quòd ſicut teſtator in ſuo teſtamẽto po
teſt hypothecam rerum ſuarũ dare cui
voluerit.ita non ab re eſt tacitam hypo
thecam induci à lege nullo verbo præ-
cedente.& ſic tacita hypotheca pro lega
tis inducitur à lege ad inſtar expreſſe
quam teſtator poteſt in ſuo teſtamento
dare.ſicut ergo expreſſa poteſt conſtitui
per teſtatorem etiam pro legato condi
tionali à tempore ſuæ mortis: ita & di-
cẽdum in tacita à lege introducta :quia
lex fingit illam fuiſſe conſtitutam à te-
ſtatore:prout etiam diximus.ſ.in taci-
ta quæ inducitur à lege in contractibus
& actibus inter viuos arguendo à natu
ra fictionis.iuxta not.per Barto.in. d.l.
ſi is qui pro emptore.in prim.q. Sed li-
cet (vt dictum eſt) tam in legato puro
quã conditionali conſtituta ſit hypothe
ca tacita à principio tempore mortis te
ſtatoris.prout etiam in contractibus cõ
ditionalibus:tamen actio ex dicta hypo
theca non oritur,neque datur, niſi de-
mum purificata conditione legati. iux-
ta.l.cedere diem.ff.de ver.ſignifi.& hoc
modo procedit idquod dicit Bald.in.d.
l.j.in.ij.colum.in ver. quæro nunquid
ante diem certũ.cum alijs allegatis per
Soci.in.d,conſi.xlj.in.vij.col. videlicet
ꝙ licet ſit cõſtituta hypotheca in legato
conditionali per legẽ vſque in tempus
mortis teſtatoris.tamẽ ꝙ actio hypothe
caria nõ oritur, niſi demum purificata
conditione legati.ſtant enim iſta ſimul
quòd hypotheca conditionalis ſit conſti
tuta:tam in legatis cõditionalibus quã
in alijs actibus inter viuos. & tamen ꝙ
ex ea actio nõ oriatur, niſi purificata &
exiſtente conditione ſub qua conſtituta
fuit:vt eſt tex.in.d.l.grege.§.ſi.ff. de pi
gno.qui loquitur in expreſſa:& in taci-
ta eadem eſt ratio.ergo idem debet eſſe
ius.l.illud.ff.ad.l.acquil. & facit in arg.
l.cùm quid.ff.ſi cer.peta.cum alijs.ſ. in
primo caſu contractuum allegatis.¶ Et
ſic puto tenendum ꝙ etiam in legato
conditionali tacita hypotheca ſit conſti
tuta ſub eadem conditione ab ipſa lege
vſque in tẽpus mortis teſtatoris: ſed ꝙ
actio ex ea nõ oriatur, niſi purificata &
exiſtente conditione:& ſicut ante puri-
ficatam conditionẽ dicta actio non ori-
tur pro legato principali.ita dicendum
eſt ꝙ non oriatur etiam pro vſuris di-
cti legati per.d. regulam acceſſorium.
20 lib.vj.& eſt clarum.¶† Sed difficultas
eſt an purificata conditione legati & hy
pothecæ tacitè pro eo à lege inductæ di
cta conditio retrotrahitur ad tempus
mortis quo inducta fuit, an vero in ea
attendatur tẽpus exiſtentis cõditionis:
& in hoc putarem dicendum: quod nõ
trahatur retro:quia licet in cõtractibus
regulariter conditio caſualis vel mixta
quæ non dependet à poteſtate debito-
ris trahatur retro ad initium contractæ
obli-

obligationis:& illud attendatur,& nō
tempus exiſtentis conditionis . vt latè
habetur per Bartol.& alios in.d.l.ſi fi-
lius.in princip.ff.de verb.obli.& in.d.l.
j.& in.d.l.j.qui balneum.in princi.& .§.
j.& in.d.l.potior.in princi.&.§.j.ff.qui
po.in pigno.habean.¶ Tamen in lega-
tis eſt ſecus.nam in illis non trahitur
retro conditio : ſed attenditur tempus
exiſtentis cōditionis : vt.l.mater.§.eā-
dem.ff.de exceptio.rei iudi.&.l.j.§.ſer
ui appellatiōe.ff.ad ſille.& habetur per
glo.Bart.& alios in.d.l.ſi filius.in prin.
& per Bart.latè.in.d.l.ſi is qui pro em-
ptore.in.v.q.principa.in fictione tranſ-
latiua.& ibi etiam per Iaſo.& eſt tex.in
l.quæ legata.ff.de regu.iur.& text.iun-
cta glo.in.l.ſi legati.ff.de pign.Cùm er-
go diuerſa ſit natura : & ratio inter le-
gata & actus inter viuos nimirū ſi di-
uerſitas effectus debeat reſultare:vide-
licet ꝙ in hypotheca tacita vel expreſſa
contractuum purificata conditione in-
ſpiciatur tempus contractæ obligatio-
nis:vt.s̄.in primo caſu concluſum fuit
In legatis verò inſpiciatur tēpus exiſtē
tis conditionis:& tacita hypotheca non
trahatur retro.ex quo repugnat natu-
ra ipſius legati.quæ autem ſit ratio di-
uerſitatis in hoc inter contractus & le-
gata.doctores valde laborant in ea aſsi-
gnanda in.d.l.ſi filiusfami.in prin.& in
d.l.ſi is qui pro emptore.& aſsignantur
quinq; rationes differētiæ : vt in dictis
locis videri poteſt.¶ Concluditur er-
go ꝙ in legatis conditionalibus purifi-
cata conditione attendi debet tacita hy
potheca ſecundū tēpus exiſtentis cōdi-
tionis,& nō ſecūdū tēpus mortis & ſic
non trahitur retro prout retrotrahitur
21 in contractibus.† Et non obſtat tex.in
d.l.qui balneum.§.j.verſicu.ſed ſi hę-
res.vbi legatarius cui hæres dedit pi-
gnùs pro legato conditionali præfertur
in dicto pignore purificata conditione
legati alteri creditori cui hæres idem
pignus poſt pignorationē legatarij obli-
gauit : quia ille textus loquitur in pi-
gnore conuentionali & pèr modum cō-
tractus dato per hæredem de re ſua le-
gatario.& ſic licet pignus ſit datum pro
legato.tamen ſumus in pignore cōtra-
ctus,& in obligatione quæ oritur ex cō-
tractu pignoris.nimirum ergo ſi puri-
ficata cōditione legati quæ adiecta fuit
in contractu pignoris illa conditio tra-
hitur retro,& facit legatarium præferri
in dicto pignore:quia nō agitur detra-
hendo retro cōditioné legati:ſed detra-
hendo retro conditionē pignoris con-
uentionalis quæ ſecundū regulas iuris
retrotrahitur:iuxta not.in.d.l.ſi filius.
in princip.cum alijs ſupra allegatis:&
ita ad dictum textum reſpondet Iaſo.
in.d.l.ſi filius.& in dicta.l.ſi in qui pro
22 emptore.licet non ita clare.¶ † Et ex
prædictis infertur quod purificata con-
ditione legati ex tunc bona teſtatoris
erunt tacitè obligata pro legato & etiā
pro vſuris dummodo tunc dicta bona
reperiantur penes hæredē. Nam ſi fuiſ-
ſent alienata vel alteri hypothecata pē-
dente conditione legati præferri debe-
ret emptor vel creditor cui hæres obli-
gaſſet pendente conditione legati cùm
ipſe reperiatur prior in tēpore quā le-
gatarius ex quo in legato attenditur tē-
pus purificatæ cōditionis:& cōditio nō
trahitur retro ad tēpus mortis teſtato-
ris:vt.s̄.eſt probatū.¶ Et non obſtat.d.
l.lucius.ff.qui potio.in pign.habe.quia
illa loquitur in contractibus in quibus
conditio retrotrahitur : vt dictū eſt.&
ideo vſuræ quæ acceſſerunt ad ſortem
etiā poſt pignus alteri obligatū purifi-
cata earū cōditione trahuntur retro:&
perin-



perinde eſt ac ſi à principio obligationis
ſortis purè promiſſæ fuiſſent. vt in ſimi
li dicit tex. in.d .l. potior.§.j.ad finem.
Nos autem ſumus in legatis in quibus
conditio non retrotrahitur.ſed conſide
ratur ſecundum tempus purificatæ con
ditionis:& conſiderato illo tempore in-
uenitur dictus emptor vel creditor cui
hæres obligauit vel vendidit pendente
conditione legati prior & anterio in tē-
pore dicto legatario:& ideo ei præferri
debet in hypotheca tam in ratione lega
ti conditionalis quàm vſurarum illius,
per regulam,qui prior. libro ſexto . Et
idem putarem dicendum quando lega-
tum fuiſſet purū . Nam reſpectu vſura
rum decurrendarum propter legatum
non ſolutum:& ſic conditionaliter du-
bitatum,videlicet ſi legatum ſolùm nō
eſſet non putarem earum conditionem
vel hypothecam purificatam elapſo ter
mino ad ſoluendum legatum trahi re-
tro ad tempus mortis, obſtante eadem
regula quod in legatis conditio non tra
hitur retro dicta.l.ſi legatis,& dicta le-
ge ſi filius. Nam licet acceſſoriè veniant
ad legatum . & ideo videbatur dicen-
dum illas retrotrahi prout habetur in
dicta.l. Lucius. Tamen iſtud acceſſoriū
operatur ſolum, quod non attendatur
amplius,an ſit in poteſtate debitoris il-
las non iri debitas . vt habetur in dicta
lege Lucius.per gloſſ. & in dicta lege
j. eodem titulo . Non autem operatur
quod retrotrahatur contra naturam le
gatorum . vnde ille qui ante purifica-
tam conditionem vſurarum legati ac-
quiſiuit obligationem in bonis teſtato-
ris præferri deberet dicto legatario,
non quidem reſpectu ipſius legati quod
fuit purum . & pro eo orta fuit actio hy
pothecaria ante obligationem factam
creditori:ſed reſpectu vſurarum debita
rum ſub conditione , & poſt obligatio-
nem decurſarum per rationem prædi-
ctam. & ſic erit caſus in quo acceſſoriū.
non ſequetur naturam ſui principalis,
& hoc propter diuerſitatem rationis. iu
xta textum:& ibi not.in.l.& ſi is. C. de
prædijs mi.quia legatum eſt purum. &
debetur à morte teſtatoris :& tunc ori-
tur hypotheca pro eo in alijs bonis teſta
toris.vſuræ autem debentur conditio-
naliter propter moram commiſſam,vel
committendam in ſoluendo legatum.
& pro illis non poteſt cōpetere,nec ori-
ri hypotheca, niſi commiſſa mora & ſic
purificata cōditione ſub qua debentur.
& tunc pro illis oritur hypotheca quæ
retrotrahi nō poteſt per iura ſuprà allę-
gata.quæ omnia nota:quia per ea reſol-
uuntur & redduntur clara multa quæ
fuerunt poſita per Soci.in dicto conſil.
xij.ſatis obſcurè & inuolutè coniungen
do contractus cū legatis. & idem in am
bobus firmanda. Quæ tamen meo indi
cio ſunt ſeparanda & diſtinguēda.vt.s̄.
23 ¶ † Septimò,notandum eſt pro alio effe
ctu inſurgente ex pignoribus:quòd quā
do aliquis promittit ſoluere Sēpronio,
aut Titio quod cenſetur promiſiſſe
ſoluere Titio : vt adiecto ſolutioni &
non obligationi neque actioni:vt.l.eum
qui ita.§.qui ſibi.& ibi not.ff. de verbo
rum obliga. Et quāuis tali adiecto rectè
ſolui poſsit:vt.d.§.qui ſibi.&.l. verò ꝓ
curatori. &.l.quod ſi ſtipulatus. in fi.ff.
de ſoluti . Tamen talis adiectus nō ha-
bet actionem nec petere pōt .d.l. quòd
ſi ſtipulatus,in princi.& facit .l. cui re-
ctè.ff.de noua. Et ex hoc etiam infertur
quòd tali adiecto ſolutioni non poteſt
cōſtitui nec dari pignus per debitorem:
& ſi datū fuerit repeti poteſt:vt eſt tex.
in.l.is qui.ff.de pign.& ibi not. Barto.
24 Bald.& Salycet. ¶ † Octauo inſurgit
alius

alius conſiderabilis effectus ex hypo-
theca.nam ſi aliquis emat rē alteri hy-
pothecatam.talis emptor etiā quod di
cta res ſibi tradita ſit non tenetur ſolue
re pretium venditori niſi prius res libe
retur à dicta obligatiōe ad quod etiam
dictus emptor principaliter agere po-
teſt,ſcilicet vt res liberetur.vt eſt text.
& ibi not.per gloſ.Barto.Bald.& Saly-
ce.in.l.ex prædijs.C.de euictioni.Simi
liter dictus emptor poteſt agere ad quā-
ti intereſt ſua dictam rem venditam ſi-
bi non fuiſſe nec eſſe alteri obligatam:
& ſic ad quantum res minus valet pro-
pter dictam obligationem.ita no.Ang.
in.l.j.§.ſi hæres.ff.ad trebel.per illum
textum.& ibi refert & ſequitur Alexā.
& eſt tex.in.l.ſi rem meam.& ibi Bart.
ff.de ſolutio. Et illud quod dicitur in
venditione dicendum eſt etiam in ceſ-
ſione iurium:quia ceſſio iurium ex pre
tio inſtar habet venditionis:vt per to-
tum titu.ff.de hære.vel actio.vendi.&
facit text.in.l.ſi plus.§.ſi.ff.de euictio.
& habetur per Pau.de caſt.in conſi.ix.
viſo puncto &c. ¶Sed difficultas ma-
gna eſt, an prædicta procedant ſolum
quādo obligatio & hypotheca eſt pura?
An vero etiam quando obligatio & hy
potheca eſſet cōditionalis:puta pro re-
ſtitutione dotis vel alia obligatione cō
ditionali.Et quod prædicta procedant
etiam in obligatione conditionali pu-
ta pro dote.iuxta not.in.l.ſi conſtante.
§.j.ff.ſoluto matrimonio.& in.l.in re-
bus.§.omnes.C.de iur.dotiū.videtur
velle Alexan.in.d.l.j.§.ſi hæres.dū di-
cit quod per deciſionem Ang.qui vult
ꝙ emptor poſſit agere quāti ſua inter-
eſt rem ſibi venditam non eſſe obliga-
tam poteſt decidi illud quod indeci-
ſum reliquit Bald.in.d.l.ex prædijs.&
ſic videtur velle Alexan.quod etiam in
hypotheca conditionali emptor poſſit
agere cōſiderato illo dubio euētu obli-
gationis conditionalis.ſubdit tamē Ale
xand.quòd de hoc nihil ponit pro con-
ſtanti:quia articulus magnam exigeret
diſputationem. Bald. autem in.d.l.ex
prædijs.vltima colū.ſentit contrarium.
videlicet quod in obligatione dotali &
ſic cōditionali (vt dictū eſt) agi nō poſ-
ſit.vt liberetur.¶Sed idem Alexand.in
conſil.lxvj.fortificatur.iij. volumi.te-
net expreſsè quod dictum Angel.in.d.
§.ſi hæres.procedat etiam in re obliga-
ta ſub conditione.& quod vigore dictæ
obligationis conditionalis emptor age-
re poſſit contra venditorem ad intereſ-
ſe quanti minus dicta res vēdita fuiſſet
habito reſpectu ad dubium euentū di-
ctæ obligationis cōditionalis.& fundat
ſe in tex.in.d.§.ſi hæres.& in.l.ſi ſeru⁹.
in prin.ff.de cōdi.fur. In quib⁹ æſtima
tur & attēditur dubius euentus condi-
tionis.& dictum cōſiliū.lxvij.eſt parti-
cula alterius cōſilij Alexādri videlicet
cōſi.lxiij.diligenter inſpectis.vj.volu.
¶Tamen idem Alexand.in.d.l.ex præ
dijs.C.de euictionibus. in apoſtil.ad
Bald.videlicet in prima apoſtil.tenet ꝙ
dicta.l.intelligatur de obligatione pu-
ra.non autem de conditionali:& ſic q̄d
in conditionali obligatione non poſſit
agere emptor,vt res liberetur,vel exci-
pere vt non teneatur ſoluere pretium
donec res liberetur à dicta obligatione
cōditionali,ſed in obligatione pura ſic.
& iſtud etiam tenet Alexander in con-
ſilio ſexageſimoquinto obmiſsis argu-
mentis.v.volu.vbi ſequitur opi.Bal.in
d.l.ex prędijs.in fi.ſcilicet quod quādo
obligatio eſt conditionalis emptor nō-
dum moleſtatus pro ea non poſſit age-
25 re contravenditorem.¶†Et mouetur,
quia tex.in.d.l.ex prædijs.loquit̄ quā-
do



do prædia erant obligata.ſed pendente
conditione ſuſpenſiua res non dicitur
obligata.vt volunt Barto.& alij in.l.ſa
cere.ff.ſoluto matrimonio iuncta.l.ce-
dere diem.ff.de verborum ſignificatio.
26 ¶†Et ad hoc etiam ponderat text.in
d.l.ex prædijs.in ver.creditore.nam il-
le qui ſub conditione creditor eſt nō di
citur propriè creditor : vt per Barto.&
alios in.l.j.in vlti.col.ff.ſi cer.pet.per.l.
debitor.ff.de verborū ſignifica.Et iſtā
etiā opinio.tenuit Alex.in.d.l.ex præ-
dijs.in apoſtil.ad Bal.in prima apoſtil.
27 ¶†Et iſta ſecūda opinio iudicio meo
eſt verior per fundamenta Alex.Et nō
obſtat.d.l.ſi ſeruus.in principio: q̄a nō
eſt ſemper verum ꝙ fiat æſtimatio du-
bij euentus conditionis.imo aliquando
æſtimatio & exactio differtur in tēpus
exiſtētis conditionis:vt in.l.in lege ac-
quilia ſi deletum.ff.ad legē acquili. Et
de hoc articulo poſuit vnam diſtinctio-
nē Bar.in.l.iij.§.condemnādo.ff.de ta
bu.exhib.& ibi habetur per Alex.poſt
Bar.& per Bart.& Imo.in.l.ſi finita.§.
ſi.ff.de dam.inſe.& inter alia ſit iſta cō
cluſio ad propoſitum noſtrū.quod quā
do quis tenetur ex dolo:tūc fit extima
tio ante euentum conditionis:& cōdē-
natio & exactio repræſentatur ante cō-
ditionem:ſed quando quis tenetur ex
culpa,tunc cōdēnatio differtur in euen
tum conditionis:per tex.in.d.l.in lege
acquilia ſi deletum.& ita etiam no.Bar
to.in.d.§.cōdemnatio.Sed quando vē-
ditor vendit rē alteri hypothecatā ſub
cōditione:etiā quod de dicta hypothe-
ca nō certiorauerit emptorem non vide
tur ex hoc teneri de dolo : ſed ſi tenet̄
de culpa tenetur : iuxta not.in.l.ſi quis
cū aliter.ff.de verb.obli.& nulli dubiū
eſt,quòd venditor ex hoc non tenetur
de dolo cùm ſufficiat ſibi actio ex ven-
dito.vt.l.ſi quis affirmauerit.in prin.ff.
de dolo.&.l.Iulianus.§.ſi vēditor.cum
§.ſequē.ff.de acti.emp.nō enim ex hoc
emptor ſi ſciuiſſet hanc obligationē,nō
fuiſſet non empturus,ſed minus emiſ-
ſet:vt declarat:gl.in.d.l.ſi quis affirma
uerit.cū ergo non teneatur venditor de
dolo,ſed actione ex vendito.vt in.d.ll.
& in.l.j.§.j.ff.de actio.emp.ſequitur ꝙ
condemnatio nō poteſt fieri de præſen
ti.ſed q̄d differri debet in euentum cō-
ditionis.iuxta no.in.d.l.iij.§.condēna-
tio.& in.d.l.lege acquilia ſi deletum.
¶Interim autem ſolum inſtari poſſet
pro parte emptoris vt venditor ſibi ca-
ueat de conſeruando eum indemnem
à dicta conditionali obligatione:vt per
Bal.& Salicetum in.l.ij.in verſi.modo
quero,de eo.C.de ſentētia quę ſine cer.
quātita.& habetur in.l.j.ff.qui ſatiſda.
28 cogatur.†Et talis cautio poteſt fieri
cū hypotheca bonorū abſq; fideiuſſore:
q̄a nō refert,an fideiuſſoribus an hypo
theca bonorū caueat:vt.l.j.§.an pigno
ribus.ff.de colla.bonorū.Et latè p̄ Ale-
xan.in.d.conſi.lxv.in fi.v.volu.¶Et ſic
illud quod dixit Ange.in.d.l.j.§.ſi hæ-
res.debet intelligi in obligatione pura
nō cōditionali.Et ſimiliter illud quod
vult Bal.in.l.iij.C.de euic.dū dicit q̄d
quando emptor eſt pauper,& non po-
teſt ſoluere pretium poteſt excipere cō
travenditorem quod non tradidit rem
liberam quia eſt obligata pro dote vxo
ris & alijs creditoribus. ¶Puto enim
intelligendum quod emptor poſſit ex-
cipere:vt non teneatur ad pretij ſolu-
tionē:donec res liberetur à dicta obli-
gatione.ſi tamen dicta liberatio præſta
ri non poſſit:quia ille cui res eſſet obli-
gata nollet conſentire vt liberaretur:
ſatis eſſet facere emptorem ſecurum,ꝙ
damnum ex dicta obligatione paſſurus

non ſit vel per fideiuſſorem,vel ꝑ obligationé bonorum:vt firmat Alex.in.d. cõſil.lxv.ad fi.& ſic quando obligatio eſt cõditionalis non põt præcisè venditor cogi ad liberandum.nec etiam quãto minoris emptor emptur⁹ fuiſſet.ſed ſatis eſt ꝙ emptor reddatur ſecurus à venditore aduerſus damnũ futurũ ex dicta obligatione etiã per ſimplicé hypothecam bonorum:ſed quãdo obligatio eſſet pura:tunc bene poſſet agi quãto minoris.& ita etiam puto intelligenda no.per Bal.in.l.quoniam liberum. C.de compen.& per Alexand.in conſi. cxl.viſo ſummario.in.j.&.ij.colum.vij. volumine.¶ Nec obſtat text.in.d.l.j.§. ſi hæres.quia non apparet,ibi quòd res illa retinenda per hæredem pro ſua trebellianica eſſet obligata ſub conditione: vt vult Alexand. in dicto conſilio lxvij.ſed ſimpliciter ibi dicitur quod ille fundus erat pignori datus.debet ergo intelligi pro debito puro,& nõ conditionali.nimirum igitur ſi fit extimatio dubij euentus : id eſt euictionis faciendæ per hypothecariam : vt dicitur ibi in text.Nõ obſtat etiam text.in.l.ſi ſeruus.in principio.ff.de cõditio.furti. in quo etiam ſe fundat Alexand.in dicto cõſilio.lxvij.quia licet ille text.loquatur in ſeruo furtiuo legato ſub cõditione: Tamen ideo agitur de præſenti cõtra furem ad extimationem ſerui: quia vt declarat ibi Bart.illud eſt: quia agitur de dolo contra furem.& ideo nõ differtur condemnatio in euentum cõditionis legati : ſed agitur de præſenti propter dolum.Et ſic puto tenendum quòd pro re vendita obligata alteri ſub conditione non poſsit agi de præſenti quanto minoris fuiſſet empturus & facere extimationem dicti dubij euẽtus: ſed quod iſtud differri debeat in euentum dictæ conditionis.Interim autem caueri debeat de indemnitate & de defendendo.Et ſi in inſtrumento venditionis cũ hypotheca bonorum eſſet promiſſa refectio dãnorum & intereſſe ſatis eſſet abſq; noua cautione præſtanda : aliàs orirentur ſuper venditionibus quotidie infinitæ lites:quia vix poteſt reperiri venditor qui in aliquo contractu non obligauerit ſua bona:& nimis durum eſſet quòd ex hoc venditor deberet impediri in exactione ſui pretij:vel cogi diminuere de pretio ꝑpter dubium euentum dictæ obligationis conditionalis,quæ no.quia non inuenies alibi examinata.¶Sed quando immineret euictio in limine cõtractus. iuxta.l.ſi poſt perfectam.C.de euictio. aliud eſſet dicendum circa exactionem pretij:quia niſi venditor præſtet fideiuſſorem de euictione, & non ſolũ pro lite mota:ſed etiã generaliter ꝓ omni euictione nõ tenebitur emptor ſoluere pretium.vt.l.fina.ff.de reſcin.vẽdi.Et cum materia illa non pertineat ad terminos noſtros.Ideo quo ad illam remitto te ad nota.per Ang.de are.inſtitu.de ſuſpec.tuto.§.fin.vbi copioſè loquitur circa terminos.d.l.ſi poſt perfectã.& per Roma.in cõſi.viij.iij.dubio. & per Fabianũ in tracta.de emp.& vẽ. in.vj.parte principali.in.xij.membro.

29 ¶† Nono,alius effectus cõſiderari poteſt:quia ſicut viro vergente ad inopiã permiſſum eſt vxori agere ad cõſignationé ſuæ dotis:iuxta no.in.l.ſi cõſtante.in principio.ff.ſolu.matri.& in.l.vbi adhuc.C.de iure do.Ita etiã eſt permiſſum eidé per viã exceptionis cõparere in iudicio moto ꝑ creditores mariti cõtra illi⁹ bona excipiẽdo de dote ſua anteriori,& impedire executioné allegãdo & probãdo vergẽtiã viri ad inopiam





non obſtante quòd aliter per prius nõ egerit contra maritum ſuper inopia,& fecerit diſcuſsionem bonorum illius. iuxta authé.hoc ſi debitor.C.de pign. Ita firmat Bald.nouel.in tracta. dotis. in ſeptima parte.in priuilegio.xviij.in fine.& latius in priuile.xxiiij.licet (vt ipſe refert ) aliqui aduocati tenuerint contrarium:quorum fundamentis ipſe reſpondet : & maximè quòd ſicut alij creditores poſſunt in iudicio executiuo cõparere & impedire executionem abſq; eo quod prius egerint & diſcuſſerint de bonis debitoris.iuxta not.in.l.à diuo.pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudicata.ita & debet poſſe facere vxor.& ꝙ dicta authenti.hoc ſi debitor.habet locũ quãdo agitur cõtra tertiũ poſſeſſorem:nõ aũt quando per modum exceptionis creditor cõparet ad impediendũ executioné:& ita refert tenere Ioã. de Imo.in.d.l.à diuo pio.§.ſed illud.& quod ſicut vxor per viam actionis põt agere pro inopia viri.d.l.ſi cõſtante.in principio:ita debet poſſe facere ꝑ modum exceptionis:quia cui damus actionem fortius damus exceptioné.l.inuitum.§.cui damus.ff.de regulis iuris.

¶Fatetur tamen quòd iudex in tali cõparitione vxoris per viam exceptionis debet præmittere cauſæ cognitioné ſuper allegata inopia & ſup ea interlocutorie pronunciare:& demũ vxoré admittere in ſua exceptiõe.Et hoc modo procedat illud ꝙ vult Pau.de caſt.in.l. ij.in prin.ff.ſolu.matri.qui allegabatur in contrarium per aduocatos aduerſæ partis,videlicet in ſecundo not.

¶Subdit etiam eſſe aduertédum quòd iſto caſu non ſeruabitur forma tradita in.d.§.ſed illud.vt ſcilicet procedatur ad venditionem bonorum mariti & de pretio ſatiſfiat prius anteriori creditori & ſucceſſiuè alijs:quia quando vxor cõparet in cauſa inopiæ poteſt vxor obtinere ſe velle incumbere pignori vt inde alatur cũ viro & familia.iuxta.d.l. vbi adhuc:vt infrà immediatè dicetur. Et iſtam opinioné tenet etiam idé Bal.nouel.in eadem.vij.parte in penult.& vltimo priuilegio.Iſtã etiam parté videtur tenere Bart.in.l.ſi cõſtante.in principio.in.viij.q.tertiæ partis principalis vbi firmat ꝙ vxor in caſu inopiæ poſsit ſibi cõſulere per viam retentiõis,tã cõtra ipſum maritum quàm contra extraneos agentes hypothecaria . allegat c.per tuas.de donatio.inter virum & vxo.Sed iſta diſputatio ceſſat in ciuitate Florentiæ,in qua extat ſtatutum quod mulier in caſu inopiæ poſsit agere ad bona mariti,& etiam ea defendere contra quoſcunq; creditores.obtenta tamen prius licentia à conſilio.

30 ¶†Sed extra caſum inopiæ non video quod mulier cõſtante matrimonio poſſit agendo vel excipiendo bona mariti defendere cõtra creditores illius : quia conſtante matrimonio non competit regulariter actio pro dote : vt . l.ij . ff. ſoluto matrimonio & .l.ſi conſtan.§.j. & ibi per Alexand.eodem titulo & dictum ſtatutum Florentinum quòd mulier poſsit defendere bona mariti contra creditores obligatos ad dotem , vel ad augmentum dotis vel donationem puto debere intelligi,vel in caſu inopię vt dixi,vel ad;hoc vt ei caueatur in caſu reſtitutionis dotis de reſtituendis bonis hypothecatis.iuxta tex.in.l.grege.§.fin.ff.de pignori.vel tertiò contra illos creditores qui tenentur vxori purè ad ſoluendum dotem, vel augmentum dotis,vel donationem ex promiſſione præambula.tunc quaſi per modũ cuiuſdam compenſationis poſsit mu-

liter defendere bona mariti plus tamen
placet ſecunda intelligẽtia. ¶Sed extra
iſtos caſus non video quod vxor habeat
conſtante matrimonio ius defendendi
bona mariti cùm nondum habeat actio
nem aliquam. iuxta.l. cedere diem .ff.
de verbo. ſignifica.& in .l. ſi conſtante.
§.j.ff.ſolu. matrimo. vbi per Alexand.
31 ¶†Sed dubitatur,an mulieri agenti vel
excipienti in caſu inopiæ mariti ad bo-
na illius ſibi hypothecata pro dote poſ-
ſit ei per creditores offerri dos in pecu-
nia:& peti relaxatio bonorum cum ceſ
ſione iuriũ dotalium. iuxta.l. creditor.
§.ſi pignus.ff.qui po.in pigno.hab.&.l.
j.C.ſi anti. credi.¶Et in hoc articulo
maxima eſt cõtrarietas inter doctores.
Nam ꝙ ſit locus tali obligationi tenent
Bald.Ang.Imo.Roma.Pau.de caſt. &
Alex.in.d.l.ſi conſtante.in princ.& di-
cit ibi Alex.in.vj.q.tertiæ partis poſitæ
ibi per Bart.ꝙ iſta opinio videtur de iu
re verior & ꝙ ex rationibus Bal. patet
reſponſio ad rationem Cy.in qua vide-
tur fundata opi. contraria Contrariam
autem opinionem, videlicet ꝙ nõ ſit lo
cus tali obligationi tenet Io.and.in ad
di.Spec.in ti.de dona. inter vir. & vxo.
§.ſi ſuper.verſi.ſed cũ mulier.& Iac.de
are.& Dyn.in.l. cum tibi.C.qui po.in
pig.habe.& ibidem Pet.Bart. Salyc.&
Raph.Fulgo.eandem opi. tenet Barto.
in.d.l.ſi conſtante.in.vij.q.tertiæ partis
principalis iſtam etiam ſecundã opinio
nẽ tenent Bal.& Ange.ſibi contrarij in
l.j.ff.ſo.mat.& Bal.in.d.l.vbi adhuc.&
hãc firmat Cor.pręceptor meus in cõſ.
lxxxv. videt̃ primo in litera.d. quarto
volu.¶Et iſtam opi.latiſsimè diſputan
do,& arguẽdo ad vtrãq; partem,& om
nia referẽdo approbat.Soci.in cõſi.cxj.
viſa cognitione. in .iij. volu. vbi refert
etiã alios tenentes hanc partẽ:& vltimò
dicit ꝙ iudex qui recederet ab hac opi-
nione poſſet de temeritate reprehendi.
32 ¶† Et maximè cũ in ambiguis,in cau-
ſa dotis ſit iudicandum in fauorem ip-
ſius:vt.l.in ambiguis.ff.de iure do.etiã
ſi pauciores doc.pro ea eſſent:vt in.c.ſi.
vbi ita firmat Abb. de re iudi. Eandem
opinonẽ vltra allegata per Soci. tenet
etiam Veroneñ.in ſuis cautel. car.xvij.
colũ.j.& ſeq. Maximè quando in inſtru
mẽto dotis dictum fuit ꝙ mulier in ca-
ſu reſtitutionis dotis poſsit petere do-
tem in pecunia,vel in bonis ad eius ele-
ctionem:vt ibi per eum. Et ego ſemper
ſecũdũ iſtam opinionem vidi iudicari.
33 & ita puto tenendum. ¶† Intellige ta-
mẽ ſanè prædicta,ꝙ mulier in iſto caſu
inopiæ non poſsit occupare omnia bo-
na mariti ſicut poſſunt alij creditores
hypothecarij. iuxta.l. creditoris.ff.de
diſtrac.pigno.&.l.quãdiu.C.eo.tit.Sed
tenebitur de multis bonis eligere vnũ
prædium:vel vnum petere fortè de me
lioribus vſq; ad concurrentem æſtima-
tionem ſue dotis. argumen.d.l.credito
ris.& ibi nota. per Barto. Alias ſi ſecus
diceret̃ eſſet in poteſtate mulieris,quã-
do videret virum labi facultatibus,illu
dere alios creditores dicẽdo ſe velle om
nia bona pro ſua dote retinere,quod eſ
ſet captioſum.& ideo nõ eſt tolerandũ.
iuxta.l.in fundo.ff.de rei vendi.& quia
eſſet aperire viam fraudibus. & ita te-
net Baldus nouel. in tractatu dotis,in
ſeptima parte. in priuileg.xlvij. & ita
ante eum tenet Bartolus in .d.l. ſi con-
ſtante.in.iiij.quæſtione principa.in.iij.
quæſtio. & ita refert tenere Cyn.in.d.
l.vni adhuc.in.xiiij.q.& iſtam opinio-
nem tenet ibi Alexã. videlicet in dicta
iij.q.iiij.q.princi. & alij cõmuniter ex-
34 cepto Roma.vt refert ibi Alex. ¶† Itẽ
illud quod dictum eſt ꝙ vxor conſtante




matrimo.nõ poteſt defendere bona ma
riti vltra caſum inopiæ. Intellige præ-
terquam in bonis dotalibus quæ eſſent
fundus dotalis:nã iſta bona mulier po-
teſt indiſtinctè defendere etiã conſtan-
te matrimonio contra quoſcunq; etiam
ſi fieret executio in dictis bonis pro de-
bito communi mariti & vxoris:qa talis
executio eſſet quædam alienatio quę in
fundo dotali eſt prohibita per.l.Iuliam
de fundo dota.Ita not.gloſſ. in .l. ſed ſi
alia.ff.de bo.dã.& ſequitur Bal.in.l.ob
maritorum.C. ne vxor pro mari. & ita
latiſsimè firmat Bald.nota. in tractatu
dotis. in ſeptima parte. in priuile.xviij.
35 ¶†Similiter idem dicendũ eſt ſi bona
mariti eſſent fiſco publicata : quia tali
caſu vxor incontinẽti bona dotalia ven
dicare à fiſco non obſtante ꝙ hodie ma
trimonium non ſoluatur ex aliqua con
demnatione facta de viro.vt in authen.
ſed hodie.C. de donatio. ante nuptias.
Ita vult glo.in.d.l.ſed ſi alia. & videtur
textus in.l.ſi quis poſt hanc.C.eod.tit.
& facit textus in.l.ſi marito publico.ff.
ſolu.matrimo. & latè habetur per Bal.
no.in dicto tractatu in .d.vij. parte pri-
uileg.xvij. & illud quod dicitur de bo-
nis viri in caſu inopiæ debet etiam dici
de alijs correis obligatis vna cum viro
vt per Roma.in conſi.cccxcij.circa pri-
mum.vlt.col.ſuper.iij.dubio.vbi ſuper
ſtatuto Florentino decidit in caſu ino-
piæ poſſe etiam agi cõtra bona illorum
qui vna cum viro ſunt obligati pro do-
36 te.¶† Decimò,circa effectum hypothe
cæ quæ cõpetit vxori pro reſtitutione
ſuæ dotis ſol.ma. dubitatur, an ſi vxor
agat executiuè, contra hæredes mariti
ex publico inſtrumento quod ex forma
ſtatuti habẽt executionem paratam.&
ipſa vxor fortè geſsit tutelam filiorum,
& inuentarium confecit & obligauit ſe
in forma ad redditionem adminiſtra-
tionis tutelæ & reſtitutionem reliquo-
rum cũ obligatione bonorum in forma
ex publico inſtrumento. An tali caſu fi-
lijs & hæredibus prædictis competat re
tentio dotis prædictæ donec eiſdẽ fue-
rit reddita ratio adminiſtrationis præ-
dictæ? Et breuiter reſpõdetur ꝙ in hoc
articulo ſubtiliter more ſuo conſuluit.
Soci.in conſil.clxxx. diligenter puncti.
ij.volu.vbi concludit quod talis reten-
tio dictis filijs & hæredibus de iure cõ-
petat.¶Et tota difficultas iſtius articu-
li cõſiſtit in pulcherrimo text.in.l. vni.
§.taceat.C.de rei vxo.ac.qui prohibet
retentionem in dote.& ideo nõ videbat̃
poſſe retineri dotẽ per filios. Sed ad il-
lũ text.reſpondet Soci.ꝙ ille nõ habeat
locum vbi dos reperitur obligata & le-
gitimè hypothecatha ꝑ mulierẽ : prout
eſt quando mater aſſumpſit tutelam fi-
liorum:pro qua tacitè veniunt obligata
eius bona : vt.l. pro officio.C. de admi-
tut.& fortius ſi per ipſam matrem fue-
runt expreſsè hypothecata. ¶Secundò,
reſpondet Soci. ꝙ ex quo mulier in aſ-
ſumptione tutelę renũtiat omni.ll.& iu
ris auxilio iuxta no.i aut̃. matri & auię.
C.qñ mul.tute.of.fungi po. & ex hoc ꝑ
ſonaliter capi:licet aliàs nõ poſſet : vt.l.
vni.C.de of.om.iudi.vt per Bart.in.l.ſi
quis ſub conditione.ff.de teſta.tute. &
Bar.& Saly.in.d.aut̃.matri & auiæ:for
tius dicendum eſt ꝙ ex hoc poſsit dos
retineri auctẽ.multo magis.C.de ſacro.
eccle.¶Tamẽ iſtis non obſtantibus iſta
deciſio mihi ſemper viſa eſt dubia:quia
non videtur bene reſponſum ad.d.§. ta
ceat.in quo retẽtio dotis, generaliter &
indiſtinctè prohibetur vt eſt tex.in.d.l.
vni.§.ſed nec retentio.in fine ibi vt ſit
omnium retentionum expeditus tracta
tus & ex ſtipulatu actio merito ſecũdũ

ſui naturam nullã recipit retentionem:
cùm ergo generaliter ſit prohibita re-
tentio generaliter debet intelligi.l.j.§.
generaliter.ff. de leg. præſtan.c. ſi Ro-
manorum.xix.diſt. & vbi lex nõ diſtin
guit nec nos diſtinguere debemus.l. de
pretio·ff.de publicia.vnde nõ debet re-
ſtringi prohibitio ad caſum in quo dos
eſſet obligata vt facit Soci. & maximè
cũ imperator in.d.§.taceat:ponderet ꝙ
vbi competit alia actio retẽtio dotis da
ri nõ debeat:ideo cùm in tutela compe
tat actio tutelæ nõ debet recurri ad re-
tentionem prohibitam : pro hoc etiam
facit tex.in auctẽ.ad hæc.C.qñ mu. tu.
of.fung.po.vbi mater non probhibetur
à tutela ob creditũ,quod eſt inter eam
filios:ſed dicit,ꝙ debitum in ſua natu-
ra permaneat:cum ergo debitum dotis
ex natura non patiatur retentionem.d.
§.taceat.non debet mutari eius natura
propter tutelam aſſumptam & tacitam
vel expreſſam hypothecata ex ea reſul-
37 tantem.¶† Præterea promiſsio reddi
tionis rationis cũ reſtitutione reliquo-
rum quæ fit in tutela non poteſt ſepara
ri: nec aliqua certa quantitas quæ fortè
in inuentario eſſet appoſita poteſt de
per ſe peti : ſed in ſimul tota ratio reui-
deri debet cum poſsit contingere ꝙ tu-
tor plus oſtendat in redditione rationis
ſe impendidiſſe in rem pupilli quã ipſe
habuerit.l.j.§. præterea ſi tutele.ff. de
cõtrario iudi.tute.ita per plura elegan-
ter concludit Alex. in conſil.cxcij. viſis
narratis.vij.vol. ¶Ex quo etiam infer-
tur,ꝙ cùm debitum dicte tutele non ſit
liquidum ſed incertum donec tutelæ
ratio integra non ſit reuiſa ꝙ pro eo nõ
debet dari retentio quæ eſt quædã com
penſatio vt habetur per Barto. & alios
in.l.diuortio.§. ob donationes.ff. ſolu.
ma.& de debito liquido ad non liqui-
dum non admittitur cõpenſatio vt per
Bart.in.l.aufertur.§.qui compenſatio-
nem.ff.de iure fiſ.& latè per Alexan. in
conſil.xciiij.clariſsimè domine.iiij.vol.
¶Et hoc tanto fortius ꝓcederet quãdo
inſtrumentum dotis tanquam guaren-
tigiatum vel confeſsionatum ex forma
ſtatutorum haberet executionem para
tam,reiecta omni exceptione : excepta
ſolutione:tunc enim non deberet retar
dari executio dicti inſtrumenti dotalis
per retentionẽ bonorum obligatorum
pro redditione tutelæ: prout in propoſi
to ſunt iura dotalia , cùm non ſit liqui-
dum id,ꝙ pro tutela prætenditur,debe
ri:vt dictum eſt:& probatur ex not.per
Alexan.in.d.conſi.xciiij.vbi plenè.con
cluditur ergo ꝙ dicta deciſio. Soci.non
ſit de iure tenẽda:& ita pluries iudica-
38 ui & iudicari vidi cõtra illã &c.¶†Vn-
decimò , quæritur circa effectus hypo-
thecæ,an mulier quæ conſtante matri-
monio poteſt agere in caſu inopiæ pro
dote conſtituẽda in loco tuto iuxta no.
in.l.ſi conſtante.in prin.ff.ſol.mat.& in
l.vbi adhuc.C. de iure do.ſicut ipſa per
ſe poteſt agere,ita poſsit actionẽ ſibi cõ
petentẽ alteri cedere?& maximè hypo-
thecariã contra maritum & alios extra-
neos poſſeſſores?& Bal.in aucten.quod
locum. in.ix.qõ.C. de colla.tenet,ꝙ ſic
per illũ text.idem ſequitur ibi Roma.
ad fi.& Corneus.¶Contrariã autẽ opi-
nionẽ tenet idẽ Bal.ſibi cõtrarius in.l.j.
in pe.col.C.de priui.do.mouetur: quia
iſtud eſt merũ priuilegiũ mulieris:ideo
alteri cedi non poteſt & cum Bal.trãſit
ibi Saly.Idem tenet Bal.no.in trac.do-
tis in vlti.parte col.xxxvj. & ſeq.limitã
do tñ:vt ibi per eũ idem etiã tenet Frã.
de cur.in conſili.lvij. ſumma totius.qõ.
ampliãdo etiã ſi in tali ceſsione interue
niret iuramentũ per allegata ibi per eũ.





¶Iſtam etiã quæſtionem latè examinat
Iaſo.in.d.l.ſi conſtante.in vlti.col.& fir
mat hanc ſecundã partem reſpõdendo
omnibus argumẽtis cõtrarijs vt ibi per
39 eum.¶† Duodecimò,alius effectus cõ-
ſiderari poteſt in hypotheca : ꝗa donec
quis habet hypothecã in re pro aliquo
ſuo credito dicit̃ eſſe tutus in dicto cre-
dito:& ideo non poteſt dici ꝙ tali caſu
competat ei actio ſubſidiaria ad dictam
rem.¶Et propter hoc Bald.& Saly.in.l.
ſi vt proponis.C.de rei vendi.reprehen
dunt Bar.ibi,qui voluit ꝙ pupillus ha-
beat hypothecatã rem emptã ab extra-
neo de ſua pecunia : & non poſsit illam
vendicare , niſi in ſubſidium quando.ſ.
qui emit ſoluendo nõ eſſet:nam inquan
tum Barto.vult quod iſto caſu pupillus
poſsit vendicare in ſubſidium rem em-
ptam ab extraneo ex pupillari pecunia
ipſi reprehendunt Barto.& reſpondent
ad.l.filiæ.ff.de ſol.in qua ſe fundat Bar.
ꝙ illa non loquitur de rei vendicatione
danda in ſubſidium ad bona:ſed de vti-
li actione perſonali contra argentarios
qui bona pupilli vendiderunt & pretiũ
ſoluerunt matri ſcienter quæ non erat
ſoluendo. Item quia non poteſt cadere
actio ſubſidiaria in re empta ab extra-
neo de pecunia pupilli : nã cum illa res
ſit hypothecata dicto pupillo pro ſua
pecunia ad quẽcunq; illa res trãſeat pu
pillus erit tutus in ea & ideo ſecũdum
eos ceſſat actio ſubſidiaria. ¶Et ex hoc
infert Soci.ſubtiliter more ſuo in conſi.
ccxxiiij.eleganter.ij.volumi.quod licet
res empta ex pecunia dotali ſit hypothe
cata vxori & in ſubſidiũ poſsit vẽdica-
ri:vt.l.ex pecunia.& ibi no.Bar.& Bal.
C.de iure dot.Tamen quod ex quo illa
res eſt hypothecata non põt dari caſus
quod in ſubſidiũ ad eam det̃ vtilis rei
vendicatio iuxta dicta per Bal. & Saly.
in.d.l.ſi vt proponis. & ſimiliter idẽ in-
fert dicẽdũ eſſe in terminis.l. in rebus.
C.de iure do.vbi vtilis rei vẽdicatio in
ſubſidium datur vxori in bonis æſtima
tis datis in dotẽ.Nam ſtante hypotheca.
ſecundũ eũ non poteſt cadere actio ſub
ſidiaria. ¶Ego de hoc dicto ſemper du-
40 bitaui & dubito. † Quia inquantum
dicitur ꝙ vxor poteſt vtili rei vendica-
tione agere ad rem emptam ex pecunia
dotali, & ad rem æſtimatam in dotem
datam,iuxta.d.l.ex pecunia.&.l.in re-
bus.C. de iure do. & hoc in ſubſidium
tantum:intelligi debet quãdo maritus
non eſt ſoluendo per.l. vxor marito.ff.
de dona.inter vi.& vxo.ita tenet glo.in
d.l.in rebus.in gl.in ver.æſtimare.in fi.
cum qua ibi trãſeũt Bal. & alij:& iſtud
non eſſe ſoluendo intelligitur reſpectu
omnium creditorum:vt declarat glo.j.
in.d.l.vxor marito. vnde non videt̃ eſſe
in cõſideratione ꝙ vxor poſsit ſibi ſatiſ
facere de ſua pecunia vel dote in dicta
re empta vel æſtimata:& per conſequẽs
ꝙ tanquã ſecura nõ poſsit in ſubſidium
agere vtili rei vẽdicatione cùm habeat
aliam actionem .ſ. hypothecariã vt vult
Soci.in.d.conſi.224.in prin. allegando
ad hoc.d.l.vxor marito.vbi ſecundũ eũ
niſi daret̃ vtilis rei vẽdi.mulier eſſet de
ſtituta omni remedio:ꝗa ille tex.nõ di-
cit hoc. Sed ibi diſputat̃ , an vxor(ma-
rito non exiſtẽte ſoluendo)poſsit reuo-
care donationem factam marito reſpe-
ctu pecuniæ donatæ tantũ,an aũt reſpe
ctu rei emptæ ex illa pecunia:& tãdem
decidit̃ ibi ꝙ marito nõ exiſtẽte ſoluen
do omnibus creditorib⁹ vxor poſsit vti
liter vendicare dictam rem emptã con-
tra maritum:& ſic quamnis mulier poſ
ſet ibi vſq; ad quantitatem pecuniæ age
re contra maritum ſuper re empta : ta-
men cùm maritus nõ ſit ſoluendo con-

ceditur vtilis actio in rem ad totã rem.
¶ Et iſtã opinioné ſentit expreſſe Bald.
in.d.l.in reb⁹.in.§.not.vbi dicit ꝙ iſtud
remediũ rei vendicationis ad rem æſti-
matã:datur in ſubſidiũ:ſi excuſsis alijs
facultatibus viri reliquæ facultates nõ
ſufficiunt:excuſsio igĩ nõ eſt facienda
de re æſtimata in dotem data, an illa
ſit ſufficiens pro dote.i.pro æſtimatiõe
rei dotalis:ſed eſt facienda de alijs fa-
cultatibus:& quãdo aliæ facultates nõ
ſufficiunt pro debitis,dicitur maritus
non ſoluendo:& in ſubſidium datur vti
lis rei vendicatio ad rem æſtimatã:ſed
ſi aliæ facultates ſufficiunt:tunc nõ po-
teſt agi ad rem æſtimatã datã in dotem
niſi hypothecaria ita debet intelligi.d.
l.in rebus ſecundũ Bal.& alios ibi:iſtud
idé tenet etiã Bald.no.in tractatu dotis
in.viij.parte.vij.priuilegio: vbi dicit:ꝙ
eſt magni effectus quòd dicta actio vti-
lis cõpetat mulieri ex eo:qa ſi eſſent cre
ditores anteriores habẽtes expreſſam,
qui præferri deberent etiam in rebus
poſtea quæſitis:& ſic etiam vxori in re
æſtimata in dote data in qua habet taci
tam tantum iuxta no.in.l.fi.C.q po.in
pi.hab.& dixi.ſ̃.in.iiij.membro ſecũdę
partis.nu.102.Modo ratione vtilis do-
minij retranſlati in dictam mulieré iu-
xta.d.l.in rebus.præferri deberet qbuſ-
cunq; creditoribus:& illud quod volũt
Bal.& Saly.in.d.l.ſi vt ꝓponis.non ob-
ſtat:qa in illo caſu ſola res empta ex pe
cunia pupilli per extraneũ erat hypo-
thecata tacitè pupillo pro ſua pecunia
vnde ſtante hypothecaria ſatis erat con
ſultum pupillo abſq; rei vendicatione
ſed in caſu noſtro pro dote vxoris ſunt
tacitè hypothecata omnia bona mariti.
l.vni.§.& vt plenius.C.de rei vxo.act.
vnde exiſtẽte marito nõ ſoluẽdo:& nõ
exiſtẽte niſi iſta re æſtimata:neceſſe eſt
vxori in ſubſidiũ illa vendicare:ex quo
in alijs nõ põt ſe præualere:& ſola hypo
thecaria nõ eſt æquè ſufficieus ad ſecu-
ritatem vxoris,ſicut eſt ipſa vtilis actio
in rem:qa habẽs dominium præfertur
creditori.d.l.in rebus.cũ perinde ſit ac
ſi res aliena fuiſſet obligata quòd nulli-
ter fit.l.rẽ alienã.ff.de pig.acti. ¶ Præ-
terea etiam opin.Barto.in.d.l.ſi vt pro-
ponis.quòd etiam pupillus in ſubſidiũ
habeat vtilem in rem emptam ex pecu-
nia ſua videtur tenenda:qa illam tenet
glo.in.d.l.filiæ.in gl.in ver.ſciebant.&
illam tenuit etiã Iaco.de are.in.l.ij.ff.
quando ex fac.tut.& ibi Bar.& Bart.in
d.l.filiæ.& ibi etiã Pau.de caſt.& licet
tex.in.d.l.filiæ.in quo ſe fundat Iac.de
are.& Bart.nõ loquatur in re empta &
in actione in rẽ:ſed in actione cõpetẽti
ad pretiũ rerũ pupillæ venditarum per
extraneũ:quarũ pretium venditor ſol-
uerat matri pupillę vt,ſcilicet matre nõ
exiſtente ſoluendo in ſubſidium detur
actio contra venditorem ipſi pupillæ:
tamen eadem eſt ratio in vtroq; caſu vi
delicet tam in re vendita quã empta:qa
ſicut re vendita nomine vẽditoris & nõ
pupilli in ſubſidiũ datur actio ad pre-
tium ꝙ fuit ſolutum matri.ita & in re
empta quaſi contrariorum eadem ſit di
ſciplina.l.j.ff.de his q ſunt ſui vel alie.
iur.& probatur ex no.in.l.mater.C.de
rei vendi.vbi ſublata rei vendicatione
datur in ſubſidium actio nego.geſt.ad
pretium rei meæ venditæ per aliũ no-
mine ſuo & non eſt maior ratio ꝙ actio
perſonalis.alicui detur in ſubſidiũ nul-
la interueniente ſtipu.vel cõtractu:quã
quod detur vtilis rei vẽdicatio ad rem
emptam ex pecunia mea,vnde idem vi-
detur dicendum in vtroq; caſu:& non
obſtat quod ex quo res empta ex pecu-
nia pupilli eſt ei hypothecata nõ poſsit
eſſe



eſſe in ea dñs.l.neq; pignus.ff.de regu.
iur.quia illud procedit per contrarium
videlicet quod res ſua non poteſt ei eſſe
hypothecata:ſed nõ procedit quod res
mihi hypothecata non poſsit effici mea
per acquiſitioné dominij,iuxta no.in.l.
j.ff.de pigno.& in.l.debitor.ff.ad treb.
vnde nõ inconuenit ꝙ res empta ex pe-
cunia pupilli prius ſit ei hypothecata ꝓ
rehabenda pecunia:& poſtea effecto nõ
ſoluendo emptore ꝙ in ſubſidiũ acqui-
ratur pupillo dominiũ in eadem re:&
non obſtat quod videatur ceſſare actio
ſubſidiaria:ex quo per hypothecam pu
pillus eſt ſecurus:quia poſitis anteriori
bus & potioribus creditoribus iam pu-
pillus nõ erit ſecutus,niſi ei inſolidum
detur vtilis reis vẽdicatio.¶ Et ideo pu
to tenendã opinioné glo.Iaco.de are.&
Bar.tanquã magis æquam,& iure con-
ſonam & maiori autoritate fundatam:
videlicet ꝙ in ſubſidium pupillus poſ-
ſit vtiliter vendicare rem emptam per
extraneum ex ſua pecunia: & ſimiliter
puto tenendũ ꝙ etiam in terminis.d.l.
in rebus.vxor habeat actioné vtilem ad
rem datam in dotem æſtimatione vera,
quæ faciat emptioné in ſubſidiũ,ideſt,
marito non exiſtente ſoluẽdo omnibus
creditoribus:etiam ꝙ dicta res ſufficiat
pro ipſa æſtimatione pro qua in dotem
data fuit:qa illud actione dari in ſubſi-
dium debet intelligi: quando maritus
nõ eſt ſoluẽdo in alijs facultatibus:etiã
ꝙ extet res æſtimata vel empta ex pecu
nia dotali vel donata iuxta text.in.d.l.
vxor marito.ff.de dona.inter vi.& vxo
rem.& no.per Bal.in.d.l.in rebus.in.§.
no.ſuper quibus tamen cogito:quia nõ
41 inuenio examinata. ¶ † Tertiodeci-
mò,alius effectus eſt hypothecæ cõuen-
tionalis,ꝙ ſcilicet hypotheca adiecta ꝓ
principali obligatiõe nõ ſe extendit ad
pœnã in cõtractu appoſitã reſpectu pri-
uilegij videlicet ꝙ ſi hypotheca eſt pri-
uilegiata ꝓ ſorte:puta quia eſt dos iu-
xta.l.aſsiduis.C.qui po.in pig.habe.ta
le priuilegium nõ extẽditur ad exactio
nem pœnæ in cõtractu appoſitæ:ita no.
Pau.de caſt.in.l.ideo.per illum text.ff.
de compenſa.quod no.quia eſt bona li-
mitatio ad totũ.titu.ff.de priuile.credi.
& refert Ant.corſet⁹ in apoſt.l.ad Abb.
in.c.ex literis.de pigno.& facit gloſſ.&
quod ibi no.Bart.in.l.j.C.etiam ob chi
ro.pecu.vbi habetur ꝙ licet pignus da-
tum pro vno debito poſsit retineri pro
alio tamen non poteſt retineri pro vſu-
ris debitis pro pecunia mutuata, odio
vſurarum & per hoc dixit notabiliter
Bald.in.l.pignoribus.C.de vſur.quod
pignus obligatum pro ſorte tãtum non
poteſt retineri pro pœna odio pœnarũ:
& iſtud etiam refert & ſequit Roma.
in ſuis ſingu.in car.iij.incipien.tu ha-
42 bes ꝙ pignus &c.¶ † Quartodecimò,
dubitari poteſt,an in contractu pigno-
ris habeat locum.l.ij.C.de reſcin.ven
di.& breuiter reſpondetur ꝙ non:quia
ſcilicet ſi vna res æſtimationis mille de-
tur in pignus ꝓ ducentis nõ cadit lęſio
vltra dimidiã iuſti p̃tij prout reqrĩt in
d.l.ij.& maxime:qa dñiũ remanet apd
ipſum debitoré pignorãté:& fruct⁹ ve-
niũt cõputãdi ad vtilitaté ipſius debito
ris pignorãtis vt.l.ij.& fi.C.de pig.act.
&.l.ex p̃dio.C.de vſur.& ita tenet Cor.
in cõſi.cclxxxviij.viſo & diligenter.iij.
vol.in litera a.idé etiã tenet Ro.in ſuis
ſingu.car.16.iij.ccl.incipit ego legi tibi
ãno.vbi vult ꝙ in pignore ſubrogato lo
co alteri⁹,vel in alia cautiõe nõ habet lo
cũ remediũ.d.l.ij.allegat.l.ſi rẽ alienã.
§.ſatiſfactũ.in ver.deceptus.ff.de pign.
actio.& põt eſſe ratio qa deceptio circa
pignus eſt modici p̃iudicij cũ credito-
ri ſit

GRANADA

ri ſit ſalua actio perſonalis pro toto ſuo
credito.l.creditor qui non idoneum.ff.
ſi cer.pet.vt etiã innuit Roma.in.d.ſin.
43 ¶ † Sed dubitatur circa.d.l.ij.C.de re
ſcin.an ſi emptor emat res infra dimi-
diã iuſti pretij quo caſu cõtra eum da-
tur remedium.d.l.ij.& emptor illã de-
dit pignori vel hypothecę alteri,an ſi
poſtea venditor agat contra dictũ em-
ptoré remedio.d.l.ij. & emptor eligat
reſtituere dictam rem emptam potius
quã ſupplere pretiũ iuſtum venditori,
cēſeatur reſoluta ipſa hypotheca vel pi-
gnus conſtitutum per emptorem in di-
cta re:& Bart.in.l.ſi res.ff.quib.mo.pi-
gno.vel hy.ſol.tenet quod non ſit reſo-
luta:qa fuit in poteſtate emptoris qui
rem obligauit non reſtituere dictã rem
venditori,ſed ſupplere iuſtũ pretiũ,iu-
xta.d.l.ij.& quando ius debitoris.hypo
thecantis reſoluitur ex cauſa antecedé-
ti voluntaria : tunc non reſoluitur pi-
gnus vt ibi latè per Barto.Idem tenet
Barto.in.l.iiij.§.ſed & Marcellus.ff.de
in diem adiec.& in.l.in dié.ff. de aqua
plu.ar.& cum Bart.concordat Ioã.an.
in addi.Specu.in rubri.de obli.& ſolu.
in.ij.&.iij.col.in duabus quæſtionibus.
¶ Sed Bald.in.d.l.ij.in.ix.col.in ver.iu-
xta hoc quęritur:pone ꝙ pignoraſti,te-
net cõtra Bar.quãdo res védita reſtitu-
ta fuit mediãte iudicio & ex neceſsita-
te iudicij tũc enim vult ꝙ reſoluto iure
debitoris pignorãtis,reſoluatur ius ac-
ceptoris per.l.lex vectigalis.ff.de pigno
ri.ſed ſi res eſſet reddita ſponte ſine iu-
dic.tunc Bald.putat quod opinio Bar-
to.procedat:& ita dicit Bald.fuiſſe di-
ſputatum Bononiæ. & fundat ſe Bald
in dicta.l.lex vectigali.vel emphyteuta
non ſoluendo canonem ſi ab eo auoce-
tur res emphyteutica per directum do
minium ob caducitatem debitor præ-
iudicat ſibi & creditori cui illam rem
obligauit & tamen erat in ſua poteſta-
te ſoluere canonem:& euitare caducita
tem:& ideo per illum text.Bald.dicit
non debere eſſe in conſideratione volũ-
tas eius à quo res auocatur:ſed an ius
auocantis afficiat rem : & hoc ſufficiat
ad reſoluendum : & maximè quia non
debet factum illius à quo res auocatur
prę iudicare auocanti:& ſic facere quòd
res remaneat hypothecata argu.l.ſi ſu-
peratus.ff.de pigno.& l.ſi partē.in fin.
ff.quemadmo.ſeruit.amit.& l.potior.ff.
qui po.in pigno.habe.¶ Nec obſtat ſe-
cundum eum.d.l.ſi res.in fin.quia illa
loquitur,quando ex ſola voluntate de-
bitoris pedebat reſolutio pignoris.Nec
obſtat.d.l.ſi debitor.in princip.& eſt
ſimilis text.in.l.bouem.§.pignus.ff.de
ædi.edic.quia ille habent locum,quan-
do debitor q vult pignus reſoluere eſt
actor in iudicio reſolutio:ſed in termi-
nis.d.l.ij.emptor à quo res ei vendita
auocatur eſt reus:quia cõuenitur à ven
ditore,vnde potius inuitus dicitur rem
reſtituere quam volens cum iudi.red-
datur in inuitum:vt.l.inter ſtipulanté.
ff.de verb.obl.& cũ Bal.tranſit Sal.in
d.l.ij.in.xj.&.xv.q.& facit qa nõ eſt ve
rũ ſimpliciter ꝙ emptor in terminis.d.
l.ij.volũtarie reſtituat rem cũ poſsit ſol
uere pretiũ:qa ad alterũ eorũ omnino
compellitur & ſic ceſſat fundamentum
Bar.ꝙ voluntariè reſtituat rem:qa vo-
lũtarie fieri dicitur quod nulla coactio-
ne fit,ſecundũ Bal.in tractatu ſciſmatis
in.5.col.per.l.ſi quis maior.C.de tranſ-
act.¶ Ité quia poteſt eſſe ꝙ ille emptor
nõ habeat pecuniã paratam ad ſupplen
dũ iuſtũ pretiũ venditori:& ideo cogit
rem reſtituere:& probat optime in.d.l.
lex vectigali vbi licet debitor potuerit
ſoluere canoné & euitare caducitaté:tñ
quia



quia reſti.rei nõ fit ex mera voluntate,
ſed ex neceſsitate iudiciaria:ideo reſol-
uitur pignus vt ibi habetur:& iſtã opi.
tenet etiã Pau.de ca.in.d.l.ij.& illã di-
cit eſſe veriorē Alex.in.d.l.ſi res.in apo.
ad Barto.& in.d.l.ij.in apoſt.ad Bald.
44 ¶ † Et ex pdictis etiã ſequit clara de-
ciſio ꝙ ſi vēditio facta fuit cũ pacto de
reuédēdo.ī.certũ tps:ꝙ ſi poſtea fiat re
uenditio:obligationes & hypothecæ fa
ctæ ſuper illa te per ipſum emptore,re-
ſoluuntur facta reuenditiõe:qa dicta re
uēditio fit ex neceſsitate pcedentis con-
tractus & pacti:ita no.Bar.in.d.l.iiij.§.
ſed & Marcellus.ff.de in dié adiect.&
in.d.l.ſi res.ff.qui.mo.pig.vel hy.ſol.&
habetur in locis.ſ.allegatis:& ita etiam
dicēdum eſt in omnibus alijs caſibus in
quibus contractus reſoluuntur ex ne-
ceſsitate præcedentis obligationis.¶ Et
propterea aliàs in facto dicebam ſtante
ſtatuto Florétino ꝙ ſi res védita fuerit
irrequiſito conſorte.ꝙ emptor cogatur
reuendere conſorti:ꝙ ſequuta reuendi
tione predicta,que ex neceſsitate dicti
ſtatuti fit:reſoluitur omnis hypotheca
contracta apud ipſum emptore:& pro-
pterea ſtatués illo caſu nõ arctauit di-
ctum emptoré ad cauendũ de euictiõe
prout facit in caſu antecedenti:ſed ſolũ
ad cedendum iura:quę pro ſuo facto &
dato ipſe emptor acquiſiuit : qa ſcilicet
ſtatuens conſiderauit:ꝙ reſoluta dicta
emptione reſoluitur etiã omnis obliga.
cõtracta per eũ in dicta re per ſupradi-
cta fundaméta:& ideo nõ eſt opus alia
cautiõe:ſed ſufficit ceſsio iuriũ pdicto-
rũ:ꝙ no.qa aliàs dubitaui & non vide-
bã rationé differentię inter primũ ca-
ſum dicti ſtatuti & ſecũdũ.poſtea auté
45 cõperij veritaté eſſe,vt.ſ.¶ † Infertur
etiã ex prædictis ꝙ ſoluta donatiõe ex
defectu inſinuationis non factæ iuxta
formã iuris cõmunis videlicet.l.ſanci-
mus.C.de dona.vel ſtatuti hoc reqren-
tis videt etiã reſoluta obligatio,ſeu hy-
potheca interim cauſata penes donata-
riũ ſup dicta re donata ita tenet Bal.in
d.l.ij.C.de reſcin.védi.in.xiij.q.in ver.
dicit etiã ibidé Bar.& mouet qa res do
nata non erat donatarij ante factam in-
ſinuationé iure perpetuo & irreuocabi
li:ſed erat reuocationi ſubiecta:& ideo
finito iure donatarij quod nõ erat per-
petuũ,finitur ius illius qui accepit ius
hypothecæ à donatario ſuper ea.l.ſi do-
mus.§.ſi fundus.ff.de leg.j.&.l.vxor pa
trui.C.de leg.& dicit Bal.iſta verba eſſe
valde menti teneda.& iſta verba Bal.re-
fert Saly.in.d.l.ſi res.ſed non terminat
imò relinquit ſuper hoc cogitandum.
¶ Bar.verò ibi tenet cõtrariũ ex eo:qa
inſinuatio omiſſa fuit voluntarie per
ipſum donatariũ:niſi etiã creditori im
putari poſſet quare inſinuationem etiã
ipſe nõ feciſſet cũ & ipſe potuiſſet face-
re:quia ſua intererat vt hypotheca ſua
nõ reſolueretur.¶ Alexan.auté in.d.l.ſi
res.in apoſt.ad Bart.dicit ꝙ opinionem
Bald.iudic.ſuo eſt verior per id ꝙ not.
Bart.in.d.l.in dié.ff.de aqua plu.ar.vbi
dicit ꝙ quando ius conſtitutũ ſuper re-
ſoluitur facto debitoris vel creditoris:
non directe ordinato ad hoc:& tunc re
ſoluitur obligatio interim ſuper dicta
re cõſtituta per.d.l.lex vectigali vbi p-
pter non ſolutioné canonis res reuerſa
fuit ad autoré:ſed tñ qa volũtas nõ ſol-
uentis nõ fuit ad hoc directe ordinata:
quia q nõ ſoluit nõ habuit volũtaté ad
hoc directe ordinatã vt res reuerteret
propter non ſolutionem:& ideo reſolui
tur omnis hypotheca in dicta re cõſtitu
ta:vt vbi per Bart.& cum iſta theorica
Bar.in hoc tranſeunt ibi alij ita ergo in
propoſito licet propter nõ factam inſi-
nuatio

nuationē donatio reuocet & reſoluat:
tamē volūtas eius qui nō inſinuauit nō
fuit ad hoc directè ordinata vt donatio
reſolueretur:& propterea debet reſolui
omnis hypotheca interim contracta.&
ita puto tenēdū:& no.hanc theoricam
Bar.in.d.l.l.diē.quia per illam poſſunt
decidi omnes ſimiles alię. quæſtiones.
ſemper cōſiderādo,an fiat reſolutio ex
facto directè ordinato ad reſolutionē,
an verò ex facto ad id nō directè ordina
46 to:ideo illā tene mēti &c.¶ † Decimo-
quintò,in materia quæritur,an diſpoſi-
tio.l.quoties.C.de rei ven.que eſt.ꝙ qñ
alienatur eadē res duobus ille præferat
cui primo res reperitur tradita habeat
locū in pignore?& dicendū eſt ꝙ nō:qa
in pignore cōſtituitur ius ex ſolo titu.
abſq; traditione:vt.l.j.ff.de pign.actio.
& ideo ſi eadē res fuit diuerſo tempore
hypothecata duobus præfert cui prius
fuit hypothecata nō autē ille cui prim⁹
fuit tradita:vt in regula,q prior.li.vj.&
in.l.potior.& in.l.qui balneū.ff.qui po.
in pig.hab.& melior tex.in.l.ſi prior.§.
fi.e.tit.¶ Et ita limitādo dict.l.quoties.
ꝙ non habeat locum in pignore,tenent
Cy.Ia.Fab.Bald.Salice.Pau.de caſt.&
47 Iaſ.in.d.l.quoties.in.iij.limita.¶ † Et
ideo pœna falſi qua tenetur vēdens rē
duobus iuxta.l. qui duobus. ff.de ſal.
nō habet locū in pignorante rem duo-
bus vt per Bar.in.l.ſi quis pignore.§.j.
ff.de pigno.actio.vbi aſsignat rationem
differentiæ & habetur per Alex.in.d.l.
qui duobus.¶ Et prędita vera ſunt quā-
do obligatio et hypotheca conſtituitur
ab vno domino rei debitore duobus cre
ditoribus diuerſis temporibus(vt dictū
eſt)ſed ſi duo non domini:ſed habētes
publicianā obligent eandē rem duobus
diuerſis tēporibus:tūc ſi lis ſit inter di-
ctos creditores:melior erit cōditio poſ-
ſidentis: ſed ſi agant contra extraneum
poſſeſſorem præferri debet cui primo
res tradita fuit tex.& ibi glo.in.l.ſi non
dominus.ff.qui po.in pi.hab.& no.glo.
in.l.ſiue autē.§.ſi duobus.ff.de publi-
cia.in verſic.ꝙ ſi à diuerſis.& iſto vlti.
caſu poſſet habere locū.d.l.quoties.ſi
autem vnus non dominus obliget rem
duobus:diuerſis temporibus idem eſt
ꝙ dictū eſt in domino obligāte videli-
cet ꝙ prior præferri debet:vt tex.eſt in
d.l.nō dominus in primo reſpōſo,& ibi
48 declarat Sali. ¶ † Decimoſextò,quæ-
ritur,an in hypotheca pretiū ſuccedat
loco rei?& pro intelligentia eſt ſciendū
ꝙ non eſt dubium ꝙ in vniuerſalibus
actionibus & iudicijs pretium ſuccedit
loco rei: vt.l.ſi rem & pretiū.& ibi per
doc.ff.de peti.hæred.& l.imperator.in
fi.cū.l.ſeq.ff.de lega.j.¶ In iudicijs autē
particularibus eſt diſtinguendum:quia
aut ſumus in actione, ſeu iudicio reali
puta in rei vendicatione,& tunc pretiū
ſuccedit loco rei in ſubſidiū re præſcri-
pta vel perempta contra habētem cau-
ſam lucratiuam & nō aliter vt habetur
per glo.Bar.& alios in.l.mater.C.de rei
vendi.& habetur.per doc.in.l.ſi cū ſer-
uum.ff.ſi cer.pe.¶ Aut ſumus in perſo-
nalibus: & pretium non ſuccedit loco
rei niſi quando agitur ex contractu ra-
tione doli ita tenet Bar.in.l.qui à debi-
tore.ff.q in frau.credi.¶ Aut ſumus in
hypothecaria,& tūc idē concluditur ꝙ
cōcluditur in actione reali videlicet ꝙ
in ſubſidiū re præſcripta vel perempta
poſsit agi ad pretiū dictę rei cōtra præ-
tendente cauſam lucratiuā nō autē cō-
tra prætendentē cauſam oneroſam:ita
tenet Bart.& alij poſt gl.in.l.j.ff.de di-
ſtract.pigno.& ꝓpterea infert ibi Bar.
ad qſtionē quā dicit habuiſſe in facto,
videlicet ꝙ mulier q̄ dederat dotē ma-
rito



rito pauperi qui in morte reliqt quaſdā
pecudes quas frater mariti vendidit nā
dicit ꝙ mulier poterit factis excuſsio-
nibus de bonis mariti: & ouibus mor-
tuis,vel præſcriptis in ſubſidium agere
cōtra fratrē mariti ad pretiū dictarū pe
cudū,& ita dicit fuiſſe obſeruatū.¶ Sed
in dote prout loquitur Bart.puta indi-
ſtinctè ꝙ pretiū ſuccedat loco dotis cū
ſit iudiciū vniuerſale vt latius dixi.ſ.in
iiij.membro ſecundæ partis in.iiij.caſu
in.vij.ampliatione.nu.56.vbi vide.¶ In
alia autē hypotheca[extra caſum dotis
tenēda eſt cōcluſio Bar.ſ.relata,videli-
cet ꝙ in hypothecaria re præſcripta vel
perēpta in ſubſidiū contra habētē cau-
ſam lucratiuā in ꝑtio: prætiū ſuccedat
loco rei:& eādē cōcluſio tenet no.Bart.
in.d.l.q à debitore.& in.l.fi.§.& ſi prę-
fatā.C.de iure delib.& Ang.in.d.l.ſi rē
& pretiū.& Iaſ.poſt alios in.d.l.ſi eum
ſeruū.in vl.col.vnde ſi ſecūdus vel alius
poſterior creditor vendidiſſet rē hypo-
thecatā & pretiū percepiſſet,& res vē-
dita eſſet præſcripta vel perempta:non
poſſet primus creditor q habebat in di-
cta re anteriorē hypothecā agere ad pre
tiū cōtra ſecūdū creditorē:qa ille inue-
nitur habere illū pretiū ex cauſa onero
ſa cū ſit creditor:& nō ex cauſa lucrati-
ua,niſi fortè vltra ſatiſfactionē ſui cre-
diti aliquid ſupereſſet ex pretio quia ad
illud reſiduū bene agere poſſet dictus
primus creditor:ita declarāt Bar.& Sa-
li.in.d.l.j.Sed ad integrū pretiū nō pōt
agi,niſi cōtra eū q vēdidit rē hypothe-
catā & inuenitur habere illud ex cauſa
lucratiua:& ita vltra prædicta declarat
Alex.in cōſi.cviij.viſo ꝓceſſu pe.& vlt.
49 col.5.vol.&c.¶ † Poſtremò inter alios
effectus reſultātes ex hypotheca eſt opti
mè aduertēdū ꝙ licet alias actio perſo-
nalis qua tenetur defunctus hæredi ſuo
per aditionē hæreditatis cōfundatur.vt
l.debitori.C.de pac.vnde ſi creditor ſuc
cedat in hæreditate ſui debitoris,ꝓ ea
parte pro qua ſuccedit & nō vltra actio
perſonalis cōfunditur.& ratio eſt:quia
actio & paſsio nō poſſunt ſtare in eodē
ſubiecto.vt eſt text.& ibi no.Bal.in.l.ſi
vxor tua.C.de bo.auto.iud.poſ.Tamē
licet in actione perſonali ita ſit: in hy-
pothecata eſt ſecus:qa licet creditor ſuc
cedat debitori:hypotheca non confun-
ditur.ita not. Bal.in.d.l.ſi vxor tua:mo
uetur per.l.Vranius.ff.de fideiuſ.& p.l.
ex ſextante.§.Latinus.ff.de except.rei
50 iudi.¶ † Et iſtud dictū Bal.refert Alex.
in.d.l.debitori. in.iij.limi. quā ibi po-
nit:ſed dicit ꝙ illud nō probatur in le-
gibus allegatis per Bal.ſed ꝙ melius ꝓ-
batur.in.l.debitor.in prin.ff.ad tre.Nā
ibi ſecūdū Bar.eſt tex.ꝙ vbi actio per-
ſonalis tollitur de rigore.i.ꝑ cōfuſionē
reſultātē ex ſucceſsione nō tollitur hy-
pothecaria & ad ſecundum Imo.ibi ille
tex.alibi nō reperit.¶ Bene etiā facit ſe-
cundū Alex.in.d.l.debitori.tex.in.l.cū
quis.§.fi.iuncta prima ratione ibi red-
dita per gl.ff.de ſolu.vbi eſt caſus ſingu.
ſecūdū Bar.ibi ꝙ licet debitor ſuccedē
do ſuo fideiuſſori extingat obligationē
fideiuſſoriā ita ꝙ ammodo creditor cui
præſtit⁹ fuit fideiuſſor:nō poterit agere
ex fideiuſsione contra illū debitorem
hæredem fideiuſſoris: tamen obligatio
pignoris & hypothecę facta per fideiuſ-
ſorē creditori non extinguitur ſed per-
manet etiā poſtquā debitor ſucceſsit fi-
51 deiuſſori.† & ratio eſt ſecūdū gl.in.d.
l.cū qs.§.fi.in gl.in ver.obligatū.quia
hypothecaria habet ſuas cōditiones vt
duret donec debitū ſit ſolutū,vel aliter
ſatiſfactū vt.l.grege.§.etiā.ff.de pig.&
iſtā rationē approbat ibi Bar.dicēs etiā
ꝓ ea facere.d.l.debitor.& l.ex ſextāte.
§.lati

§.latin⁹.ff.de exc.rei iu.quę ratio ceſſat
in obligatione perſonali & fideiuſſoris
vt ibi per Bar.& pulchrè per Paul.de
52 caſtr.¶ † Et non obſtat prædictis ſi di-
catur licet hypotheca non confundatur
per ſucceſsionem:quia in ea ceſſat illud
inconueniens ꝙ actio & paſsio cadãt in
eodem ſubiecto prout cadit in actione
perſonali, vt optimè declarat Paul.de
caſt.in.d.l.cum quis.§.fi.tamen ex alio
videtur ꝙ hypotheca etiã tollatur:quia
creditor ſuccedendo debitori efficitur
hæres & per conſequens dominus rerũ
& bonorũ defuncti:vt habetur per Bar.
& alios in rub.ff.de acqui.hære.& l.cũ
hæredes.in prin.& ibi per doc.ff.de ac-
qui.poſ.cùm ergo ſit dominus rerum
ſibi olim hypothecatarum:ideo in illis
ceſſare videtur hypotheca vt.l.neq; pi-
gnus.ff.de reg.iur.& l.ex ſextãte.§.la-
tinus.¶ Quia in hoc eſt aduertẽdũ ꝙ.
d.reg.l.neq; pignus.& d.§.Latinus li-
mitatur & nõ habet locum,qñdo do-
minium non fuit acquiſitum irreuoca-
biliter:ſed creditor effectus fuit domi-
nus dictarum rerum ſibi hypothecata-
rũ reuocabiliter:qa ſcilicet ab eo illud
auocari poterat:tũc enim ꝑ tale domi-
niũ non extinguitur hypotheca ita de-
clarat gl.pleniſsime in.d.§.Latinus.in
ver.cõſtituto.& hoc modo ꝓcedit.d.l.
debitor.in prin.Ibi enim creditor inſti-
tutus hæres à debitore fuerat grauatus
de reſtituẽdo hæreditatẽ ꝑ fideicõmiſ-
miſſum.& ꝓpterea dominiũ ei acqſitũ
nõ erat irreuocabile:ſed veniebat reuo-
cãdũ per reſtitutionẽ fideicõmiſsi ex ſe
na.treb.ita declarat Bar.in.d.l.debitor.
in princi.vnde illa deciſio de qua.s.ſ.ꝙ
per ſucceſsionem factam à creditore in
hæreditate debitoris nõ cõfundat hypo
theca nõ ꝓcedit indiſtinctè:ſed ita de-
mũ ſi dominiũ rerũ hypothecatarũ ac-
quiſitum per hæredem erat reuocabile
apud ipſum hærede:tũc enim nõ cõfun
ditur hypotheca.ſecus aũt ſi fuiſſet irre
uocabile:quia tũc etiã hypotheca cõfun
detur & hoc modo ꝓcedit.d.l.neq; pi-
gnus.& d.§.latinus:& ita teneas.¶ Et ꝑ
prædicta cõtingit vtiliter dubitari qđ ſi
creditor hęres debitoris nõ eſt grauatus
ꝑ fideicõ.vt loquit.d.l.debitor.ſed aliàs
res hæreditaria ſibi hypothecata inue-
nitur hypothecata etiã alteri creditori
poſteriori: qui agit cõtra ipſum hæredẽ
hypothecaria & per eam dicta res venit
auocanda ab ipſo hærede: & ſic domi-
nium acquiſitum hæredi non eſt apud
eum irreuocabile:ſed eſt reuocabile,an
etiam iſto caſu dicendũ erit per eandẽ
rationem ꝙ actio hypothecaria quæ cõ-
petit hæredi nõ ſit cõfuſa per aditionẽ
hæreditatis & dominium reuocabiliter
acquiſitũ:& in hoc Cy.in.l.j.in.ij.op-
po.C.ſi anti.credi.poſt glo tenet ꝙ iſto
caſu nõ ſit cõfuſa hypotheca:& ita reſe-
runt & tenẽt Rap.cuma.& Paul.de ca.
in.d.l.debitor:¶ Sed Alexã.ibi in duo-
bus locis videlicet in.5.col.in verſic.ſed
nunc mihi occurrit.& in col.fi.in verſi.
extra gl.dicit ꝙ illud dictũ Cyn.non eſt
apud ſe expeditum licet magna ſit eius
autoritas:& cõtra illud põderat ꝙ imò
iſto caſu dominiũ dicatur perueniſſe ad
hæredem irreuocabiliter cũ non ſit ro-
gatus alteri reſtituere.& non obſtat ꝙ
per ſecundũ creditorẽ poſsit ab eo auo-
cari:quia hoc procedere non poteſt,niſi
culpa ipſius hæredis qui nõ ſoluit ſecũ-
do creditori vt tenetur.Vnde cũ ex fa-
cto ſuo cauſetur ꝙ dicta res non rema-
net irreuocabiliter apud eũ,perinde eſt
ac ſi irreuocabiliter remaneret:vt.l.iu-
re ciuili.ff.de cõdit.& demon.& in.l.in
executione.§.fi.ff.de ver.ob.& facit re-
gula dãnum ꝙ quis.ff.de regu.iur.Et
non



nõ obſtat.l.j.cũ ibi no.C.ſi anti.credito.
qa creditor primus ad quem ibi domi-
nium peruenit nõ erat hæres debitoris
& propterea ad eum nõ ſpectabat onus
ſoluendi ſecundo creditori & ideo hypo
theca primi creditoris nõ fuit extincta
per acquiſitionem dominij, ex quo res
auocari poterat per ſecundũ à primo &
ſic Alexand.ibi tenet contra Cyn.& ſe
quitur quod diſpoſitio.d.l.debitor.non
habeat locum in creditore ſuccedente
debitori à quo res auocari poteſt per ſe
cũdum creditorem:quia nõ obſtãte iſta
auocatione hypotheca creditoris hære-
dis erit extincta propter dominiũ acqui
ſitũ.¶ Ego de iſta deciſiõe Alex.ſemper
fui dubius: tamen pro faciliori reſolu-
tione huius difficultatis ponam aliquos
caſus ad euitandum æquiuocationem.
53 ¶ † Primus ergo caſus eſt ꝙ indubitan-
ter tenendum eſt ꝙ per aditionem hęre
ditatis debitoris factam per creditorem
hypothecarium,non confunditur hypo
theca ex illa ratione ex qua confundi-
tur actio perſonalis: quæ eſt ꝙ actio &
paſsio non poſſunt eſſe in eodem ſubie-
cto:& ſic ꝙ idem ſit creditor & debitor
de quo per tex.& Bal.in.l.ſi vxor tua.
C.de bo.auto.iudic.poſ.Nam iſta ratio
non militat imo ceſſat in ipſa actione hy
pothecaria que eſt realis & datur ad rẽ
& ſic non concurrit in eodem ſubiecto.
i.in perſona hæredis:vt pulchrè decla-
rat Pau.de caſtro in.d.l.cùm quis.§.fi.
ff.de ſolu.& in hoc caſu non contra di-
cit Alex.in.d.l.debitor.imo in.d.l.debi
tor.C.de pac.firmat iſtam deciſionem
vt ſupra retuli.¶ Secundus caſus eſt ꝙ ſi
creditor efficitur hæres.debitoris & ac-
quirat dominium rerum hęreditarium
iuxta.l.cùm hæredes.in princip.ff.de ac
quirend.poſſeſſi.tunc ſi dominium eſt
ei acquiſitum irreuocabiliter: quia ab
eo aliquo modo ex facto defuncti,vel al
terius ſine culpa ſua auocari non poteſt
tunc extinguitur hypotheca in illis re-
bus quarum dominium acquiſiuit irre
uocabiliter: quia ex quo eſt dominus ir
reuocabilis illarum:non poſſunt ille am
plius ei eſſe hypothecatæ.d.l.neque pi-
gnus.ff.de reg.iur.& d.l.ex ſextante.§.
Latinus.& iſte etiam caſus nõ habet dif
ficultatem:quia in eo Alex.& alij con-
cordant.¶ Tertius caſus eſt quando cre
ditor fuit hæres debitoris:ſed res ei hy-
pothecata non eſt in hæreditate debito-
ris:ſed eſt apud alium tertium: & tunc
cùm dicta res non fuerit in hæreditate
debitoris:nõ fuit in ea creditori & hęre
di acquiſitum dominium iuxta dictã.l.
cùm hęredes.in principio.& ideo iſto ca
ſu non eſt extincta hypothecaria ratio-
ne dominij:cùm illud non ſit acquiſitũ
hęredi in dicta re vt dictum eſt: & hæ-
res poterit agere contra dictum tertiũ
poſſeſſorem actione hypothecaria caſu
quo ex aditione non ſit inducta ficta ſo
lutio de quo infrà paulopoſt dicetur.
¶ Et ſi ille tertius poſſeſſor nõ habet cau
ſam à defuncto cuius ipſe creditor eſt
hęres:obtinebit hęres contra illum:ſed
ſi ille tertius poſſeſſor haberet cauſam à
defuncto:tũc hęres repelletur ab eo du
plici exceptione.¶ Prima,quia hęres te
netur habere ratum factum defuncti &
nõ poteſt venire cõtra illud.l.cùm à ma
tre.C.de rei vendi.¶ Secunda quia ob-
ſtabit exceptio: quẽ de euictione tenet
actio eundem agentem repellit except.
l.vendicantẽ.ff.de euictio.& de iſto etiã
caſu non loquitur Alexand. nec de eo
dubitat. ¶ Quartus caſus eſt quando
creditor adiuit hęreditatem debitoris
& res hypothecata eſt in hęreditate: &
ſic dominiũ eſt acquiſitũ ipſi creditori
in re hypothecata per.d.l.cùm heredes.
ſed

ſed alius habet hypothecam in dicta re
non à defuncto:ſed ab alio:quæ eſt po-
ſterior hypotheca hęredis:poſito ꝙ poſ
ſibili ꝙ iſte caſus poſsit dari:puta ſi de-
functus non eſſet dominus:& tamé hy-
pothecaſſet :q̄a haberet publicianā : &
alius etiam non dominus habens pu-
blicianam ſecundo loco obligauit huic
qui habet hypothecā poſteriorem , iu-
xta no.in.l.ſi non dominus ſecundo re-
ſpōſo.ff.qui po.in pig.habe.& iſte ſecū
dus ageret cōtra hæredé hypothecaria.
nā ſi hypotheca hæredis eſſet extincta
ratione dominij vel quaſi iſte ſecūdus
poſſet obtinere.Certè iſto caſu non eſt
dicēdum ꝙ hypotheca hæredis ſit ex-
tincta:q̄ia ab eo dicta res poteſt aduo-
cari:& ideo ſumus in terminis.d.l.debi
tor.&.d.§. Latin⁹.& nō obſtat.d.l.neq̄
pignus.quia dominium vel quaſi pōt
ab eo auocari:& hoc caſu nō habet locū
ratio Alexā.in.d.l.debitor:ꝙ imputari
poſsit hæredi ſi non ſoluit per regulā.l.
dānū quod quis.& alia allegata p̄ Ale-
xan.Quia hæres hoc caſu nō tenet́ ſol-
uere illi ſecundo creditori : quia nō eſt
creditor defuncti,ſed alterius extranei
cui hęres nō tenetur ſoluere:& iſte etiā
caſus eſt extra dubitationem & difficul
taté Alex.¶Quintus caſus eſt quando
creditor prim⁹ eſt hæres defuncti & in
hæreditate,eſt res hypothecata hęredi:
& dominium illius eſt acquiſitum hæ-
redi iuxta.d.l.cùm hæres.in princip.&
alius ſecundus creditor defuncti ha-
bens ſecūdo loco hypothecatam dictā
rem agit contra hæredé hypothecariā
& vult auocare rem ab hærede: in quo
caſu hæres excipit ſe habere hypothe-
cam anteriorem in dicta re.Secundus
verò creditor replicat,ꝙ hypotheca hæ
redis eſt extincta propter acquiſitioné
dominij:hæres verò duplicat quod ſua
hypotheca nō eſt extincta per acquiſi-
tionem dominij.ex quo illa res ab eo
auocari poteſt per ſecundum credito-
rem iuxta.d.l.debitor.&.d.§.Latinus.
& in hoc quinto caſu cadit difficultas
Alexandri.& Cyn.& ſequacium.¶Sed
etiam iſte caſus eſt extra dictas diffi-
cultates iudicio meo:q̄a eſto milies ſi-
ne præiudicio ꝙ hypotheca hæredis nō
ſit extincta:tamé cum ipſe ſit hæres de
functi non poteſt obtinere cum ſua hy
potheca anteriori cōtra ſecundum cre-
ditoré defuncti: quia ſi hæres excipiat
contra ſecūdum creditorem de ſua an-
teriori hypotheca:ſecūdus creditor po
teſt replicare cōtra eum quòd ipſe non
pōt obtinere cū ſua hypotheca:ſed ꝙ te
netur tāquā hæres defuncti ſoluere ipſi
ſecundo creditori:vt.l.pacto.C.de pac.
&.l.fi.C.de hæredi.actio.& ibi no.& ſi
militer,ꝙ ex quo eſt hæres debet habe-
re ratā hypothecā factam ipſi credito-
ri per defunctum.d.l.cùm à matre.& ꝙ
etiam tenetur de euictione.d.l.védicā-
té.& ſic hæres omnino repellet́:& ideo
non eſt opus intrare illam diſputatio-
nem Alexā.& docto.an hypotheca iſto
caſu ſit extincta:q̄a etiā ꝙ nō ſit extin-
cta omnino in ea hæres obtinere nō po
terit:ſed repelletur ab ipſo ſecūdo cre-
ditore per antedictas replicationes.¶Si
tamen volumus videre veritatem , an
iſto caſu hypotheca hęredis ſit extincta
vel non:etiam ꝙ in dicta diſputatione
nō ſit vtilitas(vt dixi ) putarem ꝙ opi.
Cy.& ſequacium poſsit defendi ab im-
54 pugnatione Alexand.¶†Quia aduer
tendum eſt per aditionem hæreditatis
aliquando inducitur confuſsio aliquā
do verò ſucceſsio eſt loco ſolutionis:vt
eſt textus & ibi Barto.& Pau.de caſtro
in.l.Stichū.§.aditio.ff.de ſolutio.& in
hypothecaria(vt dixi ) non cadit cōfu-
ſio:



ſio:prout cadit in pſonali , in qua actio
& paſsio nō poſſunt cadere in eodé ſub
iecto:vt per Bald.in.d.l.ſi vxor tua.C.
de bo.autori.iudic.poſſeſsi.& per Pau.
de ca.in.d.l.cū quis.§.fi.ff.de ſolutio.
¶Minus etiā pōt dici ꝙ ſit ſublata per
ſolutioné cauſatā ab aditione:quia di-
cta ſolutio nō habet effectum nec indu-
citur per aditionem,niſi ad hoc ne hæ-
res ſit in dāno:vt eſt tex.& ibi declarat
Pau.de ca.in.d.§.aditio.vbi fingit́ ſolu
tum debitū naturale tātum hæredi:q̄a
illud alias retinere & conſequi nō poſ-
ſet tunc enim propter æquitatem fingi
tur ꝙ hæres ſibimet ſoluerit ad euitan
dum danum : vbi ergo ceſſat iſta ratio
damni euitandi.ſucceſsio nō habet vim
ſolutionis:vt.l.ſi ei.ff.de euictio.& no.
Barto.in.l.hæres à debitore.§.final.ff.
de fideiuſ.& in.l.ſi debitori creditor.&
in.l.Vranius.eodem titulo & latius per
Barto.in repetitione.l.ſi is qui pro em-
ptore.in antepenultima colum.in.vj.q.
princip.a.ff.de vſucapio.¶Cùm autem
in caſu noſtro,ſi induceretur per ſucceſ
ſionem effectus ſolutionis non ſolum
non effugeret.ſed incurreret dānū hæ-
res.ideo nō eſt dicendum ꝙ ſit ſublata
hypotheca per ſucceſsioné in vim ſolu-
tionis:cōcluditur ergo,ꝙ neq; per con-
fuſionem,neq; per ſolutioné reſultan-
tem ex ſucceſsione tollatur hypotheca.
¶In hac tamen materia eſt aduerten-
dum quod ſolutio ficta quæ inducitur
per aditionem factā à creditore in bo-
nis debitoris ſui cauſatur : quia fingi-
tur ꝙ hæreditas debitoris antequā adi-
ta fuerit ſoluerit ipſi creditori, & ꝙ ex
hoc tāto min⁹ creditor in ea inuenerit:
vt.l.ſi ei.§.j.ff.de euictio.& ibi gloſ.vel
fingit́ ꝙ hæres ſibi ſoluerit vt dicit tex.
in.l.Stichū.§.ſi creditor.ff.de ſolutio.
cum autem ſolutione eius quod debe-
tur omnis tollatur obligatio inſtitu.q̄-
bus modis tolla.oblig.in princip.tolla-
tur etiam hypotheca:vt.l.item libera-
tur.§.primò.ff.quib.mod.pig.vel hyp.
ſol.nimirum ſi quādo aditio importat
ſolutionem per eum etiam tollitur hy-
potheca : q̄a idé operatur fictio in caſu
ficto q̄d veritas in caſu vero.l.ſi filiuſ-
familias.ff.ſi cer.pe.&.l.lex cornelia.ff.
de vulg.& pupil.&.l.bona.in fi.ff.de ca
pi.vnde difficultas eſt in videndo,quā-
do aditio dicatur importare effectum
ſolutionis?& in hoc Bar.in.d.l.ſi is qui
pro emptore.in.d.vj.q.dicit.ꝙ quando
ex cōfuſione hæres patitur dānum,lex
vult ꝙ ne hæres patiatur dānum indu-
catur ficta ſolutio ad effugiendum dā-
num:ſed ſi ex effectu ſolutionis hæres
pateretur dānum vel lucraretur tūc nō
haberet vim ſolutionis:ſi auté non pa-
teretur dānū,nec haberet lucrum : tūc
reſpectu ſolutionis quæ fictè cauſatur
ex æquitate dicit ipſe ꝙ ſolutio nō cau
ſatur:ſed q̄a iſto caſu æquū eſt tolli ob
ligationem eo modo quo fuit introdu-
cta.ſ.cōſenſu.l. nihil tam naturalis.ff.
de regu.iur.ideo iſto caſu ad tollédam
obligationem quod eſt remotum à dā-
no & lucro hæredis,inducitur effectus
ſolutiōis ſecūdū Bar.in.d.vj.q.cū quo
tranſeūt alij.¶Sed difficultas eſt quan-
do hæres dicatur tractare de damno?&
in hoc Pau.de caſt.in.d.l.Vranius.ff.de
fideiuſ.per tex.ibi firmat ꝙ quando eſt
vnus debitor,& vn⁹ creditor q̄ ei ſucce
dit nō dicitur pati damnū ex inductio
ne ſolutionis:ſecus quando eſſent plu-
res correi debendi,& vni ſuccedit credi
tor:tūc enim ſi induceretur ſolutio hæ
res pateretur dānum reſpectu alterius
correi,qui etiā eſſet liberatus per dictā
fictam ſolutioné:idé etiam tenet Paul.
de caſ.in cōſ.cclviij.notandum eſt.&c.

Idē etiā probatur in.d.l.debitor.ff.ad
trebel.& in.l.ſi id ꝙ mihi.in prin.ff.de
lib.lega.¶Concluditur ergo.ꝙ quādo ex
aditione reſultat ſola confuſio:tūc tol-
litur ſola perſonalis,non autem hypo-
thecaria:ſed quando ex aditione cauſa
tur etiam ſolutio: tunc tollitur etiam
hypotheca. ¶ † Sed dubiū eſt an ex eo
55 ꝙ hæres effectus eſt dominus rei hypo-
thecatæ inuētæ in hereditate ratiōe do
minij ſit extincta ipſa hypotheca iuxta
l.neq; pignus.ff.de regul.iur.& licet in
hoc videretur dicendum ꝙ non extin-
gueretur ex quo dominium nō fuit ac-
quiſitum irreuocabiliter cū poſſit auo-
cari per ſecūdū creditorē:& hoc p text.
in.d.l.debitor.& in.d.§.Latin⁹.& in.l.
j.C.ſi anti.credi.Tamen Alex.tenet cō
trariū ex quo auocatio iſta cauſai cul-
pa hæredis,q nō ſoluit ſecūdo credito-
ri & ideo dānū ſibi debet imputari: vt
regula dānū ꝙ quis.¶Tn̄ ad hoc poteſt
rn̄deri ꝙ regula ponitur gn̄aliter,ꝙ qn̄
dn̄ium rei obligatæ acquirit̄ reuocabi-
liter nō extinguit̄ hypotheca, vt in di-
ctis iuribus:& nō diſtinguit̄,an reuoca-
tio cauſet̄ culpa vel nō culpa creditoris
prout diſtinguit Alexā.ſed ſolum eſt in
conſideratiōe,an dominium ſit reuoca
bile vel non.¶ Et ratio iſtius deciſionis
& regulę eſt:qa cōditio & natura hypo
thecæ eſt,vt nō tollat̄,niſi creditori ſit
ſolutum,& ſatiſfactum:vt no.glo.pe.in
d.§.Latinus.& gl.in ver.obligarum.in
d.l.cùm quis.§.fina.& ibi Bartol.& gl.
& docto.in.l grege.§.etiam.ff.de pign.
& nō dicitur ſolutum creditori per da-
tionē inſolutum factam de re & trāſla
tionem dominij niſi tale dominium ſit
ei acquiſitū irreuocabiliter:vt no.Bar-
to.in.l.eleganter.in principio in prima
oppo.ff.de pig.actio.& tex.& ibi Bar-
tol.in.l.ſi rē meam.ff.de ſolutio.& ideo
quando res effecta eſt creditoris reuo-
cabiliter datur ei retentio pro ſuo cre-
dito & pro hypotheca non extincta vt
no.Bart.in.d.§.Latinus.& in.l.in bel-
lo.§.ſi quis ſeruum ff.de capti.& Ang.
in cōſilio.cviij.viſo dicto puncto.ad fi.
& Decius in.d.l.regula neq; pignus.
nu.1.ff.de reg.iur.quādiu ergo res po-
teſt auocari à creditore,non dicitur ei
ſolutū:& ideo nō eſt extincta hypothe-
ca quæ per effectualem ſolutionē extin
guitur:vt per Bartolum & alios in di-
cta.l.grege.§.etiam cum alijs ſupra al-
legatis:& ſic non videtur eſſe in conſi-
deratione,an iſta auocatio ꝓcedat cul-
pa creditoris vel non:ꝙ etiā probari po
teſt per textum,& ibi no per Bart.in.l.
Iulianus.§.offerri ff.de actio.emp.vbi
venditor rem vēditam & nōdū traditā
& ſic in qua eſt dominus poteſt retinere
loco quaſi pignoris donec ei ſoluatur
pretium & hoc quia illud dominiū qđ
eſt apud venditorem eſt reuocabile per
emptorem:& licet talis auocatio proce
dat à facto venditoris quia vendidit:ta
men per hoc non impeditur ius quaſi
pignoris: ita declarat Iaſ.inſti.de rerū
diui.§.vendite.in ſecunda colū.in prin
ci.ecce ergo ꝙ quāuis auocatio domi-
nij procedat facto meo:tamen per hoc
non extinguitur ius pignoris,mihi cō-
petens in re quæ à me facto meo auo-
cari poteſt.Ad idem in ſimili optimus
text.in.l.ij.C.de præto.pigno.iuncta
gloſſ.ibi cum his quæ no.per docto.vbi
hypothecaria quæ competit creditori
ad recuperandum pignus non aufer-
tur ei licet ſua culpa credito ceciderit
ab illius poſſeſſione. ¶Et per predicta
reſponſum eſt argumentis Alexand.&
opi.Cy.& ſequacium:tenet etiam So-
cin.in.d.l.debitori.in tertia limi.vbi
etiam reſpōdet ad dictum fundamen-
tum



tum cōtrarium quod ſit in.d.l.neq; pi-
gnus.ſed non æque clarè,& plenè:vt ſu
prà per me:& quāuis auctoritas Alexā.
ſit ſuprema.¶Tamen cum opi.Cyn.ſit
communis & nullum contradictorem
habeat,niſi Alex.& poſſit defenſari vt
ſupra non putarem eſſe recedēdum ab
56 illa. ¶ † Sed in vno contingit dubitari
circa ſecundum caſum ſupra relatum,
quando ſcilicet creditor ſuccedit debi-
tori & acquirit dominium rei hypothe
catę irreuocabiliter quo caſu extinguit̄
hypotheca ſecundum omnes ſupra re-
latos:an ſi dictus hæres & creditor poſt
delatam hæreditatē:ſed ante eam adi-
tam obligauit omnia ſua bona alicui
ſuo creditori:quo caſu cenſentur etiam
obligata iura & actiones,& ſic etiā hy-
potheca ſibi competens in bonis hære-
ditarijs iuxta.l.nomen.C.quæ res pig.
obli.poſ.& l.grege.§.cùm pignori.ff.de
pigno.& totum titu.C.ſi pi.pig.da.ſit.
& actio quæ directo competit creditori
& hęredi obligāti vtiliter cōpetit dicto
eius creditori,vt habetur in dictis lo-
cis, an ſi dictus hæres adeat poſtea hæ
reditatem dicti ſui debitoris, & acqui
rat dominium dictarum rerum hæredi
tariarum irreuocabiliter: quia ab ali-
quo alio auocari non poſſunt & per con
ſequens actio hypothecaria directa ei
competens ſit extincta per.d.l.neq; pi-
gnus.ſit etiam extincta vtilis hypothe
caria quæ ante hęreditatem aditam in-
cepit cōpetere creditori dicti hæredis?
¶Et breuiter in hac difficultate Paul.
de caſtr.in conſi.cccxcv.notandū pri-
mo in fi.tenet ꝙ licet iſto caſu ſit confu
ſa directa per acquiſitionē dominij ir-
reuocabilis quæ remanſit apud primū
creditorē & hæredē:tamen non erit cō
fuſa vtilis acquiſita ſecūdo creditori cui
primus bona ſua obligauit ante aditam
hæreditatem:qa cū directa & vtilis ſint
diuerſæ:nō ſequitur ꝙ ſublata directa
ſit etiam ſublata vtilis iuxta no. in.l.
hæreditatem.in glo.fi.ff.de dona.iūcta
l.quis ergo caſus.ff.de pecu.& qđ not.
in.l.non quocunq;.§.qui Gagiū.ff.de
lega.j.Adde tu ꝙ idem probatur in.l.ſi
hæres la.ij.& ibi per Bar.ff.ad trebel.&
in.l.j.& ibi etiam Bartol.ff.de actio.&
obli.& latè per Sali.in.l.j.in.vij.q.C.e.
titul.in quibus locis habetur qđ actio
directa eſt diuerſa ab actione vtili &
propterea vna ſublata altera poteſt re-
manere:ſecus autē ſi dictus hæres obli-
garet in caſu iſto omnia bona alteri ſuo
creditori poſt aditam hæreditatē quia
cum iam hypotheca eſſet extincta per
acquiſitionem dominij:in dicta obliga-
tione illa non fuiſſet cōprehenſa tāquā
extincta:quia nemo plus iuris in alium
transferre pōt quàm ipſe habeat.l.tra-
ditio.ff.de acqui.re.do.quæ omnia bn̄
nota:quia ſunt practicabilia:& nō inue
nies examinata p alios.& p hęc ſit expe
ditū primū mēbrū huius.5.partis..

## Summarium.

1 *Prior tempore in hypotheca potior in eſt iure:& multis caſib⁹ ampliat̄ hæc regula.*

2 *Prioritas hypothecæ in multis prodeſt, & multa operatur.*

*Prioritas hypothecæ non ſolum prodeſt in agendo,ſed etiam in excipiendo & replicādo.*

3 *Re empta per debitorem ex pecunia ſecundi creditoris præferendus eſt in illa prior creditor in hypotheca generali.*

4 *Mutuum datum ad domum reficiendam non extinguit primam hypothecam primo creditori in illa competentem.*

5 *Traditio rei hypothecatæ alteri.hoc eſt ſecū do creditori non tollit hypothecam à primo.*

6 *Regula qui prior eſt in tēpore potior eſt in iure,*

iure, habet locum in pignore prætorio conceſſo pluribus creditoribus ex diuerſis titulis.

7 Creditorum, quorum vnus prætendit pignus conuětionale, alter prætorium præfertur prior tempore.

8 Venditio ſecunda per ſecundum creditorem de reempta ſed non ſoluta facta nō tollit primam hypothecam cum primo venditore contractam.

9 Regula, qui prior eſt tempore &c. procedit non tantum pro ſorte principali, ſed etiam pro vſuris: & nō ſolum in expreſſa hypotheca, ſed etiam in tacita. Item tam in hypotheca conditionali quam pura.

10 Conditio retrotrahitur in contractibus, ſed non in legatis.

11 Prior in tempore priuatus præfertur fiſco in bonis quæſitis ante obligationem fiſci, ſed non poſtea.

12 Dotibus duabus conſtitutis præfertur tempore prior.

13 Prior tempore præfertur poſteriori etiam ſi ſit nouata ſua obligatio cum repetitione pignorum.

14 Prior in tempore habens generalem hypothecam, præfertur poſteriori etiam habenti ſpecialem.

15 Poſterior creditor præfertur priori multis caſibus.

16 Mulier in cauſa dotis licet ſit poſterior in hypotheca præfertur priori creditori.

17 Pactum quod res emenda ex pecunia per me mutuata ad aliam emendam ſit mihi ſpecialiter obligata pro mea pecunia facit me præferri omnibus creditoribus anterioribus, etiā dotis.

18 Fides de pretio rei venditæ transferi dominium rei venditæ in emptorem: ſi tamen venditor expreſſe conuenitat quòd res vendita ſit ſibi pro pretio hypothecata: tunc eſt cæteris in illa præferendus. Secus ſi non fecit tale pactum.

19 Res empta ex pecunia pupilli pro rata ſuæ pecuniæ eſt ei tacitè hypothecata cum priuilegio antelationis alijs creditoribus habentibus anteriorem generalem hypothecam in bonis eiuſdem debitoris.

20 Res empta ex pecunia militis eſt ipſi tacitè hypothecata cum beneficio antelationis cuiuſlibet alterius.

21 Militia empta ex pecunia expreſſim mutuata ad dictam militiam emendam, eſt ſpecialiter pro ipſa pecunia hypothecata cum priuilegio prælationis.

22 Dos poſterior in hypotheca tacita præfertur anteriori in rebus ſecundæ dotis exiſtentibus.

23 Dotis tacita hypotheca præfertur alteri anteriori tacitè.

24 Hypotheca conditionalis competens pro legato, nunquā retrotrahitur.

25 Pluribus immiſſis ex primo decreto vigore rei iudicatæ, vel iuris exequibilis, nullus eſt in iure præferendus.

26 Creditor poſterior præfertur anteriori ob ipſius prioris culpam & vitium.

27 Creditor poſterior pro debito principali præferendus eſt priori.

28 Expenſa funeris præfertur omni æri alieno.

29 Secundus creditor offerens ſolutionem pignoris efficitur anterior.

30 Caſus quinque in quibus poſterior efficitur anterior.

31 Res obligata duobus ab vno debitore, an cenſeatur inſolidum cuilibet obligata, an pro parte.

32 Contendentium pro re inſolidum obligata melior eſt conditio poſſidentis.

33 Lucrum & damnum inter ſocios, an ſemper debeat eſſe commune.

34 Iudicium familiæ erciſcundæ non datur inter plures cohæredes quoad actiones perſonales & nomina debitorum.

35 Hypotheca quæ defuncto competebat non diuiditur inter heredes, ſed indiuiſa remanet: & vnicuiq; competit inſolidum.

Hypothe



36 Hypotheca dicitur ius in re, ſeu ius reale.

37 Ius hæreditarium indiuiduum quo caſu veniat in iudicium famil. erciſcun.

38 Vno ex creditoribus habentibus hypothecam immiſſo ex primo decreto alij non cenſentur immiſſi.

39 Bonis generaliter duobus creditoribus hypothecatis diuerſis temporibus, an alter illorum ſit aliquomodo præferendus.

40 Fictio translatiua de tempore ad tempus requirit duplex extremum, videlicet à quo & ad quod.

41 Conditio caſualis non trahitur retro quando extremum à quo tempore purificatæ conditionis non erat habile in eſſentia, ſiue ex parte rei, ſiue ex parte perſonæ.

42 Fiſcus præfertur anteriori creditori in bonis quæſitis per debitorem poſt contractum fiſci præterquam ſi anterior eſſet priuilegiatus vt pupillus.

43 Prioritatem vel poſterioritatem allegantì incumbit onus probandi.

44 Tempus exiſtens alicuius actionis fundamentum preciſe eſt probandum.

45 Probatio prioritatis vel poſterioritatis qualiter ſit facienda.

46 Probans ſemper præfertur nihil probanti.

47 Lex ſcripturæ. C. qui potiores in pig. hab. qualiter intelligi poſſit.

48 Scriptura libri mercantilis differt ab apodiſſa.

49 Scriptura ſolennizata inducit prioritatem & priuilegium prælationis.

50 Inſtrumentum publicum domini præfertur ſcripturæ priuatæ procuratoris.

51 Primus creditor ſi habeat ſpecialem & generalem hypothecam: ſecundus autem ſpecialem non poteſt primus deſcendere ad generalem in qua comprehenditur ſpecialis ſecundi creditoris, niſi in ſubſidium.

¶ Secundum membrum quintæ partis.

SEquitur modò ſecundum membrū iſtius quintæ partis, in quo tractatur de effectibus prioritatis reſultantibus ex ipſa hypotheca. & in hoc membro pone regulam am-
1 pliationes & fallentias. ¶ † Regula ſit ergo quòd qui prior eſt in tempore in hypotheca, potior eſt in iure: vt in regula qui prior lib. vj. & in. l. quoties vtriuſque. ff. eo. tit. & l. qui balneum. in prin. & l. potior. in prin. ff. qui po. in pi. hab. Ampliat modò regula viginti modis.
2 ¶ † Et primò, amplia etiam ſi vnus creditor prius contraxit ſuum creditu ſine hyp. & alius poſtea cum hyp. quia prioritas hypothecæ debet attendi & illa prefertur vt eſt tex. & ibi Bart. in. l. creditor qui prior. §. ſi primus. ff. qui po. in pi. hab. ¶ Secūdò, amplia, vt talis prioritas hypothecæ proſit non ſolum agendo, ſed excipiendo & replicando: vt eſt
3 tex. in. d. l. creditor. in prin. ¶ † Tertiò, amplia etiā ſi res eſſet empta per debitorē ex pecunia ſecūdi creditoris: nam etiā in illa præfertur prior creditor in hypotheca generali: vt. l. quod quis. ff. de priui. credi. & in aut. quo iure. C. qui po. in pi. hab. ¶ Quartò, amplia etiā ſi pecunia fuiſſet mutuata expreſsè ꝑ poſteriore creditore debitori ad emendū tales res: q2 etiā in illis emptis præfertē prior creditor habēs generale hypothecam: q2 ſecūdus creditor qui mutuauit ad res emendas ex hoc non habet hypothecā in dictis rebus: ſed habet ſolū priuilegiū in perſonali quo mediāte pfert alijs creditoribus ſolā perſonalē habentib⁹ ita tenet gl. in. l. quod q. ff. de priui. credi. & Bart. in. l. interdū. ff. qui po. in pigno. hab. & Bal. in. l. quāuis ex ca. C. de pigno. & in. l. licet. C. q po. in pigno.

 hab.

hab.& Sali.in.d.aut.quo iure.co. tit.in
ij.q.vbi dicit ita communiter teneri &
idem Sali.in.d.l.interdum. Et ita tenen
dum eſt quãuis gl.in.d.aut.quo iure cõ
trarium teneat.ſ.ꝙ res emptæ ex pecu-
nia mutuata ad illas emendas ſint taci-
tæ hypothecatæ mutuanti &.d.gl.ſim-
pliciter refert pro notabili Alex. in .l.ſi
cum doté.§.fi.in vlt.col.ff.ſo.ma.¶Sed
vt patet ex predictis illa gl. nõ eſt vera:
& in contrarium eſt communis opinio.
Reſtringe tame hoc niſi mutuãs ſuam
pecuniã in contractu mutui recepiſſet
hypothecã omniũ bonorũ ab eo cui mu
tuauit:qa tunc res empta à debitore cõ
prehenderetur in dicta generali obliga
tione.& eſſet hypothecata mutuanti:vt
l.fi.C.quæ res pi.ob.poſ.ita no. Saly.in
d.l.interdum.ff.qui po.in pi.h.b.
4 ¶† Quintò,amplia etiam ſi pecunia eſ
ſet mutuata ſpecialiter ad domum vel
nauem faciendam : quia talis mutuans
non habet hypothecã in dicta domo,
vel naui:& ideo ei prefertur habens hy
pothecam idem tenet glo. Bart. & Sal.
5 in.d.l.interdum.¶† Sextò,amplia etiã
ſi ſecũdo creditori res hypothecata tra-
datur:quia adhuc in ea præfertur prior
in tempore cui non fuit tradita : vt eſt
tex.in.l.ſi prior.§.fi.ff. q po. in pi. hab.
¶Septimò,amplia etiã ſi ſecundus cre-
ditor cõuenit de vendẽda hypotheca,
vel pignore.& prior nõ:qa adhuc prior
præfertur vt.d.l.ſi prior.§.fi.& ibi not.
Bart. ¶Octauò,amplia etiam in rebus
quæſitis per debitorem poſt hypothe-
cam primi & ſecundi creditoris : quia
etiam in illis prior præfertur ſecundo:
vt eſt tex.in.l.fi.in prin.ff. qui po.in pi.
hab.& ibi no. Bar.& Bald.in.l. hac edi-
ctali.§.his illud.vlti.col.verſi. vt ſi quis
no.hũc tex.ſing.C.de ſecũ.nup.& Bar.
in.l. ſi is qui.ff. de iure fiſ.in ver.quæro
quid ſi duobus priuatis &c. quod tamẽ
fallit in fiſco:nam ille præfertur priua-
to habenti generale hypo. in bonis poſt
hypothecam quæſitis ſpeciali priuile-
gio fiſci:vt eſt tex. in.d.l. ſi is qui. & ibi
6 Bar.¶† Nonò,amplia vt regula habeat
locũ in pignore prætorio conceſſo plu-
ribus creditoribus ex diuerſis titulis:
quia etiam inter eos habet locum.d.re-
gula qui prior per tex.in.l.ij.C.qui po.
in pi.hab.& ibi Bar.& Saly.& Barto.in
l.cum vnus.in verſi. venio ad ſecundũ.
ff.de bon.auto. iudi. poſ. Secus autem
ſi eſſent creditores eiuſdẽ tituli. Nam
tunc vno immiſſo alij conferentur im-
miſſi,& eſſent æquales ita tenet Dy.in
d.reg.qui prior.in vlti.colu in verſic.ſi
omnes prætorium.& dixi.ſ.in.ij.parte
7 ſecundi mẽ.nu.32.¶† Decimò,amplia
etiam ſi vnus prætenderet pignus con-
uentionale,& alius prætorium:qa etiã
inter eos habet locum.d.reg. qui prior.
ita tenent Barto.Saly.& alij in.d.l.ij.&
Bart.in.d.l.cũ vnus.per.l. ſi poſtquã.ff.
vt in poſ.lega.& dixi.ſ.in.d.ij.membro
8 nu.13.ad fi. ¶† Vndecimò,amplia vt re
gula procedat etiã in creditore ex ſcri-
pta priuata trino teſte ſignata:qa etiam
ille præfertur poſteriori creditori habẽ
ti hypothecã ex alio ſim li vel publico
inſtru.vt.l. ſcriptura.C. qui po. in pig.
habe. de quo tamen latius dicam .ſ. in
9 hoc.ij.mem.q.viij.¶† Duodecimò,am-
plia reg.vt procedat etiam quãdo vnus
mercator vendit merces alij mercatori
pro certo pretio de quo fidem habuit,
& ſic tranſtulit dominium in ementem
& emptor promiſit ſoluere pretium in
certis nũdinis:& poſtea aufugit:& mer
ces venditæ adhuc extant & concurrũt
alij creditores hypothecarij dicti em-
ptoris:& mercator qui vẽdidit merces.
nam in illis mercibus præferri debent
tanquam



tanquàm priores & potiores dicti credi
tores ita tenẽt Bar.Bald. Ang. Alex.&
communiter doct.in.l.ſi cum dotem.§.
fi.ſo.ma.quãuis Bald.in.l.ſi pro debito.
C.de bon.auto.iudi.poſ. voluerit con-
trarium & male eum reprobat Alexan.
in.d.§.fi.in pen. col. ¶Sed Iaſ.in.l. cre-
ditor la prima.ff.ſi cer.pe.vlti.colũ ver.
nota tamen diligenter.dicit ꝙ dictum
Bal.põt ſaluari vno caſu.quando.ſ.pe-
cunia fuiſſet expreſsè mutata ad tales
merces emendas:qa tunc in illis præfer
retur mutuans alijs creditoribus prio-
ribus per.l.ꝙ quis.cum glo.communi-
ter approbata.ff.de priui.credi.& etiam
plus vult Iaſ.ꝙ illo caſu talis mutuans
habebit tacitã hypo. in dictis mercibus
per glo.in.d.aut.quo iure.C. qui po.in
pi.hab. ¶Sed hoc vltimu nõ eſt verum:
quia dicta glo. communiter eſt reproba
ta vt dixi ſuprà. in hoc.ij. membro, in
iiij.ampliatione nu.5.illud aũt quod di
cit Iaſ.ꝙ talis mutuans præferatur alijs
creditoribus,intelligi debet de credito-
ribus ſolam perſonalem habentibus:vt
declarat Alexã.in.d.l. ſi cum dotem.§.
fi.pen col. licet Iaſ. ſimpliciter referat.
¶Sed tam Alex.in.d.§.fi.quàm Iaſo. in
d.l.creditor ineptè limitant illam cõclu
ſione.ſ.firmatam,ꝙ mercator in merci
bus venditis poſtponatur alijs creditori
bus emptoris : in caſu quando pecunia
fuit mutuata expreſsè ad merces emen
das:quia limitatio eſt penitus diuerſa à
dicta cõcluſione vt de ſe patet. Dicta ta
men deciſio bene fallit,quando ille mer
cator qui emit merces prius præconce-
perat fugã.quia tunc ex traditione non
fuit in eum tranſlatum dominium : &
ideo venditor illarum deberet in illis
præferri tanquã dominus:ita no. Alex.
in.d.l.ſi cùm dotem.§.fi.in vlti.colum.
poſt Ange.& alios p allegata ibi per eũ.
& idem tenet Veronẽ. in cau.car.16.
10 incip.vulgaris pri.colu.¶† Tertiodeci
mò,amplia:vt reg.procedat non ſolum
pro ſorte principali,ſed etiã pro vſuris:
quia etiam in illis præfertur prior in tẽ
pore:vt eſt tex.& ibi glo.& Barto.in.l.
Lucius.ff.qui po.in pi.ha. ¶Quartode
cimò, amplia vt regula procedat non
ſolũ in expreſſa hypotheca, ſed etiã in
tacita : quia etiã prior in illa præfertur
poſteriori:vt eſt tex.in.l. hac edictali.§.
his illud.C.de ſecun.nup.& ibi hoc no.
Bal.in vlti.col.& hoc etiã in rebus poſt
obligationem quæſitis:vt ibi per Bald.
& non ſolum præfertur alteri tacitè po
ſteriori,ſed etiã præfertur expreſsè po-
ſteriori etiã fiſco vt.l.j.ij.reſpon.C.rem
alie.gere.& no. Dy.in.d.regu.qui prior
in membro tacitè. Quintodecimò,am-
plia vt reg. procedat non ſolu quando
hypotheca apponitũ à domino in re ſua:
ſed etiã ſi apponatur à non dño in re in
qua habet publicianam,quia etiam illo
caſu prior in tempore potior eſt in iure
vt.l.ſi non dñs.in primo rñ.& ib. Bart.
ff.qui po.in pig.hab.¶Sextodecimò,am
plia vt reg.procedat non ſolũ in hypo-
theca pura : ſed etiã in conditionali:qa
ſi cõditio ſit caſualis vel mixta non de-
pendẽs ex mera poteſtate debitoris,tũc
trahitur retro ad diẽ contractus & cre-
ditor ex illa præferi poſteriori credito-
ri puro:vt eſt tex.in.l.qui balneũ.§.j.&
in.l.potior.§.j.ff.qui po.in pig.habe.&
propterea in dote quæ eſt promiſſa reſti
tui ſub conditione ſi matrimonium ſol
uatur & ante nõ oritur actio ad reſtitu
tionẽ dotis vt latè per Alex.in.l.ſi con-
ſtante.§.j.ff.ſol.matri. & per Bald. no-
uel.in tractatu dotis in.x. parte princi-
pali.in.xvj.limi.& in actione tutelę qua
finita & non ante oritur actio cõtra tu-
torẽ:vt per gl.& Bar.in.l. ſi rem.§.om-
nis.

nis.ff.de pigno.actio.& in toto tit.ff.de
tut.& ra.diſtrahen.& in ſimilibus caſi-
bus hypotheca quæ accedit obligationi
conditionali exiſtente cõditione trahi-
tur retro ad diem contractus & perin-
de habetur ac ſi illo tempore quo ſtipu-
latio interpoſita fuit facta fuiſſet ſub
hypotheca ſine conditione:vt dicit tex.
in.d.l.potior.§.j.& ideo creditor ex illa
venit pręferẽdus alijs hypothecis poſt-
ea purè cõtractis nõ obſtãte q̃ cõtractæ
fuerint ante purificatam conditionem
præcedentis obligationis : ſecus autem
eſt (vt dixi) in obligatione contracta ſub
cõditione poteſtatiua : quia illa non tra
hitur retro & ideo nõ facit pręferre cre
ditorem ſed attenditur tempus exiſten
tis conditionis: vt eſt text.& ibi gl.Bar.
Ang.& Saly.in.l.j.ff.qui potio.in pign.
habe.& in.d.l.qui balneum.in princi.&
in.d.l.potior.in prin.eo.titu.& in.l.Ti-
tius.quæ eſt lex.penulti.& ibi Barto.&
omnes.ff.quæ res pigno.obli.poſſ.& de
clarant Ange.Alexã.& Iaſ.in.l.ſi filius.
in prin.ff.de verb.obli.& habetur p Bar
to.in.l.ſi is qui pro emptore . in quinta
quæſtione principa.ff. de vſucap.& ibi
etiam Iaſo.in materia fictionis transla-
tiue. ¶ Et ratio differentiæ inter condi-
tionem caſualem & poteſtatiuã aſsigna
tur per Barto.in.d.v.quæſtione quia in
conditione poteſtatiua non ſubeſt æqui
tas,imò deficit q̃ ipſa trahatur retro ex
quo fuit in poteſtate debitoris eam nõ
implere & ſic non incidere in obligatio
nem & pro hoc eſt bonus text.in capi.ſi
pro te.de reſcrip.lib.vj.prout ibi decla-
rat Ioan.and.in quarta glo.& in nouel-
la qui etiam aliter aſsignat ratione dif-
ferentię,videlicet q̃a cõditio caſualis pẽ
det ex fortuna & ideo cõtractus dicitur
ſolidior cum non pendeat à voluntate
ſeu poteſtate alicuius partis:ſecus eſt in
conditione poteſtatiua quia illa pendet
à voluntate partis:ideo contractus non
eſt ita ſolidus:& iſtud declarat ibi Ioan.
de ligna.dicens quòd quando diſpoſi-
tio eſt ſub cõditione caſuali dicitur ius
quæſitum licet conditionaliter : & ideo
adueniente conditione retrotrahitur &
primus præfertur ſecundo poſteriori iu-
xta.d.l.qui balneum.§.j.ſed quãdo de
pendet à volũtate debitoris nõ dicitur
initus contractus.d.l.qui potior.primo
in.ſed potius habitus tractatus de ineũ
do,& ideo nõ trahetur retro.d.c.ſi pro
te.& idẽ fuit de mẽte Paul.de leazarijs
prout ibi refert Ioan.de ſantu. qui etiã
clarius declarat hanc rationẽ differen-
tiæ:& ſequitur etiã Domin'.de ſancto
Gemi.& refert Soci.in conſi xlj.in præ
ſenti conſultatione in prima colu.quar
to vol. Et corroborat per glo.no.in glo.
ſuper ver.executorem.in cle.j.de cõceſ.
præbẽ.quæ melius declarat hũc articu
lum quã faciãt legiſtę ſecundũ Paul.de
ca.in.l.quidam cũ filiũ .in fi.ff.de verb.
obli.& refert Soci.in.d.cõſi.xlj.& an &
qñ dicat eſſe in poteſtate debitoris cui
fuit promiſſa pecunia illam non recipe-
re vide Bart.in.l.Titius.ff.quæ res pig.
10 obli.poſſ. ¶ † Sed licet ita ſit in contra-
ctibus : tamen in legatis eſt ſecus : quia
in illis non trahitur retro conditio : ſed
attenditur tempus exiſtentis conditio-
nis.l.ſi in ter.§.eandem.ff.de excep.rei
iudi.& l.j.§.ſerui appel.ff.ad ſille.& ita
no.Bar.Alexan.& alij in.d.l.ſi filius.in
prin.ff.de ver.obli.& latiſsimè Iaſ.in.d.
l.ſi is qui pro emptore.colum.66.in ma
teria fictionis translatiuè: & in dictis lo
cis aſsignãtur etiã plures rationes diffe-
rentiæ inter contractus cõditionales, &
legata:quare.ſ.in contractibus conditio
retrotrahatur & nõ in legatis:& ex hoc
infert Bald.not.in tractatu dotis in.x.
parte



parte in fi.quod ſi hæres pendente con-
ditione legati aliquid alienauerit ex bo
nis teſtatoris tacitè obligatis pro dicto
legato iuxta.l.j.C.cõmu.de leg.& poſt-
ea purificetur conditio legati: quod le-
gatarius non poterit ex hypotheca auo
care ab emptore dictam rem ei vendi-
tam: quia conditio in vltimis voluntati
bus nõ trahitur retro.vt habetur in.d.l.
ſi filius.in princi.& ita dicit conſuluiſſe
in ciuitate Florentiæ licet plures aduo-
cati tenerent contrariũ:& ita etiã tenet
Soci.in.d.conſ.l.xij.iiij.volu.de quo ar-
ticulo latius dixi.ſ.in .ſta.5.parte in pri
mo membro,vbi vide. ¶ Sed ſi res legata
ſub conditione alienetur per hæredem
pendente conditione & poſtea purifice
tur conditio: dicta alienatio fingitur re
tro nulla.& eſt ac ſi nũquam fuiſſet alie
nata vt eſt tex.in.l.fi.§.ſin autem ſub cõ
ditione.& ibi Bar.in pen.oppo.C com-
mu de lega.& tenet Iaſo.in.d.l.ſi is qui
11 pro emptore.col clxvij. ¶ † Septimode-
cimò , amplia regulam vt etiam proce-
dat quando priuatus creditor eſſet ante
rior in tẽpore , & fiſcus eſſet poſterior:
quia etiã illo caſu præferri debet prior
in tẽpore fiſco & regi & imperatori: vt
eſt tex.& ibi no.Bal.poſt glo.in.l.ſi fun
dum.C.qui po.in pig.hab.& Bald.in.l.
iij.C.de remi.pigno. & tex.in.l.fi.§.fi.
& ibi Bar.ff.qui po.in pig.hab. ¶ Intelli
ge tñ (vt etiam dixi.ſ.) in bonis quęſitis
ante hypothecam fiſci : ſecus autem in
quæſitis poſtea:quia in illis præfertur fi
ſcus vt p Bar.in.d.l.fi. in princ.& latius
12 in.l.ſi is q.ff.de iure fiſci. ¶ † Decimoocta
uò.amplia vt regula procedat etiam in
duabus dotibus reſtituendis ex eiſdem
bonis:quia prior in tẽpore potior eſt in
iure:vt eſt tex.in.l.fin. in verſi.exceptis
13 cũ verſi.ſeq.C.q̃ po.in pig.hab. ¶ † De-
cimononò , amplia vt regula procedat
etiã ſi prima obligatio nouetur cum re
petitiõe primæ hypothecæ & pignoris:
q.ſ.ille creditor præferri debebit alijs
creditoribus pręcedentibus nouationẽ:
ſubſequẽtibus tamen poſt primam obli
gationem nouatam:quia pignora repe-
tita in nouatione cenſentur repetita cũ
priuilegio prioritatis vt eſt text.& ibi
no.Bar.in.l.iij.in prin.ff.qui po.in pig.
14 hab. ¶ † Vigeſimò amplia regulam vt
procedat etiam ſi prior creditor habe-
ret generalem obligationem bonorum
& poſterior haberet ſpecialẽ in vna re:
quia etiam in illa re ſpecialiter obliga-
ta ſecundo præfertur primus ratione ge
neralis obligationis vt eſt text.in.l.ij.ff.
qui po.in pig.hab.& text.& ibi Bald.&
Saly.in.l.ſi generaliter.C.eo.titu. ¶ Fal-
lit modò dicta regula viginti modis.
15 ¶ † Et primò fallit quando pecunia eſ-
ſet mutuata ad conſeruationem rei pu-
ta ad nauem armandam,vel reficiendã:
quia tũc poſterior creditor præferẽ prio
ri in dicta re vel naui vt eſt tex.in.l.in-
terdum.ff.qui po.in pig.hab.& ibi Bar.
& iſtud priuilegiũ prælationis non ſolũ
militat reſpectu alterius creditoris ha-
bentis tacitam generalem anteriorem,
ſed etiã militat reſpectu anterioris cre-
ditoris habẽtis ſpecialem & expreſſam:
quia iſte pręfertur illi ad inſtar illius ex
cuius pecunia empta fuit res cum pacto
expreſſo:vt illa eſſet obligata illi qui pe
cuniam mutuauit ad illam emẽdam iu
xta.l.licet.C. qui po.in pig.hab.Ita te-
net gl.& fuit opi.Azo.in.d.l.interdum.
in gloſ.j.& ibi ſequitur Bar.& Saly.niſi
ille talis qui habet ſpecialem eſſet etiam
priuilegiatus inter perſonales actiones
iuxta ti.ff.& .C.de priui.credi.q̃a tunc
ille q̃ mutuauit ad refectionẽ nauis: nõ
præferretur illi tali.ita tenet gloſ.in.d.l.
interdũ.& ibi ſequitur Saly. ¶ Et vltra
prædicta

prędicta amplia hanc fallētiā vt proce-
dat etiam in mutuo facto pro alimentis
nautarū, ſine quibus nauis ſalua ad lo-
cum deſtinatum peruenire nō poterat:
vel in mutuo facto pro cuſtodiēdis re-
bus, vel ꝑ ſoluēdo naulo: vel penſione
vecturæ dictarū rerū obligatarū prius
alteri: vel ꝑ affictu ſoluto ꝑ horreo, vel
alia domo in qua dictę res obligatę fue
rūt cōſeruatę in omnibus enim iſtis caſi
bus potētior eſt q ꝑ illis mutuauit prio
ribus creditorib⁹: vt eſt tex. in l. huius.
ff. qui po. in pig. hab. & declarāt Bar. &
Saly. in d. l. interdū. ¶ Item extenditur
iſta fallētia ad refectionē cuiuſcunq; ædi
ficij & aliarum rerū quia mutuans ad
hoc præfertur alijs creditoribus ante-
riorib⁹: vt no. Bar. & Saly. in d. l. inter-
dum. & tex. iūcta gl. in l. creditor q ob
reſtitutione. ff. ſi cer. pet. ¶ Et iſta pri-
ma fallētia extenſa vt. ū. reſtringit ſex
modis. Primo modo vt ꝓcedat ita de-
mū ſi pecunia expreſſe mutuat. fuit ad
dictā cauſam cōſeruatiōis & refectiōis.
Nā ſi pecunia fuiſſet ſimpliciter mutua
ta non expreſſa cauſa etiā ꝙ poſtea eſſet
expenſa in refectione: mutuās non ha-
beret priuilegium prælationis tex. eſt
in l. procuratoris. § ſi duas. in ver. pla-
nè. ff. de tributo ¶ Secūdo reſtringitur
vt non procedat etiam ſi pecunia eſſet
expreſſe mutuata ad dictam refectione,
niſi cum effectu eſſet expēſa pro tali re-
fectiōe alias enī ceſſaret ratio d. l. inter-
dū. ¶ Tertiò reſtringe vt procedat re-
ſpectu pecuniæ mutuatæ ad dictam re-
fectione, non autem reſpectu pœnæ cō-
uentionalis adiectæ in cōtractu mutui:
qa quo ad pœnam ceſſat tacita hypo. &
etiam priuileg. prælationis ita Pau. de
ca. in l. ideo condemnatus. per illū tex.
ff. de compē. ¶ Quartò reſtringe dictā
fall. vt procedat quatenus dicta pecu-
nia fuit neceſſaria pro dicta refectione:
ſecus autē in eo pluri quod fuiſſet mu-
tuatum vltra dictam neceſſitatē vt eſt
optimum argu. in l. ij. in fine principij.
ff. de exercito. ¶ Quinto reſtringe di-
ctā fallen. in mutuo facto hęredi. eo quia
etiā ꝓ ſit factū pro refectione & omnia
concurrant tamen mutuans non habet
hoc priuilegium hypothecę: vt in ſimili
dicit text. in auten. Ite priuileg. C. de
hæredi. & tenet Abb. in c. qa gaudem⁹.
de diuor. & iſte quinq; reſtrictiones po-
nuntur per Iaſ. in d. l. creditor. ff. ſi cer.
16 pe. ¶ † Sextò reſtringe tu vt fallentia
nō ꝓcedat quādo creditor qui mutua-
uit in cauſa refectiōis concurreret cum
vxore agente ad ſuas dotes vigore ſuæ
tacitæ hypothecę priuilegiatæ iuxta d.
l. aſsiduis. C. qui po. in pi. hab. Nā vxor
deberet præferri tali creditori habenti
tacitam anteriorem & priuilegiatā: vt
ſupra. Ita late diſputādo firmat Salyce.
in d. auten. quo iure. C. q po. in pi. hab.
per optima fundamēta & reſpōdet ar-
gumentis Cy. qui tenuit contrarium: &
idem tenet Saly. in d. l. interdū. & licet
Bald. no. in tractatu dotis in x. parte in
xi. colum. in xiii. limitatione. Sicco pe-
de tranſeundo ſenſerit cōtrariū, ſcilicet
quod iſto caſu prior in tempore potior
ſit in iure: tamen plus placet opinio Sa
ly. qa per eā euitatur correctio d. l. aſsi-
duis. per quā mulier in dote cū ſua ta-
cita hypo. præfertur anterioribus credi
toribus tacitam tantum prætendenti-
bus & ideo eſt amplectēda l. præcipim⁹.
C. de appel. & qa in dubijs iudicādum
eſt ꝓ dote. l. in ambiguis. ff. de iure dot.
& iſtam opi. etiam ſimpliciter refert &
tenet Iaſ. in d. l. creditor. in verſic. quid
autem ſi mutuaui pecuniam. ff. ſi cert.
pe. & pro ea facit: quia (vt dixi) mutuās
ad refectionem non præfertur alij ha-
benti



benti tacitā hypothecam priuilegiatam
in perſonalibus: vt tenet glo. Bar. & Sa-
ly. in d. l. interdum. ſed ſic eſt ꝙ mulier
in dote vltra tacitam hypo. habet etiam
priuilegium prælationis in actionibus
perſonalibus vt. l. viii. & ibi glo. & doct.
C. de priuileg. do. merito. d. l. interdū.
in qua fundatur iſta prima fallen. non
17 militat in dote: & hoc eſt clarū. ¶ † Se-
cundò fallit d. regula quādo mutuans
ad rem emendam expreſſe conueniſſet
cum debitore vt res emenda de dicta
pecunia eſſet ei pro pecunia mutuata
obligata ſpecialiter. Nam tunc mutuās
in hypotheca dictæ rei ꝑferreretur an-
terioribus creditoribus habētib⁹ prio-
rem hypothecam generalem: vt eſt tex.
in l. licet. C. qui po. in pi. hab. ¶ Sed eſt
dubium an iſte qui expreſſe conuenit,
vt res emenda ex ſua pecunia mutuata
ad illam emendam eſſet ei obligata iu-
xta d. l. licet. præferri etiam debeat doti
anteriori? & Barto. in d. l. interdum. te-
net quòd non: & allegat gl. in auten. de
æquali. do. §. his conſequens tamen in
hoc puto cōtrarium eſſe de iure verius:
quia q mutuat cum pacto vt res emen-
da ex pecunia mutuata ſit ſibi obligata
habet expreſſam hypothecam & nō ta-
citam ex quo oritur mediante cōuen-
tione & pacto, iuxta no. in l. vni. §. & vt
plenius. C. de rei vxo. actio. Cū ergo ha
beat expreſſam & ſpecialem in dicta re,
& præferatur omnibus creditoribus:
anterioribus habentibus etiam expreſ-
ſam hypothecam: vt eſt tex. in d. l. licet.
debet fortius præferri doti habenti an-
teriorem tacitam: qa ſi præfertur habē
tibus expreſſam anteriorem qui præfe
runtur doti habenti tacitam poſterio-
rem: vt habet in d. l. aſsiduis. debet etiā
præferri doti per l. filium cū ibi no. C.
qui po. in pi. hab. & ita firmat Veronē.
in ſuis cautelis car. 16. col. iiij. incip. vul-
garis &c. ¶ Et pro corroboratione opti-
me faciunt notata per me. ū. in. iiij. par-
te principali in. iij. qō. vbi fuit conclu-
ſum quod pactum factum inter emen-
tem & vendentē ꝙ res vēdita ſtet prius
hypothecata pro certo debito: præiudi-
cat etiam anterioribus creditoribus. &
facit quod iſte creditor in cuius fauorē
eſt appoſitum dictum pactum præfera-
tur omnibus alijs anterioribus hypo-
thecis in dicta re: quia illa res tranſi-
uit in emptorem affecta ex dicta obli-
gatione ꝑ allegata in dicto loco vbi vi-
de & ex hoc poteſt etiam dici quod cre
ditor qui mutauit cū pacto de quo in
d. l. licet præferri debeat nō ſolum doti
anteriori habenti tacitam: ſed etiam ha
benti expreſſam cum ſit eadem ratio.
18 ¶ † Et etiā facit pro prædictis id quod
volunt Vber. de bobio & Alberi. in d. l.
licet. videlicet ꝙ ſi vendens aliquā rem
& habens fidē de pretio quo caſu trāſ-
fertur dominium in emptorem: vt. l.
quidam. ff. de in rem ver. & l. procura-
toris. §. ſi dedi mercedem. ff. de tribu. ſi
tamē expreſsè cōueniat ꝙ res vēdita ſit
ſibi expreſsè hypothecata pro ſuo pre-
tio: tunc ipſe venditor eſſet alijs potior
in dicta re: ſecus autē ſi nō feciſſet di-
ctum pactū & hoc per d. l. licet. ¶ Quin
imò volunt plus præfati doc. in d. l. li-
cet. videlicet ꝙ ſi (retētis terminis præ-
dictis) emptor tēpore emptionis obliga
uit pro pretio omnia ſua bona vēditori
ꝙ etiā iſto caſu vēditor pro ſuo pretio
eſſet præferēdus alijs anterioribus cre-
ditoribus in re vendita: & ſic volunt, ꝙ
licet d. l. licet loquatur in re expreſsè
obligata tū ꝙ idem ſit in generali hypo
theca: & ita refert Veronē. in d. cau.
incipien. vulgaris car. ¶ Tamen de hac
vltima deciſione ſatis dubito quia tex.
in. d.

in.d.l licet.expreſsis verbis dicit ꝙ ſta-
tim in ipſa emptione fuit prædium ſpe-
cialiter obligatũ & ſic loquitur in obli-
gatione ſpeciali:ergo à verbis claris le-
gis non debemus recedere:& facit quia
generalis & ſpecialis hypotheca in mul-
differunt vt dixi.ſ̃.in ſecunda parte tra
ctatus,in primo membro vbi poſui ſex
differentias inter generalem & ſpecia-
lem hypothecam:& hinc eſt (vt puto) ꝙ
Veroneñ.in dicto loco ſubdit ꝙ ad tol-
lendũ omne dubium venditor debet in
ſe retinere dominium rei vẽditæ ꝓ præ
tio ſibi ſoluẽdo:& ꝙ ita cõmuniter ob-
ſeruatur & bene.¶ Et ſimiliter ex parte
emptoris qui vult ſoluere preciũ & du-
bitat ne res empta ſibi moleſtetur aut
euincatur:& ꝙ bona vẽditoris nõ ſint
idonea:& ſint hypothecata alijs anterio
ribus creditoribus cautela erit argu-
mẽ.d.l.licet:ꝙ pecunia deponatᷓ cũ pa-
cto ꝙ cõuertatᷓ in emptionẽ aliorũ bo-
norũ immobiliũ quæ prius ſtent obli-
gata ꝓ defenſione rei vẽditæ tale enim
pactũ valet vt ꝑ Alex.in.l.ſi fideiuſſor.
§.ſi neceſſaria.ff.q ſatiſd.cog.& tũc il-
la bona empta ex dicta pecunia erunt
ſpecialiter obligata pro defenſione di-
ctæ rei vẽditæ:& vigore dictæ ſpecialis
hypothecæ emptor ꝓ defenſione & qui
ẽtione rei emptæ erit præferendus qui
buſcunq; alijs creditoribus,etiam ante
rioribus & habentibus generalem hy-
pothecam in bonis vẽditoris per tex.in
d.l.licet & per alia.ſ̃.notata:& ita fre
quenter practicatur Florentiæ in em-
ptionibus & ceſsionibus iuriũ & alijs
19 cõtractibus,& bene &c.¶ † Tertiò fal-
lit.d.regula in pupillo ex cuius pecu-
nia res empta fuit:qa licet alias res em-
pta ex pecunia vnius nõ ſit ei obliga-
ta:vt.l.quãuis.C.de pign.ſed ſit neceſſa
riũ pactũ expreſſum vt.d.l.licet.C.qui
po.in pig.habe.Tamẽ in pupillo eſt ſe-
cus:nã res empta ex eius pecunia pro
rata ſua pecuniæ eſt ei tacitæ hypothe-
ta cũ priuilegio antelationis alijs cre-
ditorib⁹ habentibus anteriorẽ generalẽ
hypothecã in bonis eiuſdẽ debitoris vt
eſt tex.in.l.idẽq;.ff.qui po.in pig.ha &
ibi gl.Bar.& al.j.& hoc qñ ille qui emit
eſt extraneus:ſed ſi eſſet emptor tutor
pupilli:tũc eſt in electiõe pupilli,an ve-
lit dictã re emptã eſſe ſibi hypothecatã
ꝓ ſua pecunia ex qua empta fuit,an ve-
ro velit vtili rei vẽdicatione dictã rem
vẽdicare:vt habetur ꝑ gl.Bar.Bal.Sali.
& alios in.l.ſi vt propõis.C.de rei ve-
dica.per Bal.poſt gl.in.l.ſi tutor.C.de
ſer.pi.de.ma.& ꝑ gl.Bar.in.l.j.ff.quã-
20 do ex fac.tuto.¶ † Quartò fallit regu-
la in re empta ex pecunia militis:quia
etiam illa eſt tacitè hypothecata militi
pro ſua pecunia cum eodem priuile.an-
telationis:vt dictũ eſt in pupillo:vt no.
gl.in.l.quãuis ex ea.C.de pigno.& ibi
Bar.& Saly.& latius Saly.in.d.l.licet.
in.j.& ij.oppoſi.C.qui pot.in pig.hab.
21 ¶ † Quintò fallit in militia empta ex
pecunia expreſsim mutuata ad dictam
militiam emendam:quia etiam quod
non fuerit appoſitum pactum quod illa
militia eſſet ſpecialiter obligata iuxta.
d.l.licet.tamen ſpeciale eſt quod dicta
militia ſit obligata pro dicta pecunia
mutuata cum priuilegio prælationis:
& ſic ꝙ creditor ille ꝓferri debeat alijs
creditoribus:& etiam præferatur vxori
dicti debitoris qui militiã emit & eius
filijs repetẽtib⁹ dote:text⁹,eſt & ibi no.
omnes in.l.fina.& aut.ibi poſita.C.de
pign.& in aut.quo iure.ff.q pot.in pi.
hab.¶ Sed dubium eſt,an ille creditor
in dicta militia præferatur doti poſte-
riori tantum,an etiã anteriori?& Bald.
not.in tractatu dotis in.x.parte in.xij.
col.in



col.in ver.xiij.limita vult ꝙ præferatur
ſolum doti poſteriori,non autem ante-
riori:quia quando dos eſt anterior præ
fertur cuicunque priuilegiato,& etiam
fiſco niſi ex cauſa primipilari:vt.l.ſatis
notum.C.in qui.cau.pi.taci.contraha.
& ſuadetur etiam ratione quia.d.autẽ.
quo iure poſita eſt ad ampliationem.d.
l.aſſiduis.quæ vult ꝙ mulier in dote ꝓ-
feratur alijs anterioribus habentibus ta
citam hypothecam.Nam.d.auten.extẽ
dit diſpoſitionem.d.l.aſſiduis.etiã ſi illi
anteriores creditores eſſent illi ex quo-
rum pecunijs res eſſent emptæ ſiue refe
ctæ qui prætenderent perſonalem priui
legiatam & poſtea excipit militiam em
ptam in qua non vult mulierem pro do
te pręferri illi qui expreſſè mutuauit ad
emendam militiam remouet:ergo in
hoc priuilegio dotis de quo in.l.c.aſſi-
duis.non autem pręber vlterius priuile.
creditor in dicta militia contra dotem:
idem etiam probatur in.d.l.fin.& au-
tentica.ibi poſita:& ita etiam tenet glo.
in auten.de æquali.do.in.§.his conſe
quens.in glo.in verſ.poſterior quæ vult
quod quando duo priuilegiati concur-
runt in tempore potior ſit in iure.& ita
22 tenendum puto.¶ † Sexto fallit regula
quando concurrunt duæ dotes quarum
prior præferri debet.d.l.aſsiduis.§.ex-
ceptis.et dixi.ſ̃.in.xviij.ampliatiõe.Nã
hoc fallit,quando extarent aliquæ res
ſecũdæ dotis:quia in illis mulier vel ei⁹
filij agentes pro dote præferri debent
agentibus pro anteriori dote & ſic ha-
bentibus generalem hypothecam ante-
riorem vt eſt tex.& ibi no.doct.in autẽ.
23 ſi.C.qui po.in pigno.hab.¶ † Septimo
fallit generaliter in omnibus dotibus:
quia mulier & eius liberi agẽtes ꝓ reſti
tutiõe dotis in tacita hypotheca eis con
petenti pręferuntur alijs nõ priuilegia
tis habentibus aliam tacitam anterio-
rem vt eſt text.in.d.l.aſsiduis.& plu-
24 ries dictum fuit.¶ † Octauo dicta regu
la fallit in hypotheca conditionali con-
petenti pro legatis iuxta.l.j.C.commu.
de leg.quia ſcilicet nõ trahitur retro vt
ex ea legatarius pręferatur habentibus
hypothecam in rebus teſtatoris acquiſi
tam poſt mortem teſtatoris ab hęrede
per not.in.l.ſi filius.in princ.ff.de verb.
obli.& dixi.ſ̃.in hoc ſecũdo mẽbro nu.
25 18.vbi vide.† ¶ Nono fallit in pluribus
immiſſis ex primo decreto vigore rei iu
dicatę,vel iuris exequibilis:quia omnes
ſunt ęquales:& ſic non habet locum in
eis regula qui prior:nam prior non prę
fertur vt per Alex.poſt alios in.l.ſi fini
ta.§.ſi plures.ff.de dam.infec.& dixi la
tè.ſ̃.in tertia parte ſecũdi membri nu-
26 27.¶ † Decimo fallit regula quando
prior creditori poſſidet & conuẽtus hy
pothecaria à poſteriori creditore etiam
iniuſtè agente:negat per mendacium il
lam rem fuiſſe debitoris nam hoc pro-
bato à poſteriori creditore punitᷓ prior
creditor in tranſlatione poſſeſsionis:qa
ſ.iudex abſq; alia ſententia debet tranſ
ferre poſſeſſionem quę eſt apud priorẽ
creditorem in ſecũdum & modo dictus
primus creditor de reo efficietur actor:
quia ſi vult cõſequi ſuũ creditum cogi
tur inchoare nouum iudiciũ & proſe-
qui & fiuire in hypothecaria contra po
ſteriorem creditorem in quem fuit trã
lata poſſeſſio & ſic habes caſum in quo
reſpectu poſſeſſionis poſterior creditor
hypothecarius efficitur anterior & po-
tior:iſte eſt tex.in aut.item poſſeſſor.C.
qui po.in pigu.hab.¶ Et iſtud procedit
etiam ſi prior creditor poſt ſuã negatio-
nẽ & probationẽ ſuper hoc factã à poſte
riore vellet incontinenti docere de ſua
priori hypotheca:quia nõ debet audiri:
ſed

ſed omnino poſſeſsio eſt transferéda in
poſteriore vt ibi no.glo.& tenent Bart.
Bal.Sali.& alij quia in hoc iudi.poſſeſ-
ſorio nõ admittit excep.dolo facis pe-
tere quod incõtinẽti reſtituere teneris:
iuxta.l.j.in prin.ff.quorum lega.ita fir-
mat gloſſ.in.d.aut.item poſſeſſor & ſe-
quuntur doc.& talis tranſlatio poſſeſ-
ſionis de priori creditore in poſteriore
fit in eadé inſtantia per implorationem
officij iudicis & trãſlata poſſeſsione eſt
finita inſtantia abſq; alia ſententia ꝙ
eſt mirabile:& opus erit noua inſtantia
ſi prior creditor vult agere hypotheca-
ria cõtra ſecũdũ:ita not.Bar.& Saly.in
27 d.aut.ité poſſeſſor.¶ † Vndecimò fal-
lit in caſu ſpeciali videlicet ꝓ debito pri
mipili.Nã fiſcus creditor ex eo pręfer-
tur cuicũq; anterior creditori & etiam
dos vxoris adminiſtratoris primipila-
tus eſt obnoxia ꝓ dicta adminiſtratiõe
vt eſt tex.in.l.ſatis notũ.C.in quib.cau.
pi.taci.cõtraha.ad idé tex.in.l.pe.C.de
primipilo lib.xij.antequã tamen deue-
niatẽ ad doté vxoris debet fieri diſcuſsio
de omnibꝰ bonis mariti:& demũ in ſub
ſidiũ põt deueniri ad doté vt eſt tex.in
d.l.ſatis notum.¶ Duodecimò,fallit in
accipientibus pignus à duobus diuer-
ſis nõ dominis & diuerſis téporibus.qa
inter accipientes melior eſt cõditio poſ-
ſidentis.& non atenditur qui prius ac-
ceperit vt eſt tex.in.l.ſi nõ dominus ſe-
cũdo reſpõ.ff.qui po.in pig.hab.& ibi p
28 Bar.& Saly.¶ † Tertiodecimò,fallit in
expenſa funeris:qa illa præfertur omni
ęri alieno : vt.l.fi.§.in cõputatiõe.C.de
iure deli.etiã illi quod habet tacitã hy-
pothecã:vt eſt tex.in.l.at ſi qs.§.j.ff.de
reli.& ſump.fun.& tex.in.l.pe.eo.tit.q
dicit ꝙ præcedit omne æs alienũ.¶ Sed
difficultas eſt.an talis expẽſa præfera-
tur etiam debito quòd habet expreſſam
hypothecam anteriorẽ?& glo.in.d.l.pe
ſub dubio forte tenet ꝙ non argu.eius
quod dicitur in dote in.l.aſsiduis.C.q
po.in pi.hab.vbi habetur ꝙ tacita hy-
potheca dotis præferẽ alteri tacitæ an-
teriori:ſed nõ expreſſè Bar.autem in.l.
j.in.iij col.in verſi.iij.oppo.ad ſecun-
dam partem allegando.d.l.penult.quæ
incipit impenſa.ff.Io.ina tenet ꝙ impé-
ſa. funeris tanquã reſpiciens publicam
vtilitaté de qua ibi pręfertur dot :& ita
refert & reputat ſingulare & ſequitur
Ange.de are.inſti.de lege falci.§.fi.in
ſecundo no.& pro iſta opi.facit text.in
d.l.pe.quæ dicit ꝙ impẽſa funeris ſem-
per ex hæreditate deducitur:põderãdo
verbũ ſemper:& poſtea ſub iit ꝙ præce
dit omne creditum ponderãdo verbum
omne:ꝙ nihil excludit.l.à ꝓcuratore.
C.mãda.c.ſi Romanorũ.xix.diſt.& ſi-
cut præcedit tacitã hypothecam .d.l.at
ſi qs.§.j.ita videt,ꝙ præcedat etiã ex-
preſſam argu.l.cũ quid.ff.ſi cert.peta.
¶ Tamẽ Bald.no.in tractatu dotis in.x.
ꝑte in.xj.col.in.ix.limi.tenet ꝙ mulier
in dote vigore ſuæ expreſſè & etiã taci-
tè anterioris præferri debeat debito fu-
nerario ꝑ allegata ibi per eũ:& reſpon-
det ad dictũ ver.ſemper & omne quod
per generalia fauore dotis reſtringun
tur vt cauſam dotis non comprehen-
dant ꝑ tex.in.l.ũ.C.de iure do.& Saly.
ibi de quo plene dicemus.ĩ.in prima
parte octauę partis principalis in.ix.fal
lent.vbi vide.ſed Bal.not.non facit mé-
tionem de dicto Bart.in.d.l.j.qui vult
contrarium in dote.¶ Et propterea in
iſta varietate puto dicendum ꝙ credi-
tum funerarium præferatur doti reſpe-
ctu tacitę hypothecæ non autem reſpe-
ctu expreſſæ:quia Barto non aperit de
expreſſa vel tacita:ſed ſimpliciter dicit
ꝙ præfertur doti:vnde debet intelligi de
tacita:



tacita:& non de expreſſa:quia nõ repe-
ritur in iure ꝙ expenſa funeris pręfera
tur expreſsè hypothecæ anteriori ſed ſo
lùm tacitè.d.l.at ſi quis.§.j.& in tacita
eſt minor ratio quã ſit in expreſſa : quia
lex tibi ſuum & non tuum denegat au-
xilium.d.l.aſsiduis. & ratio Bart.de pu
blica vtilitate in tacita prævalet argu-
mentis Bal.nouiſſi:vnde cõcludo ꝙ ex-
pẽſa funeris pręferatur tacitè anteriori
etiam dotis:ſed non expreſsè etiam al-
terius creditoris quàm dotis : & in
hoc videtur concordare glo.in.d.l.pen.
& Bar.in.d.l.j.& alij qui tranſeunt ibi
cũ Bar.Et quod dictũ eſt de expenſa fu
neris,dicendũ eſt etiam de expẽſa infir
mitatis : quia æquiparantur : vt dicit
Bal.in.l.reſtituenda.C.de peti.hær. &
tenent Alex.& Iaſ.in.l.fi.§.in computa
tione.C.de iure deliberan.¶ Quartode
cimo fallit quando primus creditor ha
bet generalem hypothecam & etiã ſpe-
ciale in vna re:& ſecundus creditor ha-
bet ſpecialem tantùm in alia re diuerſa
à ſpeciali primi creditoris: quia tali ca-
ſu primus creditor non poteſt agere ad
ſpecialem ſecundi creditoris:vigore ſuę
generalis:donec primo poteſt ſatisfieri
de ſua ſpeciali:& ſic iſto caſu ſecundus
creditor inuenitur in ſua ſpeciali potior
quàm ſit primus vigore ſuæ generalis
anterioris : & hoc non de rigore iuris
ſed de æquitate vt eſt text.in.l.ij.C.de
pignori.& ibi per doct.& ſic etiam iſto
caſu fallit.d.regula qui prior.& de hac
materia dicam latius.ĩ.in hoc mẽbro.
29 quæſtio ix.¶ † Quintodecimò, fallit
regula quãdo ſecũdus offert ſoluere pri
mo:quia tũc cõfirmat ſibi pignus: & di
miſſo priori creditor ipſe efficitur ante
rior:vt.l.j.& ibi per doc.C.q po.in pig.
hab.&.l.ij.C.de pign.&.l.potior.§.fi.ff.
30 qui po.in pign.habe.¶ † Sextodecimò,
fallit regula,ſi res prius obligata primo
creditori obligetur ſecundo de volunta
te primi:quia tunc ſecundus erit potior
primo & ei præfertur:vt eſt text.in.l.
creditor.§.fi.ff.qui po.in pi.hab.& ibi
Barto.¶ Decimoſeptimò,fallit qñ ſunt
tres creditores,videlicet primus ſecũdꝰ
& tertius:nã ſi tertius offerat primo ſuc
cedet in locũ illius & modo erit prior ſe
cundo & ei præfertur:vt eſt tex.in.l.ſi
prior.§.à Titio.& ibi no.Bar.& Saly.ff.
qui po.in pi.hab.¶ Decimooctauò,fallit
quando primus creditor eſt creditor ex
chirographo nõ ſubſcripto tribus teſti-
bus,& ſecundus eſt creditor ex publico
inſtrumento:quia iſto caſu ſecũdus prę
feretur primo,vt.l.ſcripturas & ibi per
doct.C.qui po.in pign.hab.¶ Decimo-
nonò,fallit regula quãdo obligãtur fru-
ctus futuri ex aliquo prædio:quia ſi illi
fructus non percipiantur per debitoré:
ſed per alium ex noua obligatione,puta
ex vẽditione,vel hypotheca:in illis po-
tior erit ille qui eos bona fide percepit
quã primus creditor:vt eſt tex.in.l.j.§.
cùm prædium.& ibi Bar.& Sal.ff.de pi
gno.tex & ibi Bar.in.l.Paulus.§.j.eod.
titu.& in l.potior.§.ſi de futura.ff.qui
po.in pig hab.& dixi latè.ſ.in ſecunda
parte ſecundi membri nume .17 .vbi
vide ¶ Vigeſimò,fallit in fiſco qui licet
ſit poſterior in tépore tamé quo ad bo-
na acquiſita ꝑ debitoré poſt obligationé
primã & ſecũdam præfertur anteriori
creditori cui fuerant generaliter obliga
ta bona pręſentia & futura:vt eſt tex.&
ibi gl & Bar.in.l.ſi is qui.ff.de iure.fiſ.
¶ Limita tñ hoc,niſi primus creditor eſ
ſet priuilegiatus ſicut fiſcus: puta in pu
pillo pro debito tutelę:qa tũc primus ꝓ
fertur fiſco etiam in bonis poſtea quęſi-
tis:vt eſt tex.in.l.fi.in prin.& ibi glo.in
prima ſolutione quam ſequuntur ibi
Bart.

Bar.& Sali.ff.qui po.in pign.hab.& ſic
iſta regula eſt expedita cum.xx.amplia
tionibus:& totidem fallentijs:quæ no.
quia nõ inuenies per alium ita ordina-
31 ta &c.¶†Secũdo principaliter in ma-
teria prioritatis quæritur quid ſi vna
res reperitur obligata duobus ab vno
debitore,an cenſeaĩ obligata & cuilibet
inſolidum,an pro parte?& in hoc pone
duas concluſiones. ¶ Prima concluſio
eſt qñ res fuit obligata duobus ſimul
eodẽ inſtanti:ſi fuit dictũ & expreſſum
ꝙ eſſet obligata vel inſolidum vel pro
parte illud ſeruandum erit : vt eſt tex.
in.l.ſi fundus.§.ſi duo.ff.de pign.& ibi
per Bar.& Sali.põderãdo text.in verſi.
ſed ſi ſimul.ſi autem nihil fuit expreſ-
ſum & ſic ſumus in dubio & tũc ſi obli
gatio facta fuit eodem inſtanti duobus
ſimul vna conceptione verborũ dicen-
do obligo talem rẽ Titio & Sempronio
tunc erit illa res pro dimidia obligata
vtriq; ꝓ ſuo credito:vt eſt text.in.d.§.
ſi duo.in fin.& ibi declarat gl.& Bar.&
hoc procedit ſiue purè fiat obligatio
vtriq; vt ibi eſt tex.ſiue etiã fiat obliga
tio vtriq; ſub aliqua cõditione:qa puri
ficata cõditione ambo creditores cõcur
rent in dicta re:tex.eſt & ibi gl.& Bart.
in.l.idemq;.§.j.ff qui po.in pi.habe.&
facit etiã tex.in.l.ſi debitor.ff.de pign.
& iſto caſu quilibet ex dictis creditori-
bus aget hypothecaria ad dictã rẽ tam
inter ſeipſos quã cõtra aliũ extraneum
ꝓ parte dimidia dictæ rei & nõ ad totã
vt.d.l.ſi debitor.¶Secũda cõcluſio eſt
ꝙ qñ eadẽ res fuit ab vno obligata duo
bus eadem die:tñ diuerſis momẽtis:&
tũc aut apparet cui primo& cui ſecũdo
loco fuit obligata,aut hoc non apparet.
¶Primò caſu quando apparet cui pri-
mo,& cui ſecundo loco fuit obligatã:&
tunc ſi debitor notificauit primã obli-
gationem ſecũdo creditori: & hoc caſu
videtur obligaſſe ſecũdo illud reſiduũ
quod reſtat ex dicta re vltra ſatiſfactio
nẽ primi:& ſatiſfacto primo creditore
res remanebit inſolidum obligata ſecũ
do : vt.l.& quæ nondum §.ſi res.ff.de
pig.& iſto caſu euitabit debitor crimẽ
ſtellionatus vt ibi notatur : aut debitor
nõ certiorauit ſecũdũ de priori obliga-
tione:& tunc licet res nõ tranſeat ſine
difficultate tñ communis opinio videtur
eſſe ꝙ idẽ ſit iſto caſu ꝙ fuit dictum in
præcedẽti qñ debitor certiorauit ſecũ-
dũ creditorẽ.videlicet ꝙ cẽſetur obli-
gaſſe ſecũdo illud qđ reſtabit ſoluto pri
mo creditore:ſed etiã iſto caſu debitor
tenebiť crimine ſtellionatus & etiã te-
nebitur ſecundo creditori in eo ꝙ ſibi
deficiet ꝓ ſua ſatiſfactiõe : vt.l.ſi qs in
pignore.§.planè.ff.de pig.actio. ¶ Secũ
do caſu qñ nõ apparet cui primo & cui
ſecundo loco res fuit obligata:ſed con-
ſtat ꝙ diuerſis momentis & ſub diuer
ſis conceptionibus verborum fuit duo
bus obligata : ſed non poteſt conſtare
cui prius & cui poſterius fuit obligata:
& tunc illa res erit obligata cuilibet in-
ſolidum:& quilibet poterit agere inſo-
lidum contra extraneum poſſeſſorem:
ſed inter ſeipſos melior erit cõditio oc-
cupantis : vt.l.ſi quis à ſe multis.ff.de
noxali.nam habita poſſeſsione gaude-
bit beneficio poſſeſſoris per.d.l.ſi debi-
tor.ita declarant Bart.& Sali.in.d.§.ſi
duo.& habetur per Dy.& alios in regu
la qui prior.& in regula in pari.libr.vj.
32 quæ no ¶†Tertiò,ex prædictis cõtin-
git vtiliter dubitari de pulchra & cõtin
gibili.q.videlicet mulier dotata deceſ-
ſit relictis duobus filijs & hæredib⁹: &
alter eorum reperitur in poſſeſsiõe nõ-
nullorum bonorum obligatorum pro
reſtitutione dotis maternæ : vel qa im-
miſſus



miſſus fuit in dictis bonis ex decreto iu
dicis vel aliter non curo. Alter verò pe-
tit ſe quoq; admitti ad concurſum,ſeu
participationẽ dictorũ bonorũ ꝓ ſua di
midia pro qua eſt hęres matris & ꝓ ſua
hypo.pro medietate dotis maternæ:ille
verò q poſsidet dicit & excipit ſe rõne
ſuæ poſſeſsionis debere,præferri & eſſe
potiorẽ in dictis bonis:& fundat ſe per
tex.in.d.l.ſi debitor.ff.de pigno.vbi eſt
tex.ꝙ qñ vna res reperiť obligata duo-
bus inſolidũ qñ contẽdũt inter ſe me-
lior eſt cõditio poſsidentis:ad idẽ text.
in.l.j.§.j.de ſalui.inter.¶Nec eſt dicen
dũ ꝙ caſus iſte diuerſificeť ex eo ꝙ in
dictis iuribus bona à principio fuerint 33
obligata duobus inſolidũ:in caſu autẽ
noſtro obligatio facta fuit vni tantũ.i.
matri:& poſtea deuenit in duobus filijs
& hæredibus:qa inter iſtos caſus nõ po
teſt aſsignari diuerſa rõ,imo eſt eadem:
nã licet inter hæredes actio perſonalis
ipſo iure pro portionibus hæreditarijs
diuidatur ex diſpõne.l.xij.tabularum.
tñ obligatio hypothecaria remanet in-
ter eos indiuiſe,& vnicuiq; inſolidũ cõ
petit:vt eſt text.in terminis in.l.j.C.ſi
vnus ex pluri.hær.credi.vel debi.Ad
idẽ tex.in.l.quãdiu.C.de diſtrac.pign.
tex.cũ gl.& ibi Bal.in.l.j.C.de hæred.
actio.& in.l.hæredes.§.idẽ obſeruatur
in pignoribus.ff.fami.er.& ſic eadẽ ra-
tio eſt,ſiue à principio obligatio hypo-
thecaria conſtituta fuit duobus inſoli-
dum:ſiue in duos hæredes inſolidum à
defuncto deuenerit.¶Et iſtã opinio.vi
detur tenere Soci.in cõſi.cxxxv.ſupra-
ſcripti &c in fi.in prin.vol.& cõprobat
quia poſſeſſor habet ſimilẽ cauſam,nec
tempore vincitur & eſt reus ergo po-
tior eſt eius cauſa per not.in.l.ſiue au-
tem.§.ſi duobus.ff.de publicia.
¶Iſtam eãdem opinionẽ fuit ſequutus
quidã excellẽs aduocatus Florentinus
cum cauſa eſſet ei commiſſa ad cõſi.de
ciſiuum:& corroborauit eã per text.in
l.fi.C.depoſi.vbi eſt caſus ꝙ defunctus
depoſuit certam quantitatem pecuniæ
ſeu certã maſſam auri & poſtea defun-
ctus eſt relictis duobus hæredibus:quo
rum vnus accipit ſuam portione à de-
poſitario:alter verò ſuperſedit exigere
ſuam partem,vel caſu fortuito fuit im-
peditus:poſtea aũt depoſitari⁹ effectus
fuit non ſoluẽdo deciditur ibi quod il-
le qui nõ exegit ſuam portionem nõ po
teſt agere contra aliũ cohæredẽ qui exi
git ſuã ratam vt illa ſibi communicet.
†& ibi gl.& doc.reſpondent ad.l.verũ
§.ſi cũ tres.quæ videbatur velle contra
rium:& dicunt ꝙ eſt ſpeciale in ſocijs:
quia quilibet ex ſocijs tenetur inuigila
re pro conſocio ſic vt pro ſe proprio &
dãnum & lucrum inter ſocios debet eſ-
ſe cõmune.l.ſi vnus.§.j.ff.pro ſocio.&
inſti.pro ſocio.§.j.& qđ iſtud ſit ſpãle
in ſocietate tenent gl.& doct.in.d.§.ſi
cùm tres.& in.l.fi.C.pro ſocio.& Bart.
in.l.pupillus.ff.quæ in frau.credi.& ſic
probatur in.d.l.fi.C.depoſi.ꝙ licet vna
fuerit à principio actio in perſona de-
functi,& poſtea fuerit diuiſa inter hæ-
redes ꝙ tñ præoccupantis melior eſt cõ
ditio & ibi expreſsè hoc vult Bal.& cũ
Bal.tranſeũt Saly.& Pau.de ca.& non
debet dici quòd inter dictos cohęredes
matris fuerit aliqua communio cum
mortua matre inter eos actio fuerit di-
uiſa ipſo iure vt dictũ eſt.ſ.& ſubdebat
præfatus doc.nõ obſtare.l.itẽ labeo.in
princi.ff.fami.er.quia dicebat ipſe eſſe
aduertendum ꝙ ſi illud ꝙ obueniebat
ad vnũ ex hæredibus erat corpus hære
ditariũ,cohæres poterit illud pro rata
ſua petere:ſed ſi illud quod ꝑuenit ad
vnum ex hæredibus non erat corpus

hæreditarium puta pecunia redacta ex
fructibus bonorũ hæreditariorũ : tunc
cohæres nõ poterit aliquid ex rata ſolu
ta cohæredi repetere per text.in.l.Lu-
cius.ff.fami.er.& ꝙ ita dictas duas.ll.
declarat Bar.in.l.pupill⁹.ff.quę in frau.
credi.& propterea concludebat præfa-
tus doct.ꝙ ille hæres qui inuenitur poſ
ſidere bona hypothecata pro dicta do-
te non poterat in eis inquietari ab alio
cohærede ſed quod ratione poſſeſsio-
nis potior debebat eſſe eius conditio.
¶Sed iſta deciſio mihi ſemper viſa fuit
dubitabilis & ſemper inclinaui in con-
trariam partem & illam puto eſſe de iu
re veriorem & æquiorem : videlicet ꝙ
d.l.ſi debitor.non habeat locum in duo
bus cohæredibus prætendentibus hy-
pothecam in bonis pro dote materna:
& ſic quòd licet vnus poſsideat rem hy
pothecatam:nõ tamen debeat eſſet po-
tior altero ratione poſſeſsionis : ſed qđ
alius etiã debeat admitti ad dicta bona
34 pro ſua dimidia.¶ † Et primò præſup-
pono eſſe verũ ꝙ dicunt præfati doc.vi
delicet Soci.& ille aduocatus Florenti-
nus ꝙ ſcilicet actio perſonalis cõpetens
matri ad dotem fuerit ipſo iure diuiſa
inter filios & cohæredes ex diſpoſitio-
ne.l.xij.tabularũ.& ꝙ hypotheca & pi
gnus indiuiſum & inſolidũ apud vnum
quéq; ex hæredibus remãſit:vt eſt tex.
in.l.j.C.ſi vnus ex plurib.hæredi credi.
& in.l.j.C.de hæredi.actio.& ſic reſpe-
ctu actiõis perſonalis indubitatũ eſt ꝙ
illa non remanſit communis inter hæ-
redes ſed fuit diuiſa ipſo iure.ſed reſpe
ctu actionis hypothecariæ illa remanſit
cõmunis & apud vnũquéq; inſolidum
trãſlata fuit,& ex hoc ſecũdo infertur
ꝙ inter plures cohæredes nõ datur iu-
dic.fami.er.quoad actiones perſonales
& noĩa debitorũ:ꝗa (vt dictum eſt) illa
ipſo iure diuiduntur inter eos : & ideo
nõ eſt opus alia diuiſione vt.l.ij.§.fi.cũ
l.ſeq.& ſeq.ff.fami.er.& no.in.l.ea quę
C.e.tit.& ita no.gl.in.l.cæterę.in prin.
35 fami.er.¶ † Sed hypotheca quæ cõpe-
tit defuncto inter hæredes nõ diuidit
ipſo iure (vt dictũ eſt) ſed remanet indi
uiſa & vnicuiq; ipſorũ cõpetit inſolidũ
vt ꝓbatũ eſt:& propterea illa inter eos
venit diuidéda ꝑ iudiciũ fami.er.vt de
hoc eſt text.in.l.ſi pignori.ff.fami.er.
vbi res data pignori defuncto inter ei⁹
hæredes venit in iudi.fami.er.& adiu-
dicatur vni ex eis redimenda tñ ꝑ debi
toré.& ille cui adiudicat̃ eſt condénan
dus alteri cohæredi pro ꝑte crediti ad
eum ſpectãtis:ita eſt ibi tex.& licet illa
lex loquat̃ in pignore tñ idé eſt in ſim-
plici hypotheca nõ tradita defuncto,vi
delicet ꝙ etiã illa veniat in iudic.fami.
er.inter hæredes vt declarat Bart.in.d.
l.ſi pignori.in.ij.col.in verſic.circa ꝑté.
& ſequitur ibi Floria.& mouétur arg.
text.in.l.& non tñ.ff.de peti.hære.vbi
etiã res pignori data defuncto venit in
36 petitiõe hæreditatis.¶ † Et facit ꝗa hy.
dicit̃ ius in re,ſeu ius reale:vt.l.eos.C.
de pign.& in.§.ité Seruiana.inſtitu.de
actio.& no.Alex.in.l.ſi filio.§.fi.in ſe-
cũda colũ.in verſi.per hoc etiã dicebã.
ff.ſolu.ma.& ſimiliter ipſa actio hypo-
thecaria eſt in ré & realis vt.l.pigno-
ris.ff.de pig.& l.pignoris.C.eo.titu.&
vtrobiq; gl.& doc.& ille ꝗ habet actio
né ad ré dicitur ré habere.l.ꝗ actioné.
ff.de reg.iur.& l.nõ videt̃.ff.de acqui.
poſ.& l.nõ videt̃.ff.de in integ.reſtitu.
¶Et ꝓbat̃ etiã ex no.ꝑ Alexã.poſt alios
in.l.ſi domus.§.fi.ff.de leg.j.in.j.colũ.
vbi teſtator põt legare hypothecã ſine
actione principali & valet legatũ tãquã
de re ipſius teſtatoris.¶Cõcluditur er-
go quòd hypo.quæ remanſit in hære-





ditate defuncti venit diuidéda inter co
hæredes ꝑ iudic.fami.er.ꝑ.d.l.ſi pigno
ri.& per alia.s̃.allegata.& ideo vn⁹ hę-
res eã poſsidés non põt ratione poſſeſ-
ſionis excludere ab ea aliũ cohęredem:
ſed tenetur diuidere eã cũ alio cohære-
de:& ſic cõſtat ꝙ.d.l.ſi debitor nõ pro-
cedit in duob⁹ cohæredibus inter quos
eſt locus iudic.fami.erc.ſed habet locũ
inter alios debitores principales inter
quos actio nõ eſt cõis:ſed vnicuiq; ſua
actio cõpetit inſolidũ iuxta.d.l.ſi debi
tor.& l.ſi fundus.§.ſi duo.eo.ti.Nam
actio quæ cõpetit duobus hęredibus eſt
vna tñ cõpetés cuilibet inſolidũ:vt.d.
l.j.C.ſi vnus ex pluri.hære.credi.& de-
bi.& ꝓpter iſtã cõmunioné datur inter
eos iudi.diuiſoriũ fami.er.ꝙ non cõpe
tit inter duos creditores principales ha
37 béses duas actiones inſolidũ.¶ † Præ-
terea & tertio moueor ad prædicta fir-
mãda:ꝗa qñ ad ius hæreditariũ indiui
duũ cõpetés vnicuiq; ex hæredibus in-
ſolidũ datur actio ꝑſonalis:tũc ſi illud
exigatur per vnũ ex hæredibus illud nõ
venit in iudic.fami.er.inter cohęredes:
vt.l.hæredes.§.an ea.ff.fami.erc.& iſto
caſu victoria vnius ex hæredibus non
ꝓdeſt alteri vt ibi habetur : ſecus aũt ſi
ad illud ius cõpetat actio realis : ꝗa tũc
victoria vnius ꝓdeſt alteri vt eſt textus
in.l.loci corpus.§.fundus.ff.ſi ſerui.vé
di.Nam in.d.§.an ea.eſt textus qđ de-
functus ſtipulatus erat ſeruitutem viæ
itineris & actus:quæ eſt indiuiſibilis &
añ cõſtitutã ſeruituté deceſsit relictis
pluribus hęredibus:dicit̃ ibi ꝙ dicta ſti
pula.quę eſt actio ꝑſonalis tãquã fun-
data ſuper iure indiuiſibili nõ diuidi-
tur inter hæredes per.l.xij.tabularũ:
ſed ex ea competit omnibus hęredibus
actio inſolidum & illa nõ venit in iudi.
fami.erc.in.d.authé.§.ſi fundus.dicta
ſeruitus iam erat conſtituta & ad eam
agendum erat per hæredes confeſſoria
vel negatoria quæ ſunt actiones reales,
vel in ré: & ideo dicitur ibi ꝙ victoria
obtenta per vnũ ex hæredibus prodeſt
alteri cohæredi ex natura actionis rea-
lis.in caſu auté.d.§.an ea victoria vni⁹
nõ prodeſt alteri:quia agebatur actiõe
perſonali ex ſtipulatu ad conſtituendã
ſeruituté & eſt etiã text.in.l.viæ itine-
ris.ff.de ſerui.& ita intelligit & decla-
rat ibi Floria.in vltima col.dũ opponit
de.d.l.loci corpus.§.ſi fundus.& ſoluit
ꝙ ille tex.in.d.§.ſi fundus.loquitur in
cõfeſſoria,quæ eſt in rem ideo victoria
vni⁹ ꝓdeſt alteri.d.aũt.l.viæ itineris.lo
quitur in actione ꝑſonali in qua ſenten
tia lata ꝓ vno nõ prodeſt alijs hæredib⁹
& iſtam concluſionem ꝙ in actione ꝑſo
nali victoria vni⁹ ex hæredibus non ve
niat communicanda alijs ſed in actione
reali ſic firmat Bart.in.l.ij.§.ex his.in
fi.ff.de verb.obliga.per iura.s̃.allegata
& ita etiam tenent ibi Alexand.Iaſo.&
alij per rationes de quibus ibi per eos.
¶Vnde adaptando ad terminos noſtros
cum ſimus in hypotheca & actiõe hypo
thecaria quę eſt indiuiſibilis inter hęre
des & vnicuiq; cõpetit inſolidum.d.l.
j.C.ſi vnus ex pluri.hære.credi.vel de-
bi.Sequitur duplex concluſio.¶Vna ꝙ
illa venit diuidenda inter ipſos hære-
des iudic.fami.erciſ.per.d.l.ſi pignori.
¶Secunda quòd cũ dicta actio hypothe
caria ſit realis.d.l.pignoris.quòd victo
ria obtenta ex ea per vnum ex hæredi-
bus prodeſt etiam alteri & venit cõmu
nicanda cum altero:& iſte cõcluſiones
meo iudi.ſunt clare & indubitate.& ꝑ
prædicta ceſſant fundaméta quæ fiunt
in contrarium.¶Non enim obſtat.d.l.
ſi debitor.ꝗa vt probatũ eſt illa lex lo-
quitur inter duos creditores principa-

les nõ auté habet locum inter duos co-
hæredes inter quos habet locũ iudi.di-
uiſorium & inter quos victoria vnius
prodeſt alteri:& ſic poſsidens nõ poteſt
dicere ſe potioré ex cauſa poſſeſsionis.
Non obſtat ꝙ inter dictos cohæredes
fuerit diuiſa actio perſonalis ipſo iure
& nihil remãſerit cõmune inter eos:qa
fateor de actione perſonali: ſed nego ꝙ
inter eos nihil remãſerit commune.cũ
imò remãſerit cõmunis inter eos hypo.
& actio hypothecaria:vt.d.l. ſi pignori.
&.d.l.j.Non obſtat tex.in.l.fi.C.de po-
ſiti:qa ille tex.loquiẽ in actione depoſi-
ti & ſic perſonali quę erat ipſo iure di-
uiſa inter eos .d.l.j.&.l.j.C. de hære.
actio.& ideo pars illius maſſę depoſita
tæ quę cõſiſtebat in pondere exacta ꝑ
vnũ ex hæredibus nõ veniebat cõmuni
canda cũ alio cohærede vt ibi declarãt
Bart.Bal.Saly.& alij qui ita intelligũt.
d.l.fi.& ita etiã loquiẽ tex.in.l. Lucius.
ff.fami.hær.qui loquiẽ in pecunia reda
cta ex fructibus rerũ hæreditariarum.
Nos aũt loqmur in hypotheca rei:quæ
nõ conſiſtit in põdere,numero,vel mé-
ſura,& ſic in actione reali quæ habet in
ſtar corporis hæreditarij & ideo debet
alteri cõmunicari vt.l.ité Labeo.ĩ prin.
ff.fami.er.& ibi per doc.& ita intelligit
Bar.in.l.ſi pupillus.in fi.ff.quę in frau.
credi. ſupplendo tñ eius dicta per not.
per ſe & alios in.d.l.fi.C.depoſi. & ha-
beẽ per Bar.in.d.l.ij.§. ex his.ff. ex his.
ff.de ver.obli.¶Concludiẽ ergo ꝙ vnus
exhæredibus matris poſsidens prædiũ
obligatũ pro dote teneẽ illud reſpectu
hypothecæ diuidere cũ alio fratre:& ſi
illud conſequutus fuit actione hypothe
caria debet illud cõmunicare cum alte-
ro per allegata.ſ̄.quæ not.qa non repe-
ries alibi examinata & caſus eſt contin-
38 gibilis. ¶† Et maximè cum aliàs extet

deciſio Bald.in auẽ.ei ꝗ iurat.in.iij.col.
in verſi.quęro plures ſunt habentes.C.
de bo.auto.iud.poſ. ꝙ vno ex pluribus
creditoribus habentibus hypothecam
immiſſo ex primo decreto alij non cen-
ſentur immiſsi per rationes de quibus
ibi per eum quod eſt notabile ad limi.
tex.& ibi not.per glo.& Bart. in.l.cùm
vnus.in prin.ff.eo. titu. vbi regulariter
decretũ interpoſitũ ad inſtantiã vnius
creditoris prodeſt alijs.¶Nã quicquid
ſit in alijs creditoribus tamen in cohæ-
redibus habentibus hypothecam hære-
ditariam:victoria vnius prodeſt alijs &
venit cũ alijs cõmunicanda.¶Et ex prę
dictis etiam colligitur ratio quare in ſo
cietate illud quod vnus ſocius exegit ve
nit alijs communicandũ:vt.l.ſi vnus.§.
j.ff.pro ſocio.& inſti.eo.tit.§.j.& habe-
tur in tex.& ibi glo.& docto.in.l. verũ.
§.ſi cũ tres.co.tit. Nam vt dicit gloſ. in
d.§.ſi cùm tres.ſocij ſunt creditores ex
vno contractu & habent quandam fra-
ternitaté in ſe:& ſimiliter eſt inter duos
cohæredes:nam habent vnam tantum
actionem hypothecariam licet quilibet
inſolidũ.d.l.j.C.ſi vnus ex pluri. hære.
cre.vel debi. & habent in ea cõmunio-
nem:quæ venit diuidéda inter eos: per
iudi.fami.er.per.d.l.ſi pignori.Sicut ſo
cietas cõmunis inter ſocios venit diui-
denda actione pro ſocio:nimirum ergo
ſicut inter ſocios nõ eſt melior cõditio
poſsidentis ita & inter cohæredes: ſed
inter alios creditores eſt ſecus:qa in eis
ceſſant dictæ rationes:& ideo.d.l. ſi de-
bitor.non extenditur à duobus credito
ribus ad duos cohæredes in hypotheca
& ad duos ſocios in ſocietate:quia ceſ-
ſat ratio de qua in .d.l. ſi debitor. vt.ſ̄.
39 deductum eſt.† Quartò quæritur, an
ſi bona generaliter & ſic tam præſentia
quàm futura iuxta.l.fi.C. quæ res pig.





obli.poſ.ſint hypothecata duobus credi
toribus diuerſis téporibus , an prior in
tempore ſit potior ſecundo etiam in bo
nis poſt ſuam obligationé quæſitis, per
debitorem? An verò in poſtea quæſitis
concurrãt primus & ſecũdus creditor?
glo.in.l.ſi is qui.ff.de iure fiſc.diſputat
& videtur tenere ꝙ ſimul concurrant
idem videtur tenere gl. in.l. ideq;.§.fi.
ff.qui po.in pig. habe. ¶Sed cõtrarium
tenet ibi Bar.poſt alios antiquos,vide-
licet ꝙ prior creditor præferatur etiam
in bonis poſtea quæſitis idem latius fir
mat Bar.in.l.lex.C.qui po. in pig. hab.
& Bart.in.d.l. ſi is qui.& vt ipſe refert
in locis prædictis ita ante eũ tenuerunt
Iac.de are.Cy.& Oldra.¶Idem etiam
tenet Barto.in l.in rebus.in prin.C. de
iure do. dicens ibi eſſe quaſi caſum de
hoc eandé opinioné tenet Bal. in.l. hac
edictali.§.his illud.vlti.col.in verſi. ibi
& ſi quis.C.de ſecun.nup. Dicens hanc
eſſe cõmuné opi.& veritatem:& ita te-
nendum cenſeo quãuis Sal.in.d.l.licet
ſequutus fuerit opinioné glo.ſ. ꝙ prior
& poſterior creditor concurrant in bo-
nis poſt primã obligationem quæſitis &
conatur reſpondere arguméntis Bart.&
ſequaciũ.ſed(vt dixi)opi.Barto. eſt ma
gis cõmunis & vera:de facili põt reſpõ-
deri arguméntis Sal.¶Sed obmiſsis alijs
ad vnum reſpondebo in quo Saly. facit
maiorem vim. Dicit enim ꝙ rei alienę
obligatio non valet:niſi ſub iſta condi-
tione cum ſua erit vt.l.ſi fundus.§. alie
na.ff.de pigno.ſed exiſtente conditione
ꝙ ſua ſit : non põt fingi retro ſua vere:
quia à principio : ſecundũ veritaté fuit
alterius:neq; etiam fictæ:qa eſſet finge
re ꝙ res vnius eſſet alterius quod eſt im-
poſsibile & contra iura.¶Sed iſta verba
Saly.meo iudicio licet ſint ſubtilia : ta-
men nõ obſtant communes opi. & imò

quando fuit obligata res aliena ſub illa
conditione ſi ſua erit:purificata condi-
tione ꝙ ſua efficiatur:fingiẽ vſq; à prin
40 cipio fuiſſe ſua. ¶† Et non obſtat alle-
gata impoſsibilitas:qa in fictione tranſ
latiua de tempore ad tépus requiritur
duplex extremũ videlicet extremum à
quo & in hoc requiritur habilitas in eſ-
ſentia:& extremum ad quod:& in hoc
ſufficit habilitas in potentia licet nõ ſit
in eſſentia vt declarat Barto. cum quo
alij tranſeunt in.d.l.ſi is qui pro emp-
tore.ff.de vſuca.in materia fictiõis trãſ
latiuè de tempore ad tempus:in propo-
ſito:ergo licet tépore obligationis con-
tractæ dominium rei obligatæ eſſet al-
terius & non debitoris & propter hoc
obligatio non poterit conſiſtere à prin-
cipio tanquàm in re aliena:& ſic extre-
mum ad quod non eſſet habile in eſſen-
tia : tamen dicta res bene potentialiter
poterat eſſe dicti debitoris : qa etiam à
principio poterat dominiũ trãsferri in
debitoré ſicut etiam potuit transferri
poſtea:& ideo acquiſitio dñij poſtea fa
cta à debitore fingiẽ retro & vſq; à prin
cipio contractæ obligationis : qa etiam
à principio potuit fieri talis acquiſitio
dominij etiam ꝙ tunc in eſſentia fuerit
alterius.¶Et non obſtat tex.in.l. obſer-
uare.§.fi.in fi.ff.de offi.procon. & lega.
qué allegat pro ſuo fundamento Sal.qa
in illo tex.extremum ad quod non fuit
habile etiã in potentia eſt enim ibi tex.
quòd proconſul antequàm eſſet ingreſ
ſus prouinciam delegauerat iuriſdictio
nem ſuo legato dicitur ibi ꝙ talis dele-
gatio nihil valuit:quia proconſul ante-
quàm ingrediatur prouinciam nullam
habet iuriſdictionem nec in eſſentia nec
in potentia:& ideo licet poſt delegatio-
né proconſul ingrediatur prouinciã,&
duret in eadé volũtate diciẽ ibi ꝙ legatus

cenſetur habere iuriſdictioné non exin
de ex quo delegata fuit:ſed ex quo pro-
uinciam proconſul ingreſſus eſt:& ratio
eſt vt dixi:qa proconſul tempore factæ
delegationis non habeat aliquam iuriſ-
dictioné : nec erat potentialiter habilis
ad illam habendam antequàm eſſet in-
greſſus prouinciam:loquēdo tamen de
iuriſdictione contentioſa:vt.l.j.&.ij.ff.
de offi.procon. & leg. ¶Nam licet eſſet
homo:tamé iſta potētia nō eſt in conſi-
deratione:quia non eſt potētia propin-
qua ad iuriſdictionem. Nam potentia
propinqua eſt ipſa prouincia,in qua de
bet exerceri iuriſdictio & illa reqritur
adeſſe iuriſdictionis cōtentioſè de qua
loquitur tex.in.d.l.obſeruare.§. fin.&
propterea cùm ibi(vt dixi) deficiat po-
tentia in extremo ad quod:qa tempore
delegatæ iuriſdictionis proconſul non
poterat iuriſdictioné delegare:non po-
teſt volūtas proconſulis poſt ingreſſum
prouinciæ trahi retro ad tēpus deman-
datæ iuriſdictionis:in caſu auté noſtro
eſt ſecus:qa extremū ad quod tempore
cōtractæ obligationis erat habile in po
tentia:qa dominus potuit etiā illo tem
pore trāsferre dominiū in debitorem,
ſicut trāſtulit poſtea : & prædicta opti-
mè declarantur per Iaſo.in repeti.d.l.ſi
is qui pro emptore. in .iij.q. principali.
Bar.in.iiij.oppo. quā facit contra illam
41 & eſt mihi ſignata.nu.22.¶† Et prædi
cta procedunt in extremo ad quod:ſed
in extremo à quo aliud eſt dicendum.
Nam ſi extremum à quo non reperitur
habile in eſſentia tēpore exiſtentis con-
ditionis ad obligationé contrahendam
vel ex parte rei , vel ex parte perſonæ
tunc conditio non trahitur neq; fingi-
tur retro ad tempus contractus , & ex
parte rei dicetur ſi tēpore exiſtētis con-
ditionis res debita eſſet perempta : ex
parte aūt perſonæ dicetur quando ante
purificatā cōditioné perſona quæ ꝓmi
ſerat ſub conditione eſſet mortua. Tūc
enim diceretur extremum à quo nō eſ-
ſe habile in eſſentia,& propterea condi
tio non poſſet retrotrahi. ita vult Bart.
in.l.quoties.in fi.ff.de noua. dicens eſſe
perpetuo tenendum mēti ad limi.l.qui
balneum.&.l.potior.ff. qui po. in pig.
hab.& eſt pulchra & plena apo. Alexā.
in.l.ſub conditione.ff.de ſolu.¶Et pro-
batur optimè iſta concluſio per text. in
d.l.qui balneū.§.j.& ibi declarat Bart.
Nā ibi res aliena fuit pignori data per
debitorem primò Titio,ſecundo Gaio,
tertio debitor illam emit:quarto debi-
tor illam vendidit Sempronio & de pre
tio ſatisfecit Titio primo creditori:de-
ciditur ibi ꝙ Gaius ſecundus creditor
nō poterit illā rem auocare ab emptore
quia illa nunꝗ ei fuit obligata : & ratio
illius tex.ſecundū glo.& Bar.ibi eſt:qa
illa res fuit obligata ſecundo creditori
ſub conditione,videlicet ſi primo credi
tori obligata eſſe deſierit. Vnde cū tem
pore exiſtentis conditionis,videlicet ſa
tisfactionis factæ primo creditori per
quā deſijt illi eſſe obligata res : non in-
uenit illa res in bonis debitoris:qa ante
fuit vendita Sempronio : & ſic deficiat
extremū à quo in eſſentia nō poteſt illa
obligatio facta ſecundo creditori retro
trahi & cōfirmari &.d.limi. Bar.in.d.l.
quoties.ſequit̃ Alex.in.d.l.qui balneū.
§.j.& ſic remanet firma iſta cōcluſio ꝙ
prior creditor præferri debet ſecundo
etiā in bonis quæſitis per debitoré poſt
42 obligationé factam ſecundo. ¶† Sed
iſta cōcluſio fallit in fiſco:qa ex priuile.
fiſcus ſecūdo loco creditor præfert̃ pri-
mo creditori in bonis quæſitis per debi
toré poſt obligationé contractam cum
fiſco vt eſt tex.in.l.ſi is ꝗ.ff.de iure fiſc.
in bonis



in bonis aūt ꝗſitis ante cōtractā obliga-
tioné.cū fiſco ꝑfertur prim⁹ creditor fi
ſco indiſtinctè ſiue primus creditor ha-
buerit gn̄alé ſiue ſpālé hypothecā vt no.
glo.& Bar.in.d.l. ſi is ꝗ.& idé eſt ét ſiue
obligatio prima ſit expreſſa ſiue tacita:
qa creditor ex ea præfert̃ fiſco in bonis
quæſitis ante obligationé contractā cū
fiſco:vt.l.j.C.ré alie.geré.& no. Bar.in
d.l.ſi is ꝗ.licet gl.in.l.ſi pignus.ff.ꝗ po.
in pigno.hab.voluerit cōtrariū & male
ſecundū Bar.in.d.l.ſi is ꝗ.poſt Dyn.in
l.priuilegia.ff.de priui.cred. & in reg.ꝗ
prior.li.vj.& ita etiā vult Alex.in cōſi.
lviij.nu.4.vj.vol.¶Adde tñ ꝙ illud qđ
dictū eſt de fiſco,vt.ſ.pręferatur primo
creditori in bonis quæſitis poſt obliga-
tioné cū fiſco cōtractā procedit qñ pri-
mus creditor non habet aliud priuile.ꝗ
prioritaté tēporis:ſed ſi vltra priorita-
té tēporis creditor haberet aliud priui
legiū:puta qa eſſet creditor ex cauſa tu
telæ:tunc ratione duplicis priuilegij.ſ.
prioritatis temporis & tutelæ priuatus
præferret fiſco etiā in bōis quęſitis poſt
obligationé fiſci tex.eſt in.l.fi. in princ.
ff.qui po.in pigno.hab.& ita illum tex.
intelligit ibi gl. in prima ſo. & ſequitur
ibi Bar.& glo.& Bar.in.d.l.ſi is qui pri
43 ma oppo.quę fit de.d.l.fi.¶† Quintò,
quæritur iuxta prædicta quando datur
prælatio in bonis quæſitis ante vel poſt
aliquam ex dictis obligationibus iuxta
terminos.d.l.ſi is qui.qs debeat proba-
re acquiſitioné eſſe factā ante obligatio
nem cū fiſco factā?& dicendū eſt ꝙ qui
agit ſiue dicat prioritaté,ſiue poſterio-
ritaté habet eam probare:vnde ſi prior
agit cōtra fiſcū ſecundum creditorem
debet probare acquiſitioné factā prius
quàm fuiſſet contractum cū fiſco arg.l.
quoties.C.de rei vendi.ſed ſi fiſcus age
ret cōtra primum creditoré priuatum
deberet probare acquiſitioné bonorum
factā poſt ſuam obligationé.l.mater.C.
de rei vendi.& facit no.in.l.non ſolū.
§.ſed vt probari.ff.de no.ope.nū. & in
l.cum actum.& ibi glo.in fi.ff.de nego.
geſt.& in cle.fi.de reſcript.& ita firmat
Barto.poſt Oldra.in.d.l.ſi.is qui. ad fi.
Adde no.per Bart.in.l.j.C.de iure fiſc.
lib.x.& p Imo. & alios modernos in.l.
in illa.ff.de verbo.obli.¶Sextò,dubita-
tur ſi debitor obligauit rem vni:& eo-
dem die eandem rem alteri vendidit:&
non apparet de prioritate & poſteriori
tate dictę obligationis & vēditionis : &
poſſeſſor cōuenitur per creditoré hypo
thecaria:quis habeat probare,an credi-
tor agens prioritaté ſuæ obligatiōis,an
poſſeſſor cōuentus prioritaté ſuæ em-
ptionis?& in hoc Bar.in.l.& quę nōdū.
§.j.ff. de pigno. dicit ꝙ onus probandi
incūbit creditori agenti:aliàs (non pro
bata per eū prioritate) ſuccūbet & vin-
cet poſſeſſor allegat.l.de rebus.C.de do
nat.ante nup.¶Fallit tñ ſecūdū Bar. in
fiſco:qa poſſeſſori cōuento à fiſco incū-
bet onus ꝓbādi ré fuiſſe ſibi prius obli
gatā ſeu alienatam : & hoc fauore fiſci
aliàs poſſeſſor ſuccūbet per tex.in.d.l.j.
C.de iure fiſ.¶Bal.auté in.l. matré.C.
de ꝓba.tenet indiſtinctè quod onus pro
bandi incumbat creditori ſiue agat ſiue
cōueniat:& ita refert tenere Iac.de are.
& mouet̃ ratiōe:qa quocūq; tēpore em
ptio facta ſit:emptor eſt effectus dn̄s rei
& ideo abſq; cōſideratione tēporis ha-
bet ius ſuū fundatum : ſed creditor nō
pōt habere hypothecā,niſi ꝓbet ꝙ ante
venditioné & traditioné alteri factam
ſibi res obligata fuerit qa rei alienę non
conſiſtit hyp.vt.l.ré alienam.ff. de pig.
actio. & ſic apparet ꝙ ipſe fundat ſe ex
tēpore ergo illud debet ꝓbare & idé te
net Bal.in.l.de rebus.C. de dona. ante

nup.& dictã opin. Bal.& Iac.de are.in
d.l.matrem.tenet etiã Saly.ibi & Pau.
de ca.& illa videt meo iudicio melius
fundata:quia negari nõ põt ꝙ creditor
nõ fundet ſe in tẽpore:nõ autẽ emptor
per ratiõnẽ Bald.Vnde cũ fundet ſe in
tempore onus ꝓbandi illud ei incũbit
44 † per illã reg.ꝙ quãdo tẽpus eſt fun-
damentũ intentionis alicuius illud de-
bet pręciſè probari aliàs ꝓbatio eſt inua
lida per no.per Bart.& alios in.d.l.non
ſolum.§.ſed vt ꝓbari.ff.de no.ope.nũ.
& per Bald.& Saly.in.l.fi.C. ne ſer.ex
ſuo fac.& per gl.no.in.c.venerabilibus.
de ſent.excõ.libr.vj.¶ Adde tamen in
hoc arti.probatiõis prioritatis pulchrã
apo. Andreæ barba.ad Bal.in.l.cũ res.
C.ſi aliæ.res pi.da.ſit.vbi multa ſimilia
adducit multũ tamen à remotis more
45 ſuo.¶† Septimò,dubitari poteſt quã-
do iſta ꝓbatio prioritatis & poſteriori-
tatis eſt faciẽda quomodo fieri debeat?
& in hoc Bal.in.d.l.de rebus.C.de do-
na.ante nup.dicit ꝙ ſi quilibet probat
de ſua die:ex tali probatione colligitur
prioritas & poſterioritas:ſed ſi ꝓbetur
de eadem die tunc erit melior conditio
rei conuenti,niſi per agẽtem probetur
prioritas horæ vel temporis.quandoq;
tamen dicit ipſe ꝙ ex ſerie ipſius ſcri-
pturæ poterit conſtare de prioritate
& poſterioritate : puta ſi manu eiuſ-
dem notarij ſint ambo contractus cele-
brati:nam primus in ordine ſcripturæ
dicetur prior & potior in tempore arg.
l.ſi ſeruus cõmunis.ff.de ſtip.ſeruo.ita
dicit ibi Bal.pro quo etiã optimè facit
ꝙ vult Ange.in autẽ.de hæredi.& fal-
ci.§.cæterũ.vbi vult ꝙ ſi in eodem in-
ſtrumẽto ſunt obligata bona Titio de-
inde Seio:ꝙ hypo.Seij cẽſenda erit po-
ſterior ꝓpter ordinem ſcripturæ : facit
etiam ꝙ inquit Bal.in.l.aduerſus.C. de
fur.vbi dicit ꝙ qui prior eſt in tẽpore
prior eſt in ordine ſcripturę:& dixi ſu-
prà in.iiij.mẽbro.ſecũdæ partis vbi vi-
de.¶ Et prædicta ꝓcedũt inter priuatas
perſonas non priuilegiatas : nam inter
illas probatio prioritatis,vel poſteriori
tatis debet fieri vt.ſ.declaratũ eſt : ſed
quãdo ex vna parte eſt perſona,ſeu cau
ſa priuilegiata:& ex alia parte eſt pſo-
na ſeu cauſa nõ priuilegiata:& nõ appa
ret de prioritate,vel poſterioritate:tũc
abſq; alia probatione prioritatis,vel po
ſterioritatis præſumptio prioritatis eſt
pro cauſa priuilegiata vnde inſtrumen
tum dotis tanquã priuilegiatum pręſu
metur anterius inſtrumento mutui vel
alterius ſimilis contractus non priuile-
giati.l.in ambiguis.& ibi Bart.ff.de iu-
re do.& no.Bar.in poſitione caſus in.l.
j.ff.ſolu.ma.& ita refert & ſequĩt Soci.
ibi in primo no.¶ Niſi ſecundum eum
appareret de horæ prioritate:qa ratio-
ne vnius horæ,& etiam minoris tẽpo-
ris vnũ inſtrumentũ dicitur prius alte-
ro ſecundũ glo.in.l.ſi ex pluribus.ff.de
ſolu.& Bald.in.l.imperator.ff.de ſtatu
homi.& no.in.c.ij.de cõfeſ.& in.c.pa-
ſtoralis.de reſcrip.& idẽ dicit Soci.ibi
eſſe in cauſa libertatis fauore illius ſe-
cundũ Cyn.in.l.in exercẽdis.C.de fide
inſtru.in.ij.q.& ſimiliter in cauſa pia
vt dicit cõſuluiſſe elegãtẽ doc.d.Franc.
de albergo.de aretio: vt etiã refert & ſe
qtur Roma.in auĩ.ſimiliter.C.ad.l. fal
ci.in.xiij.priuilegio in cõtractib⁹ facti.
¶ Idem etiam & tertiò infert Soci.eſſe
in fiſco vt ibi latè per eum:& idem ante
eum tenuit & poſuit Bal.no.in tracta.
dotis in.ix.parte in primo priuilegio in
fine:& latè poſui.ſ.in.iiij.mẽbro ſecun
46 dępartis.¶† Sed dubitatur,an ſi credi
tor probat de die ſuę obligatiõis: poſſeſ
ſor autẽ nihil probat de tẽpore ſuę em-
ptionis,vel acquiſitionis quis obtinere
debeat? & in hoc difficultate Cyn.in.d.
l.de rebus.C.de dona.ante nup.dicit ꝙ
probans de die ſuæ obligationis vincit:
quia licet talis probatio de neceſſitate
non concludat ꝙ prius ipſe acceperit
obligationem quã alius:cum poſſit eſſe
ꝙ ille qui nõ probat de ſuo die contra-
xerit ante:tamen ſatis eſt ꝙ ille qui ꝓ-
bat de die omnino certi⁹ ꝓbat quã ali⁹
qui nihil probat & ita etiã tenet Bald.
in.d.l.de rebus.& iſtud dictum refert
Alexã.in.l.& quæ nondũ.§.j.ff.de pig.
in apo.ad Bar.& relinquit ſuper eo co-
gitandũ per no.ibi per Barto.Illud ta-
men ſequitur Soci.in.d.l.j.in.iij.limi.
ff.ſol.ma.& ibi corroborat per plura,ac
etiã inducit ad no.q.de diuerſis colla-
tionibus & beneficijs factis à papa &
ordinario eodem die:ꝙ ſi in collatione
ordinarij eſſet appoſita hora,illa debe-
ret præferri tãquã continẽs tẽpus ma-
47 gis certũ,vt ibi latius per eũ.¶† Octa-
uò,qa ſuprà aliquid dictũ fuit de.l.ſcri
pturas.C.qui po.in pi.hab.& quia ma-
teria illa eſt contingibilis:dicenda ſunt
aliqua circa intellectũ.d.l.Et primò,ꝙ
ad hoc vt ille qui nititur ſcriptura pri-
uata gaudeat priuilegio prioritatis cõ-
tra alium qui habet inſtrumentum pu-
blicum poſterius:requiritur ꝙ illi tres
teſtes qui ſe ſubſcripſerunt illi ſcriptu-
rę priuatæ (quãdo illa negatur) debeant
ſe recognoſcere & ꝓbari debet illa ſcri
ptura per eos:vel ſaltem per compara-
tionẽ literarum ita firmat Soci.in cõſi.
cclxxiiij.in cauſa.d.l.ſe.vij.col.verſ.cir
ca tertiũ.ij.volu.vbi etiam reprehendit
Pau.de ca.in cõſi.cccxciij.in cauſa ſer
Ludouici qui tenuit ſolam ſubſcriptio-
nem ſufficere etiam ꝙ teſtes nihil de-
ponerent : puta quia eſſent mortui : &
dicit Soci.ꝙ Paul.in hoc nimis in ad-
uertenter fuit loquutus:& ita etiam di-
cit exprimere Bald.in.d.l.ſcripturas,in
princi.in ſua diſtinctione. ¶ Secundò,
ad hoc vt dicta ſcriptura habeat effe-
ctum prælationis requiritur etiam ſub-
ſcriptio partium vltra ſubſcriptionem
trium teſtium:ita tenet Soci.in.d.cõſi.
274.ea.col.ponderãdo ad hoc.d.l.ſcri-
pturas. ꝙ in principio quando agitur
contra debitorem requiritur dicta ſub-
ſcriptio partiũ,& quãuis in ver.ſinau-
tem.vbi agitur cõtra tertium nõ repe-
tatur de dicta ſubſcriptione partium:
ſed tantum exprimatur de teſtium ſub
ſcriptione.¶ Tamen,qa in illo tex.dici-
tur hiſdem ſcripturis,apparet ꝙ impe-
rator loquitur de eiſdem ſcripturis de
quibus in principio loquutus fuit per
no.per doc.in.l.talis ſcriptura. ad fi.ff.
de leg.j.& etiã quia dictus ver.ſinautẽ:
loquitur per modum exceptionis factæ
à legis principio & exceptio debet eſſe
de contentis ſub regula.l.nam ꝙ liqui-
dę.ff.de penu.leg.& ita ſcd'm eũ volue
runt Nico.de Nea.& Bald.in ſpecu.in
rub.de fi.inſtru.& Io.an.in.§.nũc vidẽ
dum.in addi.magna.in verſ.ſupplemẽ-
tum.& iſtud corroborat Soci.in.d.cõſi.
pluribus alijs medijs:vt ibi per eum.
¶ Tertiò,requiritur ad effectum præla-
tionis antedictum:ꝙ illi tres teſtes qui
ſe ſubſcripſerunt ſint probatæ atq; inte
grę opinionis:& iſta qualitas debet pro
bari:& ita firmat Soci.in.d.conſi.274.
in antepe.col.in verſic. poſtremo dico.
¶ Modò dubitatur circa.d.l.ſcripturas.
an ſtante ſtatuto quòd ſcripturæ ꝙ li-
brorum mercatorum,vel artificũ ſum-
ptæ vel exemplatæ de cõmiſſione iudi-
cis habeantur pro inſtrumento publi-
co & habeant executionẽ parata prout
inſtrumẽta guarẽtigiæ & bona debito-
ris intelligant̃ obligata & hypothecata
prout

prout tale ſtatutũ extat Florentiæ: an
tali s hypotheca inſurgens ex dictis par
tibus ſumptis: ſi detur cõcurſus cù alio
creditore habente inſtrumentum pu-
blicum ſui crediti: poſterius tamen di-
ctis partitis: præferatur creditor ex di-
cto libro? & in hoc Soci. in conſil. ccxl.
circa præſenté ſecũdo vol. firmat ꝙ iſto
caſu non militet diſpoſitio. d. l. ſcriptu-
ras: ſed ꝙ creditor ex libro anteriori in
tépore præferri debeat poſteriori credi
tori fundanti ſe in publico inſtrumen-
to: & mouetur ad hoc firmandũ pluri-
bus rationibus & argumétis: & maxi-
mè ꝙ ex verbis claris ſtatuti dictæ par-
titę librorũ aſſumũt naturã publici in-
ſtrumenti & ſicut. in. d. l. ſcripturas di-
ſponit ꝙ ſcriptura priuata trino teſte
notata & ſolénizata prout in. d. l. requi
ritur habet à dicta lege vim publici in-
ſtruméti & præfert iuſtruméto publi-
co poſteriori: ita debet eſſe in ſcriptura
cui ſtatutũ dat robur publici inſtrumé
ti. l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. &
faciũt no. in. l. j. ff. de lega. j. ¶ Addit etiã
Soci. in codé loco. ꝙ dicta ſcriptura li-
brorũ ſolénizata ſecũdũ formã ſtatuti
nõ ſolũ habet vigoré cõtra debitorem
principalé, ſed etiã cõtra tertiũ: & ita
dicit ſuiſſe cõſultũ per præſtãtiſsimos:
doct. optimi iudicij & cõſciétiæ. d. Ioã.
petrutiũ de peruſio in ſuo cõſi. ꝙ inci.
conabor. & . d. Benedictũ caprã q ſe illi
conſi. ſubſcripſit & recitat Soci. illorũ
fundaméta & reſpondet obiectionibus
quæ in hoc fiebant per partem aduer-
48 ſam. ¶ † Et inter alia aſsignat rationé
inter ſcripturam libri & aliam ſcriptu-
ram priuatã. Nam in ſcriptura priua-
ta puta in apodiſſa põt de facili in té-
pore cõmitti fraus: qa licet hodie illata
ſcribatur tamé poteſt in ea apponi dies
téporis p̃teriti: ſed in libris talis fraus
non põt ita de facili cõmitti cũ ſingu-
lis diebus &: continuate ſoleant in illis
data & accepta deſcribi, ita ꝙ eſt quaſi
impoſsibile in illis mutare veritaté té-
poris & dierũ qn peritus in huiuſmodi
ſcripturis iſtud non aduertat & cogno-
ſcat & propterea ſtatuens voluit dare
iſtud priuilegiũ libris & non alijs ſcri-
pturis: & de hac etiã ratione diuerſita-
tis habeť plenè ꝑ modernos in. l. admo-
nendi. ff. de iureiur. dũ loquunť de ſcri-
49 ptura librorũ priuatorũ. ¶ † Inſuper
idem Soci. in eodé cõſi. ccxl. addit ꝙ ta-
lis ſcriptura librorũ ſolénizata iuxta di
ſpoſitioné ſtatuti p̃dicti habet priuile-
gium prælationis in hypotheca vſq; in
diem quo ipſa ſcriptura cõfecta fuit nõ
autem incipiet à die approbatiõis factę
de ea per iudicem: & ita etiã dicit con-
ſuluiſſe præfatũ. d. Io. petrutium in di-
cto conſi. ea ratione qa autéticatio ſum
ptus facti de dicta ſcriptura ſecũdũ for-
mã dicti ſtatuti refert ſe ad librũ & illi⁹
ſcripturã: ergo illi⁹ initiũ attédi debet:
qa verba debét intelligi ſecundũ tépus
& actus, cui adijciunť. l. in delictis. §. ſi
extraneus. ff. de noxali. Et corroborat
hoc multis alijs fundamentis vt ibi per
eũ: & demũ ſubdit ꝙ iſta cõcluſio mili-
tat nõ ſolũ in libris ꝓprijs ſed etiã in li-
bris cõmunib⁹ inter plures ſocios ꝑ rõ-
nes quas ibi adducit. ¶ Vlteri⁹ eſt aduer
tendũ ꝙ Pau. de caſt. in cõſi. cccxciij. in
cauſa ſer Ludouici extendit diſpoſitio
né. d. l. ſcripturas. q̃ loquiť inter plures
creditores: vt habeat etiã locũ qñ cõten
ditur inter vnum creditoré fundantem
ſe in ſcriptura priuata non ſolennizata
iuxta. d. l. ſcripturas. & inter emptorem
rei hypothecatæ per prius dicto credi-
tori fundanté ſe in inſtruméto publico
ſuę emptiõis: qa vtroq; caſu viget eadé
rõ, ſcilicet poſsibilitas fraudãdi publicũ
inſtru



inſtrumentũ per appoſitioné diei & té-
poris anterioris in priuata ſcriptura for
taſſe confecta poſt publicum inſtrumen
tũ ideo etiã debet militare diſpoſitio. l.
à Titio. ff. de ver. ob. & ꝓut latius ꝓſeq
tur Pau. de caſt. in. d. cõſi. ¶ Sed Soci. in
d. conſi. ccxl. in. ij. col. in ver. nõ obmit-
to dicit ꝙ Salyc. in. d. l. ſcripturas. tenet
cõtrariũ & ꝙ alias etiã ſuꝑ hoc vidit ſo
lénne conſi. eiuſdem cui ſe ſubſcripſerũt
multi ſolénes doct. Iſtud etiã dicit So-
ci. in conſi. lxxv. duplicato per errorem.
iiij. volu. in conſi. cxcviij. Sed ego nõ in-
uenio Saly. hoc velle in. d. l. ſcripturas.
& eius conſil. non vidi. & propterea nõ
puto eſſe recedẽdum ab opinione Pau.
de caſtro quæ mihi videtur æqua & ra-
50 tionabilis. ¶ † Vltimò, circa diſpoſitio-
nem. d. l. ſcripturas. eſt aduertendum ꝙ
Petr. de ancha. in conſil. xxviij. rationes
inductæ &c. Conſuluit ꝙ ſi procurator 51
vigore idonei mandati obligauit bona
domini certæ perſonæ in priuata ſcri-
ptura non ſolẽnizata iuxta. d. l. ſcriptu
ras. & poſtea dominus obligauit alteri
in publico inſtrumento quod ille cui do
minus obligauit in publico inſtrumen-
to præ fertur illi cui procurator obliga-
uit in ſcriptura priuata: licet anteriori:
non obſtante quòd ille cui procurator
obligauit videretur etiam niti ex publi
co inſtrumento mandati quaſi à primor
dio tituli poſterior firmetur euétus iu-
xta. l. j. C. de impo. lúcrati. deſcri. lib. x.
& ꝙ in duabus diſpoſitionibus ſucceſ-
ſiuis effectus ſumantur ab illa quæ ſe re
fert ad aliã: nõ ab illa ad quã habeť rela
tio. l. ſi ita ſcripſero. ff. de cõditio. & de-
mon. & . l. aſſe toto. ff. de hęre. inſti. & ad
hoc moueť pluribus rõnibus & præci-
puè ꝙ ꝑ dictũ inſtrumentũ mãdati p̃ce
dens non tolliť ſuſpitio fraudis de qua
in. d. l. ſcripturas. nã ille procurator po-
tuit longe poſt inſtrumentũ obligatio-
nis factæ per dominũ alteri ſcribere ma
nu propria dictã ſcripturã & ponere ad
libitum in ea diem anterioré inſtrumé-
to domini quibus fraudibus voluit ꝓ-
uidere. d. l. ſcripturas. vt ibi latius ꝑ eũ.
¶ Cuius dicta optimè conferũt ad cor-
roborationé dictæ concluſionis Pau. de
caſt. in cõſi. cccxciij. cum vterq; fundet
ſe in idétitate rationis ad obuiandum
fraudibus & ꝙ vbi militat ratio fraudis
militet etiã diſpoſitio. d. l. ſcripturas. &
dicto cõſi. Pe. de anch. ſubſcripſerunt ſe
Gaſpar. de caldarinis & Fran. de rãpo.
vt apparet in fine dicti conſilij & etiam
in conſil. xxix. & ſic ſequenti ego Frãc.
vbi Franc. de rampo. idem cõfirmat, ita
ꝙ dicta concluſio ſecure teneri põt tot
ſolennibus doctoribus approbata & va
lidis fundamentis roborata. vt latius in
dictis conſilijs. ¶ † Nono, & vltimo in
materia proprietatis eſt aduertendum
quòd licet quando eſt vnus tantum cre
ditor habens plura bona hypothecata
ipſe poſsit proſequi in bonis in quibus
vult: vt. l. creditoris. ff. de diſtrac. pigno.
& ſi ſint plures creditores quorũ qui-
libet habet vnam tantum hypothecam
qui prior eſt in tépore potior ſit in iure:
vt. l. ij. quæ incipit qui generaliter. in fi.
ff. qui po. in pigno. hab. Tamen quando
primus creditor habet duas hypothe-
cas videlicet vnam generalem & aliam
ſpecialem: ſecũdus autem habet vnam
tantũ, ſcilicet ſpecialé in aliqbus bonis:
ſi hypothecæ primi creditoris ſunt pu-
ræ & ſimplices: põt primus creditor de
rigore iuris vti qua ipſe vult: ſed de eq-
tate non põt vti, niſi ſpeciali hypo. ſi in
ea põt ei ſatiſfieri: vt eſt tex. in. l. ij. C. de
pign. Sed ſi primus creditor habet ſpe-
cialem hypothecã purè: & generalé ſub
conditione ſubſidiaria quatenus prima
non

non ſufficiat:ſecũdus creditor ſi ſpecialis ſufficit primo:non ſolum erit potior in ſua ſpeciali:ſed etiam erit ſolus:vt.d.l.qui generaliter ſecũdo reſpõ.ff.q pot.in pig.hab.Sed ſi econuerſo primus habet vnã tantũ ſecũdus verò habet duas: primus erit potior in ſua ambabus illis ſecundi creditoris iuxta regulam qui prior lib.vj.& hoc niſi.hypo.ſecũdi ſit priuilegiata iuxta.l.licet.C.qui pot.in in pig.hab.& ita diſtinguunt Bart.Bal.& Salyc.in.d.l.ij.¶ Et pro ampliatione.d.l.ij.no.ꝙ illa habet locum ſiue primo facta fuerit primo creditori ſpecialis hyp.& poſtea generalis:ſiue econuerſo primo generalis:& poſtea ſpecialis:vtroq; enim caſu eadẽ eſt ratio & ꝓcedit.d.l.ij,ita firmat ibi Sali.in vl.q.ꝑ optimas rationes quãuis ibi Pet.voluerit cõtrariũ,& malè ſecũdũ Saly.¶ Itẽ.d.l.ij.ꝓcedit nõ ſolùm quãdo debitor poſsidet bona hypothecata : ſed etiã quãdo primus creditor : vel alia extranea perſona poſsideret dicta bona : quia eadẽ eſt ratio ergo eadẽ debet eſſe iuris diſpoſitio vt.l.illud.ff.ad.l.acq.& ita firmãt in.d.l.ij.Iac.bu.Cyn.Bar.Bald.& Saly.

¶ Sed dũbitatur circa iſtam materiam quid ſi primus creditor nõ habet generalem & ſpecialem hypothecatã vt loquitur.d.l.ij.ſed habet magis generalem quã habeat ſecũdus:vterq; tamẽ habet generalẽ? ſed primus habet magis generalem:quã ſecundus: an tali caſu habeat locum.d.l.ij.vt.ſ.primus teneatur prius proſequi illam rem quæ nõ compræhenditur in hypotheca.ſecũdi & ſi illa eſt ſufficiẽs ꝓ ſua ſatiſfactione non poſsit moleſtare alia bona comprehẽſa in hypotheca ſecũdi?& Cor.in cõſi.ccxlvij.licet in præſenti pe.col.j.volu.determinat ꝙ iſto caſu nõ militet diſpoſitio.d.l.ij.qa iſto caſu reperiĩt rigor ſcriptus de quo in.d.l.qui generaliter.in prin.& nõ reperitur æquitas ſcripta:qa caſus.d.l.ij.eſt diuerſus ab iſto & ideo debet præferri rigor.l.placuit.C.de iudi.& qa nõ eſt omnino eadẽ ratio quãdo primus habet generalẽ tãtũ : quę eſt quãdo habet ſpecialẽ & generalẽ.Nam ſpecialis hypotheca affert aliquid plus iuris argu.eius ꝙ habetur in regula generi.lib.vj.& quãdo quis habet generalem & ſpeciale hypothecam in eadẽ re habet in illa duplex vinculum obligationis,& duo vincula magis ſtringunt: vt in auẽ.itaq;.C.cõmu.de ſucc.& ideo creditor tenet magis eligere rẽ in qua habet ſpecialẽ & generalẽ hypothecam quã illa in qua habet generalẽ ſolam & iſta ęquitas mouit imperatorẽ in.d.l.ij.

¶ Et facit quia.d.l.ij.eſt exorbitans vt dicũt ibi doc.& eſt cõtra.d.l.qui generaliter.vnde nõ eſt extẽdẽda ad aliũ caſum.l.ꝙ verò cõtra.ff.de legi.& ꝙ.d.l.ij.ſit exhorbitãs tenet etiã Soci.in cõſil.cxcviij.primo aſpectu in fi.ij.vol.duplicato per errorẽ.lxxv.iiij.vol.¶ Et ꝑ hoc infert.ꝙ.d.l.ij.ꝓcedit ſolum reſpectu ſecũdi creditoris:ꝙ tũc.ſ.primus creditor teneatur ſibi prius ſatiffacere in re ſpecialiter hypothecata:ſecus autem ſit quo ad tertiũ poſſeſſorem qui nõ habet hyppothecã aliquam in dictis rebus quia quo ad eũ non requiritur excuſsio de ſpeciali hypo.primi creditoris : ſed tunc erit locus.d.l.creditoris.ff.de diſtrac.pig.&.d.l.generaliter.in princi.de quo tamen vide quę dicam.ſ.in prima parte octauę in partis in materia excuſſionis in.vij.fallen.¶ Et pro complemẽto iſtius materiæ.not.ꝙ quando agitur contra ſecundum creditorẽ habentem ſpecialem hypothecã:& primus habet ſpecialẽ & generalẽ iuxta terminos.d.l.ij.prę ſumptio eſt ꝙ ſpecialis hyp.quam habet



habet primus ſit ſufficiẽs ꝑ ſatiſfactione primi creditoris.niſi aliud ꝓbet: vt tenet gloſſ.in.d.l.ij.in verſicu.redigere quam ibi ſequitur Salyc.in prima opinione. & per hæc remanet expeditum iſtud ſecundum membrũ iſtius quintæ partis.

❧ Summarium. ❧

1 ☞ *Secundus creditor poteſt offerre primo creditori ſuum creditum:& liberare pignus à primo credito,& ſuam hypothecam confirmare.*

2 *Res hypothecata tranſit cum ſuo onere.*

3 *Secundus creditor,an poſsit offerre ementi à debitore vt ſatiſfaciat creditori primo.*

4 *Oblatio per ſecundum creditorem non poteſt fieri emptori qui emit à primo vendente iure creditoris.*

5 *Regula quod oblatio non poteſt fieri per ſecundum creditorem ementi à primo: ſeptem modis neceſſarijs reſtringitur.*

6 *Secundus creditor põt offerre primo creditori hypothecario,ſed non chirographario.*

7 *Re primo creditori ex ſecundo decreto adiudicata : non poteſt vltra creditor ſecundus offerre.*

8 *Oblatio poteſt fieri primo creditori, etiam poſt rem & adiudicatam inſolutum per iudicem & ſecundo decreto iudiciario ordine: & hoc per ſecundum creditorem,non per debitorem.*

9 *Statuto cauente, quod quicunq; habens ius in bonis venditis,vel inſolutum adiudicatis veniens infra annum audiatur,an creditor, conditionalis non veniens excludatur.*

10 *Oblatio facta per ſecũdum creditorem,primo cum depoſitione & conſignatione liberat pignus.*

11 *Oblatio quæ fit à ſecundo creditore primo fit de credito anteriori, nec requiritur offerre poſterius.*

12 *Creditor ex vna cauſa tantum,an teneatur recipere particularem ſolutionem.*

13 *Creditor ſecundus offerens primo ſuccedit in ius hypothecæ prioris creditoris ſucceditq; in ius perſonalis actionis.*

14 *Oblatio poteſt fieri per ſecundum creditorem primo non ſolum quando ſecundus conuenitur à primo,ſed etiam quando ſecundus agit contra primum quo caſu primus tenetur cedere ſecundo iura tenuti.*

15 *Ceſsio quam cogitur facere creditor primus vel alius poſteriori creditori ſoluenti vel offerenti quo iure petatur.*

16 *Hypothecaria quæ datur ſecundo creditori in locum primi ſuccedenti,an ſit eadem quæ datur primo.*

17 *Oblatio an, & quando poſsit fieri per primum creditorem ſecundo.*

18 *Primus creditor non poſsidens,an poſsit ſecundo offerre.*

19 *Primus creditor non poteſt cogi offerre ſecundo.*

20 *Oblatio facta per ſecundum creditorẽ primo poſsidenti an præcludat viam primo offerendi ſecundo.*

21 *Poſſeſsio non tranſit de vno ad aliũ ſine animo poſsidentis.*

22 *Oblatio poteſt fieri per alium creditorem tertium ſecundum creditori qui obtulit primo & in ius ſucceſsit.*

23 *Actione perſonali ceſſa,an cenſeatur etiam ceſſa hypothecaria cedenti competens.*

24 *Beneficio cedendarum actionum,an renunciari poſsit:ita quod qui renũciauit amplius non valeat excipere de ceſsione ſibi faciendo nec eam amplius petere.*

25 *Beneficio cedendarum actionum an requiratur ſpecialis & indiuidua renunciatio.*

26 *Creditor,an poſsit cogi cedere iniuſto poſſeſſori.*

27 *Poſſeſſor conuentus hypothecaria poteſt offerendo debitum petere ſibi cedi iura ſi omne* luendi

*luendi rem poſſeſſam & hypothecatam non incumbat ipſi poſſeſſori.*

28 *Ius offerendi competens tertio poſſeſſori, an locum habeat, an poſſidente rem æſtimatam in dotem datam.*

29 *Exceptio cedendarum, an obſtet creditori cui poſſeſſor offert ſi creditor liberauit alia bona hypothecata.*

30 *Beneficium cedendarum fideiuſſori competens vnde cauſetur.*

31 *Exceptio cedendarum nõ obſtat mulieri agẽti etiam contra correum vel fideiuſſorem obligatum ad reſtitutionem dotis.*

32 *Creditore agente hypothecaria contra tertium ſimplicem poſſeſſorem ex duobus creditis, quorum vnum anterius eſt altero: poſſeſſor non poteſt vnum offerre ſine altero.*

33 *Ius offerendi qualiter competat fideiuſſori. debitoris.*

34 *Lex. ij. C. de fideiuſſoribus. quibus caſibus procedat, ex quibus non.*

35 *Vni ex duobus reis vel fideiuſſoribus ſoluenti creditori: tenetur creditor cedere iura & actiones &c.*

36 *Creditor qui non poteſt cedere: an ſemper repellatur exceptione cedendarum.*

37 *Creditore vnum ex fideiuſſoribus liberante, an ipſi creditori obſtet exceptio cedendarum.*

38 *Oblatio poteſt fieri per habentem ſolum ius dominij in re.*

39 *Debitor, an poſſit à quolibet indifferenter etiam inuitus liberari.*

40 *Creditor recuſans debitum oblatum, an amittat, ius petendi.*

41 *Creditor, an teneatur recipere debitũ ab extraneo à debitore oblatum.*

42 *Extraneus ſoluens, vel offerens creditori, an poſſit impetrare ceſſionem iurium contra debitorem.*

43 *Debitor offerens creditori impedit venditionem pignoris & moram purgat.*

44 *Creditore cedente ius debitori datur ipſi debitori retẽtio pignoris contra alterius vſucapionem.*

45 *Debitore ſoluente de pecunia aliena, an ille de cuius pecunia ſoluitur ſuccedat in ius illius creditoris.*

46 *Debitor, an in ſoluendo, vel offerendo creditori teneatur offerre creditum chyrographarium.*

47 *Extenſio de ſtricta ſignificatione ad latam procedit etiam in correctorijs, ſimiliter eadem ratio.*

48 *Pignus prætorium & iudiciale poteſt retineri pro debito chyrographario.*

49 *Creditor habens duo pignora pro diuerſis debitis, vnum videlicet minus idoneũ, aliud valde idoneum, an poſſit retinere illud valde idoneum pro vtroq; debito.*

50 *Creditor chyrographarius dicitur habere ius retinendi pignus, ſed non vendendi.*

51 *Caſibus quibus ius offerendi competit, an poſſit fieri oblatio lata ſententia [illegible] hypothecaria.*

52 *Iuri offerendi, an poſſit præſcribi.*

53 *Temporalia ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum.*

¶ Tertium membrum quintæ partis.

CApio modò tertium membrum iſtius. v. partis in quo tractatur de oblatione ſeu iure offerendi. & ſic de vno effectu reſultante ex pignore vel hypothe. & diuiditur in tres partes in prima parte tractabitur quibus competat tale ius offerendi: in ſecunda qualiter oblatio fieri debeat: in tertia de effectibus reſultãtibus ex oblatione.

In pri



IN prima itaque parte hui⁹ tertij membri, in qua venit diſcutiẽdum quibus cõpetat ius offerẽ
1 di. † Primò dicẽdum eſt ꝙ tale ius offerendi cõpetit ſecundo creditori: quia .ſ. ſecundus creditor poteſt offerre primo creditori ſuũ creditũ & liberare pignus a primo credito, & confirmare ſuam hypothecã iuxta. l. j. C. qui po. in pig. hab. & . l. potior. §. fi. ff. e. tit. & iſta ſit reg. ꝙ ſ. ſecũdus creditor poteſt offerre primo. quam amplia & poſtea limita aliquibus modis. ¶ Et primò, amplia ꝙ iſta reg. ꝙ ſecundus creditor poteſt offerre primò, procedit etiã ſi priori creditori à debitore res hypothecata in ſolutũ data fuerit pro ſuo credito: quia adhuc ſecũdus creditor põt offerre primo. Et idẽ ſi. d. j. creditori per debitorem res vendita fuerit: nã vtroq; caſu locus eſt oblationi vt eſt tex. no. in. l. j. §. cũ aũt. C. ſi ant cred.
2 di. & ibi per Saly. ¶ † Nã ſicut ſi debitor 3
dictã rem alteri extraneo alienaſſet: remaneret ſecũdo creditori ſalua ſua hypotheca. qa res hypothecata tranſit cũ ſuo onere. l. ſi debitor. C. de diſtra. pi. & c. ex literis. de pig. & . xvj. q. j. c. ſi quis laicus. & . l. ſi conuenerit. §. ſi fundum. ff. de pig. actio. ita & quando vendit vel dat inſolutum priori creditori remanet ſalua ſua hypotheca. ſecundo creditori & poteſt offerre primo prout hanc çquiparationem facit text. in. d. l. j. c. ſi anti. credito. ¶ Nec in hoc habet obſtare, ꝙ creditũ primi creditoris videtur ſublatum per ſatiſfactionem & propterea nõ videaĩ neceſſaria alia ſolutio, vel ſatiſfactio de eo: qa ad hoc reſpõdet gl. Iac. de are. Cy. & alij in. d. l. j. ꝙ imo nõ fuit ſublata actio & oblig. primi creditoris per dationem inſolutum vel venditionem ei factã de dicta re ex quo illa datio vel vẽditio fuit reuocabilis per ſecũdũ creditorem volentẽ offerre, per tex. in. l. ſi quis aliã. ff. de ſol. & facit text. & ꝙ ibi no. per gl. & doc. in. l. ex ſextãte. §. Latinus. ff. de excep. rei iudi. cum concor. Secũdo modo reſpõdet gloſ. ꝙ ſi aliter diceremus ſua diligẽtia noceret primo creditori ꝙ eſſe nõ debet: vt. l. debitor. ff. de ſepara. & ſecũdus creditor lucraret cũ iactura primi ꝙ eſſet iniquum ar. l. ſi me & Titiũ. ff. ſi cer. pe. & melius in. l. itaq;. ver. licet vtiq;. ff. de dolo. Secũdo amplia vt regu. procedat ẽt ſi ille primus creditor qui accepit inſolutum, vel emit à debitore poſtea vendat alij: quia talis emptor iſto caſu non erit ſecurus: ſed etiã ei à ſecũdo creditore offerri poterit: quia primus creditor nõ vendidit ei iure creditoris: ſed potius vigore ſuæ acceptionis inſolutum, vel emptionis: & ſic trãſtulit in eum dominiũ affectũ: ita tenet Sal. poſt Iac. de are. & Cy. in. d. l. j. C. ſi ant. cred. ¶ † Tertiò, amplia reg. vt procedat etiam ſi debitor vẽdidiſſet rem hypothecatam alteri, vel obligaſſet vt de illa pecunia ſolueret primo creditori & ita poſtea ſoluit: quia adhuc iſto caſu ſecundus creditor poterit offerre illi emptori, vel creditori de cuius pecunia fuit ſolutũ primo creditori: quod videtur mirabile cum extincta fuerit omnino obligatiu primi creditoris per ſolutionem factam in quantitate conſiſtenti in genere quæ de facili conſumitur: & tamen ſecundus creditor adhuc poteſt offerre & auocare rem ab emptore vel creditore de cuius pecunia ſolutum fuit primo creditori vt eſt caſus in l. cùm prior. ff. de diſtrac. pign. ¶ Sed in prædictis inſurgit pulchra difficultas, videlicet quo iure ille emptor, vel creditor de cuius pecunia fuit ſolutum

primo

primo creditori poſsit obtinere vt ſibi ſoluatur à ſecundo creditore: qa nec talis emptor, nec creditor ſucceſsit in ius primi creditoris, niſi ſuper hoc factum fuerit pactū expreſſum: vt.l.j.C.ſi anti.credi.&.l.Ariſto.ff.quæ res pig.obli.poſ.&.l.j.C.de his qui in prio.credi.lo.ſucced. Cùm ergo primū creditum ſit ſublatum ſolutione & emptor vel creditor, de quorū pecunia fuit ſolutū primo nō ſucceſſerit in locū primi: videtur ꝙ ſecūdus creditor ſit modo potior in pignore abſq; eo quòd teneatur offerre dicto emptori vel creditori pretiū ſolutum primo. ¶Et iſtam difficultatē mouit gl.in.d.l.cū prior.ſed ſubdit ꝙ dicto emptori vel creditori de æquitate danda eſt retētio pignoris, licet nō habeant hypothecā arg.tex.in.l.j.in prin.ff.quib.mo.pi.vel hyp.ſol.&.l.ij.§.j.ff.qui po.in pi.hab. Dicit tamē gl.ꝙ iſtud ſibi non placet: & in effectu concludit ibi gloſſ.quòd niſi ſit factū pactum, ꝙ ille emptor, vel creditor ex cuius pecunia ſolutum fuit primo ſuccedat in locum illius: ſecūdus creditor inuenietur potior eo & agens ex ſua hyp.ad dictā rē nō tenebitur offerre illud quod erat debitū primo creditori: & quòd dicto emptori vel creditori, de cuius pecunia fuit ſolutū primo non dabitur excep. neq; retentio cōtra ſecundū creditorē & cū.d.gl.tranſit ibi ſimpliciter Bart. & illam approbat expreſsè Sali. ¶Tamen eſt aduertendū ꝙ licet dicta gl.dicat verū quoad actionem hypothecariam: quia.ſ.dictus emptor vel creditor de quorum pecunia fuit ſolutum primo creditori ſine pacto in illa non ſuccedunt & ideo non poſſent agere cōtra tertium poſſeſſorem: tamen quo ad ius excipiendi & retinendi malè loquitur glo. quia ipſi poſſunt retinere rem pro qua ſoluerūt pecuniam primo creditori contra ſecundū creditorem agentem vt eſt text.& ibi gl.in.l.j.in prin.ff.qui mo.pig.vel hypo.ſol.& ibi hoc firmant Bart.& Sali. Et idem in emptore tenēt Bart.& Sali.in.d.l.qui à debitore.ff.q̄ po.in pi.hab. vbi volunt, ꝙ licet emptor ſit effectus dominus rei emptæ propter quod videbatur quòd illa res nō poſſet eſſe ei obligata.l.neq; pignus.ff.de reg.iur. Tamen ipſi determinăt ꝙ ex quo dicta res pōt ab eo auocari ꝑ ſecūdū creditorem pōt retineri loco pignoris per l.ex ſextante.§.latinus.ff.de excep.rei iudic.&.l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.empt.&.l.iij.§.j.ff.qui po.in pig.habe.&.l.j.C.ſi anti.credi. ¶Et ideo Pau.de caſtr.in cōſi.ccclxx.viſis actis reprobat illam glo.in.d.l.cùm prior.dicens neſcire quo ſpiritu illa.gloſſ.dixerit illud verbum vltimū, videlicet ꝙ ſibi nō placet quòd detur excep.& firmat Pau.ꝙ indubitanter, licet nō detur actio: tamē detur retentio & exceptio & ita etiam tenet Cor.in cōſi.ccxlv.videtur in præſenti in litera.i.ij.vol. ¶Et ita puto tenēdum: quia Barto.inaduertenter & perfunctorie tranſiuit cum.d.glo.& cōtrarium & melius poſtea tenuit.in.d.l.j.in princip.ff.quib.mod.pi.vel hyp.ſol.

4 ¶†Limitatur modò dicta reg.vt non procedat quando primus creditor venderet bona hypothecata iure crediti extraneo emptori ꝓut de iure pōt iuxta tex.inſtitu.quibus alle.licet.§.j.& in.l.ſi cōuenerit.ff.de pigno.actio. quia tūc ſecundus creditor non poterit offerre illi emptori, ſed emptor erit ſecurus ab eo vt eſt text.in.l.j.C.ſi anti.credi.qđ eſt mirabile. Nam ſi ipſe creditor emeret, vel inſolutum acciperet: adhuc ei ſecundus creditor poſſet offerre: vt.d.l.j.& ibi per Bald.& Sali.in ſecundo rñ.&





tamen ſi ipſe creditor vendat alteri facit eum ſecurum à ſecundo creditore.

¶Tamen in hoc aſsignatur ratio differentiæ ibi per doc. videlicet quia quando creditor primus vendit iure creditoris transfert in emptorem dominium non affectum: qa ipſe creditor tempore acceptæ hypothecæ habuit à debitore licentiam & ius alienandi.d.l.ſi conuenerit.& ideo vendendo fuit reſolutum omne ius ſecūdi creditoris & eſt ac ſi illa res nūquā ei obligata fuiſſet: quia licentia vendendi præceſsit obligationē ſecūdi creditoris: & reſoluto iure datoris.ſ.debitoris, reſoluiť ius acceptoris, ſcilicet ſecūdi creditoris.l.vbi.§.ſed & Marcellus.ff.de in diem adiectio. Sed quando dominus & idem debitor vendit, vel inſolutum dat, transfert dominium in emptorē affectum ex hypotheca ſecundi creditoris: quæ per dictam venditionem non reſoluitur: qa debitori non erat data licentia à ſecundo creditore vendendi prout data fuit à debitore primo creditori. & iſtā rationē differentiæ ſequuntur Iaco.de are.Cy.& Sali.in.d.l.j.& cōprobat Cor.in conſil.ccxlv.ij.vol.in litera,k ¶Et ſic remanet cōcluſio in hac prima limitatione quòd ius offerendi non competit ſecūdo creditori: ei qui emit à primo creditore vēdente iure creditoris per tex.in.d.l.j.

5 ¶†Sed iſta prima limitatio reſtringitur ſeptem modis neceſſarijs. ¶Et primò reſtringiť vt procedat qn̄ primꝰ creditor venderet extraneo emptori: & ita loquitur.d.l.j. Secus autem ſi primus creditor venderet fideiuſſori ſui debitoris: qa tunc ſecūdus creditor poſſet dicto fideiuſſori emēti offerre: vt eſt tex.in.l.ij.ff.de diſtrac.pign.& ibi no.Bar.& in.l.j.& ibi latè per doc.C.de dolo. ¶Secūdò reſtringiť qn̄ primus creditor vēderet ſecūdo creditori qa dicto ſecūdo creditori ementi pōt offerri ꝑ alium creditorē & etiā ꝑ debitorē vt eſt text.in.l.cùm ſecundus.§.ſi.cum.l.ſeq.ff.de diſtrac.pigno.& ratio eſt (vt ibi dicit iuriſconſultus) quia ſecundus creditor qui emit à primo non tam cauſa acquirendi dominij quàm ſeruandi ſui pignoris cauſa cenſetur emiſſe: & iſtas duas reſtrictiones ponit gloſ.ij.in.d.l.j.C.ſi anti.credi. ¶Tertiò, reſtringitur quando venditio facta per primum creditorem iure creditoris extraneo: non eſſet facta rectè & legitimè puta quia vendidit ante tempus vel aliter nō ſeruata forma iuris vel pacti: quia tūc tam debitor, quàm ſecundus creditor auditur volens reuocare dictam venditionē vt eſt text.in.l.ij.C.ſi anti.credi.& hoc etiam ſi dicta venditio eſſet facta ſciente debitore: quia exceptio quæ cōpetebat contra creditorem vendentem tranſit in emptorem: vt.l.in hoc iudi.§.pē.ff.commu.di.& l.ſi à te.§.fin.ff.de excep.rei iudi.& ita tenet gloſ.j.in.d.l.ij.& nihilominus dictus emptor habet cōtra debitorem agentem ad reuocandā emptionem exceptionē doli, niſi ei offerat pecuniam quam creditori ſoluit: vt l.emptor.in prin.ff.de rei vendi.ita no.glo.in.d.l.ij.in gl.j.& ſequitur ibi Sali. ¶Quartò reſtringitur dicta limi.quando primus creditor venderet rē pignoratā vni ex fratribus debitoris, qui habebat dictam rem communem cū fratribus. Nam illi fratri ementi pōt offerri ab alijs fratribus: quia frater qui emit videtur feciſſe iniuriam alijs fratribus emendo illam rem communem nomine proprio volēdo excludere alios fratres: & ideo pōt ei offerri tex.eſt no.in.l ſi.§.quatuor.ff.de leg.ij.& no.Alexand.in.d.l.j.C.de dolo quē caſum te-

ne menti:quia eſt cõtingibilis.¶Quin
tò, reſtringitur.d.limitatio qñ primus
creditor venderet ré hæredi debitoris:
tunc enim non dicitur propriè emptio,
ſed reluitio:& dictus hæres poterit cõ-
ueniri ſuper dicta re hypothecaria ab
alijs creditoribus iſta eſt glo.no.in.l.ij.
in ver.conueniris.C.de repu.hęre.quã
Pau.de ca.dicit eſſe perpetuo tenẽdam
mẽti:& ꝙ de facili quilibet diceret op-
poſitum,& ita etiam refert ibi Iaſ.
¶Sextò,reſtringit̃ dicta regula quando
primus creditor in venditione apponet
pactũ ꝙ debitori liceat offerre emptori
& ré recipere:qa vigore dicti pacti po-
terit debitor offerre & recuperare rem
nõ obſtãte dicta venditione tex.eſt in.l.
ſi cùm venderet.in prin.ff.de pig.actio.
Poteſtq́ʒ tali caſu debitor cogere credi-
torem qui vendidit pignoratitia dire-
cta ad cedendũ actioné ex vendito con
tra dictum emptoré vt ibi ſubdit text.
¶Ad idem text.in.l.ſi creditor.in prin.
ff.de diſtrac.pi.vbi ampliat hoc proce-
dere non ſolum in pignore vendito,ſed
etiã in hyp.vendita.Et ibi Bart.decla-
rat prædicta procedere:quia ſi pactum
fuit adiectum quòd liceat recuperare
pignus,ex hoc debitor non poterit age
re cõtra emptorem,ſed agere debet cõ-
tra creditorem:vt ſibi cedat actionem:
ſi autem pactum fuit adiectum vt ipſi
debitori liceat recuperare,& tunc debi
tor poterit ex dicto pacto recuperare
abſq; alia ceſsione:ita declarat Bart.in
d.l.ſi creditor in princi.Sed ſi primus
creditor vendidit abſq; alio pacto:tunc
debitor recuperare non poſſet niſi ante
venditionem vẽditor obtuliſſet & alia
feciſſet de quibus per Bart.in.l.fi.ff.de
diſtrac.pigno.¶Sed dubitat̃ quæ actio
competat dobitori quando fuit appo-
ſitum pactum p creditorem in vendi-
tione,& dicendum eſt ꝙ ſi pactum fuit
reſolutiuũ tituli,puta ꝙ res eſſet in em
pta,vel liceret debitori accipere ré ſuã
dabit̃ rei vendicatio : ſed vbi verba pa-
cti non eſſent reſolutiua,ſed inflexa pu
ta rem reſtituas vel reddas:& tũc dabi
tur actio in factũ præſcriptis verbis ita
no.Sal.in.l.ſi cũ venderet.in prin.ff.de
pign.actio.¶Septimò, reſtringitur di-
cta limitatio niſi debitor eſſet pupillus
vel minor.xxv.an.vel abſens ex cauſa
reipublicè,vel ex aliqua alia cauſa poſ-
ſet reſtitui in integrũ aduerſus dictã vẽ
ditionem factam p creditorem:quia in
quacunq; ex dictis cauſis debitor pote-
rit offerre emptori vt eſt text.in.l.ſi cre
ditor.§.j.ff.de diſtrac.pig.& firmat.Sa
lice.in.d.l.ij.C.ſi anti.credi.¶Et vbi di
ctum eſt debitorem admitti ad offeren
dum idem intelligas in ſecundo credi-
tore : quia ius quod competit debitori
circa oblationem competit etiam ſecũ-
do creditori vt in toto tit.C.ſi anti.cre
di.quinimò fortius eſt ius oblationis ꝙ
competit ſecundo creditori quàm de-
bitori:vt apparet in.l.ſi prior.§.ſcien-
dum.ff.qui po.in pig.habe.& appare-
bit clarius ex infrà dicendis.
6 ¶†Secundò,principaliter limitatur re
gula,ꝙ ſecũdus creditor poſsit offerre
primo,vt habeat locũ in creditore hy-
pothecario:nõ aũt procedit in credito-
re chirographario:qa ille nõ habet ius
offerendi(niſi primo creditore volẽte)
ad effectũ impetrandi ceſsionem:vt eſt
tex.in.l.nulla.C.de ſolu.& ibi p Bar.&
tex.gl.& Saly.in ſummario in.l.cùm ti
bi.C.qui po.in pig.hab.Niſi fortè ta-
lis creditor chirographarius poſſideret
rem hypothecatã primo creditori:quia
ab eo cõuentus poſſet vt quilibet alius
extraneus poſſeſſor offerre iuxta.l.Pau
lus.§.j.ff.qui.mo.pig.vel hy.ſol.de quo
ꝫ.la-



7 ꝫ.latius ſubdam.¶†Tertiò fallit regu
la ſupradicta ſecundum aliquos poſt ré
adiudicatam primo creditori ex ſecun
do decreto iuxta no.in.l.à diuo Pio.in
§.ſi poſt adiectum.ff.de re iudi.
¶In quo tamen eſt aduertendum: quia
aut datio inſolutum eſt facta priori cre
ditori extraiudicialiter per debitorem,
iuxta text.in.l.eleganter.in princ.ff.de
pign.acti.& tunc indubitanter ſaluum
erit ius offerendi ſecundo creditori vt
eſt text.& ibi per doc.in.l.j.C.ſi anti.
credi.& dictum eſt.ſ͠.Aut dicta adiudi
catio eſt facta per iudicem ex ſecundo
decreto iuxta tit.C.ſi in cauſam iudi.
pi.cap.ſit.& maximè in.l.fi.& tunc di-
cta adiudicatio reſpectu ſecundi credi-
toris perinde eſt,ac ſi facta fuiſſet per
ipſum debitorem quia factũ iudicis re-
putatur factum partis vt.d.l.j.&.l.ſi ob
cauſam.C.de euictio.& ideo ſicut quã
do p debitorem res data eſt in ſolutum
primo creditori,ſecundus poteſt ei of-
ferre ( vt dictum eſt ) ita & quando iu-
dex loco partis adiudicauit , poteſt ſe-
cundus creditor offerre primo & ita ex
8 preſsè vult Sali.in.d.l.j.in vl.q.¶†Re-
ſpectu autem debitoris eſt maius du-
bium an.ſ.ipſe poſsit non obſtante ad-
iudicatione inſolutum facta per ſecun-
dum decretum offerre ipſi creditori de
bitum & reſoluere adiudicationem ? &
hunc articulum latè diſputando exami
nat Alexan.poſt Barto.& alios in.l.ſi fi
nita.§.Iulianus.in pen.& vlti.col.ff.de
dã.infec.& tandẽ relatis opinionibus
aliorũ concludit,ꝙ verior & cõmunior
opinio eſt ꝙ debitor(facta adiudicatio-
ne ex ſecundo decreto)non audiatur:&
idem firmat Alexã.in.l.debitoribus.in
vlti.col.ff.de re iudi.& in conſil.xj.viſo
proceſſu.5.vol.¶Et iſta ſunt vera in ad
iudicatione inſolutum facta à iudice p
modum iudicij:ſecus aũt eſſet ſi adiu-
dicatio fieret vigore reſcripti impetrati
à principe iuxta.l.fi.C.de iure do.im-
pe.quia tunc debitor veniens infra biẽ-
nium à die conceſsi reſcripti poſſet of-
ferre debitum ipſi creditori,& reſolue-
re dictam adiudicationem p text.in.d.
l.fin.quæ ita intelligitur per doc.ibi &
p Alexan.in.d.§.Iulianus.in pen.& vl.
9 col.¶†Prædicta autem ꝓcedũt in ter-
minis iuris cõmunis:ſecus autẽ vbi ali-
ter p ſtatuta eſſet ordinatum:prout eſt
Florẽtiæ vbi ſtatuto cauet̃,ꝙ quicunq;
habens ius in bonis venditis,vel adiu-
dicatis inſolutum veniens infra annum
audiatur:ſed elapſo anno non audiat̃:
& hoc excepto debitore ſup quo ſtat.
poteſt dubitari,an creditor conditiona
lis non veniens.ꝫ.annum ſit excluſus?
& Alexan.in cõſil.cvj.viſis & opportu-
nè &c.5.volu.p multa argumenta de
quibus ibi per eum tenet ꝙ non.¶Et
pro hac concluſione faciunt quæ in ſi-
mili habent̃ per Abb.in conſil.xxij.vi-
det̃ primo vl.col.ij.vol.Contrariũ autẽ
videt̃ tenere Iaſ.poſt Cuma.in.l.ſi ſti-
pulatus fuerim.§.cùm ſtipulamur.in
ij.limi.ff.de verbo.oblig.p argumenta
quæ ibi adducit quæ aliter non refero:
quia articulus non eſt ꝓpriè in materia
noſtra.¶Puto tamen ꝙ termini in qui-
bus loquitur Iaſ.ſint diuerſi à terminis
Alexand.vt patet ex multis ponderatis
per Iaſ.quæ non ſunt in ſtat.Florenti-
no in quo conſuluit Alexan.in.d.cõſi.
cvj.& ideo credo quòd opinio vtriuſq;
poſsit ſaluari in ſuo caſu ex diuerſita-
10 te ſtatutorum.¶†In ſuper quando ſe-
cundus creditor offert primo : & ipſo
recuſante recipere,conſignat & depo-
nit : conſequitur primo , quòd dictam
ré liberat ab hypotheca prioris credito
ris,& p conſequens ſuã hypothecam in

ea confirmat: vt.l.j.& .l.potior.C.qui
po.in pi.hab.&.l.potior,§.fi.ff.eo.tit.ſe
cundo cõſequitur ꝙ põt primũ credito
rem etiã inuitum cogere ad cedendum
jura ſua:ita tenet Bar.in.l. Ariſto.in.ij.
q.ff.quę res pig.obl.poſ.& Bal.in.l.nul
la.ad fi.C.de ſolu. Tertiò,conſequitur
ꝙ ſi primus creditor nolit cedere ſecũ-
do:abſq; ceſsione,ſecundus ſuccedit in
ius primi creditoris vt no.Bar. in.d.l.j.
C.qui po.in pign.hab.& in .d.l. Ariſto.
in.j.q.¶ Et ſequela iſtarũ vtilitatũ am
pliatur aliquibꝰ modis.¶ Et primò,am-
plia vt nõ ſolũ ſuccedat in ius primi cre
ditoris pro ſorte quã ei obtulit:ſed etiã
pro vſuris etiam inuito debitore:vt eſt
tex.& ibi Bart.in.l.ſi prior.§.j.ff.q po.
in pi.hab.&.l.ſecundus.C. de pignori.
¶ Intellige tñ ꝙ ſecũdus ſuccedit in ius
primi creditoris vt alijs præferatur quo
ad creditũ primi in quod ſucceſsit:non
autem quoad creditum propriũ ipſius
ſecũdi:quia pro eo nõ præfertur alteri
qui eſt prior ſe licet ſit poſterior niſi
mediante pacto inito cũ ſecundo:vt eſt
tex.in.d.l.ſi prior.§. à Titio. ¶ Secũdò,
amplia vt, procedant prædicta etiam ſi
primus nolit recipere creditũ ſuũ ſibi
oblatum à ſecũdo:nam nihilominus ſe-
cundus cõfirmat ſuã hypothecam:quia
actio hypothecaria quæ cõpetebat pri-
mo facta fuit inutilis per dictam obla-
tionem cũ per eum ſtet ꝙ non recipiat:
vt.l.potior.§.fi.& ibi Bart.ff.qui po.in
pig.hab &.l.j.C.eo.ti. ¶ Tertiò,amplia
vt prædicta procedant non ſolum ſi ſe-
cundus creditor offerat primo,ſed etiã
ſi cõſentiat, & patiatur ꝙ aliud pignus
ſibi obligatum vẽdatur & ex pretio ſa-
tisfiat primo creditori: nam etiam iſto
caſu ſecundus creditor ſuccedet in hy-
pothecam primi.tex.eſt in.d.l. ſi prior.
11 §.ſi tertius.¶ † Quartò,amplia vt præ-
dicta procedant etiã ſi primus creditor
eſſet creditor in duobus creditis quorũ
vnum eſſet anterius ſecũdus creditore,
aliud vero poſterius:quia ſi ſecũdus cre
ditor offerat priori creditũ, anteriꝰ ſuc
cedet in illud: nec tenebitur ei offerre
poſteriꝰ ſuo credito tex.eſt no.in.l.quæ
12 rebatur.ff.qui po.in pi.hab. ¶ † Et ſic li
cet aliàs creditor nõ teneatur recipere
particularem ſolutionẽ quãdo eſt credi
tor ex vna cauſa:tamẽ ſecus eſt, quãdo
eſt creditor ex pluribus cauſis: vt not.
Bar.in.l.tutor.§. Lucius.ff.de vſur.fac.
l.planè.ff.fami.er.& no.Bar. Alexan.&
alij in.l.quidã.ff.ſi cer.pet.vbi ponũtur
caſus in quibus creditor tenetur recipe
13 re particularem ſolutionẽ. ¶ † Quintò,
amplia vt non ſolum ſecũdus creditor
offerens ſuccedat in ius hypothecæ prio
ris creditoris:vt.l.j.C.qui po.in pi.hab.
ſed etiã ſuccedit in ius perſonalis actio
nis vt.l.j.C.de his quæ in priorum cre.
dit.lo.ſucced.facit.l.pupillꝰ.ff.de rebus
eorum.& ita firmat Bart.in.d.l.Ariſto.
in.j.q. & allegat.l.j.§. nunc tractemus.
ff.de tute.& ra.diſt.& ſic ſecundus cre-
ditor poſt oblationem factam primo po
terit intẽtare tam hypothecariam quã
perſonalem contra debitorem & eius
bona vt eſt tex.in.l.ſecũdus. iuncta gl.
ibi.C.de pigno.& idem tenet Saly.in.d.
l.Ariſto.in.j.q. ¶ Sextò, amplia ꝙ talis
ſucceſsio in ius primi creditoris com-
petit ſecundo virtute oblationis etiam
abſq; aliquo pacto ita tenet glo. & Bar.
in.d.l.Ariſto.in.j.q. ¶ Septimò,amplia,
vt prædicta procedant, etiam ſi prior
creditor cui offertur per ſecundum eſ-
ſet priuilegiatus:puta quia ſi ſit res pu-
blica: nam etiam iſto caſu ſecundus cre
ditor poteſt ei offerre,& in ius illius ſuc
cedere:vt eſt text.in .l.fin.C. de his qui
in prio.cre.lo.ſucced. ¶ Octauò,amplia,





vt ſecundus creditor ſoluens, vel offe-
rens primo nõ ſolum ſuccedat in ius hy
pothecæ,& actionis perſonalis primi:vt
dictum eſt in.5.ampliatione: ſed etiam
ſuccedat in locum primi domini: vt eſt
tex.in.l.creditor.quæ eſt.l.iij.§.j.ff.qui
po.in pi.hab.& no. Bar.in.d.l. Ariſto.in
14 j.q.¶ † Nonò,amplia,vt prædicta pro-
cedant non ſolum quando ſecũdus cre
ditor cònuentus eſt à primo vt.ſ. ei poſ
ſit offerre & impetrare ceſsionem:vt.l.
mulier.ff.qui po.in pig. hab. ſed etiam,
quando ſecundus creditor agit contra
primũ:vt.l.creditor.§.ſi primus.verſic.
vnde &.l.potior.§.fi.ff.qui po.in pi.ha.
& ita tenet Bald.poſt Vber.de Cremo-
na in rub.C. de priui. do.in.iiij. col. in
ver.Item ſcias ꝙ prior inferens ex hoc
ꝙ ſecundus creditor agens contra pri-
mum,qui tenutã accepit & ei offerens:
poteſt eum cogere ad cedendum ſibi
15 omnia iura.¶ † Vlterins quæritẽ quãdo
creditor primus vel alius cogitur cede-
re iura poſteriori creditori ſoluenti vel
offerenti:quo iure petatur talis ceſsio?
& dicendum eſt,ꝙ quando inter peten
tem ceſsionem fieri & eũ à quo petitur
interceſsit aliquis contractus vel quaſi
ex quo poſsit creditor:ſoluenti vel offe
rẽti obligari tũc ceſsio petetur actione
ex eo contractu,vel quaſi: vt.l.Stichũ.
§.ſi mandato.in fi.ff.de ſol.quando au-
tẽ nullus præceſsit cõtractus, vel quaſi
intentari debebit officium iudicis:vt.l.
ſi res obligata.in fi.ff. de leg.j. ita tene-
bat Cy.poſt Dy.in.d.l.cùm alter.C. de
fideiuſ.& ibi ſimpliciter refert & ſequi
tur Saly.¶ Sed Bar.in.l. Modeſtinus.ff.
de ſolu.in.ij.q.plenius diſtinguendo di
cit,ꝙ quandoq; ceſsio petitur ante fa-
ctam ſolutionem,quandoq; poſt. ¶ Pri-
mo caſu ſi ceſsio petitur à creditore agẽ
te ad ſuum creditum,& tunc ceſsio pe-
titur ope exceptiõis vt.l.ſi fideiuſſores.
§.fi.ff.de fideiuſ. Si autem petitur à cre
ditore non agente:& tunc petetur offi-
cio iudicis,vel conditione ex lege: vt.l.
fideiuſſoribus.ff.de fideiuſſo. ¶ Secundo
caſu quando ceſsio petitur poſt ſolutio
nẽ in caſibus in quibus de iure peti po-
teſt:quos ponit Bart.in.l. Modeſtinus.
ff.de ſolu.& tũc ſi præceſsit aliquis con
tractus ex quo creditor obligetur ſol-
uenti:& petetẽ actione ex illo contractu
&.d.l.Stichum.§.ſi mandato.ſed ſi nul
lus contractus preceſsit & tunc ſi illud
quod ſoluitur creditori conſiſtit in pe-
cunia petetur ceſsio actione ex empto:
quia ſoluendo emere videtẽ dictas actio
nes vt.d.l.Modeſtinus.in fine &.l.cum
his.ff.de fideiuſ.&.l.ſi dubitetẽ. in prin.
eo.tit.Si autem illud quod ſoluitur con
ſiſtit in alia ſpecie quã pecunia:& tunc
nõ poteſt eſſe emptio: ſed erit quidam
cõtractus innominatus:& ideo iſto caſu
ceſsio petenda erit actione præſcrip.ver
bis:vt.l.j.§. ſi quis ſeruum.ff. depoſiti.
¶ Poſſet etiã iſto caſu id quod ſolutum
eſt repeti per conditionẽ ſine cauſa cũ
ſit ſolutum ob certã cauſam,quę poſtea
ſequuta non fuit iuxta glo. in.d.l. cum
his.& prædicta procedunt, quãdo ſunt
plures obligati principaliter, vel acceſ-
ſoriè:ſed quando vnus eſt obligatus:&
ille qui ſoluit non eſt obligatus: ſed ſol
uit ex aliqua alia cauſa:tunc ei compe-
tit officium iudicis ad petendum ceſsio
nem.l.ſi res obligata.in fin.ff. de lega.j.
¶ Petuntur etiam ceſsiones aliquando
vltra caſus prædictos ex diuerſis cauſis,
de quibus habetur per Bar.in.d.l.Mo-
deſtinus.vbi plenè explicatur iſta ma-
teria ceſsionis & per Saly. in.l. cum al-
ter.C.eod.tit. & per Soci.in conſi.cc.ij.
vol.& per Corneum in conſi.lj.ij.volu.
cum concordantijs de quibus in dictis

16 locis.¶†Sed dubitatur,an actio hypo-
thecaria quæ datur ſecundo creditori
ſuccedenti in locum primi ſit eadé quę
datur primo?& gl.in.d.l.Ariſto.ff.quæ
res pi.obl.poſ.& in.d.l.j.C.de his qui
in prio.credi.lo.ſucce.dicit ꝙ non eſt in
eſſentia eadem:quia prima fuit ſublata
ſolutione:ſed ꝙ per omnia eſt ei ſimilis
quaſi quadam fictione iuris cenſeatur
eadem.¶Pro hoc etiam facit:quia ſe-
cundū aliquos obligatio quæ tranſit de
defuncto in hæredem nō eſt eadem nu-
mero:ſed eadem ſpecie:quia actio ita in
hæret oſſibus illius cui primo acquiri-
tur,vt ab eo ſeparari non poſſit.l.quis
ergo caſus.ff.de pecul.ergo non poteſt
dici eodem numero. Sed quia hæres &
defunctus reputantur iuris fictione ea-
dem perſona:vt in authen.de iureiur.
a mo.præſti.in princ.ideo iuris fictione
dicitur eadem actio in ſpecie.¶Cy.auté
in.d.l.j.C.de his qui in prio.cre.lo.ſuc-
ce.dicit prædicta procedere in obliga-
tione perſonali quæ oſſib⁹ adhæret:ſed
in reali,prout eſt hypothecaria quæ nō
adhæret perſonæ dicit ꝙ in veritate &
in eſſentia eadem tranſit in ſecundum
creditorem:qa cùm ſecundus ſoluit vi-
detur magis ſoluere animo transferen-
di ius alienum in ſe,quaſi ſit quædam
permutatio quàm animo liberandi de-
bitorem arg.l.ſi pupillorū.ff.de rebus
eo.& ita dicit tenere Pe.& Iaco.de are.
& ita ſequitur Sal.in.d.l.j.¶Bart.etiam
in.d.l.Ariſto.in vlti.col.in verſi.quæro
ergo nunquid hypothecaria:tenet ꝙ ſit
eadem vere:dicit enim ibi ꝙ interue-
nientibus illis quatuor de quibus per
glo.in.d.l.Ariſto.ille cuius pecunia ſol
uitur primo creditori acquirit,duplicé
hypothecam vnam ex perſona propria
vigore illius pacti quòd res ſit ſibi obli-
gata:aliam ex perſona prioris credito-
ris ſuccedendo in eius locum vigore pa
cti initi de ſuccedendo:& ꝙ iſta quæ ac
quiritur ex perſona primi creditoris eſt
vna & eadem in perſona vtriuſq;:vt de
clarat ibi Bar.& ita tenendum eſt in hy
pothecaria quæ eſt realis & de facili ſe-
parari poteſt à perſona.¶In perſonali
autem quæ eſt inſeparabilis ab oſſibus
vt.l.ij.ff.pro ſocio.&.d.l.quis ergo caſus
dicendum eſt ꝙ illa quæ acquiritur al-
teri ex ceſſione vel ſucceſſione in ius al
terius:loquédo de ſingulari ſucceſſore
iuxta terminos.d.l.Ariſto.alia eſt actio
vtilis quæ acquiritur ſuccedenti & alia
directa quæ competit creditori primo:
& ita no.Barto.in.d.Ariſto.ad fi.quod
17 not.¶†Inſuper in iſta materia dubita-
tur,an ſicut ſecundus creditor poteſt
ſoluere & offerre primo,ita econuerſo
primus poſſit offerre ſecundo?& in hoc
primo dicendū eſt ꝙ prior creditor non
cogitur inuitus offerre ſecundo:vt eſt
tex.& ibi Bal.& Saly.in.l.prior.C.qui
po.in pig.hab. Secundò,dicendum eſt
ꝙ ſi prior creditor poſſidet pignus po-
teſt etiam ipſe offerre ſecūdo. Ita tenet
glo.fin.in.l.potior.§.fi.ff.qui po.in pig.
hab.Sicut poteſt quilibet extrane⁹ poſ-
ſeſſor per.l.mulier.ff.q po.in pi.habe.
&.l.Paulus.§.fi.ff.quib.mo.pi.vel hyp.
ſolu.Idem tenet glo.in.l.j.C.qui po.in
pig.hab.in glo.j.& dictas glo.approbat
Barto.in locis prædictis & etiam Saly.
¶Et prædicta clarè procedunt quando
primus creditor poſſidet:quia tunc po
teſt offerre ſicut quilibet extraneus poſ
ſeſſor per dicta iura & ita loquūtur gl.
& doc.præallegati & ita etiam tenet gl.
in.l.cùm notiſſimi.§.eodem.ĩin verſic.
debitum paratus.C.de præſcript.xxx.
ann.vbi Accurſius reprehendit Placen
18 tinū & ſequitur Ioannem.¶†Sed dif-
ficultas eſt quid ſi primus creditor non
poſſidet,



poſſidet an tunc poſſit offerre ſecūdo?
& Bal.in.d.l.Paulus.§.fi.in lectura no
ua videtur tenere quòd non:quia tunc
ſua non intereſt.¶Sed Saly.in.l.cùm no
tiſſimi.in.§.eodem firmata opi.præce-
denti,quòd quādo primus creditor poſ
ſidet,poſſit offerre ſecundo. Poſtea ſub
dit quòd quando primus creditor non
poſſidet:ſed poſſidet ſecundus:& pri-
mus creditor non habens hypothecam
non poteſt offerre ſecundo:quia iſto ca
ſu nullam habet actionem cui cohęreat
ius offerendi iuxta.l.nulla.C.de ſolu-
tio.& ita procedat opin. Placen. Sed ſi
primus habeat hypothecam ſicut ſecun
dus:qua mediante primus agit contra
ſecundum poſſidentem pignus:& tunc
ſi ſecundus offert primo,vt ſibi pignus
confirmet:dubitari poteſt,an iſto caſu
primus creditor replicādo poſſit offer-
re ſecūdo,& obtinere pignus?& in hoc
reſpondet Saly.poſt Iac.de are.ꝙ tunc
primus creditor non eſt audiédus:quia
cùm par ſit cauſa prioris & poſterioris
creditoris in offerédo:in pari cauſa me
lior debet eſſe conditio poſſeſſoris arg.
eorum quæ notantur in.l.qua ratione.
§.ſed non vt in littore.ff.de acquiren.
re.domi.& quia in dubio iudicandum
19 eſt pro reo:& ita reſidet Salyce.¶†Sed
iterum dubitatur,quid ſi non poſſidet
neq; primus neq; ſecūdus creditor:ſed
poſſidet tertius poſſeſſor contra quem
agunt tam primus quàm ſecundus cre-
ditor:& ſecundus creditor q aliter non
poſſet obtinere:offert primo,vt ſibi con
firmet pignus:iuxta.d.l.j.C.qui po.in
pig.habe.An iſto caſu primus poſſit of-
ferre ſecundò,fortè deſiderans aliqua
ratione obtinere in hypotheca rem obli
gatam?& licet iſte caſus obmittatur à
glo.& doctoribus.ſ.allegatis:tamen pu
tarem quòd iſto caſu primus creditor
poſſit offerre ſecundo:quia vt dixi.ſ.
licet primus creditor inuitus non coga
tur offerre ſecundo tamé volens poteſt:
vt.d.l.prior.C.qui po.in pig.habe.& ꝙ
iſto caſu,quando.ſ.non poſſidet neq;
primus creditor neq; ſecundus,ſed poſ
ſidet tertius extraneus:poſſit primus
offerre ſecundo creditori:qui prius ſol-
uerat alteri,eſt text.in terminis in.l.
iij.§.j.ff.qui po.in pigno.habe.ibi niſi
fortè prior ei pecuniá offerat.¶Et iſto
caſu ceſſant rationes quas adduxit Sa-
ly.in.d.§.eodem in ſecundo creditore
poſſidente cui primus non poteſt offer
re (vt dictum eſt) quia non poteſt dici
quòd ſit potior conditio poſſidétis,ſed
tertius.Item ceſſat ratio quòd in dubio
fauendum ſit reo:quia iſto caſu ſecun-
dus creditor non eſt reus:ſed reus eſt il
le tertius poſſeſſor contra quem vterq;
agit & ꝓpterea puto quòd iſto caſu pri
mus creditor poſſit offerre ſecūdo.¶Et
not.omnes iſtos caſus:quia ſunt con-
tingibiles,maximè Florentiæ & per do
20 ctores malè examinantur.¶†Et ex
prædictis aliàs in facto coram me dubi-
tatum fuit,an ſi ſecundus creditor ob-
tulit & depoſuit & obſignauit debitū
primo creditori poſſidenti:poſſit poſt
prædicta primus creditor poſſidens of
ferre ſecundo iuxta glo.in.d.l.j.C.qui
po.in pig.hab.cum alijs.ſ.allegatis.¶Et
ꝙ nō poſſit arguebatur:quia facta obla
tione depoſitione & obſignatione vide
tur reſolutum ius pignoris primi credi
toris & confirmatum ius ſecundi ita ꝙ
amplius ab eo pignus auelli non poſ-
ſit:vt.d.l.j.& ibi Bald.& etiam vide-
tur quòd ſecundus creditor amodo ſuc
ceſſerit in ius primi creditoris & illud
eſſe translatum in ſecundum iuxta no-
ta in dicta.l.Ariſtote.& ratio eſt,quia
oblatio,depoſitio,& obſignatio habet

vim ſolutionis:vt.l.obſignatione.C. de
ſolu.&.l.accepta.C.de vſur.& cũ ſolu-
tione tollatur actio & obli.vt inſti.qui
mo.tol.obliga.in prin.nõ videtur ꝙ pri
mus creditor cuiꝰ actio & obligatio eſt
ſublata poſsit offerre ſecũdo.¶ Tñ ego
ſemp fui in cõtraria opinione,videlicet
ꝙ creditor primus etiã poſt oblationé,
depoſitioné,& obſignationé adhuc poſ
ſidens poſsit offerre ſecũdo:qa primus
creditor poſsidés reſpectu iuris offeren
di æquiparaẽ extraneo poſſeſſori:& ſi-
cut extraneus poſſeſſor etiã iniuſtus,&
nullũ habés titu.poteſt offerre iuxta.d.
l.Paulus.§.fi.ff.qui.mo. pi. vel hy. ſol.
ita & poteſt primus creditor poſsidens:
& iſtã æquiparationé facit gl.in.d.l.po-
tior.§.fin.ff.qui po.in pi.ha.in.d.l.j.C.
eo.tit.& ſequunẽ doct.& ſic in iſto iure
offerédi plus cõſideratur poſſeſsio quã
ius crediti:vt etiã habetur per gl.& Sa-
ly.in.d.l.cũ notiſsimi.§.eo.& reſpectus
poſſeſsionis in iſto iure offerendi præ-
ſertur hypothecæ & credito vt ibi habe
tur:donec ergo primus creditor poſsi-
det,durare debet iſtud ius offerendi.
¶ Et non obſtat ꝙ per oblationé.depoſi
tionem & obſignationé ſit cõfirmatum
ius ſecundi creditoris:& ꝙ ſecũdus ſuc
ceſſerit in ius primi:ita ꝙ ab eo auelli
non poteſt.d.l.j.&.d.l.Ariſto.Quia li-
cet iſta ita ſint:tamen ſatis eſt ꝙ poſſeſ-
ſio adhuc eſt penes primum creditoré:
nam poſſeſsio non perditur per oblatio
nem factam à ſecundo ſed adhuc rema-
net apud primum & pro recuperanda
poſſeſsione agendũ eſt,vel pignoratitia
directa iuxta totum titu.ff.&.C.de pi-
gno.actio.&.l.creditor.C.de pigno.vel
per hypothecariam iuxta.l.ij.C.de prę-
21 to.pigno.† Et poſſeſsio non tranſit de
vno in alium ſine animo poſsidentis vt
l.iij.§.in amittenda.ff.de acquiren.poſ.
& ideo ſine traditione non tranſit in
aliũ.l.traditionibus. C. de pac. &.c.cũ
aliquibus.de re iudi.& ſic licet alia iura
crediti per oblationem ſinẽ trãſlata ipſo
iure in ſecundum creditorem:tamé hoc
non poteſt dici de poſſeſsione:qa eadé
poſſeſsio quæ eſt apud vnum non deam
bulat in alium:ſed ei acquiriẽ noua poſ-
ſeſsio.vt.l.j.§.per ꝓcuratoré.& ibi per
Iaſ.poſt alios.ff.de acqui.poſſeſ.ꝙ auté
acqratur noua poſſeſsio ſine traditione
fieri nõ põt:vt probatũ eſt:& ſic primus
creditor etiã trãſlatis iuribus crediti in
ſecundum remanet,tamé poſſeſſor:er-
go donec eſt poſſeſſor poteſt offerre ſe-
cundo ſicut poteſt quilibet alius nudus
poſſeſſor.d.l.mulier.&.d.l. Paulus.§.fi.
¶ Nõ obſtat etiam tex.in.l.ſi fundus.§.
in vendicatione.ff.de pign.de quo pun
git Bald.in.d.l.Paulus.ponderãdo or-
dinem literæ dum ibi dicitur ꝙ poſſeſ-
ſor conuentus hypothecaria condénari
debet ad reſtituédum niſi ſoluat vel re-
ſtituat rem:& ſic videtur ibi text.quòd
poſſeſſor debeat offerre & ſoluere ante
ſententiam,& idé videtur quòd debeat
offerre antequã ei offeratur.¶ Quia re
ſpondetur ꝙ in illo text.exigitur ſolu-
tio ante ſententiam ad effectum vt poſ-
ſeſſor poſsit abſolui ab obſeruatiõe iu-
dicij ita declarat ibi glo.in ver.abſoluen
dus:ſed per hoc non negat ibi tex.quòd
poſſeſſor nõ poſsit offerre etiã poſt ſen-
tentiam ad effectum impetrandi ceſsio
nem iuxta.d.l.mulier.& ita tenet Bart.
in.l.ſi ſtipulatus fuero.x.in melle ad fi.
ff.de ſolutio.& latius de hoc dicã.ĩ.in
22 iſtamet parte iſtius mẽbri.¶ † Et non
obſtat quòd per oblationem fuerit con
firmatum pignus ſecundo creditori,ita
ꝙ ab eo amplius auelli nõ poteſt vt per
Bald.in.d.l.j.quia ille tex.& dictũ Bal.
intelligitur reſpectu prioritatis hypo-
thecæ.



thecæ. Nam ſecũdus non poteſt in hy-
pothecaria amplius cõuinci à priore cre
ditore cui ipſe ſecundus obtulit,depo-
ſuit & obſignauit vt etiã conſtat ex illo
tit.C.qui po.in pi.hab.in quo eſt ſitua-
ta.d.l.j.quæ loqtur de prioritate iuriũ
hypothecæ &.l.ſemper intelligi debet
iuxta terminos tit.in quo ſituata eſt:vt
l.imperator.ff.de in diem adiectio.Nõ
autem loquitur.d.l.j.& Bald.ibi reſpe-
ctu iuris offerendi:& ſecũdus creditor
licet offerendo primo confirmet ſuum
pignus reſpectu prioritatis hypothecæ.
d.l.j.Tamen nõ confirmat reſpectu do
minij vel quaſi:vt dicit text.in.l.cũ po
ſterior.ff.de diſtrac.pigno.& hinc eſt ꝙ
etiam poſt ſolutionem factam à ſecũdo
primo creditori & pignora ab eo acce-
pta poteſt eidem alius creditor offerre:
vt eſt tex.in.l.cum ſecundus.§.fin.iun-
cta gl.e.tit.Si ergo alius creditor poteſt
offerre ergo & poſſeſſor:& ſic ſecundus
creditor qui deſijt eſſe creditor,ſed nó
deſijt eſſe poſſeſſor.Et ita puto tenen-
dum licet non inueniam examinatum
per docto.¶ Vlterius dubitari poteſt in
prædictis,quando creditor tenetur ce-
dere,quas actiones teneatur cedere?&
in hoc breuiter dic ſecundũ Bar.in.d.l.
Modeſtinus.in.v.q.quaſi ad fi.legis ꝙ
cõtra principalem & fideiuſſorem cedé
da eſt actio perſonalis & hypothecaria:
vt.l.ij.&.l.cum alter.C.de fideiuſ.&.l.
fideiuſſoribus.&.l.cum his.ff.eod.titu.
Item cedendum eſt officium iudicis ꝙ
etiam cedi poteſt vt.l.ſi minoris.ff.de
admi.tut.&.l.ꝙ ſi minor.§.fi.ff.de mi-
no.Item cedenda eſt etiã naturalis obli
gatio tantum:ſi illam ſolã habeat:quia
etiam illa cedi poteſt:vt.l.ſi eius.ff.ad
23 treb.¶ † Sed dubitatur,an ceſſa perſo-
nali actione:cenſeatur etiam ceſſa hypo
thecaria quæ competit cedenti?& glo.
in.l.ſi pignori.in verſicu. contra.ff.fa-
mi.erciſcun.& ibi Bart.tenet quòd ſic.
idem tenet Bart.in.l.ſi hæres pecuniã.
in princip.ff.ad trebellia.& ibi Pau.de
caſtr.& iſtud procedit ſiue dicta hypo-
theca veniat ex generali obligatiõe ſiue
ex ſpeciali:vt not.Bald.in.l.ſi inſolutũ.
cum.l.ſeq.C.de actio.& obliga.Intelli-
ge tamen tu de hypotheca quæ compe-
tebat cedenti tempore ceſsionis: ſecus
autem in ea quæ incipit competere poſt
ceſsionem:quia illa nõ videtur ceſſa cũ
perſonali.ita tenet.Bald.in.d.l.ſi in ſo-
lutum.per text.quem dicit eſſe ſingula
rem in.l.heredem.ff.mãda.& idem col-
ligitur ex no.per Barto.in.d.l.ſi hæres
pecuniam.vbi dicit eſſe ſpeciale quòd
in reſtitutione quæ fit ex ſenatuſconſul
to Trebelliano non veniunt actiones
quæſitę hæredi poſt mortem defuncti:
& ſimiliter in venditiõe hæreditatis in
qua non comprehenduntur actiones
quæſitę hęredi ex ſua prouiſione:vt ibi
per Barto.Adde Alexan.in.l.fideiuſſor
obligari.ff.de fideiuſſo.poſt Bart.ibi &
in.l.ſi verò.in princip.ff.ſolu.matri.vbi
etiam firmat quòd ceſſa actione contra
principalem cenſeatur ceſſa contra fide
iuſſorem,licet Barto.in hoc aliud velit
24 in.d.l.ſi hæres pecuniam.¶ † Dubita-
tur etiam in prędictis,an poſsit renun-
tiari beneficio cedendarum actionum,
ita quòd qui renuntiauit amplius non
valeat excipere de ceſsione ſibi facien-
da,nec eam amplius petere?& breuiter
reſpõdetur quòd huic benefic.tam cõ-
petenti quàm competituro per pactum
renũtiari poteſt:vt ꝓbatur in.l.ſi fide-
iuſſor.§.j.ff.de fideiuſ.& ita tenet gloſ.
in.l.niſi.ff.de pac.& firmat Bar.in.d.l.
Modeſtinus.in.j.q.& mouet per regu-
lã.l.ſi qs in cõſcribẽdo.C.de pac.¶ Idé
tenet Cor.in cõſil.lj.licet in hac cõſul-
tatione.

tatioẽ.ij.vol.in litera.m.& Soci.in cõſi.
cc.quoniã.ij.vol.in pen.col.in verſi.vij.
certum eſt.& ambo conſuluerũt in eo-
dem caſu:ſed meo iudi.Soci.elegantius
25 abſoluit cõſultationem.¶ † Sed maior
dubitatio eſt,an requiratur ſpecialis &
indiuidua renunciatio huic benefic.ce-
dendarum,an vero ſufficiat illa genera-
lis renuntiatio quæ frequenter in con-
tractibus ſolet apponi,videlicet renun-
tiauit beneficio nouæ cõſtitutiõis de fi-
deiuſſorib⁹ epiſtolæ diui Adriani,& be
neficio de pluribus reis debendi &c.Et
omni iuris,& legũ auxilio & fauori?&
in hoc Roma.in cõſil.ccccIxxij.in eo ꝙ
quæritur circa finẽ tenet ꝙ requiratur
ſpecialis renuntiatio,& mouet̃ quatuor
fundamẽtis:vt ibi per eum:contrarium
etiã tenet Cor.in.d.cõſi.lj.ij.vol.per ra-
tiones quas ibi adducit idẽ tenet Soci.
in.d.cõſi.cc.ij.vol.in pen.colũ.& latius
hanc opi.firmat & cõprobat Decius.in
conſi.xxvij.incip.& pro virili.in.ij.col.
in verſi.ſed his non obſtantibus.vbi re-
ſpondet ad argu.Roma.¶Et iſta opinio
clarius procedit ſi inſtrumento in quo
eſt renuntiatũ vt.ŝ.ſit appoſitum iura-
mentũ per no.per Bar.& alios in.l.ſcié
dum.ff.de verb.oblig.& ita etiam tenet
Soci.in.d.cõſi.cc.pen.col.in.d.verſi.vij.
certum eſt &c.¶ Secundo,principaliter
ius offerendi creditori agenti hypothe-
caria cõpetit extraneo poſſeſſori:vt.d.l.
mulier.ff.qui po.in pi.ha. &.d.l. Pau-
lus.§.fi.ff.qui.mo.pi.vel hy.ſol.& iſtud
procedit etiã ſi talis terti⁹ poſſeſſor eſſet
iniuſtus vt eſt tex.in.d.§.fin.ibi qualiſ-
cunq; poſſeſſor.& ita vult gl.Bar.& alij
26 in.d.l.mulier.¶ † Sed eſt dubium,an
iſte tertius poſſeſſor offerens ſuum cre-
ditum creditori poſsit ab eo impetrare
ceſsionem iurium?& reſpondetur quòd
quando poſſeſſor eſt iuſtus,eſt clarũ ꝙ
ſic:vt eſt tex.in.d.l.mulier.vbi text.ex-
preſsè dicit ꝙ ſi iuſtus poſſeſſor offerat
creditori compellẽdus eſt ipſe creditor
ius nominis cedere.¶ Sed difficultas eſt
quid in iniuſto poſſeſſore, an etiam illi
cogendus ſit creditor cedere?& in hoc
Pau.de caſt.in.l.ſi res obligata.ff.de le-
ga.j.firmat ꝙ creditor non poſsit cogi
ad cedendum poſſeſſori iniuſto offeren
ti ita dicit colligi ex text.in.d.l.mulier
à cõtrario ſenſu:quia ille text.(vt dixi)
loquitur in poſſeſſore iuſto:ergo à con-
trario ſenſu ſecus eſt in poſſeſſore iniu-
ſto.¶ Et dicit Paul.quòd gl.ſubaudiẽs
ibi dictionẽ maximè deſtruit illũ text.
& ita dicit audiuiſſe à quodam ſuo do-
mino ſuper illa.l.licet alij ſcribentes nõ
tangant.vult ergo Paul.de caſtr.quòd
iniuſtus poſſeſſor poſsit offerre credito
ri ad effectum liberandi ab hypotheca
rem poſſeſſam & illã retinendi,non au-
tem ad effectum impetrandi ceſsionẽ:
& ita dicit debere intelligi.d.l. Paulus.
§.fina.¶ Sed gloſ.in.d.l.mulier.& in.d.
l. Paulus.§.fin.tenet contrarium vide-
licet quòd tam iniuſtus quã iuſtus poſ-
ſeſſor offerens creditori poſsit impetra
re ceſsionem:& idem expreſsè tenet ibi
Barto.¶ Eandem opin. tenet Petr.de
bella per.in.d.l.ſi res obligata.vbi alle-
gando.d.l. Paulus.§.fin.videtur intelli
gere quòd in terminis.d.§.fina.debeat
fieri ceſsio.& ita tenet.Alexand.in di-
cta.l.mulier.in apoſtil.ad Bart.¶ Hanc
etiam opinionem tenet Fran.de alber-
go.in.d.l.ſi res obligata:& iſtam opinio
nem ſequutus fuit excellens docto.d.
Antonius ſtroza aduocatus Florẽtinus
in quadã cauſa magnæ importantiæ.&
vltra alia:allegabat Bald.in.l.conſenta-
neum.C.quomodo & quando iudi.vbi
expreſſè ita tenet Bal.ibi in quarta op-
poni.Idem videtur tenere etiam Salyc.
in.d.l.mulier.¶ Sed primã opinionem
& ſic illam quã tenet Pau.in.d.l.ſi res
obligata.tenet Bald.poſt Richar.ma-
lum.& Cyn.quos ipſe refert in.d.l.mu
lier.in lectura antiqua,videlicet ꝙ cre-
ditor nõ teneatur cedere iniuſto poſſeſ-
ſori argu.l.nulla.C.de ſolu.&.l.credi-
tor.§.ſi quando.ff.qui po.in pi.hab.ex
quibus negari nõ poteſt quod articulus
non ſit dubius cum hincinde ſint diuer
ſæ opiniones maximorũ doctorũ.¶ Ta
men meo iudicio verior videtur opinio
glo.in.d.l.mulier.& Bar.& ſequacium
& fundamenta eorũ magis ſtringũt:&
vltra alia q̃ per eos adducũtur mihi vi-
detur ꝙ tex.in.d.l. Paulus.§.fin.probet
opinionẽ ineuitabiliter:cõſiderãdo ꝙ ſi
ille tex.loqueret̃ de iure offerẽdi & non
de impetrãdo ceſsionẽ iuriũ eſſet deci-
ſio de caſu indubitabili cõtra text.in.l.
ꝙ Labeo.ff.ad carbo.Nã de iure qlibet
etiam nõ poſsidẽs habet ius offerẽdi,&
ſoluẽdi ad effectũ extinguẽdi actionem
& obligationẽ,& liberãdi rẽ hypotheca
tã etiã inuito creditore.l.ſoluẽdo.ff. de
neg.ge.& habet̃ per Pau.de ca.in.l.tale
pactũ.§.poſt diuiſionẽ.per illum tex.ff.
de pac.& dicet̃.j.in iſto mẽbro.in.v.q.
nu.39.vnde ad hoc vt.d.l.Paulus.§.fi.
ſit poſita ſup caſu dubio debet intelligi
ꝙ oblatio fieri poſsit etiã ad impetrãdũ
ceſsionẽ:& ſic ꝙ ꝑ eã ſuppleatur tex.d.
l.mulier.q̃ loquit̃ in poſſeſſore iuſto:vt
ſcilicet habeat locũ etiã in poſſeſſore in
iuſto.¶ Et nõ obſtat.d.l.nulla.quã alle
gat Bal.qa illa loqtur in extraneo non
poſsidẽte & nõ habente aliqđ ius in re
merito ius offerẽdi ꝙ ei cõpetit non eſt
potẽs ſicut illud ꝙ cõpetit poſſeſſori ꝙ
cohæret ipſi reo ꝓut hoc põderat̃ ꝑ Sa
ly.licet ad aliũ effectũ in.l.cũ notiſsimi.
§.eo.C.de pſcri.xxx.Vñ.nõ ꝓcedit cõ
paratio:de.d.l.nulla.q̃ loquitur in ex-
traneo non poſsidẽte ad.l.Paulus.§.fi.
quę loquitur in poſſeſſore:qa eſt diuer
ſa ratio:& ideo nõ ꝓcedit.l.fi.ff.de ca-
lũnia cũ ſimilibus.Alia autẽ q̃ allegan-
27 tur ꝑ Bal.nõ faciũt ad ꝓpoſitũ.¶ † Et
iſta opinio iudicio meo cõprobatur per
deciſionẽ notabilẽ quã ponit Bal.in.d.
l.ſi res obligata.in.v.no.ff.de lega.j.vbi
dicit ꝙ poſſeſſor cõuẽtus hypothecaria
offerẽdo debitũ põt petere ſibi cedi iu-
ra,qñ onus luẽdi rẽ poſſeſſam & hypo-
thecam nõ incumbit ipſi poſſeſſori:ſed
principali debitori & ad hoc Bal.põde-
rat tex.in.d.l.ſi res obligata.& dicit iſtã
eſſe bonã regulam & allegat pro ea.d.l.
mulier.& no.ꝑ Cyn.in.l.iubemus.in fi.
C.ad velleia.¶ Et hanc deciſionem vi-
detur ſequi Alexan.in.d.l.ſi res obliga-
ta.ad fi.vbicũq; ergo onus luendi.ſpe-
ctat ad aliũ quã ad poſſeſſorẽ videt̃ ꝙ
poſsit impetrari ceſsio à creditore inui
to per poſſeſſorem offerentẽ:& ſic ſiue
28 ſit iuſt⁹ ſiue iniuſt⁹ poſſeſſor &c.¶ † Se
cũdò dubitat̃ circa ius offerẽdi ꝙ cõpe
tit tertio poſſeſſori:an illud habeat locũ
in poſsideate rem æſtimatã in dotẽ da-
tã ad quã agit mulier ſoluto matrimo-
nio vtili rei vendicatione in ſubſidium
iuxta terminos.l.in reb⁹.C.de iure do.
vt ſcilicet dictus poſſeſſor poſsit offerre
vxori dotẽ & retinere rẽ ęſtimatã.¶ Et
Soci.in cõſi.ccxxiiij.elegãter verſi.qn-
imo.ij.vo.tenet ꝙ ſic:mouet̃ per dictũ
Bald.in autẽ.cõtra rogatus.C.ad treb.
vbi Bal.in terminis.d.autẽ.dicit ꝙ em
ptores rerũ fideicõmiſſo ſubiectarũ cõ
uenti à fideicõmiſſario poſſunt offerre
æſtimationẽ rerũ,& excludere agentẽ.
¶ Ego autẽ ſatis dubito de hac deciſio-
ne Soci.quia in terminis.d.l.in rebus.
qñ ſcilicet factis excuſsionib⁹ aliæ facul
tates mariti nõ ſuppetunt & ſic mulier
põt agere ad rem æſtimatam in dotem
datam:

datam ipſa:habet duplicem actionẽ videlicet hypothecariam & vtilẽ rei vendicationẽ:& poteſt eligere quã vult:vt eſt tex.in.l.in rebus in.§.j.ad fi.ibi ſiue in rẽ ſiue hypothecariã:& declarat Bal. ibi in fine primæ col.in ver.ibi & hypothecaria dicens ꝙ vtilis rei vendicatio datur mulieri quaſi ad rem propriã hypo.autem quaſi ad rem obligatam: & ꝙ ſi eligit rei vendicationem debet eſſe contenta re quam petit:ſi autem eligit hypothecariã:ſi res eſt melior quã æſtimatio poſſeſsionis,poteſt reſidua quãtitatem petere:& ideo in electione iſtarum actionum eſt bene aduertendũ ſecundum Bal.Cùm ergo electu vtili rei vendicatione mulier agat ad dominiũ rei:non video ꝙ ei per poſſeſſorem ſeu alium creditorem poſsit offerri æſtimatio rei,& ſic quãtitas pro dote:qa oblatio quãtitatis tũc põt fieri cũ agitur ad quãtitatem:illud enim offerri debet ad quod agitur nõ autem aliud diuerſum ad quod non agitur:nam aliud pro alio ſolui non poteſt inuito agente.l.ij.§.j. ff.ſi cert.peta.& ſic mulieri agenti vtili rei vendicatione ad rem: nõ debet poſſe offerri æſtimatio,vel quãtitas ad quã non agitur.qui enim prætẽdit ad dominiũ permanẽs in re eſt potior quolibet alio creditore.l.ſi vẽtri.§.in bonis.ff.de priui.credi.& no.Bal.in.d.l.in rebus.in j.colũ.in verſi.ibi prærogatiuam.Et in rei vẽdicatione quãdo res extat nõ admittit̃ ſolutio æſtimationis rei:ſed præcisè poſſeſſor cogitur rem reſtituere vt l.officium.ff.de rei vendi.iuncta.l.item ſi verberatum.§.j.eo.titu.¶ Et non obſtat id quod dicit Bald.in.d.aut̃.contra rogatus:qa quãdo aliquis eſt grauatus reſtituere illud ꝙ ex hæreditate ſupererit ſub cõditione prout loquitur.d.auten.de iure.ff.poterat grauatus irreuocabiliter.ſine dolo tamen alienare totũ: vt.l.ſed & ſi lege.§.ꝙ autem.ff.de peti. hær.hodie autem ſecundum iura. vſq; ad quartã.d.autẽ.cõtra rogatus.& ſi vltra quartã alienet,debet ſuppleri de ſubſtantia alienãtis:& ſi facta excuſsione bonorũ alienãtis nõ reperitur ſoluendo datur rei vẽdicatio & hypothecaria cõtra acceptores dictorũ bonorũ.¶ Cum igitur de iure.ff.poterat in totũ alienari:& iſtud per ius autenticorũ reſtringatur vſq; ad quartã debet cõcedi acceptatori dictorũ bonorũ ꝙ poſsit offerre æſtimationẽ:vt per hoc minus corrigatur ius.ff.quia ſi cogeret̃ acceptor ſubſtantiã bonorum acceptorum vſq; ad quartã reſtituere in duobus corrigeret̃ ius.ff.primò ꝙ alienatio quæ erat permiſſa in totũ reſtringeret̃ vſq; ad quartã:ſecũdo ꝙ vſq; ad quartã in totũ retractaret̃ vẽditio:ſed permittẽdo ꝙ pro dicta quarta poſsit ſolui æſtima.minus corrigitur ius.ff.& iſta poteſt eſſe ratio ꝙ in.d.autẽ.acceptor dictorum bonorum admittatur ab oblationem æſtimationis dictorũ bonorũ vt ſcilicet minor correctio iuris inducatur.l.ſi ſerui veſtri.C.de noxa.&.l.precipimus.C.de appel.Iſtud autẽ non debet extendi ad terminos.d.l.in rebus:vbi datur electio mulieri agendi ad rẽ dotalẽ tanquã ad rẽ ſuã.& vbi etiã de iure.ff.iſtud idem erat permiſſum vxori vt.ſ.in ſubſidium poſſet agere ad rẽ emptã per maritũ ex pecunia ſua:vt.l.vxor mariti.ff.de donat.inter vi.& vxo.ad cuius ſimilitudinẽ introducta fuit diſpoſitio.d.l.in rebus,vt declarat gl.ibi in ver.ęſtimate.in fi.eo.Bal.in.5.no.& ſic nulla cadit correctio i.d.l.in reb⁹.ſicut cadit in.d.aut̃. cõtra rogatus.vnde de vna ad aliã non eſt faciẽda illatio.l.fi.ff.de calũnia.cũ vulga.& ꝓpterea,vt dixi,dubito valde

de dicta



de dicta deciſione Soci.in.d.cõſi.ccxxiiij.& non puto eam procedere de iure: cogitabis tamẽ quia non inuenio tactũ
29 per doct.¶ † Tertiò,quæritur quid ſi creditor qui tenetur cedere iura tertio poſſeſſori offerẽti iuxta.l.mulier.ff.qui pot.in pig.ha.antequam ageret contra iſtum tertiũ poſſeſſorẽ liberauit aliqua alia bona pro ſuo credito obligata, & non agit contra tertium poſſeſſorẽ qui offert ei vel ſoluit & petit ſibi cedi iura, & ipſe creditor eſt paratus cedere: ſed poſſeſſor excipit cõtra eum de bonis liberatis cõtra quæ nõ poteſt cedere: an obſtet dicto creditori iſta exceptio cedendarũ iuxta not.per Bar.in.l.ſtichũ. §.ſi creditor.ff.de ſolu.& plenius in.l.ſi ſtipulatus.§.j.de fideiuſ.¶ Et quicquid ſit in creditore qui tenetur cedere fideiuſſori:de quo dicemus.ĩ.in.q.iij.qñ fideiuſſor offert creditori & de quo loqtur Bart.in dictis locis:in ſimplici poſſeſſore de quo nunc loquimur:dicendũ eſt aliud,videlicet ꝙ cùm ipſe nõ acceperit poſſeſsionem hac mente, vt iura ſibi cederentur à creditore agente hypothecaria prout fecit fideiuſſor fideiubendo: ſed potius iſtud venit extra conſiderationem intellectus: quòd licet creditor liberauerit aliqua bona ſibi per hoc non obſtet exceptio cedendarum ita tenet Bald.in.l.iubemus.in fin.C.ad velleia.& Salic.in verſic.quero mulier renuntiauit: & ante eos tenuerunt Iacob.de are.& Cyn.vt ibi refert Bald.& licet ipſi exemplificent & loquantur in muliere quæ cõſenſit marito alienanti certa bona hypothecata pro dote & in illis renunciauit iuri hypothecæ in fauorem emptoris, quòd ſcilicet dictæ mulieri poſtea agenti cõtra tertium poſſeſſorem aliorum bonorum pro reſtitutione dotis non obſtet excep.cedendarum propter bona liberata:ſed teneatur ſolum cedere iura cõtra alia bona:tamen hoc non eſt ſpeciale in dote:ſed eſt propter rationem diuerſitatis,quæ eſt inter fideiuſſorem & tertiũ poſſeſſorẽ.quia.ſ.fideiuſſor quãdo fideiuſsit cenſetur fideiuſsiſſe habito reſpectu ad bona omnia debitoris,tã obligata creditori quam non.ſperans in eis poſſe conſeruari ſine dãno:ſecus autem eſt in.iij.poſſeſſore,vt clarè expli-
30 cant Bal.& Saly.in.d.l.iubemus.¶ † Et ibi ſubdit Saly.quòd benefic.cedendarum quòd competit ſimplici poſſeſſori iuxta.d.l.mulier non cauſatur ex aliquo contractu præcedenti,prout cauſatur inter creditorem & fideiuſſorem ſed cauſatur potius ex quando benignitate legis ponderãdo verba.d.l.mulier. in fin.ibi poſſe videri non iniuſtum poſtulare.¶ Et iſtam differẽtiam inter.iij. poſſeſſorem & fideiuſſorẽ notauit etiã Soci.in conſi.ccvj.in præſenti conſultatione.ij.vol.in verſi.tertius caſus.& refert & melius declarat Decius in cõſi. ciiij.in pe.col.inci.cõſideratis omnibus
31 &c.¶ † Quinimò plus voluit Soci.in conſi.cc.quoniam ex forma.ij.vol.in.j. col.in verſ.ſed iſtis nõ obſtãtibus &c.videlicet ꝙ nõ ſolũ cõtra tertiũ poſſeſſorẽ, ſed etiã cõtra fideiuſſorem,vel correũ principaliter obligatũ ad dotẽ:mulier q̃ liberauit aliqua bona agẽdo nõ repellat̃ exceptiõe cedendarũ firmãdo ꝙ iſtud ſit ſpeciale in dote ſicut infinita alia & hoc ꝑ tex.in,d.l.iubemus.in quo ſimpliciter diſponit̃ ꝙ mulieres poſsint renunciare iuribus hypothecarum ſibi competentiũ.& ꝙ talis renũtiatio ipſis mulieribus non habeat nocere in alijs bonis,in quibns non renũtiauerũt,neq; reſpectu aliorum contractuum,neq; reſpectu aliarum perſonarum: ſi enim

dicere

diceremus mulieres quæ renuntiaue-
runt in aliquib⁹ bonis repelli exceptio-
ne cedendarum per correum, vel alium
obligatū ad dotem: diſpoſitio.d.l.iube-
mus.eſſet fruſtratoriè & ludibrio poſi-
ta & contra reg.cū quid vna via.de reg.
iur.lib.vj.¶ Ne ergo eluſoria diſpoſitio
reſultet dicendū videtur ꝙ indiſtinctè
mulieribus non obſtet excep.cedenda-
rum propter liberationé, vel renuntia-
tionem per eas factam in certis bonis,
ſiue dictæ mulieres agant cōtra tertios
poſſeſſores, ſiue etiam contra correos
obligatos, vt latè per Soci.in.d.conſil.
cuius deciſio mihi placet, per.d.l.iube-
mus.ponderatā vt ſuprà.¶ Quartò, du-
bitatur an iſte tertius poſſeſſor, q vult
offerre creditori pro re poſſeſſa poſsit
impetrare ceſsionem ab ipſo creditore
taliter vt poſsit ea vti cōtra ipſum cre-
ditorem cedentem & in eius præiudi-
cium? & iſtā.q.latè examinauit Decius
in.d.cōſi.ciiij.& cōcludit ibi per multa
fundaméta ꝙ poſſeſſor qui impetrauit
ceſsioné à creditore, poſsit ea vti cōtra
cedenté: & licet cōſiliū ſit admodū ele-
gans. Tamen ego neſciui vnquā perci-
pere quomodo caſus poſsit adaptari in
tertio poſſeſſore ſimplici, put loqui vi-
32 detur ipſe Decius.† quia quando cre-
ditor agit hypothecaria contra tertium
ſimplicé poſſeſſoré ex duobus creditis,
quorū vnum eſt anterius altero: poſſeſ-
ſor nō poteſt offerre vnum ſine altero:
ſed tenetur offerre vtrūq;: quia in ter-
tio poſſeſſore ſimplici non cadit cōſide-
ratio magis ſolutionis prioris crediti
quā poſterioris prout cadit in ſecundo
creditore offeréte: qui nō tenetur offer-
re niſi creditum ꝙ eſt anterius ſuo: vt.l.
quærebatur.ff.qui po.in pig.hab.¶ Nā
poſſeſſor ſimplex qui nō habet aliquod
ius in dictis bonis nō prætendit inter-
eſſe ratione ſui crediti poſterioris prout
prætendit ſecundus creditor: & ideo ſi
vult liberare ré à creditore agente de-
bet ſoluere vel offerre tam primū quā
ſecundū creditum vt probatur in.l.cre-
ditor qui prior.§.j.ff.qui po.in pi.hab.
vbi eſt text.ꝙ poſſeſſor tenetur ſoluere
litis æſtimationé ſi vult liberare ré tam
primo quā ſecūdo creditori: ergo idem
eſſe debet in vno creditore habéte duo
vel plura credita cum hypotheca cùm
ſit eadem ratio: & idem eſt in debitore
quia ſi debitor velit ſoluere vnum debi
tum cùm habeat plura debita ex diuer-
ſis cauſis: creditor cogitur recipere re-
ſeruato iure alterius crediti & pro alio
non ſoluto poteſt retinere pignus cre-
ditor: vt eſt tex.in.l.fi.ff.quib.mo.pign.
vel hyp.ſol.& habetur etiam in.l.vni.C.
ob chyrogra.pecu.in gloſſ.fina.vbi poſ-
ſeſſor cogitur ſoluere omne debitum:
& ibi ſequitur Salyce.in.viij.qō.& ita
tenédum puto in ſimplici poſſeſſore &
in debitore: licet in ſecundo creditore
ſit diuerſa ratio per.d.l.quærebat.quā-
uis Decius in.d.conſil.ciiij.in fine vi-
deatur in ſimplici poſſeſſore etiam di-
cere ꝙ non teneatur ſoluere, vel offer-
re.niſi debitum anterius: ſed nihil alle-
gat & in ſimplici poſſeſſore (prout ipſe
loquitur) nō credo eum bene loquutū.
¶ Et ideo iſto caſu non poteſt poſſeſ-
ſor vigore iuris ſibi ceſsi à creditore
agere in præiudiciū alterius iuris hypo
thecarij competentis ipſi creditori: niſi
fortè daretur caſus, ꝙ poſt ceſsioné fa-
ctam poſſeſſori: poſſeſsio illa deueniſſet
ad creditoré: & in ea ab aliquo alio cre-
ditore acquiſiuiſſet ius alterius hypo-
thecæ ꝙ tamé neſcio videre quomodo
poſsit bene adaptari deductis in dicto
cōſi.vel niſi fortè Deci⁹ loquut⁹ fuerit
in poſſeſſore & creditore inſimul ha-
bente



béte ius poſterius: nam tunc eſſemus in
terminis.d.l.quærebatur. Ideò bene ad
uerte ne erres: quia ſimplex poſſeſſor te
netur ſoluere vtrūq; creditū: & nō ante
rius tantùm vt vult Decius. ¶ Et an &
quando ceſsionarius in alijs caſibus poſ
ſit vti iure ceſſo contra cedétem vide la
tè Soci.in conſi.ccvj.in præſenti conſul
tatione ſecundo.vol. vbi in hac materia
ponit ſeptem caſus & aliqua etiam ha-
33 bentur per Deciū in.d.cōſ.ciiij.¶ † Ter
tiò principaliter ius offerendi competit
fideiuſſori debitoris: qui offerendo, vel
ſoluédo creditori poteſt obtinere ab eo
dem ceſsionem iuris perſonalis & hypo
thecarij: vt eſt text.in.l.ij.C.de fideiuſ.
& ibi per doct. Et pro intelligétia iſtius
materiæ, quæ eſt aliquantulū difficilis.
¶ Amplia primò quòd.d.l.ij.procedit ſi
ue fideiuſſor conueniatur à creditore, ſi
ue ipſe agat contra creditorem: nam ſi
ſoluat vel offerat vtroq; caſu creditor
tenetur cedere iura contra debitorem,
vel confideiuſſores & pignora: ita tenet
Bar.poſt Vber.de bobio & Dyn.in.l.fi-
deiuſſoribus.ff.de fideiuſ.referens ta-
men ſe ad no.per Cyn.in.d.l.ij. Idem te
net Sal.in.d.l.ij.in penult.q. poſt Dyn.
& reſpondet ad argumenta contraria,
& bene.¶ Secundo, amplia & declara.d.
l.ij.quod dictus fideiuſſor non ſolum te
netur ſoluere, vel offerre debitum pro
quo ipſe fideiuſſit: ſed etiam debitum
anterius, videlicet quod creditor cum
hypotheca eiuſdem pignoris acquiſiuit
ante creditū pro quo fideiuſſor poſtea
interceſsit. Alias enim niſi fideiuſſor
ſoluat vel offerat vtrumque dictum de-
bitum creditor non tenetur cedere: ſed
poteſt retinere pignus, donec ſibi vtrū-
que ſoluatur. Ita declarant & intelli-
gunt.d.l.ij.ibi gloſſ. Ia.de are.Cy.& Al
beric.& Specula.in tit.de obligat.& ſo-
lu.in.§.j.col.fi.dum dicit ꝙ.d.l.ij.loquū
tur quando pignora accepta fuerunt té
pore fideiuſsionis & ante.
¶ Tertio, amplia quod dicta.l.ſecunda
procedat etiam ſi creditor primo acce-
pit fideiuſſorem pro ſuo credito, & poſt
ea ex interuallo pro eodem credito ac-
cepit pignus. Nam etiam iſto caſu ſi fi-
deiuſſor ſoluat vel offerat creditori ſuū
creditum: creditor tenetur cedere dicto
fideiuſſori etiā iura pignoris poſtea ac-
cepti: ita vult Salyc.in.d.l.ij.in verſicul.
quæro ſucceſsiue, & ita intelligit ipſe
ſecundam opinio.gloſſ.in.d.l.ij.in verſi
cul.obligatas. Nam licet iſto caſu fide-
iuſſor non interceſſerit, habito reſpectu
ad pignus quod nondum creditor acce
perat, ſed poſtea accepit: tamen ſatis eſt
quod illud pignus inueniatur obligatū
pro dicta cauſa, pro qua interceſsit fi-
deiuſſor: & ideo creditor iſto caſu tene
tur cedere etiam ius dicti pignoris &
hypothecæ: & iſte caſus meo iudic. eſt
clarus.
34 ¶ † Limitatur autem. d.l.ij. duobus
modis: & primo: vt non procedat quan
do poſt primū creditum & pignus & fi
deiuſsionem præſtitā idé creditor ex in
teruallo contraxit aliud creditū cū ip-
ſo debitore: & pro eo idem pignus acce
pit: quia iſto caſu ſufficit⁹ quod fideiuſ-
ſor agens, ſeu cōuentus offerat primum
creditum pro quo ipſe fideiuſſit ad im-
petrādum ceſsionem: nec tenetur offer
re ſecūdum creditum: nec poteſt credi-
tor iſto caſu vigore ſecundi crediti reti
nere pignus: ita vult gl.in.d.l.ij.in.d.
ver.obligatus in prima opinione: licet
in ſecūda teneat cōtrariū: ſed ex quo in
ij.loquitur per ver.alij prima cenſetur
opi.glo.& nō ſecunda iuxta gl.rubri.ff.
ſi cer.peta.& in.l.certi cōditio.in prin.
co.ti.& no.Iaſ.in.l.ſi idem.§.fi.in.iij.li
mi.

Biblioteca Universitaria GRANADA

mi.ff.de iuriſ.om.iu.& ita refert Cy.di
ctã gl.tenere hanc opioné in.d.l.ij.qui
etiam dicit ita tenere ibi Iaco.de areti.
¶Saly.autem ibi tenet contrarium,di-
cens quòd creditor tenetur ſolum ce-
dere iura pignoris quæ fideiuſſor ſolué
do vel offerendo diſſoluit,nõ aũt alia:
& quòd ſi creditor poſsidet pignus,nõ
tenetur tradere illud fideiuſſori, ne eũ
conſtituat potiorem alia ſua obligatio-
ne.¶Sed aduerte,quod Saly.duo vult.
¶Primum eſt quod creditor teneatur
ſolũ cedere fideiuſſori ius pignoris pro
quo ipſe fideiuſſor ſoluitvel offert:& in
hoc rectè loquitur Saly.qa hoc expreſ-
sè vult.d.l.ij.ex hoc tamen cõſequetur
fideiuſſor:quia ſi dictũ ius ſibi ceſſum
erit anterius alia hypotheca creditoris,
vel etiam aliorum creditorum : ipſe cũ
eo poterit obtinere contra quoſcunq;.
¶Secundum autem quod vult Saly.eſt
quòd creditor non teneatur cedere fi-
deiuſſori ius pignoris accepti pro cre-
dito pro quo fideiuſſor interceſsit & ꝓ
quo ſoluit,vel obtulit ipſe fideiuſſor:ni
ſi etiã fideiuſſor ſoluat vel offerat aliud
poſterius creditum contractum cũ ea-
dem hypotheca poſt dictam fideiuſsio
nem:ſed in hoc malè loquitur Salyc.&
(vt dixi.ſ.)glo.Iac.de are.& Cy.tenét
contrarium in.d.l.ij.¶Et iſta opi.pro-
bari poteſt ratione: quia fideiuſſor tem
pore quo fideiuſsit habuit reſpectũ ad
omnia bona debitoris hypothecata ipſi
creditori,& etiam ad alia ꝓ ſua indéni
tate:vt declarat Bart.in.l.ſi ſtipulatus.
§.ſi ex duobus.ff.de fideiuſ.& habetur
per Bart.Bald.Saly.& alios in.l.iube-
mus.C.ad velleia.¶Vnde non eſt frau-
dandus hac ſua ſpe vt cogatur redime-
re bona pro quibus ſe obligauit ab alijs
obligationibus poſtea contractis : quæ
ratio ceſſat in creditis contractis ante
fideiuſsionem præſtitam:quia tempore
fideiuſsionis inuenit bona affecta ex di
cta obligatione antecedenti & ſic mani
feſta eſt ratio diuerſitatis inter creditũ
& pignus antecedens fideiuſsionem &
creditum & pignus ſubſequens. ¶Et
iſtam opi.ſequitur etiam Decius in.d.
conſi.ciiij.licet nõ ita declaret:ſed ſim-
pliciter dicit ꝙ.d.l.ij.quæ vult ꝙ credi
tor poſsit retinere pignora ꝓ alia obli-
gatione & credito procedit quando illa
alia hypotheca erat anterior fideiuſsio
ne:ſecus autem ſi erat poſterior. hanc
eandem opi.tenet Soci.in.d.cõſi.ccvj.
in.vj.&.vij.caſu:licet loquatur aliquã-
tulum obſcure:& ita tenendum eſt.
¶Secũdò,limitatur.d.l.ij.vt nõ habeat
locum pro debito chyrographario ante
cedenti obligationé fideiuſſoriã: qa ꝓ
illo creditor non põt retinere pignora
contra fideiuſſorem ſoluentem,vel offe
renté debitũ ꝓ quo fideiuſsit:ita tenet
gl.in.d.l.ij.& ibi ſequũtur Bal.& Saly.
¶Licet reſpectu debitoris principalis
ſoluétis vel offerétis aliud ſit:qa.ſ.con-
tra eum creditor põt retinere pignora
etiã ꝓ credito chyrographario p.l.vni.
C.etiam ob chyrogra.pecu.& ratio eſt
ſecũdũ Saly.ibi:quia.d.l.vni.tãquã ſpe
cialis loquens de debitore nõ eſt exten
denda ad extraneã pſonam prout eſt fi
35 deiuſſor.¶† Adde inſuper in hac mate-
ria fideiuſſoris:ꝙ ſi vnꝰ ex duobus reis,
vel fideiuſſoribus offert,vel ſoluit cre-
ditori ꝙ ei creditor inuitus teneť cede-
re iura & actiones tam perſonales quã
hypothecarias contra confideiuſſores
vel correum & principalem debitorem
vt per Bart.Bal.Saly.& alios in.d.l.ij.
C.de fideiuſ.& in.l.fideiuſſoribus.ff.e.
ti.&.l.j.& ibi no.C.de duo.reis.& no.
Soci.in conſi.cc.quoniam.ij.volumi.in
princip.in verſi.& certe.j.facie. Et iſta
ceſsio



ceſsio eſt neceſſaria:quia niſi fideiuſſor
qui ſoluit creditori impetret ab eo ceſ-
ſionem non haberet actionem contra
alium confideiuſſorem:vt eſt text.in.l.
cùm alter.C.de fideiuſ.& ibi not.gloſſ.
Bar.& Saly.& hoc procedit tã in credi-
tore priuilegiato prout eſt fiſcus quam
in priuato.vt ibi eſt text.licet ſecus ſit
in duobus contutoribus : quia ſi vnus
ex eis ſoluit integrum debitum pupil-
lo habet vtilem actionem contra alium
cõtutoré ꝓ ſua rata abſq; alia ceſsione
impetranda à pupillo.vt.l.j.§.nũc tra-
ctemus.ff.de tute.& ra.diſtra.& no.gl.
& doc.in.d.l.cùm alter.& ibi aſsignať
ratio differentiæ inter duos cõfideiuſ-
ſores & duos contutores:& de materia
latè habetur per gl.Bart.Bald.Salyce.
Alexan.Iaſ.& alios in.l.j.C.de tranſac.
36 ¶† Sed dubitatur quid ſi creditor qui
teneť cedere fideiuſſori:an ſi ex aliqua
cauſa cedere nõ poſsit obſtet creditori
excep.cedẽdarum? & in hoc complecté
do totam materiam pone regulã & fal-
létias: regula eſt ergo,ꝙ ſi creditor nõ
poteſt cedere repellitur exceptione ce-
dendarũ vt.l.Stichũ.§.ſi creditor el.ij.
ff.de ſol.&.l.ſi pupillus alterũ.ff.de ad-
mi.tuto.& vtrobiq; per Bart. ¶Fallit
modò dicta regula. Et primo quando
talis ceſsio fieri non poſſet ex natura
obligationis:puta qa fideiuſſor qué cre
ditor liberauit,vel cũ quo trãſegit erat
tutꝰ exceptiõe:fortè qa erat mulier quę
habet beneficiũ velleiani : vt.l.quãuis.
§.mulier.&.§.Marcellus.ff.ad velleia.
tunc enim liberatio, vel trãſactio facta
cum illo fideiuſſore nõ præiudicat alte
ri confideiuſſori:quia etiam ſi nõ fuiſ-
ſet liberatus & creditor ceſsiſſet ius cõ
tra eum:talis ceſsio nõ profuiſſet:quia
fuiſſet ceſſa actio inanis, imò liberatio
potius profuit:quia alter fideiuſſor in
tanto minus tenebitur inquanto credi-
tor liberando eum ab eo fuit cõſequu-
tus:iſto ergo caſu nõ obſtabit creditori
exceptio cedendarũ quamuis facto ſuo
cedere nõ poſsit arg.l.ſi procuratorem.
§.ſi liber homo.ff.manda.¶ Secundò,
fallit regula quando ceſsio fieri nõ põt
facto ipſius debitoris: puta quia debi-
tor dederat duos fideiuſſores:& ipſe de
bitor ſoluit creditori partem pacto ini-
to quod p dictam ſolutionem eſſet libe
ratus vnus tantum ex fideiuſſoribus:
tunc enim ſi creditor agat cõtra alium
fideiuſſorem nõ liberatum: licet ille pe
tat ſibi cedi contra alium fideiuſſorem
liberatum:nõ repelletur creditor exce
ptione cedendarum,quãuis cõtra eum
cedere nõ poſsit:qa fuit liberatus:nam
iſtud impedimentum in nõ valendo ce
dere cauſatum fuit ex facto debitoris:
nõ autem creditoris tex.eſt & ibi gl.&
Bart.in.l.his.§.ſi duos.ff.de ſolu.
¶Tertiò,fallit quando vnus ex fideiuſ-
ſoribus fuiſſet liberatus p creditorem
de conſenſu alterius fideiuſſoris. Nam
licet tunc fieri non poſsit ceſsio cõtra li
beratum ex cauſa liberationis factæ p
creditoré:tñ ex quo alius fideiuſſor cõ
ſenſit nõ obſtabit exceptio cedendarũ
quia nõ tam factum creditoris quã con
ſenſus fideiuſſoris ei obeſt: ita tenet gl.
magna.in.l.ij.C.de fideiuſ.& in.l.niſi
ff.de pac.¶Quartò,fallit quando fide-
iuſſor qui petit ceſsionem renuntiaſſet
beneficio cedendarum: quia tũc etiam
ꝙ alius fideiuſſor eſſet liberatus p cre-
ditorem ſine conſenſu alterius fideiuſ-
ſoris non obſtaret ei exceptio cedenda-
rũ:quia ſtãte renuntiatione potuit crè-
ditor ſecurè liberare fideiuſſorem:cum
talis renuntiatio valeat.l.ſi quis in con-
ſcribendo.C.de pac.ita tenet gl.in.d.l.
niſi:in fi.& ibi per doc.¶Quintò,fallit

qñ duo fideiuſſores fideiuſſerunt diuer
ſis tẽporibus,vnus.ſ.primo,& alius ſe-
cundo. Nam ſi creditor liberet illũ qui
interceſsit ſecũdo loco:& agat cõtra il-
lũ ꝗ interceſsit primo loco:nõ obſtabit
exceptio cedẽdarũ:qa primus fideiuſ-
ſor nõ interceſsit cõtemplatione ſecun
di:& ideo nõ poteſt petere vt ſibi ceda
tur cõtra illum:ita tenet Marti.gloſſa-
tor quem ſequuntur Azo.Iac.de areti.
Bar.& alij in.l.ſi ſtipulatus.§.fi.ff.de fi
deiuſ.¶Quod tamen intellige & decla
ra,niſi à principio quando primus fide
iuſſor ſe obligauit,conuentũ fuerit ꝙ
ſecundus fideiuſſor daretur:qa tunc ra
tione cõuentionis viderentur dati inſi
mul,& obſtaret exceptio cedendarũ ſi-
cut quãdo vere dantur inſimul ita de-
clarat Bar.in.d.§.fi.per tex.in.l.Mode
ſtinus.ff.de ſolu.Sed quando econuer-
ſo creditor liberaſſet primum fideiuſſo
rem , & ageret cõtra ſecundũ bene ob-
ſtaret exceptio cedendarum:quia ſecũ-
dus cenſetur ſe obligaſſe cõtemplatio-
ne primi:ita colligit ex notabili diſtin-
ctione Bart.in.d.l.ſi ſtipulatus.§.fi. &
quaſi eandem diſtinctionem ponit etiã
Saly.in dicta.l.ij.C.de fideiuſſo.
37 ¶†Et prædicta procedunt quando cre
ditor liberauit vnum ex fideiuſſoribus,
& dubitatur,an ei obſtet excep.cedẽda
rum eſt enim reſpondendum iuxta re-
gulã & fallẽtias ſuprà ſcriptas:ſed ſi cre
ditor liberaſſet pignora aut hypothe-
cas acceptas à debitore : & poſtea agat
cõtra fideiuſſores offerentes,ſeu ſoluen
tes & petẽtes cedi:tũc indiſtinctè credi
tori obſtabit exceptio cedendarũ:qa fi-
deiuſſores ſemper vidẽtur intercedere
cõtemplatione bonorum debitoris tã
præſentium quam futurorum iuxta.l.
fi.C.quæ res pi.obli.poſ.nimirum ergo
ſi obſtat exceptio cedẽdarum,ita tenet
Bart.in dicta.l.ſi ſtipulatus.§.fi.
38 ¶†Quartò,principaliter ius offeren-
di competit ratiõe dominij,quod quis
habet in re,& ſic etiam quod non poſsi
deat,nec ſit creditor hypothecari⁹.Nã
ratione dominij poteſt luere rẽ obliga-
tam alteri creditori & illam liberare:vt
eſt tex.no.in.l.ſi res obligata.ff.de leg.
j.& ibi no.Bar.Pau.de ca.& Iaſ.& talis
dñs & legatarius ſoluens vel offerens
creditori ꝓ liberatiõe rei ſuæ ſibi lega-
tę poteſt ab eo impetrare ceſsionem cõ-
tra hæredem qui tenetur ad liberandũ
dictam rem vt ibi eſt tex.¶Et hanc ceſ-
ſionem petere poteſt quatuor tempori-
bus.¶Primò ante ſententiam latam in
hypothecaria ad inſtantiam creditoris
contra ipſum dominum poſſeſſorem,&
hoc eſt indubitatum. ¶Secundò poſt
ſentẽtiam latam in hypothecaria , ante
tamen reſtitutionem rei hypothecatæ.
¶Tertiò poſt ſentẽtiam & reſtitutionẽ
rei:& ſic poſtquã deſijt poſsidere:ꝙ eſt
bene notãdum:qa aliàs ceſsio peti non
põt:niſi per ſecũdum creditorem hypo
thecariũ & poſſeſſorem:vt dictũ eſt ſu-
prà:& tñ hic petitur ceſsio ex cã ſolius
dominij ita declarat Pau.de ca.ibi poſt
Bart. ¶Quartò,etiam tempore poteſt
peti ceſsio in terminis.d.l.ſi res obliga-
ta poſt ſententiam & reſtitutionem rei
hypothecatę,& etiam ſolutionem debi
tæ quantitatis factam creditori : & hoc
eſt ſpeciale in legatario rei obligatę in
terminis.d.l.ſi res obligata.ea ratione:
qa legatarius nõ ſoluit animo liberan-
di hæredem à debito principali:ſed ſo-
lum animo luendi rem legatam : cũ er-
go adhuc poſt ſolutionẽ ſuperſit actio
contra hæredem illa poteſt cedi ꝑ cre-
ditorem ipſi legatario ita tenet gloſ.in
d.l.ſi res obligata.& cum ea tranſeunt
ibi doc.& plenè declarat ibi.Iaſ.in vlti.
col.



39 col.in ver.modo ex tota &c.¶†Quin
tò principaliter ius offerẽdi cõpetit pe-
nitus extraneo & nullum ius habenti
in re : quilibet enim poteſt ſoluere etiã
pro debitore inuito & ipſum liberare
vt.l.ſoluendo.ff.de neg.ge.&.l.ſolutio
nem.ff.de ſol.& etiam talis ſolutio po-
teſt fieri creditori inuito ita ꝙ per ſolã
oblationẽ factam ab extraneo ipſi cre-
ditori impeditur creditor agere contra
debitorem:& ſic ſi debitor cõuẽtus põt
probare de oblatiõe facta creditori ab
extraneo:põt ipſum repellere.ita tenẽt
Ang.Fulg.& Pau.de ca.in.l.tale pactũ.
§.poſt diuiſionem.per illum text.ff.de
pac.& dicit Pau.de ca.ꝙ iſtud eſt ꝑpe-
tuo tenendum menti & ꝙ iſtud melius
probatur in.d.§ poſt diuiſionem quã
alibi,& ita refert & ſequitur ibi Iaſ.
40 ¶†Eſt bene verum ꝙ licet credito re
cuſauerit recipere pecuniam oblatã:nõ
propterea impeditur iterum petere ſuũ
creditum:quia quando vnũ eſt in obli-
gatiõe:etiam quod creditor ſit ſemel in
mora illud recipiendi ꝓpter hoc non
extinguitur obligatio niſi res eſſet amiſ
ſa vt habetur ꝑ Bart.& alios in.l.fi.C.
de cõdi.inſer.cum cõcor.de quibus ibi
Alex.& alios & eſt caſus in.l.ſed ſi po-
ſtea.ff.de arbi.& no.Roma.in ſuis ſin-
gularibus char.xxj.inci.tu ſai.¶Vbi ta
men hoc limitat in creditore reipubli-
cæ.nã ſi ille recuſat recipere debitũ ſibi
oblatum per rem publicam illud amit-
tit. allegat.l.nulli. &.l.fortiſsimi.C. de
eroga.mili.anno.lib.xij.¶Concluditur
ergo ꝙ ſolutio facta ab extraneo credi-
tori liberationem debitoris & rei hypo
41 thecatę inducit.¶†Quod tñ reſtringi
tur,qñ oblatio vel ſolutio fieret ab ex-
traneo feudatario, vel emphyteuta. Nã
talis oblatio,vel ſolutio nõ prodeſt ſine
mãdato:quia vltra ſolutionẽ vel obla-
tionẽ canonis:requiritur etiã recogni-
tio directi dominij facta ab emphytheu
ta,vel feudatario:ita tenet Bal.poſt Pe.
de ſuza.in.l.acceptam.in fi.C.de vſur.
42 ¶†Sed dubitatur,an iſto caſu quando
ſ.extraneus ſoluit vel offert creditori:
poſsit ab eo impetrare ceſsionẽ iurium
cõtra debitorẽ,videlicet actionẽ tã ꝑſo
nalem quàm hypothecariam:& regula
riter dicendum eſt ꝙ iſto caſu creditor
inuitus cogi nõ poſsit ad cedendum di
cta iura dicto extraneo ſoluenti vel of-
ferẽti vt eſt tex.in.l.nulla.C.de ſolu.&
ibi per Bald.& no.Pau.de caſt.in.d.l.ſi
res obligata.ff.de lega.j.¶Et hoc ꝓce-
dit etiam quòd ſoluens,vel offerens eſ-
ſet creditor illius debitoris pro quo of-
ferr,ſine tamen hypotheca quia etiam
iſto caſu non poſſet cõpellere creditorẽ
inuitum ad cedendũ ita ſentit Cy.in.l.
vni.C.etiã ob chirogra.pecu.& ibi Sa-
ly.in vlti.q.per.d.l.nulla.& alia ibi al-
legata per eum:& ſic ille extraneus qui
ſoluit,vel offert liberat pignus ſibi non
proficit:ſed bene ꝓficit ſecundo vel po
ſteriori creditori qui ꝓpter liberationẽ
pignoris factam per ſolutionem factam
ab extraneo incipit eſſe primus in di-
cta hypotheca:vt.l.ij.in fin.ff.de pigno.
actio.& ita firmat Paul.de caſt.in.d.l.
ſi res obligata.& bene.¶Limitantur ta
men prædicta , niſi ille extraneus ſol-
uendo primo creditori emerit ab eo
ſuum nomen vel pignus : tunc enim
taliter ſoluendo ſuccederet in ius di-
cti primi creditoris à quo emit iuxta
nota.in lege.j.C.ſi anti.credi.pign.ven
di . & not. Bartol.in.l.Ariſtote.in fin.
ij.q.ff.quæ res pig.obli.poſ.& etiam ha
bet actionem ex empto cõtra dictũ pri-
mum creditorem à quo emi,vt ſibi cẽ-
dat iura ſua,vt eſt text.glo.& Bal.in.d.
43 l.nulla.¶†Sextò,principaliter ius of-

ferẽdi competit debitori.qa .ſ. debitor
põt offerre creditori & offerendo impe
dit venditionem pignoris & morã pur-
gat iuxta no.per Bar.in.l.pe. quæ inci-
pit,creditor.ff.de diſtrac.pign.& ſi offe
rat deponat & conſignet liberatur à de
bito vt.l.obſignatione.C,de ſolu.& no.
Bar.in.d.l.pen.Sed tñ debitor offerens
vel ſoluens creditori ſuo non poteſt eũ
cogere ad cedendum,nec in ius per ta-
lem ſolutionem ſuccedit : vt per glo.&
& Barto.in.l. Ariſto.ff.quæ res pi. obli.
poſ.& per gl.in.l.j.C.de his qui in prio.
44 credi.lo.ſucced.& ibi Sal.¶† Si tamen
creditor vellet,poſſet ei cedere ius ſuũ:
& ex iſta ceſsiõe acquireret debitor ius
retẽtionis.quia.ſ.vigore iuris hypothe-
carij ſibi ceſsi à creditore poſſet dictam
rem retinere contra aliũ qui ageret vi-
gore vſucapionis vel alterius iuris non
procedentis ab ipſo debitore ſed ab alio
poſteriore tamen:ita no glo.in.l.vſuca-
pio.C.de pigno.& no.Bart.in.d.l. Ari-
ſto.in.iij.q.& clarius in.l.j.§. cum præ-
diũ.in ver.ſed quæro quale remedium
&c.ff.de pigno.& mouetur : qa licet ſit
extinctum debitum principale : tamen
ius retentionis poteſt durare vt.l.debi-
tor.ff.ad treb.& .l.ex ſextãte.§.latinus.
ff.de excep.rei iudic. & quia hypotheca
poteſt cedi ſine principali iuxta.no. per
ſe in.l.fideiuſſor obligari.in princ.ff.de
fideiuſ.& prędicta procedunt quando
debitor ſoluit vel offert creditori de ſua
45 propria pecunia.¶† Sed ſi debitor ſol-
ueret,vel offerret de pecunia aliena ; &
tunc põt dubitari,an ille de cuius pecu
nia ſoluitur vel offerẽ priori creditori:
ſuccedat in aliquod ius illius prioris
creditoris? & dicendũ eſt quod ſi dicta
pecunia fuit expreſsè mutuata debito-
ri,ad hoc vt ſolueretur priori creditori
& etiam ei fuit ſoluta : & nullum aliud
pactum interuenit & tunc ille qui mu-
tuauit ſuccedit ſolum in ius perſonalis
actionis,etiam ſi talis actio eſſet priuile
giata vt.l.ſi ventri.§.fin.ff.de priui.cre-
di.& ita tenet Salice.in.l.j.C.de his qui
in prio.credi. lo. ſucced. in tertio caſu.
¶Si autem ille qui mutuauit pecuniam
vltra id quòd expreſsè mutuauerit , ꝙ
ſoluat creditori:& ꝙ poſtea ſoluta fue-
rit.cõuenerit etiã cum debitore ꝙ ipſe
mutuans deberet ſuccedere in locũ pri
mi;& tũc vltra perſonalem actionẽ ſuc
cedet etiã in ius hypothecæ primi credi
toris:vt no.gl.in.d.l.j.& ibi Sali. & no.
Bar.in.d.l.Ariſto.in.iij.q. & vt vult gl.
ibi & ſequuntur Bar.& Sali.iſtud pactũ
de ſuccedendo in locum creditoris ſuf-
ficit eſſe factũ cũ ipſo debitore : qa hoc
pactũ fit lege ita permittẽte:& fingitur
primũ creditorem hoc velle,qñ ſibi ſol-
uitur.¶Si aũt vltra dicta tria videlicet
mutuũ expreſſe factũ pro ſoluẽdo pri-
mo creditori & pecuniã ei cũ effectu ſo
lutã & pactũ factũ de ſuccedendo in lo-
cũ primi creditoris interuenerit etiã pa
ctum ꝙ illa res eſſet hypothecata ei pro
pecunia mutuata:tũc vltra ſuceſsionem
in ius perſonalis actionis & hypothecę
primi creditoris acquiret etiã mutuãs
noua hypotheca ex perſona propria ita
no.gl.in.d.l. Ariſto.& ibi optimè decla-
rat Bart.in.d.iij.qõ.¶Et ſic iſto vltimo
caſu mutuans habebit duas hypothe-
cas vnam ex perſona primi creditoris
in cuius ius ſucceſsit vigore pacti:alte-
rã ex perſona ſua vigore cõuentionis &
hypothecæ ſibi cõceſſa à debitore ꝓ ſuo
mutuo vt declarat ibi Bart. qui etiã ibi
ponit ex quibus coniecturis probetur
ꝙ pecunia mutuata debitori ſit ſoluta
primo creditori vide ibi in ver. itẽ quæ
ro qũo hoc probabiẽ &c.¶Et ex prædi-
ctis.ſ.ꝙ ſecundus creditor qui mutua-
uit



uit ſuccedat in hypothecã primi,& etiã
ꝙ habeat ſuã hypothecã põt inſurgere
vnus effectus,videlicet ꝙ ſi fortè ex hy
potheca ſua ipſe nõ poſsit vẽdere pign°
ex pacto ita inito cum debitore:tñ illud
vẽdere poterit vigore hypothecæ primi
creditoris in quam ſucceſsit , & in qua
non fuit initum pactum de non venden
do:iſte eſt tex.in.d.l.Ariſto.& ibi decla
rat Barto.in.iij.q.ex quo infert ibi glo.
fi.& Bar.in fi.ꝙ aliquando quis conſe-
quitur per extraneum, quod per ſe ha-
bere non poteſt declarando tamen hoc
46 vt ibi per Barto. ¶† Sed dubitatur in
prædictis,an ſcilicet quando debitor of
fert vel ſoluit ſuo creditori teneatur nõ
ſolùm offerre creditum hypothecariũ:
ſed etiam chirographarium? & reſpon-
detur quòd licet ſecundus creditor &
tertius poſſeſſor non teneãtur offerre,
niſi debitum hypothecarium:tamen ip
ſe debitor tenetur offerre vel ſoluere
vtrũq;,aliàs eo non ſoluente etiam chi-
rographariũ,daretur creditori retentio
pignoris etiam pro eo:vt eſt text. in.l.j.
C. etiam ob chirogra. pecu. ¶Sit ergo
regula in illo tex.ꝙ niſi debitor ſoluat,
vel offerat creditori vtrũq; debitũ.ſ.hy
pothecariũ & chirographariũ detur cre
ditori retẽtio pignoris. Et iſtã reg. com
plectendo totã materiam amplia primo
nouẽ modis : & poſtea limita quatuor
modis. ¶Et primò , amplia ꝙ licet.d.l.
j.loquatur in debito chirographario ex
cauſa mutui:tamẽ ꝙ procedit & habet
locũ in quocũq; alio debito ex qualibet
cauſa:& de mutuo ibi exprimitur gra-
tia exẽpli.arg.l.quæ dubitationis.ff. de
reg.iur.ita tenet ibi gloſ.in ver.mutuã:
& ſequitur Sali.in.j.q.¶Secundò , am-
plia ꝙ licet ille text. loquatur in pecu-
nia chirographaria mutuata : tñ idem
eſt in pecunia debita etiã ex alia cauſa
ita tenet ibi glo.in.d.ver.mutuam.& ſe
quitur ibi Salice.in.ij.q. ¶Tertiò , am-
plia ꝙ licet ille tex.loquatur in pecunia
tamen habet locũ etiam in quacũq; alia
re:qa appellatione pecunię veniunt oẽs
aliæ res.l.pecuniæ nomen.& .l. pecuniæ
verbũ.& .l.iiij.ff.de ver.ſigni.& ita etiã
tenet gl.in.d.ver.mutuam.& ita tranſ-
eunt ibi Cy.& Bart. ¶Sed ibidem Sali.
in.iij.q.tenet contrarium quia appella-
tione pecuniæ ſpecies impropriè conti-
netur,& ſic lato ſumpto vocabulo:vt.l.
ij.in fi.C.de conſti.pecu.& dicta lex vni
ca aliquid ſpecialitatis inducit contra
ius commune ideo non videtur exten-
denda ad impropria.l. ius ſingulare.&
l.quod verò contra.ff. de legi. & preci-
puè ne duæ ſpecialitates,vel impropri-
tates inducãtur vt.l.j.C.de do.promiſ.
47 ¶† Tamen per hoc non puto receden
dum ab opinione glo.Cy.& Bart. quia
etiam in correctorijs quando militat ea
dem ratio fit extentio de ſtricta ſignifi-
catione ad latam.glo.in cle.j. in ver.eli
gatur de electio.& gloſ.in aut.vt hi qui
obli.in prin.ver. ad curationem quã ibi
no. Aug.¶Præterea tex.in.d.l. vni.non
corrigit ius commune,ſed limitat & ſic
non ſumus in correctorijs,ſed in exhor
bitantibus in quibus licita eſt extenſio
ex ſola idẽtitate rationis:tex.in.c. dile-
cta.§.nos igitur.& ibi Ab. de cõfir. vti.
vel inuti.& idẽ Ab.in.c.ad audiẽtiã. pri
mò nõ de cleri.nõ reſi.& no.Bar. in.l.ſi
cõſtante.in princ.in.ix.q. primæ partis
principalis.ff.ſol.mat.& habeẽ in .l.ſi vi
ro.§.de viro.e.tit.vnde cũ in alijs rebus
militet eadẽ ratio quæ militat in pecu-
nia & non põt reddi ratio diuerſitatis:
ideo ille tex.habet etiam locum in alijs
rebus:& ꝑ prædicta reprehẽdi etiam
ſolet idem Sal.in ſimilibus terminis.in
l.ſingularia.ff.ſi cert.peta. vbi Barto.&

 alij

alij volunt ꝙ diſpoſitio.l.certi cõdictio.
§.ſi nummos.eo.tit.quòd.ſ. ex pecunia
mea numerata alteri nomine meo mihi
abſenti & ignoranti quæratur actio, ha-
beat etiam locum in alijs rebus mutabi
libus, & in hoc etiã ibi Sali.tenet cõtra-
rium ꝙ.ſ.habeat locum in ſola pecunia,
& mouetur quaſi eiſdem fundamentis
quibus mouetur in.d.l.vni.& tamen in
hoc etiam reprehenditur per Iaſ. in.d.
l.certi condictio.§. ſi nummos.in verſi.
nunquid autẽ gloſ. per fundamenta de
quibus ibi.¶Quartò amplia ꝙ licet ille
tex.in.d.l.vni.loquatur in credito chi-
rographario:tamen habet locum etiam
in alio debito ſine chirographo pro quo
nõ eſt data hypotheca:quia etiam pro il
lo datur retentio creditori habenti hy-
pothecã pro alio credito : ita tenet glo.
in rubri.C.ob chi.pecu.& in.d.l. vni.in
verb.ſimpliciter.& ibi Salice.in.iiij.qõ.
¶Quintò amplia vt.d. regula procedat
etiam ſi debitor vendidiſſet pignus alte
ri ſine cõſenſu creditoris : qa ſi emptor
agat contra creditorẽ poſsidentem di-
ctum pignus:tenetur offerre vtrum de
bitum, aliàs repellitur à creditore:quia
exceptio quæ obſtat debitori, obſtare
etiã debet eius emptori & ſingulari ſuc
ceſſori iuxta no.per Bart.in.l.ſi tertius.
§.ſi quis prius.ff. de aqua plu. arcen.&
iſtam opi.tenet glo.in.d.vnica.in glo.ſi.
¶Sali.aũt ibi in.vj.q.dicit ꝙ Iac.de are.
vt refert ibi Cy. tenebat contrarium, eo
quia dicta exceptio quæ datur credito-
ri ad retinendum rem pignoratam pro
alio credito non hypothecario videtur
eſſe in perſonam & nõ in rem qa datur
ex eo ꝙ debitor agens eſt debitor etiam
alterius pecuniæ, cuius non eſt debitor
emptor, & ideo non videt̃ ꝙ talis exce-
ptio detur contra emptorẽ per.l. exce-
ptiones quæ perſonæ.ff.de excep.¶Ta-
men idem Sali. ſubdit ꝙ ſibi videtur ꝙ
d.l.vni.in.ij.&.iij.rñ.probet cõtrarium
& ita puto tenendum:quia retẽtio quæ
cõpetit creditori in terminis.d.l.vni.eſt
cohærens rei, & ideo tranſit contra ſin-
gularem ſucceſſorẽ: vt eſt tex.& ibi no.
Sal.in.l.iij.C.ꝙ met.cauſa.& ibi Alex.
in.ij.not.& etiã quia excep. doli in qua
eſt fundata diſpoſitio.d.l.vni.vt ibi pro
pter exceptionẽ doli mali:ex parte eam
opponentis eſt in rem vt eſt tex. in.l.ij.
§.j.ver.planè.ff.de excep.dol.ſed quan-
do ipſe emptor poſsideret & cõuenire-
tur ab ipſo creditore, nõ cogeretur ipſe
emptor offerre niſi creditum hypothe-
cariũ: vt quilibet alius extraneus poſſeſ
48 ſor ita tenet Sali.in.d.vj.q. ¶† Sextò,
amplia, vt dicta regula procedat̃ etiam
in pignore prætorio, vel iudiciali : quia
etiam illud poterit retineri pro alio cre
dito chirographario, ſicut poteſt retine
ri pignus cõuentionale: ita tenet glo.ſi.
in.d.l.vni.& ſequitur Sali.in.ix.q.¶Et
nõ obſtant quædã quę in contrarium al
legãtur ibi per Sal.quia (vt dixi ſuprà)
iſta retentio quæ competit creditori eſt
fundata in exceptione doli quæ datur
creditori contra debitorem repetẽtem
pignus & nolentem ſoluere aliud debi-
tum chirographarium:ſed non minori
dolo notatur debitor repetens pignus
prætorium, vel iudiciale, & nolens ſol-
uere debitum chirographarium quam
repetens pignus conuentionale:& ideo
diſpoſitio.d.l.vni militare etiam debet
in pignore prætorio vel iudiciali. ¶Se-
ptimò, amplia ꝙ dicta regula militat nõ
ſolum in pignore tradito creditori, ſed
etiam in ſimplici hypotheca non tradi-
ta:quia.ſ.creditor poterit ꝑ hypotheca
riã auocare rẽ à debitore, & poſtea illã
retinere pro alio credito chirographa-
rio, ita tenet gl.ſi.in ſi. in.d.l.vni. & ſe-





quitur ibi Sali.in.xiij.q. ¶Octauò, am-
plia ꝙ dicta regula procedat non ſolum
in debito puro ſed etiam in debito con
ditionali. Nam quando debitor eſſet ſu
ſpectus de dilapidatione, tũc etiam pro
debito chirographario cõditionali dare
tur retentio creditori, ita tenet Sali.in
d.l.vni.in.xiiij.q.poſt Iac. de are.Cy. &
Iac.de raue.ibi arg.l.quæſitum.in prin.
49 ff.de pign. ¶† Nonò & vltimò amplia
vt dicta regula procedat etiam quando
creditor haberet ꝓ vno credito pignus
valde idoneũ & pro alio credito pignus
minus idoneũ:nam poterit retinere pi-
gnus magis idoneũ pro vtroq; credito:
ita tenet Sal.ĩ.d.l.vni.ĩ.xvj.q. poſt Iac.
de are. ¶Nec obſtat ſecundũ Sali. ꝙ re-
cipiẽdo pignus minus idoneũ videatur
per ſuam prouiſionem receſsiſſe à pro-
uiſione.l.iuxta.l.fin.C.de pac. conuen.
quia quando diſpoſitio.d.l.ſi. haberet
locum in iſto caſu: illa non procederet,
niſi in tanto in quãto ſibi prouidit:nam
per minus idoneum pignus nõ tollitur
exactio in reſiduo.l. creditor qui non
idoneum.ff.ſi cer.peta. & facit quia pi-
gnus datur ad cautelã pro faciliori exa
ctione : ideo non debet interpretari in
læſionem.l. quòd fauore.C. de legi.
¶Fallit modo dicta regula quando de-
bitor fuit condemnatus creditori non
poſsidenti pignus ad ſoluendum pecu-
niam. Nam ſi poſtea creditor agat hy-
pothecaria cõtra tertium poſſeſſorem,
vt habendo pignus poſsit illud retinere
pro alio credito chirographario:poterit
debitor comparere & offerre pecuniam
in qua fuit condemnatus : & impedire
iudicium hypothecarium:& iſto debi-
tor non tenebitur offerre aliud credi-
tum chirographarium. Ita tenet glo.in
d.l.vni.in verſ.perſequutionẽ. & ſequit̃
ibi Sali.in.j.colũ.in verſi. ſed tũc dubi-
tat glo. ¶Et ſecundum iſtam fallen.in-
tellige illud quod dixi ſuprà in.vij.am-
pliatione, videlicet vt illud procedat
quando creditor ageret hypothecaria
contra tertium poſſeſſorem ante con-
demnationem debitoris de quantitate
& oblatione vel ſolutione dictæ quan-
titatis:tunc enim bene permittitur cre-
ditori per hypothecariam auocare pi-
gnus, & illud retinere contra debito-
rem pro alio credito chirographario:ſe
cus autem eſt poſt condemnationem &
ſolutionem, vel oblationem. ¶Secun-
dò, fallit regula quando dicta duo cre-
dita.ſ.hypothecarium & chirographa-
rium non procedunt ab vna tãtum per-
ſona:ſed à diuerſis perſonis : puta quia
Sempronius erat creditor hypotheca-
rius, & Seius chirographarius:& chiro
grapharius videns non poſſe conſequi
ſuum creditum : ſoluit creditum ſuum
hypothecario, & ab eo volente impetra
uit ceſsionem (nam inuitũ cogere non
poterat.l.nulla.C.de ſolu.) ¶Nam iſto
caſu debitor non cogetur offerre huic
creditori ceſsionario : niſi ſolum credi-
tum hypothecarium ei ceſſum, non aut
chirographarium : quia dicta.l. vni.lo-
quit̃ quãdo ambæ obligationes trahũt
originẽ ex perſona vnius tantũ:nõ aũt
quãdo deſcendũt ex perſona diuerſorũ
arg.tex.in.l.ſi.ff.qui.mo.pi. vel hy. ſol.
&.l.ſi is qui Stichũ.ff.de actio.& oblig.
¶Et cũ.d.l. vni. exhorbitet à iure, ideo
non eſt extendẽda ad diuerſum caſum
diuerſam rationem habentem.l.ius ſin
gulare.&.l.quòd verò contrà.ff.de legi.
¶Item qa.d.l.vni. fundatur ſuper æqui
tate quaſi dolo faciat debitor nõ ſolue-
re vtrũq; debitũ creditori q de vtroq;
credidit & fidẽ habuit:quæ ratio ceſſat
in caſu propoſito : cùm potius in eo ſit
fraus & deceptio ex parte vtriuſq; cre-

ditoris tam cedentis quàm ceſsionarij:
qui voluerũt in plus obligare debitoré
quã eſſet de iure:& ita tenet Salyc.poſt
Cyn.in.d.l.vni.in vlti.q.¶ Tertiò, fallit
regula.d.l.vni.quãdo creditor cóceſsit
debitori pignus præcario:& modo vult
illud reuocare:& debitor offert ei pecu
niam pro qua dictũ pignus eſt hypothe
catũ:non autem aliud creditũ ꝓ quo:ſi
pignus fuiſſet apud ipſum creditoré po
tuiſſet retineri. Nam iſto caſu nõ tene-
tur offerre debitor, niſi creditum hypo
thecarium ita tenet Saly.poſt Dy.in.d.
l.vni.in.xv.q.dicétes ita de facto fuiſſe
determinatũ per.l.ſi debitor.ff.de pre-
50 cario, quæ ſatis bene probat.¶ † Quar
tò, reſtringitur.d.l.vni.ꝙ licet creditor
habeat ius retinendi pignus etiam pro
credito chirographario:tamen non ha-
bet ius illud vendendi pro dicto credi-
to chirographario:ita tenet glo.fi.in.d.
l.vni. Cynus autem ſupplet in hoc ꝙ pi
gnus vendi poterit ꝓ credito hypothe-
cario : & ſi quid reſiduum erit poterit
illud compenſari cum credito chirogra
phario:vt.l.j.&.ij.ff. de compen. & ita
etiam tenet Saly.in.d.l.vni.in.xij. qó.
51 ¶ † Inſuper in prædictis dubitatur, an
in caſibus in quibus competit ius offe-
rendi qui ſupra notati ſunt poſsit talis
oblatio fieri lata ſententia in hypotheca
ria?& in hoc Spec.in tit.de oblig.& ſo-
lu.§.j.verſi.quid ſi te mihi.tenet quòd
ſic.idé tenet Bal.poſt Ray.& Cy.quos
ipſe refert in.l. Paulus.§.fin. in lectura
antiqua.ff.qui.mo.pi. vel hy.ſol.& iſta
concluſio in ſecundo creditore & poſ-
ſeſſore probatur ex no.per Bart.in.l.ſti
pulationes non diuiduntur.in.ix.qó.in
ver.ſed iuxta p̃dicta moueor.ff.de ver.
obliga.vbi Bar.cum aliquo alij trãſeũt,
decidit quòd quando vnum eſt in obli
gatione, & aliud eſt in ſolutione ex di-
ſpoſitione legis:tunc illa facultas ſol-
uendi durat etiam poſt latam ſenten-
tiam donec fuerit talis cõdénatus con
uentus ſuper actione iudicati allegat.l.
miles.§.decem.ff.de re iudi.&.l.ité ve-
niunt.§.cũ prędiximus.ff.de peti.hæ-
re.vnde cum in propoſito in obligatio-
ne actionis hypothecariæ ſit relaxatio
rei hypothecate iuxta.l.ſi cũ venditor.
in prin.ff.de euictio.& in facultate con
uenti fit oblatio & ſolutio debiti ex di-
ſpoſitione legis concedentis iſtud ſecũ-
do creditori vt.l.ſi fundus.§.in vendi-
catione.ff.de pign.& poſſeſſori conuen
to iuxta.d.l.mulier.ff.qui po.in pi.ha-
be. ſequitur quòd talis facultas durat
etiam poſt latam ſententiam,& ita per
dictam rationem firmat in hypotheca-
ria idé Bart.in.l.ſi quis ſtipulatus fue-
rit.x.in melle.in fin. ff. de ſolu.dicens
hoc eſſe perpetuo tenédum menti.¶ In
debitore autem quod ipſe poſsit offer-
re poſt ſententiam eſt caſus & ibi not.
Bart.in.l.ſi fundus.§.ſi plures.ff.de pi-
gno.& ita per ſupradicta tenet etiã An
ge.de are.inſtitu.de acti.§.item ſi quis
in fraudem.colum.penul.in verſi.in ea
gl.in fin.¶ Et hanc opinioné tenet etiã
Iaſ.in.d.l.ſi res obligata.in vlti.colum.
in verſicu.modo ex toto &c.ff.de lega.
j.& ratio iſtius deciſionis eſt:quia obla
tio debiti facta poſt ſententiam nó im-
pugnat ipſam ſententiam, imo eam có-
probat:qa illa in effectu nihil aliud vult
niſi vt debitũ ſoluatur creditori:vt per
Bart.& Alexan.in.l.ſi fundus.§.in ven
dicatióe.ff.de pign.& not.Barto.in.l.ſi
cum venderet.in princip.ff.de euictio.
& ſimiliter petitio ceſsióis vel exceptio
cedendarum competens offerenti non
impugnat ipſam ſententiam:vt no.Iaſ.
in.d.l.ſi res obligata.in.d.verſic.modo
ex tota &c.nimirũ.ergo ſi poteſt offer-
ri poſt



ri poſt ſentẽtiam & impetrari ceſsio in
caſibus in quibus impetrari poteſt.
¶ Quinimo in terminis.d.l.ſi res obli
gata poteſt fieri oblatio & impetrari
ceſsio etiam poſt executionem factam
in hypothecaria & etiam ſolutionem:
vt ibi not.gloſſ.& plenè declarat Iaſo.
poſt alios in.d.vlti.colum.& notaui.ſ.
52 in hoc.iij.membro. num .. ¶ † Vlti-
mò in hac materia iuris offerendi dubi
tari poteſt vtrũ huic iuri offerédi pre-
ſcribatur?& iſte articulus eſt dubius.
Nam gloſſ.in.l.cum notiſsimi.§.eodem
iure.in ver. opponere. C. de præſcrip.
xxx.anno.loquens de oblatione quæ fit
à debitore creditori, ponit duas opinio.
prima eſt quod tali iuri non præſcriba-
tur quaſi ſit quædam facultas prout eſt
facultas eundi per viam publicam. Se-
cunda autem opinio quæ fuit Bulg.eſt
quòd tali iuri præſcribatur ſpatio.xxx.
annorum, ſicut præſcribitur alijs iuri-
bus & actionibus:& quia eſt in poteſta-
te debitoris facere quod oriatur actio
pignoratitia directa:offerendo vel ſol-
uendo, merito iam poſſe videtur.l.qui
poteſt facere.ff.de regu.iur.¶ Dubita-
tur modo quæ ſit verior opinio, an pri-
ma, an ſecunda? Et primam opinionem
quòd in debitore tali iuri non præſcri-
batur tenent vltramon.& Cyn.in.d.§.
eodem.videlicet quòd iuri offerendi ꝙ
competit debitori non præſcribatur, cũ
ſit quædam facultas:ſecus autem ſit in
iure offerendi quod competit ſecundo
creditori cõtra primum:quia iſtud ius
eſt fundatum in hypotheca quæ ei cõ-
petit, & ſic eſt ſequela actionis innatę:
ideo ſicut dicta actio hypothecaria tol-
litur ſpatio.xxx.annorũ, ita & ius offe-
rendi in ea fundatum.¶ Et iſtã opinio-
nem ſequitur Bar.in.l.pigno.in princi.
ff.de vſucap.& Bar.in.d.l.cum notiſsi-
mi.in fi.principij. Eandé opinioné te-
nent Io.and.& Ant.de bu.in.c.quoniã
frequéter.vt li.nõ cõteſt. Sed ſecũdam
opinioné gl.in.d.§.eo.videlicet ꝙ iuri
offerendi ꝙ cõpetit etiã debitori, prę-
ſcribatur.xxx.ann.ſicut præſcribit iuri
offerendi ꝙ cõpetit ſecundo creditori.
firmat Accur.ibi & gl.in.d.l.pignori.in
prin.& gl.ſi rem.§.omnis.ff.de pigno.
acti.& gl.in.l.j.§.j.in ver.pro ſocio.C.
de anna.excep.& iſtam ſecundã opinio
nem tenet Bar.ſibi cõtrarius in.l.j.ff.de
cõdi.ex lege in.ij.col.in ver.iuxta p̃di-
cta quæro in caſibus &c.& Bald.in.d.
l.cum notiſsimi.in fine princip.diſtin-
guendo tamen vt ibi per eum. Idem te-
nent ibi Iacob.butriga.& Ange.& Flo-
ria.¶ Eandem opinionem tenét Ange.
Imo.& Pau.de ca.in.d.l.pignori.& idé
Pau.in cõſi.ccxciiij.ergo Paul. & An-
ge.in cõſi.lv.ex facto.¶ Iſtam opinioné
late diſputando firmat Ange.de are.in-
ſtitu.de acti.§.actionum.colum.xxv.in
ver.aduertas tñ &c.dicés iſtã eſſe cõmu
nem opinioné:& ſic cõcluſio eſt, ꝙ tam
in debitore quã in ſecũdo creditore, q
poſſunt offerre priori creditori, præſcri
batur tali iuri offerédi ſpatio.xxx.ann.
¶ Et iſtã cõcluſionem intellige procede
re quãdo iſtud offerendi venit deducen
dũ per modũ actionis:puta qa primus
creditor poſsidet rem hypothecatã cui
debitor, vel ſecundus creditor poſſunt
offerre:qa debent tunc offerre.ꝯ.xxx.
annos.aliàs elapſis.xxx.annis ſunt ex-
cluſi à iure offerédi ꝑ prædicta quæ hoc
modo procedunt:ſecus auté eſt quando
ius offerendi cõpeteret debitori, vel ſe-
cundo creditori per modũ exceptióis:
puta qa ipſi poſsident, vel etiã alteri ter
tio poſſeſſori extraneo q poſſunt conue
niri hypothecaria à primo creditore &
tũc poſſunt offerre:nam huic iuri offe-
rendi

rendi ꝑ modũ exceptiõis nõ præſcribi-
tur ſpatio.xxx.anno. ſed etiam compe
53 tit eis poſt.xxx.annos.† quia quæ ſunt
tẽporalia ad agẽdũ, ſunt ꝑpetua ad exci
piendũ.l.purè in fi.ff.de excep.&.l.licet
cũ gl.C.eo.tit.& latè ꝑ Fel.poſt Abb.in
c.ſi autẽ.in ver.tẽporalia ad agendũ.de
reſcrip.& ita tenet Are.in.d.§.actionũ.
in p̃allegato loco.¶ Itẽ reſtringe p̃dictã
cõcluſionẽ.ſ.firmatã,ꝙ iuri offerendi
ꝙ cõpetit ꝑ modũ actiõis tam debitori
quã ſecundo creditori p̃ſcribat ſpatio.
xxx.ann.,ꝓcedere,prætérquã qñ in pi-
gnore eſſet adiectum pactũ.l.cõmiſſo-
riæ:quod eſt improbatũ in pignoribus
iuxta.l.j.&.ij.C.de pac.pign.nam tunc
odio creditoris nõ præſcribetur tali iu-
ri offerẽdi ita ſingulariter limitat Bald.
in.c.j.in tit.de feu.da.in vi.leg. cõmiſ.
& refert & ſequitur Alex.in.d.l.cũ no-
tiſsimi.in fine prin.in apo.ad Bar.& idẽ
Alex.in.d.l.ſi pignori.in prin.ff.de vſu
cap.ꝗ not.¶ Et an & qñ iuri offerendi
in alijs caſibus p̃ſcribat? vide Cor.in cõ
ſi.cccv.iij.vol.& in cõſi.clxxvj.eo.volu.
& late ꝑ Fely.in.c.cũ acceſsiſſent.in.x.
&.xj.col.de conſti.& latius & plenius ꝑ
modernos in tractatu p̃ſcriptionum in
iiij.parte quintæ partis principalis car.
xl.ij.col.& per p̃dicta eſt expedita pri-
ma pars iuris offerendi.videlicet.qui-
bus competat tale ius.

## Summarium.

1 ☞ *Oblatio debet eſſe realis: nam verbalis non releuat.*
2 *Verba non ſufficiunt vbi opus eſt facto.*
3 *Verbalis oblatio procedit & operatur in rebus immobilibus.*
4 *Verbalis oblatio operatur quo ad retractandum venditionẽ pignoris factã per creditorẽ.*
5 *Debitum intricatum non eget oblatione, ſed interpellatione.*
6 *Promiſſum, vel debitum conditionale non eſt ante conditionis euentum offerendum.*
7 *Oblatio debitoris ſtat in arbitrio creditoris.*
8 *Oblatio verbalis prodeſt ſi debitor teneatur ſoluere in alieno loco.*
9 *Oblatio valida præſupponit locum congruũ & tempus.*
10 *Oblatio debet eſſe pura.*
11 *Conditio extrinſeca oblationi vel depoſitioni appoſita reddit illam ineſſicacem.*
12 *Actus purus differt à conditionali.*
13 *Obſignatio, vel conſignatio, ſeu ſigillatio qualiter & quando fieri dicatur.*
14 *Signatio cuius ſit effectus.*
15 *Conſignatio in pecunia requiſita, an etiam requiratur in rebus mobilibus.*
16 *Oblatio debet eſſe ſpecialis: generalis enim non releuat.*
17 *Oblatio debiti debet eſſe totalis & integra: creditor enim non tenetur recipere partem debiti.*
18 *Solutio particularis maxima incommoda ſolet offerre.*
19 *Creditor quo caſu teneatur partem debiti ſibi oblatam recipere.*
20 *Solutio particularis admittitur in pia cauſa & in libertate.*
21 *Lex ſi.ff.qui mo.pig.vel hyp ſol.duas recipit reſtrictiones.*
22 *Emphyteuta prædiorum & patrimonij Ceſaris admittitur ad particularem ſolutionem: ſecus in emphyteuta priuati.*
23 *Creditor recipiens duos fideiuſſores pro vno debito, an vno abſente teneatur recipere particularem ſolutionem tangentem vnum fideiuſſorum.*
24 *Compenſatio particularis admittitur.*
25 *Solutio particularis poteſt fieri publico exactori ipſo volente.*
26 *Debitum legis diſpoſitione poteſt particulatim ſolui.*

Oblatio



27 *Oblatio debiti debet fieri præſenti.*
28 *Depoſitarius, an poſſit reddere depoſitum deponenti.*
29 *Creditori contra depoſitarium ad petendum depoſitum competit actio vtilis depoſiti & in rem.*
30 *Debitor, an liberetur vnica oblatione, vel ſi pluries teneatur offerre.*

### ¶ Secunda pars tertij membri.v. partis principalis.

SEquitur ſecun-
da pars tertij membri.vi
delicet qualiter & quo-
modo oblatio ſit faciẽda?
1 & in hac ſecunda parte.† Primò pone
vnã regulã,ꝙ verbalis oblatio non rele
uat,ſed debet eſſe realis.l.qui decẽ.ver.
idẽ reſpondet.in fi.ff.de ſolu.& plenè ꝑ
Bar.in.l.p̃tor.§.ſi qs paratus.ff.de no.
oper.nun.vbi Bar.dicit ꝙ oẽs.ll.ꝗ dicũt
ꝙ debitor debet eſſe paratꝰ ſoluere,de-
bẽt intelligi ꝙ debitor debet ire cũ de-
narijs in manu,aliàs nõ dicet obtuliſſe,
niſi in vno caſu ꝗ eſt in.l.pe.ff.de reſci.
vẽ.ꝗ no.gl.in.l.ſi reſiduũ.C.de diſtrac.
pi.de quo dicet.ſ.in.ij.fal.huiꝰ regulę.
¶ Eãdẽ regulam firmat Bal.in ti.ſi de
feu.fue.cõtro.inter do.& agna.§.liber.
& Bart.in.l.acceptã.in ver.venio ad.q.
C.de vſur.& latè Matheſi in ſuo no.
cxxxiiij.incip.no.ꝙ vbi qs debet offer-
re &c.& latiꝰ Alex.in cõſi.cxxx.in cau
ſa ſtrazarolorũ.iiij.vol.in.iij.col.in ver.
2 Nõ obſtat ꝙ dicat &c.¶ † Et facit quia
vbi opus eſt facto verba nõ ſufficiũt:vt
per gl.in.c.paſtoralis.in gl.fi.de offi.or-
di.& gl.in.c.vt circa.in ver.præſtito.de
electio.in.vj.eãdẽ regulã ponit Alexã.
in.l.ſi mora.in.iij.col.ff.ſol.ma.¶ Et hãc
regulã amplia primo:vt ꝓcedat etiã ſi
oblatio eſſet realis puta:ꝗa offerens ha-
beret pecuniã in marſupio:nã talis obla
tio nõ valeret,niſi dicta pecunia extra-
hatur de marſupio,& numeretur corã
teſtibus,& poſtea reponatur in marſu-
pio ita optimè declarat Barto.in.l.cum
ſeruus.ff.de cõdi.& demõ.Nã aliàs nõ
conſtaret ꝗd offerretur cũ poſsit dubi-
tari ꝗd ſit in marſupio:vt in ſimili di-
cit text.in.l.j.§.ſic iſta.ff.depoſi.& fir-
mat Bald.in.d.l.acceptã.in.ij.no.poſito
ſuper ver.cõſignatã.& habet per Ange.
de are.inſti.qui.mo.tol.obli.§.fin.& ita
etiã refert & ſequitur Alex.in.d.l.acce-
ptã.in apo.ad Bart.& idẽ Alexã.in.l.ſi
mora.in.iij.colũ.in ver.iuxta prædicta
adde.ff.ſol.ma.Ex ꝗbus infert ꝙ Imo.
& Pau.in locis de quibus ibi videntur
malè fuiſſe loquuti dũ indiſtinctè dixe
runt oblationem factã in marſupio vale
re:ſi creditor recuſauit recipere:ꝗa po-
tuit tantũ pars debiti eſſe in marſupio,
quo caſu creditor nõ tenebatur illã reci
pere.l.quidã æſtimauerũt.& ibi per do
cto.ff.ſi cert.peta.& ideo videtur licitè
recuſaſſe.¶ Poteſt tamen ſecundũ Ale-
xand.ſubſtineri opinio Imol.& Paul.
de caſt.quando creditor recuſauit velle
recipere ſolutionẽ aliquo modo:etiã ꝙ
in marſupio eſſet totum creditũ.¶ Iſta
autem regula declarata & ampliata (vt
ſ.) recipit ſex limitationes notabiles:
quas ponit Alexan.in.d.l.ſi mora.quas
3 ſuccinctè referã.¶ † Primò,igitur limi
tatur:vt nõ habeat locũ in oblatiõe rei
immobilis : quia in illa ſufficit verbalis
oblatio.l.ij.poſt princi.C.quãdo & qui.
quar.pars debe.lib.x.& ibi Bart.& tex.
in autẽ.dos data.C.de dona.ante nup.
& iſta prima limitatio declarat ſecũdũ
Bald.in.d.l.acceptam.in prima oppo.vt
procedat quãdo offerẽs rẽ immobilem
habebat illam ſolutioni paratam aliàs

ſecus

ſecus per allegata ibi ꝑ eũ:& ideo quã-
do agitur de offeredo domũ vel prædiũ
ſufficit verbalis oblatio:offerendo ſe in
iudicio paratum ea tradere in loco in
quo ſita ſunt:quia lex non arctat quem
ad impoſsibile,vel iniquũ:vt.l.prætor.
in prin.& fina.ff.de eden.ita declarat
Bal.in . d.l.j.oppoſitione.& idẽ eſt etiã
quãdo equus eſſet offerẽdus:vt no.idẽ
in.d.l.acceptã.in.ij.oppo.& tenet gl.&
4 Bar..in.d.l.ſi mora.¶†Secundò,limi-
tatur regula quo ad effectũ retractandi
venditionem pignoris factã per credi-
torẽ:quia ad hoc ſufficit verbalis obla-
tio:vt.l.pe.quę incipit ſi fundus qui lu-
cij.ff.de reſcind.vend.ſecũdũ intellectũ
gl.Bar.& aliorũ cõmuniter in.l.pe.quę
incipit creditor.ff.de diſtractio.pign.&
in.l.ſi reſiduũ.C.e.tit.& iſtũ eſſe verum
& communem intellectum dicit Alex.
in.d.l . ſi mora.in.ij.fallẽ.licet Bald.in
d.l.acceptam.in prima oppo.poſt Old.
ponat intellectum diuerſum.¶Tertiò,
limitatur regula quando debitũ ꝙ ve-
nit offerendum,nõ eſt liquidum,ſed in-
tricatum,vt in obligato reddere ratio-
nẽ alicuius adminiſtrationis.Nam tunc
ſufficeret verbalis oblatio de incerto.&
pars liquida deberet realiter offerri &
deponi:& de incerto præſtari fideiuſſor
ita tenent Ange.& Imo.in.d.l.ſi mora.
per.l.ſtatuliber.rationẽ.&.l.ſeruus hæ-
redi.§.fi.ff.de ſtatulibe.Idem no.Ange.
& ibi latè Alex.in.l.iiij.§.ait prætor.ff.
de re iud.¶Subdit tamẽ Alex.vtroq; lo
co ꝙ illud quod dictũ eſt de fideiuſsio-
ne poſſet habere locum quãdo debitor
eſſet inops aut ſuſpectus : aliàs ſi debi-
tum non eſt liquidum ſufficit verbalis
oblatio tantũ abſq; exhibitione fideiuſ-
ſorũ:& ita dicit procedere iura allegata
5 per Ange.& Imo.¶† Et iſtud etiã cõ-
probatur autoritate Bartol.in.d . pen.
quæ incipit creditor.ff.de diſtrac.pign.
dum vult,ꝙ quando debitum nõ eſt li-
quidum,ſatis eſt ꝙ debitor coram iudi-
ce interpellet creditorem vt deputetur
vnus mercator ad calculandum ratio-
nes:& in ſaldum reducendum.& ꝙ alia
oblatio nõ eſt neceſſaria:& ita intelligit
d.l.ſi reſiduum.& ita etiam tenet gl.in
l.obſignatione.C.de ſolutio.& ibi ꝑ do-
ctores & Alexand.in conſi.xxiiij.inſpe-
cto proceſſu ad fi.iiij.volu.& Veronen.
in ſuis cautelis.iiij.car.cau.pen.verſic.
Nota ꝙ vbi debitum & Iaſo.in.l.pri-
ma in.j.colum.ff.qui ſatiſda . cogan.&
Corne.in conſil:o.lxxxv.in litera.f.iiij.
volumi.¶Et iſta tertia limitatio decla-
randa eſt duobus modis iudicio meo.
¶ Primo modo vt procedat quando in-
certum erat quid & quantum ſolui de-
beret:ſecus autem ſi certum erat in ſo-
lutione,ſed erat dubiũ de iure an de-
beret ſolui vel non : quia tunc offerens
deponens & fideiubens iuxta terminos
iſtius tertiæ limitationis nõ releuaretur
ſed teneretur certũ omnino ſoluere:cũ
ius ſit certũ.l.ornamentorũ.ff.de auro
& argẽto lega.& dubitãs de iure poteſt
conſulere peritiores ita firmat Corñ.in
conſi.cclxij.pro euidẽtia.iiij.volu.in fi.
¶Secundo modo poteſt declarari & re-
ſtringi:vt iſta limita.procedat quando
agitur de euitãdo moram vel incurſum
alicuius pœnæ,vel de impediẽdo execu
tionem aduerſæ partis,vel de effugien-
do aliquod aliud præiudicium in iſtis
enim terminis militat dicta limita.&
ita loquũtur leges & doctores prealle-
gati : ſecus autem fit quoad actionem
conſequandam:quæ naſcitur ex imple-
mento alicuius oneris , vel conditionis
iuxta tex.& ibi no.in.l.iuriſgentium.in
princip.ff.de pact.¶Et ita colligitur ex
not.ibi per Alexã.in princip.& per Iaſ.
in vlti



in vltima colum.in quatuor limitatio-
nibus quas ibi ponit:volũt ꝙ ad actio-
nem conſequendam ex contractu inno-
minato requiritur oblatio & vltra obla
tionẽ depoſitio & cõſignatio iuxta tex.
in.d.l.obſinatione.C.de ſolu.quia obla
tio depoſitio & conſignatio habẽt vim
ſolutionis : vt.l.j.C,qui po.in pig.hab.
&.d.l.obſignatione:quod nõ eſt in obla
tione & depoſitione certæ partis & fi-
deiuſsione:& probatur iſta cõcluſio in
l.ſi à te.C.de pac.inter empto.& vendi.
6 & ibi per Pau.de ca.¶† Et idem puta-
rem dicendum quãdo aliquid eſſet dan-
dum,vel præſtandum alicui ſub condi-
tione ſi ſolueret ęſtimationẽ puta vnius
æqui,vel alterius rei:quia iſto caſu non
ſufficeret ad conſequendum illud quod
ſibi dandum eſt ſub dicta conditione:
deponere certum quid:& offerre aliud
incertũ,& fideiubere : ſed omnino illa
cõditio deberet prius impleri in forma
ſpecifica iuxta.l.que hæredi.in prin.&
l.meuius.ff.de condi.& demon.& tunc
non ſufficeret adimplere per æquipol-
lens per.d.iura:& ita videtur etiã pro-
bari per tex.in.d.l.ſtatuliber.rationem.
§.j.vbi licet ſeruus iuſſus reddere ra-
tionem conſequatur libertatẽ ſibi reli-
ctam ſatiſdãdo:tamẽ ſecus eſt ſi ſit iuſ-
ſus ſoluere pecuniã ad idem:tex.in.d.l.
ſeruus hæredi.§.fi.circa mediũ ibi nec
ante iure placuit agi.¶Sed quo ad eui-
tandũ pœnã & alia pręiudicia difficul-
tas excuſat : vt.l.ij.ff.ſi quis cau.& per
Bar.& doc.in.l.ꝙ te.ff.ſi cer.peta.ꝗ no.
quia nõ inuenio per aliũ notata;& mihi
videntur ſatis rationabilia:licet nõ au-
deam in totũ firmare.¶ Quartò,limi-
tatur regulã quãdo illud ꝙ offerĩ vnico
momento expediri nõ põt:vt in illo qui
tenetur offerre probationes : nam non
eſt neceſſe ꝙ teſtes ſecum ducat,ſed ſa-
tis eſt ꝙ offerat ſe probaturum.ita not.
Hoſtien.Ant.de bu.Abb.& Philippus
in.c.interpoſita.in princ.de appel.cum
alijs allegatis per Alex.in.d.l.ſi mora.
7 in.iiij.fall.¶†Quintò limitatur regu.
ſecũdũ Alex.in.d.l.ſi mora.quãdo cre-
ditor cui ſolo verbo offertur diceret ſe
nolle recipere ſolutionẽ:tunc enim non
requiritur realis oblatio,ita not.Bal.in
l.j.in.ij.col.C.ne li.ter.prouo.cum alijs
concordãtijs quas refert Alex.in.d.l.ſi
mora.in.5.fal.& idem tenet Alex.in.l.
qui Romæ.in prin.in.j.col.ff.de verb.
ob.¶Sed iſtã quintã limi.reprobat Are-
ti.in.d.l.ꝗ Romæ,quibuſdã fundamẽ-
tis : à quibus eã defendit ibi Soci.in.ij.
colũ.ſed vltimo loco relinquit ſuper ea
cogitandum : quia(vt ipſe ſubdit)Cu-
ma.& alij communiter eam ſequuntur.
¶ Ipſam tamen Iaſ.ibi in.iij.col.defen-
dit & ſequitur & idem Iaſo.in.l.ſi ita
quis.§.Seia cauit.in.vj.col.in verſi.po-
ſtremo vt nihil obmittaĩ.&c.ff.de verb.
8 obliga.& ita puto tenendum.¶†Sextò
limitatur regula quãdo quis teneretur
ſoluere in alio loco,puta Bononiæ.Nã
ſi conueniatur Florentiæ & ſolo ver-
bo offerat ſe ſoluturum Bononiæ.& ſic
in loco deſtinato ſolutioni : tunc ſola
verbalis oblatio ſufficeret.ita ſingula-
riter tenet Bald.in.d.l.acceptam.in.j.
oppo.& refert & ſequitur Alex.in.d.l.
ſi mora.in.vj.fallen.per rationẽ de qua
ibi.¶Adde tamẽ ꝙ Alex.in.d.l.ſi mora.
limitat iſtas ſex fallentias,nõ procede-
re quãdo incontinẽti poſt tales oblatio-
nes creditor offerret ſe paratũ recipere:
nã iſto caſu ſtatim debitore realiter nõ
ſoluente talis oblatio verbalis euane-
ſcet ſecundũ Imo.in.d.l.ſi mora.& ita
in effectu tenet Bar.in.d.l.pe.ff.de di-
ſtra.pig.vbi tradit hãc cautelã quã etiã
ſequiĩ ibi Saly.in fi.& vtroq; loco tran-
ſit Alex.

ſit Alex.& idẽ eſt ſi mittat vnũ cũ offe-
rente cui ſoluat argu.l.j.§.mariti.&.§.
9 illud.ff.de lib.agno.¶ † Secũdo requi-
ritur ꝙ oblatio fiat congruo loco & tẽ-
pore alias non releuat vt eſt text.& ibi
Barto.in.l.ſi ſoluturus.ff.de ſol.& ideo
dicit Bal.in.d.l.acceptã.in.ij.q.ꝙ obla-
tio facta de nocte non dicitur facta loco
congruo:allegat.l.more Romano.ff.de
ferijs.¶ Idẽ etiã tenet Saly.ibi in.iij.op-
po.Addẽs ꝙ ſi oblatio fiat ante tempus
adiectũ ſolutioni fauore creditoris di-
cetur facta tempore incongruo per.l.itẽ
illa.in prin.& ibi gl.ff.de cõſt.pecu.& ꝑ
l.ſi ita relictum.§.Pegaſus.ff.de leg.ij.
& per.l.eũ qui aliàs iabolenus.ff.de an.
leg.Idẽ etiã eſt ſi oblatio fieret tẽpore
quo creditor ſequitur funus familiare
argu.l.ij.ff.de in ius vocan.& ita tenet
Saly.in.d.iij.oppoſitione.¶ Illud autẽ ꝙ
dixi,ꝙ de nocte nõ poteſt fieri oblatio,
limita, niſi nox eſſet vltima pars tẽpo-
ris adiecti per debitorẽ ad ſoluendum:
quia etiã vltimũ momẽtũ tẽporis præ-
dicti currit ad beneficiũ debitoris.l.q
hoc anno.ff.de ver.ob.& tali caſu poſſet
fieri oblatio de nocte:vt tenet Saly.poſt
Guil.de cun.in.l.non minorem ad fi.C.
de tranſac.Intelligendo tamen niſi cre-
ditor eſſet paratus prorogare dilatio-
nem in diem craſtinum,vel eſſet pericu
lum aperire oſtiũ propter inimicitias,
vel quia locus ille erat inſidioſus vt ibi
declarat Salyce.¶ Locus autem incon-
gruus exẽplificari poteſt ſi oblatio fie-
ret creditori peregrinanti, vel in loco
non conuento:vel nõ deſtinato ſolutio-
ni tacitè vel expreſſè vt.l.qui Romæ.&
ibi bona gloſſ.in verſicu.obtulerit.ff.de
verbo.obligatio.& not.Salyc.in.d.l.ac-
ceptam.in.iij.oppoſi.¶ Intellige tu præ-
dicta, niſi debitor offerens in congruo
loco, vel tempore offerret non ſolùm
ſortem principalem : ſed etiã omne in-
tereſſe : quod prætendere poſſet credi-
tor ratione loci & temporis incongrui:
quia tunc creditor tenetur recipere di-
ctam oblationem:ita tenet Barto.in.d.
l.qui Romæ.in princi.dicens ita proba-
ri ꝑ tex.ibi in ver.detracta.& facit tex.
in.l fideiuſſor.ff.de doli excep.& innuit
gl.in.d.l.qui Romæ.in ver.obtulerit.&
doc.ibi trãſeunt cum Bar.excepto.Ra-
pha.qui tenet cõtrariũ:ſed Alexã.ibi in
j.col.defẽdit opinionẽ Bart.ab impu-
gnatione Raph.& aliter etiã eã defen-
dit ibi Iaſ.in.iiij.&.v.col.ſequẽdo ſolu-
tionẽ & defenſionẽ quã ibi ponit Pau.
de ca.& Beſſutius : vt ibi latè per eum.
¶ Poſſet etiam hic diſcuti, an pro iſta
oblatione facienda debitor teneatur ire
ad domum creditoris?Sed quia iſta ma-
teria ordinariè ſcripta eſt per gl.& Bar.
alios in.d.l.item illa.ff.de conſti.pecu.
& per Saly.in.d.l.acceptã.& parũ eſſet
addendũ eorũ dictis & etiam eſt mate-
ria remota à noſtra pignoris & hypothe
cæ ideo illã obmitto remittendo me ad
notata in dictis locis.& aliquid habetur
per Alex.in cõſi.xcij.primo vol.iiij.col.
verſi.& ꝙ ita debeat intelligi &c.in cõ-
ſi.xlj.iiij.vol.viſis & optimè diſcuſsis.
10 ij.col.&c.¶ † Tertiò,requiritur ꝙ obla
tio ſit pura & non cõtineat cõditionem
extrinſecam ſed intrinſecam ſic : puta
quia emptor offerat pretium venditori
ſub conditione, ſi res vendita ſibi tra-
datur:ita tenet Bald.in.d.l.acceptam.
in.iiii.qõ.per iura quæ ibi allegat.¶ In
hoc tamen eſt aduertendum quòd ſi in
oblatione & depoſitiõe apponatur ipſa
conditio intrinſeca, & ſic oblatio va-
leat & operetur plures effectus de qui-
bus.ĩ.tamen non operatur quòd em-
ptor qui obtulit & depoſuit interim ſit
liberatus ab obligatione pretij : quia
taliter



taliter deponendo non depoſuit animo
abdicandi à ſe dominium illius pretij:
ſed depoſuit ad effectum vt ſibi res tra-
deretur ita no.Bar.in.l.ſi ſoluturus. ad
fi.ff.de ſolu.& ſequitur Bald.in.d.l.ac-
11 ceptam.in.iiij.q.¶ † Sed quando in obla
tione & depoſitione apponitur cõditio
extrinſeca: tunc talis oblatio & depoſi-
tio nullum effectum operatur. Sed dici
tur in congrua:puta ſi in oblatione re-
quirã mihi per aduerſam partẽ aliquid
fieri:ad quod de iure non cogitur ita te
net Fran.de cur.in conſi.xxxix. viſis &
diligenter.&c.in.iij.col. in verſic. Nec
obſtat mouetur argu.tex.in.d.l. ſi ſolu-
turus.& in.l.mora.in prin.ff.de vſur.&
habetur per Alex.in conſi.xxvj. viſo &
diligenter in vl.colũ.in verſic.5.quia in
12 vj.volu.¶ † Et facit ad prædicta : quia
actus purus dicitur diuerſus ab actu cõ
ditionali:vt probatur in.l.j.§.ſiquis ſim
pliciter.ff.de ver.ob.& ideo dicit Alex.
in.d.l.j.§.ſi quis ſtipulanti.in.ij.colum.
quòd qualitas diuerſa facit cenſeri rem
omnino diuerſam per.d.§.ſi quis ſim-
pliciter.intelligendo tamen(vt etiam di
xi.s̃.) in conditione extrinſeca à natu-
ra actus, ſecus autem eſt in conditione
intrinſeca,ſeu inſerta ex natura actus ſe
cundum Ang.& Imo.in.l.qui liberis.in
prin.per illum tex.ff.de vulga.& pupil.
& no.Alexan.in.d.l.j.§.ſi quis ſimplici
ter.in pri.col. per quod ibi infert ad.q.
de eo qui ſimpliciter habet reſpondere
poſitionibus,ita diſponente ſtatuto.Nã
ſi reſpondeat ſub conditione extrinſeca
non dicetur reſpondere ſimpliciter: ſe-
cus autem ſi in reſponſione inſereret cõ
ditionem intrinſecam quæ eſt de natu-
ra actus vt ibi late per eum.
¶ Quartò,requirit aliquãdo ad aliquos
effectus de quibus.ĩ.ſuo loco dicet : ꝙ
oblatio fiat cum depoſitione & obſigna
tione,ſeu conſignatione vt eſt text.in.l.
obſignatione.C.de ſolu.vbi gl.pri.ſup-
plendo ad text.in quo ſimpliciter dici-
tur de obſignatione:ſupplet glo.depoſi
tione & oblatione facta præſentibus te-
ſtibus iuxta.d.l.acceptam.& ſic glo.ibi
non ſtat expoſitiue vel declaratiue.ſ.ꝙ
obſignatio dicatur fieri per depoſitionẽ
& oblationem: vt quidam volebat aliâs
intelligere:ſed ſtat ſuppletiuè (vt dixi)
& probatur in.d.l.acceptam.quam glo.
allegat in ver.conſignatam vbi tex.vult
quòd vltra oblationem fiat conſignatio
& depoſitio.& eſt text.in.l.ij.C.eo. vbi
text.vult quod nõ ſufficit deponere &
obſignare pecuniam niſi præcedat obla
tio.Ad idem text.in.l.ſi creditrici.e.tit.
vbi tex.ꝙ iſta tria requirũtur:videlicet
ablatio,obſignatio,et depoſitio:ad idem
tex.in.l.ſi à te.C.de pact.inter empt.&
vendi. & in proprijs terminis pignoris
& hypothecæ eſt text.in.l j. C. qui pot.
in pig.hab.& ꝙ iſta tria requirantur ad
aliquos effectus operandum tenet Bar.
in.d.l.acceptam.in diſcurſu poſt glo.ibi
13 & Bald.& Salyc.¶ † Et obſignatio, ſeu
conſignatio, vel ſigillatio fieri dicitur
quando pecunia numerata prius claudi
tur in ſacculo, & ſacculus ſigillo vel ſi-
gno obſignatur vt eſt tex.in.l.ſi.ff.de le
ge commiſ. & tex.in.l.j.§.ſi pecuniam
in ſacculo.ff.depoſi.& in.l.die ſponſalio
rum.§.fin.eo.tit.¶ Et ratio differentiæ
inter oblationem & depoſitum ſine ob
ſignatione:& oblationem & depoſitum
cum obſignatione eſt:quia quando pe-
cunia offertur & non ſignatur, ſed ad
numerum deponitur transfertur poſ-
ſeſsio dominium, & periculum illius in
depoſitarium : quia tenetur ad tan-
tundem in genere : & videtur depoſi-
ta,vt certa quantitas & data videtur
licentia depoſitario vtendi illa : ſed
quando

qñ deponit̃ ſignata ĩ ſacculo nõ trãsfert̃
poſſeſsio neq; dñium in depoſitariũ:&
eſt periculo deponẽtis:& nõ eſt ꝑmiſſa
licẽtia vtẽdi ipſi depoſitario:imo ſi vtat̃
tenet̃ furti ita colligit̃ ex no.ꝑ gl.in.d.l.
die ſponſaliorum.§.fi.& no.& declarat
Pau.de caſt.in.l.ſi ſacculum.ff.depoſi.
14 ¶† Et ꝙ ſignatio ſit magni effectus ap
pareat:quia alibi habet̃ quòd ſignatio ha
betur pro traditione rei vnde ſi aliquis
vendat lignũ in nemore & illud ſignet
cenſetur illud traditum:vt.l.ꝙ ſi neq;.
§.j.& ibi gl.ff.de peri.& cõmo.rei ven-
di.& etiã ſignando doliũ venditum cẽ
ſetur quis tradere vt eſt text.in.l.j.§.ſi
doliũ.eo.tit.& in.l.videamus.§.inquili
num.ff.loca.& ideo dicebat Bal.in aut̃.
dos data per illum text.C.de dona.an-
te.nup.quòd ex ſignaculo cognoſcim⁹
cuius ſint res:ideo ballæ mercatorum
præſumuntur illius mercatoris cuius
ſunt ſignacula,& ita refert Iaſ.in.l.ſi
mora.in.iiij.col.in verſi.ij.ff.ſolu.mat.
¶Concluditur ergo indubitanter quod
aliquando in oblatione & depoſitione
requirit̃ obſignatio,ſeu ſigillatio pecu-
niæ in ſacculo ad producẽdum aliquos
effectus de quibus.ꝭ.ſuo loco dicet̃ in
15 iij.parte huius tertij membri. ¶† Sed
dubitatur in prædictis,an talis cõſigna
tio,ſeu obſignatio quæ in pecunia req-
ritur vt proximè dictum eſt requirat̃
etiam in alijs rebus mobilibus, vel ſe
mouẽtib⁹?& Ange.in.d.l.ſi mora.tenet
ꝙ ſic,dicẽs ꝙ licet in iſtis rebus mobi-
libus, vel ſe mouentibus ( vt puta ) in
equo non cadat vera obſignatio in ſac-
culo prout fit de pecunia vt no.gl.pri.
in.d.l.ſi mora.tamen bene cadit depoſi
tio vt.l.j.§.quæ depoſitis.ff.depoſi.ſed
Roma.ibidẽ voluit ꝙ licet in iſtis reb⁹
nõ cadat conſignatio in ſacculo ad mo-
dũ pecuniæ:tñ ꝙ debent ſaltem aliquo
ſigno ſignari & deponi,prout dicit ꝓba
ri in ſimili ꝑ tex.in.l.ſtigmata.C.de fa-
bricẽ.li.xj.& in.l.decernim⁹.C.de aquę
ductu,& in.l.ij.C.de ſer.fugi.& in.c.ſi
iudex.de ſentẽ.excommu.li.vj.¶Et ꝑ
iſta opiniõe Roma.põderat Alex.in.d.
l.ſi mora.in.iij.col.tex.in.d.aut̃.dos da
ta.C.de dona.añ nup.in ver.ſigno im-
poſito.& cũ ea trãſit limitando tamen
illam quãdo eſſet tale animal quod ab
alijs facile dignoſci poſſet : quia tũc rei
demõſtratæ ex ſe:fruſtra alia adijcere-
tur demonſtratio per.l.j.in fi.ff.de do.
prelega.pro quo etiam facit illud quod
aliàs ſolet dici de Gallopreſſo q̈ fuit bi-
dellus Azo.ſecũdũ gl.in.l.hac cõſultiſ-
ſima.in gl.iij.C.q̈ teſta.facere poſ.vide
licet ꝙ ex quo dictũ nomẽ erat de ſe no
tiſsimũ nõ fuit neceſſaria ad illud alia
demonſtratio vt ibi per doc.& ꝑ Bar.&
alios in.l.j.ff.de libe.& poſ.& iſta nota:
q̃a vt infrà declarabitur in.iij.ꝑte hu⁹
tertij membri ad aliquos effectus neceſ
ſaria eſt iſta oblatio cum obſignatiõe:
& tamẽ cauſidici moderni iſtud nõ ob-
ſeruãt:ſed putãt ꝙ ad oẽs effectus ſuffi
ciat oblatio & depoſitio:q̃d non eſt ve-
rum,vt patet ex prædictis & infrà dicẽ
16 dis.¶† Quintò,requirit̃ ꝙ oblatio ſit
ſpecialis : & non ſufficit generalis per
iſta verba offero me paratum facere &
adimplere omnia ad quæ de iure te-
neor qñ debitum eſt liquidum vt colli-
git̃ ex no.ꝑ Barto.in.l.pen.quæ incipit
creditor ad fi.ff.de diſtrac.pigno.& fir-
mat Imo.in.l.prætor ait.§.ſi q̃s para-
tus.ff.de no.oper.nun.& refert & ſe-
quit̃ Alexan.in apo.ad Barto.in.d.l.cre
ditor:& ita expreſsè tenet Aret.in cõſi.
cxlij.ex facto ꝓponitur in vlti.colũ.in
17 verſi.ad vltimũ dubium. ¶† Et faciũt
à ſimili ea quæ notantur ꝑ Alex.Iaſ.&
alios in.l.ita ſtipulatus.la grãde in pri.
&.ij.



&.ij.col.ff.de verb.oblig.dum colligũt
ex ibi no.ꝙ verba generalia nõ inducũt
obligationẽ & vt vulgo dicit non ſunt
apiccicatoria,ſed ſeruiunt de vento cũ
cõcor.de quibus ibi per eos.¶Quæ ta-
men intelligẽda putarẽ, quãdo oblatio
fieret in genere:nõ habita relatione ad
aliquod inſtrumentũ vel actum certũ:
ſed indeterminatè dicẽdo offero me pa
ratũ facere oĩa ad quæ de iure teneor:
q̃a qñ generalis & indefinita loquutio
nõ poteſt referri,niſi ad vnum,æquipol
let orationi ſingulari,& gñalis diſpoſi-
tio:quæ nõ poteſt verificari, niſi in vna
ſpecie reputatur ſpecialis vt habetur
per doc.& maximè Iaſ.multa ſuo more
cumulantem in.l.nominatim.ff.de lib.
& poſ.vnde ſi aliquis offerret ſe paratũ
facere omnia ad quæ tenet̃ vigore talis
inſtrumenti puta mutui vel depoſiti in
quo eſt obligatus ad centum: putarem
quòd talis oblatio,ſeu verbalis tãtum,
ſeu realis tantum eſſet congrua ad ope-
randum illos effectus qui de iure reſul-
tant ex huiuſmodi oblationib⁹:de qui-
bus dicetur.ꝭ.in.iij.parte:cum per rela-
tionem ad inſtrumentũ reputetur ſpe-
cialis.¶Et facit ꝙ expreſſum per verba
generalia per relationem ad certã ſpe-
ciem dicitur ſpecialiter expreſſum : vt
l.fi.C.quòd cũ eo.& habetur per Bart.
Alexan.& Iaſ.in.l.j.ff.de vulga.& pup.
& in.l.prætor ait.in prin.ff.de no.oper.
nun.Non tamẽ dico ꝙ iſta oblatio poſ-
ſit operari in caſibus in quibus requiri
tur depoſitio & conſignatio:ſed ſolum
in caſibus in quibus ſufficit ſola obla-
tio vel verbalis vel realis:ſuper quo ta-
men cogitabis:quia non inuenio per ali
17 quem examinari.¶† Sextò,requiritur
ꝙ oblatio fiat de toto debito Nam niſi
totũ offeratur creditor nõ cogit̃ recipe-
re:vt eſt optimus tex.in.l.tutor.§.Lu-
cius.ff.de vſur.& tex.& ibi no.in.l.acce
ptã.C.de vſur.tex.& ibi gl.& doc.in.l.
q̈ Romæ.in prin.ff.de ver.obl.& in.l.ſi
ita q̃s.§.Seia cauit.e.ti.Saly.in.l.ſemel
mora.in.iij.car.in pri.col.in.ix.conclu-
ſione negatiua.ff.ſo.ma.tex.& ibi gl.&
omnes in.l.quidam æſtimauerunt.ff.ſi
cer.peta.& habetur per Alexan.in cõſi.
lxxxviij.viſis in peñ.col.nu.18.vj.vol.
18 ¶† Et ratio iſtius concluſionis eſt:quia
particularis ſolutio non minima incõ-
moda ſolet afferre.l.planæ.ff.fami.erc.
& iſtam cõcluſionem pro regula ponit
Iaſ.poſt alios in.d.l.quidam æſtimaue-
runt.in.iiij.colũ.& corroborat triplicĩ
fundamẽto vt ibi ꝑ eũ.poſtea verò am-
pliat eam duobus modis. ¶Primò, vt
procedat etiã ſi ſolutio eſſet facienda in
diuerſis debitis ex eadem tñ cauſa:vt.l.
iij.§.ſi reddita.ff.cõmo.gl.& ibi Bar.in
l.eleganter.§.nõ ſolum.in fi.ff.de dolo.
¶Secũdò,ampliat vt ꝓcedat etiã econ-
uerſo.ſ.vt.nec creditor poſsit agere de
bitorem ad faciendum particularem ſo
lutionem per allegata ibi per eũ.quod
etiam ante eũ tenuit ibi Alexan.in fi.in
verſi.quęrit etiam hic Guil.de cũ.quid
econtra. ¶Tu vltra eos amplia tertio
modo vt oblatio non ſolum fieri debeat
de toto debito principali:ſed etiã de in
tereſſe,aliàs nõ ꝓdeſt:& creditor nõ co
gitur recipere ſine intereſſe vt ꝑ Bart.
in.l.ſed & ſi alia.ff.de conſti.pecu.& ꝑ
Bal.in.d.l.acceptã.in.vj.oppoſitione &
in.xviij.q.& ꝑ omnes in.d.l.quidã æſti
mauerunt.¶Quartò, amplia vt regu-
la procedat,ſi vltra ſortẽ & intereſſe nõ
offerãtur etiam expẽſæ litis,& ipſa ga-
bella ſoluta per creditorem vt expreſsè
vult Saly.in.l.ij.C.ſi anti.credi.ꝑ text.
in.l.emptor.in prin.ff.de rei vend.& in
l.fi.§.in cõputatione.C.de iure delibe.
¶Quintò, amplia vt regula procedat

etiã ſi offerat̃ res debita ſed tamen de-
teriorata:ſi vltra rẽ non offerat̃ ẽt æſti-
matio deteriorationis rei:aliàs eñ cre-
ditor nõ cogit̃ recipere.licet ſpõte poſ
ſit recipere vt.l.eleganter.§.nõ ſolũ.ff.
de dolo:& habetur per Bal.in.l.ij.C.de
condi.fur.¶Fallit autem dicta regula
ſecundum Iaſ.poſt Alexan.in.d.l.qui-
dam æſtimauerũt vndecim modis:ego
autem addam aliam:& ſic erũt duode-
19 cim fallẽtiæ.¶†Primò,igitur fallit in
caſu.d.l.quidã æſtimauerunt.videlicet
qñ reus confitetur partem debiti & illã
offert,& aliam partem negat:nam tunc
oblatio valet & cogitur creditor illam
acceptare & ſuper alia parte negata liti
gare:& hoc niſi creditor haberet proba
tiones paratas in promptu ſuper toto
puta per inſtrumẽtũ ꝗ tũc oblatio nõ
releuaret in ꝑte ita tenẽt Roma.Alex.
& Iaſ.in.d.l.quidã æſtimauerunt.¶Et
ratio eſt:ꝗ ex hoc detegitur ꝙ negatio
ꝑtis fuit calũnioſa:& qñ negatio põt ſta
tim cõuinci nihil operatur gl.iij.l.poſt
20 rẽ.in prin.ff.de tranſac.¶†Secũdò,fal
lit regula prędicta in libertate.Tertiò,
fallit in pia cã:ꝗ in illis admittit̃ parti-
cularis ſolutio ſecũdũ Alex.& Iaſ.in.d.
l.quidã æſtimauerunt per allegata per
eos.¶Quartò fallit qñ à principio fue
runt debita ex diuerſis cauſis promiſſa
vni creditori ꝗ tũc ſi vnũ tãtũ offerat̃
cogit̃ creditor illud recipere:vt eſt tex.
& ibi Bart.in.l.fi.ff.qui.mo.pi.vel hyp.
ſol.& no.Bar.Alex.& Iaſ.in.d.l.quidã
æſtimauerũt.nõ tñ intelligas ꝙ credi-
tor cogatur dimittere per hoc pignora:
imo poteſt illa retinere pro alio credito
vt no.in.d.l.fi.& in.l.vni.C.etiã ob chi.
pecuniã : ſed intellige tantum reſpectu
incommoditatis quæ reſultat in parti-
culari ſolutiõe:quia iſto caſu ceſſat iſte
21 reſpectus.¶†Et inſuper diſpoſitio.d.l.
fi.recipit duas reſtrictiones : prima eſt
quando à principio fuit vnum debitũ:
ꝗ fuit acquiſitum defuncto:poſtea au
tem fuit diuiſum inter hæredes pro hæ
reditarijs portionibus iuxta.l.ij.C.de
hære.actio.Nã ſi illud in diuiſione fuit
aſsignatũ vni ex hæredibꝰ iudicabitur
vt vnũ:licet ipſo iure ꝑ.l.xij.tabularũ
fuerit inter eos diuiſum:& licet durãte
dicta diuiſione potuerit pro parte ſolui
vni ex eis tamen nõ poterit modo ſolui
pro parte:ſed debebit totũ ſolui ei cui
fuit totum adiudicatum:ita ſingulari-
ter tenet Bar.in.l.ſi pignori.circa me-
dium.ff.fami.erciſ.per tex.ibi in verſi.
contra quoq; ſecũdũ intellectum Pet.
& Bar.ibi:& iſtud dicit Alexan.in.d.l.
quidã æſtimauerũt eſſe diligẽter notã-
dũ.¶Secũdò modo reſtringitur diſpoſi
tio.d.l.fina.vt procedat qñ ſunt plura
debita principalia : ſecus autẽ ſi vnum
ſit principale,& aliud acceſſoriũ : puta
ſortius & vſurarũ:quia tunc nõ põt ſol
ui vel offerri principale ſine acceſſorio
inuito creditore:ita tenet Alberi.de ro
ſa.in.d.l.quidã æſtimauerunt.per text.
in.l.tutor.§.Lucius.in verſi.cẽtũ & vſu
ras iunctis verbis ſequentibus.ff.de
vſur.cum quo tranſit Salyce.in.l.j.C.
de ſolu.& eos ſequitur Alexan.in.d.l.
quidã æſtimauerũt.in vlti.col.& corro
borat vt ibi.Et etiã Iaſo.ibi quicqd in
cõtrarium voluerit ibi Pau.de caſt.qui
mouebat̃ ꝑ.d.l.j.cui reſpondet Alexan.
ꝙ nõ obſtat:ꝗ illa non loquit̃ de ſolu-
tione facta inuito creditore prout ſunt
22 termini noſtri:ſed eo volẽte.¶†Quin
tò,fallit ſecũdũ Alex.Iaſ.& alios in.d.
l.quidã æſtimauerũt.in caſu.l.placuit.
in princ.C.de colla.fundi patri.libr.xj.
quę lex ſecũdum Alex.ibi nõ loquit̃ in
debitore tributorum:vt gl.ibi dicit ſed
in emphyteuta prædiorũ & patrimonij
Cæſaris



Cæſaris cũ quo princeps vtit̃ hac hu-
manitate vt admittat̃ ad particularem
ſolutionẽ dũmodo in tribus vicibus in
fra annũ ſoluat totũ:ſecꝰ aũt eſt in em-
phyteuta alterius priuati:quia ille tene
tur ſoluere inſimul totũ canonẽ, & nõ
põt eũ diuidere ſecũdũ Iaſ.ibi.in.iiij.li
mi.Item ſecus etiã eſt in collectis:quia
etiã in illis nõ admittit̃ particularis ſo-
lutio ſecũdũ Bal.in.d.l.quidã æſtima-
uerunt.quẽ ſequitur ibi Alex.¶Sextò,
fallit.d.reg.ſecũdũ Alex.& alios in.d.l.
quidã.qñ factũ diuiduũ fuit ſub pœna
deductũ in ſtipulatione prætoria : quia
tũc ſi pro parte non impletur commit-
titur quidẽ ſtip.pœnalis inſolidũ me-
ro iure : ſed ſi pro parte impleatur vel
offeratur tũc de æquitatę obſtat excep.
& ſic iſte eſt vnus caſus in quo admitti
tur oblatio pro parte inuito creditore:
& ꝓ illa parte operat̃ excuſationẽ à pœ
na iſte eſt tex.no.ſecũdũ vnũ intellectũ
in.l.ſi ſeruus.§.ſi pluriũ.ff.ſi qs cau.&
eſt ille caſus ſpãlis in prætorijs ſtipula-
tionibus:ꝗ in alijs ſi totũ factũ nõ ad-
impleat̃ cõmittitur pœna in totũ cõtra
principalẽ ꝓmiſſorẽ cũ effectu exactio-
nis:licet pro parte tantum fuerit cõtra
uentũ per tex.in.l.iiij.§.cato.ff.de ver.
obli.licet in hæredibus principalis pro-
miſſoris quando ſumus in facto diui-
duo nõ cõmittatur pœna cõtra omnes
inſolidum vno cõtrafacientæ:ſed in fa-
cto indiuiduo ſic:vt in.d.§.cato.ꝑ Bar.
& Alex.& etiã in.d.§.ſi pluriũ.per glo.
23 Alexã.& alios.¶†Septimò,fallit.d.re-
gula in eo qui ꝓ ſuo debito dedit duos
fideiuſſores : qui effectualiter inſolidũ
conueniri nõ poſſunt : ſed quilibet pro
virili.Nam iſto caſu debitor admittet̃
ad ſolutionem vel oblationem partis
tangentis vni ex dictis fideiuſſoribus
volendo ſoluere nomine dicti fideiuſſo
ris:ſecus autem ſi vellet ſoluere nomi-
ne ſuo proprio:& hoc poterit facere in-
uito creditore:vt eſt tex.ſecundum vnũ
intellectum gloſſ.approbatũ in.l.in his
§.ſi duos.ff.de ſolu.qui non eſt alibi ſe-
cũdũ Bald.in.l.pro hæreditarijs.in pri-
ma col.C.de hære.actio.& in.d.l.acce-
ptam.in.vij.oppo.& ita tenent Alexã.
& Iaſ.in.d.l.quidam.vbi Iaſ.in.v.limi.
24 aſsignat rationem. ¶†Octauò, fallit
ſecundum Iaſo.ibi in compenſatione:
quia admittit̃ particularis compenſa-
tio,licet ſecus ſit in ſolutione.l.etiã.&
ibi no.Bart.C.de compen.& de hoc vi-
25 de rationem per Iaſ.ibi.¶†Nonò.fal-
lit regula ſecundum Iaſ.vbi.ſ.in exa-
ctore publico cui poteſt fieri particula-
ris ſolutio ipſo volẽte:& præiudicabit
rei publicæ inuite.l.fi.& ibi Bart.C.de
apo.publi.li.x.¶Decimò,ſecundũ Iaſ.
fallit quando debitor promiſit ſoluere
in pluribus locis:vt.l.ij.§.ſi quis ita el
primo.& ibi Bart.ff.de eo qđ cer.loco
declarãdo: vt ibi per Bar.quando certa
loca expreſsè & limitate ſunt adiecta:
ſecus ſi omnia loca gñaliter eſſent ad-
iecta vide ibi.¶Vndecimò fallit ſecun-
dum Iaſ.qñ per impotentiam debitor
non poſſet ſoluere totum per text.in.c.
Odoardus & ibi Imol.& Abb.de ſolu.
26 ¶†Duodecimò,fallit vltra alios quan
do illud quod debetur:debetur ex diſ-
poſitione legis:ꝗ tunc admittetur ſo-
lutio partim in vna re,& partim in alia:
& ſic in diuerſis corporibus itẽ partim
in pecunia,& ꝑtim in vna ſpẽ:ita tenet
imo.in.l.ſi inter.§.officium.ff.de aqua
plu.arcẽ.& ſequuntur Alex.& Iaſ.in.l.
in executione.§.j.ff.de verb.obl.& hoc
modo ꝓcedit ſecũdũ Iaſ.illud ꝙ no.in
l.ij.§.& harum.eo.tit.dũ ibi dicitur,ꝙ
debitor quãtitatis liberatur à parte ſol
uẽdo partem,& quod poſtea poteſt da-
 re

re pro reſiduo debiti tot de rebus ſuis
inſolutum, iuxta aut.hoc niſi debitor.
C.de ſolu. Nã ideo iſtud ibi toleratur:
quia ſolutio procedit ex diſpoſitione le
gis,& non voluntario facto hominis:re
gula ergo procedit quando ſolutio eſt
in obligatione ex diſpoſitione hominis
&c.¶Septimò,requiritur, quod quãdo
vltra oblationem eſt neceſſaria obſigna
tio & depoſitio quod talis depoſitio fiat
apud ædem ſacram,vel apud illum de-
poſitarium quem iudex competens ele
gerit:vt eſt tex.in.d.l.acceptam. &,hoc
requiritur ad effectum:vt debitor offe-
rens reddatur ex toto ſecurus: nam ſi
electio fieret de alio nũmulario vel alia
perſona idonea:per debitorem vel cre-
ditorem nõ eſſet idem: quia ſi creditor
eligeret, pecunia eſſet apud eum peri-
culo creditoris:ſi autem debitor elige-
ret depoſitarium:& tũc ſi creditor fuit
in mora recipiendi pecuniam ei obla-
tam:& ideo eo recuſante electus fuit à
debitore depoſitarius:periculũ erit ip-
ſius creditoris:ſed ſi debitor fuit in cul
pa in ipſa oblatione:quia forte non con
gruo loco,vel tẽpore,vel appoſuit con-
ditionem extrinſecã,vel non obtulit in
tegram quantitatem vel aliter ipſa obla
tio peccauit,& periculũ erit debitoris ſi
autem neuter fuit in culpa:& tunc ſi de
bitor elegit depoſitariũ ex ſe: & etiam
iſto caſu erit periculum debitoris:quia
mala electio dicitur eſſe in culpa eligen
tis & ei imputatur.iſte eſt tex.in.l.ſi ſo-
luturus.ff. de ſolu. & ibi declarat Paul.
de ca.poſt Bart.ibi.¶Et hunc vltimum
caſum:quando .ſ. neuter fuit in culpa,
& debitor,elegit; intellige tu, niſi eſſet
electus talis depoſitarius, de quo om-
nes diligẽtes veriſimiliter cõfidiſſent:
quia tunc valeret depoſitio cùm nulla
poſsit imputari culpa deponẽti.ita fir-
mat Bar.in.d.l.ſi ſoluturus.& ſequitur
Bald.in.d.l.acceptam.in.ix.q. & ita pu
to tenendũ quãuis Bar.in.d.l.acceptam
in fine. voluerit quòd depoſitũ factum
in alio loco quàm in loco ibi determi-
nato quando eſt depoſitũ iudiciale non
valeat per text.in.l.ij.C.de vſur.ſecun-
dum vnam lecturã: qa illa lectura non
videtur vera:ſed vera lectura illius tex.
eſt ꝙ depoſitio facta non præcedente le
gitima oblatione non releuat:& ita in-
telligit ibi Saly.poſt gl.fi. ibi:& ſemper
vidi ita practicari.ſ.ꝙ quãdo iudex non
vult eligerẽ depoſitariũ, ille qui offert
eligit & valet depoſitum:etiã quòd non
eligat ædem ſacram. ¶Et prædicta in-
tellige ſemper dummodo perſona quæ
eligitur in depoſitarium ſit talis quòd
contra eam ſit facilis exactio vt no.Bal.
& Saly.in.d l.acceptam. in prima colũ.
¶Adde etiam prædictis quod iudex po
teſt eligere ſeipſum in depoſitarium:vt
not.Fulgo.in.l.ſi fideiuſſor.§.fin .ff.qui
ſatiſ.cogan.per illum tex.& refert Ale-
xand.in.d.l.acceptam.in prin.in apoſt.
27 ad Bal.¶†Octauò,requiritur ꝙ obla-
tio fiat præſenti:aliàs ſi ſit abſens requi
ritur citatio,vel proclama ꝙ compareat
ad recipiendũ oblationem & vidẽdum
fieri depoſitum:vt per Bar. in.l. ſi reus
paratus.ff.de ꝓcura. vbi ponit cautelã
qua debet vti debitor qñ non extat ſeu
nõ apparet perſona cui debet fieri ſolu
tio ad euitandum pœnam, vel morã,vt
ibi per eum cum concordantijs allega-
tis ibi per Alexã. qui ſequitur Barto.&
ratio eſt:qa oblatio debet fieri ei qui po
teſt recipere,vt per Bal.in.d.l. acceptã.
in.iij.qõ.& faciunt no.per Bar. & alios
in.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi.in.xvj. qõ.
ff.de no.oper.nun. ¶Nonò,quãdo cum
oblatione requirit obſignatio & depoſi
tio:ad hoc vt ſortiatur ſuum effectum,
requi-



requiritur ꝙ depoſitum dimittat apud
ipſum depoſitariũ. Nam ſi debitor qui
obtulit obſignauit & depoſuit antequã
creditor illud aſſequatur recipiat à de-
poſitario depoſitum fingitur nunquam
facta depoſitio & nihil profuit debitori
quòd eſt ſatis mirabile: quia per obla-
tionem conſignationẽ & depoſitionem
erat actio extincta & debitor fuerat con
ſequutus liberationem:vt.l. obſignatio
ne.C.de ſol. & actio ſemel extincta non
reuiuiſcit.l.qui res.§.arcam.ff. de ſolu.
& tamen iſto caſu eſt ſecus & iſta con-
cluſio probatur per not. per glo. in.d.l.
acceptã.in glo.pe. & ibi firmat Bart. in
verſi.item contra hoc oppono.& ſequi-
tur Bal.in.j.col.in verſi.in tex.ibi rece-
perit.dicens ꝙ actus recuperationis de
poſiti tollit effectum depoſitionis & al
legat.l. ſed reuocata.ff. de iure fiſci. &
28 ita etiam tenet ibi Saly.in.iij.q.¶†Ex
quibus infertur ꝙ depoſitarius poteſt
reſtituere depoſitum deponenti: quod
tamẽ procedit re integra ideſt antequã
creditor habeat illud ratũ & petat ſibi
ſolui à depoſitario vel ei aut deponenti
denuntiet iuxta not.in.l.iij.C.de noua.
tunc enim nõ poſſet reſtitui deponenti
ita no.Bal.in.d.l.acceptam.in.j.colũ.in
29 d.ver.in tex.ibi receperit. ¶†Et credi
tori contra depoſitarium ad petendum
depoſitum datur actio vtilis depoſiti &
etiam vtilis in rem vt no.glo.in.d.l. ac-
ceptam.in ver.actione. cum qua tranſit
ibi Bar.in fine & eam approbat Saly.ibi
in.ij.q.¶Et contra huiuſmodi depoſita
rium electum per iudicem poteſt agi
ſummatim ſine figura iudicij,& ſine li-
bello executiue officio iudicis.arg. tex.
in.l.eũ.ff.de in ius vocan. Ita tenet Bal.
in.d.l.acceptam.in.j.col.quem ſequitur
ibi Saly.in.j.col.in ver.dicit tamen Bal.
& addunt Bald.& Saly. hoc eſſe verum
etiam ſi depoſitarius eſſet clericus:quia
contra talem depoſitarium non agitur
per modũ iudicij:ſed executiuè in con-
ſequentiam iudicij ſuſcepti contra de-
bitorem:& hoc per tex.in.d.l. acceptã.
30 in verſic. ſanctas ædes &c. ¶†Vltimò,
circa iſtam ſecundam partem huius ter
tij membri dubitatur, an ſufficiat vna
tantum oblatio? an vero plures requi-
rantur?& breuiter dicendum eſt quod
vna tantum ſufficiat ita tenent Barto.
Alexan. & alij in.l.de pupillo.§.ſi quis
ipſi prætori.in.j.col.ff.de no.oper.nun.
ita etiam tenet Bart.in.l.qui Romæ.§.
Seia.in fi.ff.de ver.oblig.& ſequitur ibi
Iaſo.poſt alios in fi. & tenet Bald.in .l.
pe.C.de condi.inſer. ¶Fallit tamẽ hæc
concluſio in.l.iiij.ff. de pigno. actio. de
quo.j.ſuo loco latius dicetur.Item fal-
lit nonnullis alijs modis: vt per Alexã.
in.d.§.ſi quis ipſi.in.ij.col. vbi vide:&
per hæc eſt expedita iſta ſecunda pars
iſti°.iij.membri. ¶Sequitur modo.iiij.
pars iſtius.iij.membri in qua venit tra-
ctandũ de effectibus ipſius oblationis.

## ✿ Summarium. ✿

1 *Oblatio verbalis quæ dicatur.*

2 *Oblatio realis quæ fit extraiudicialiter, q̃d operetur.*

3 *Oblatio debiti etiam ſine conſignatione liberat à pœna caducitatis.*

4 *Oblatio realis cauſat debitori actionem pignoratitiam contra creditorem ad repetendum pignus.*

5 *Venditio pignoris an per oblationem debiti reuocari poſsit.*

6 *Oblatio iudicialis quæ dicatur.*

7 *Oblatio iudicialis etiam abſq; depoſitione & obſignatione facit euitari iudicium:ſi fiat ante litis conteſtationem.*

8 *Oblatio facta cum conſignatione & depoſi-*

*tione quid operetur.*

9 *Oblatio debiti quam creditor non vult acceptare diuerſimodè operatur.*

10 *Oblatio ſola, an aliquam producat actionẽ.*

11 *Oblatio præſenti facta importat promiſſionem.*

## ¶Tertia pars tertij membri .v. partis principalis.

CApiendo ita hãc tertiam partem iſtius tertij mẽbri: in qua ponendi ſunt effectus reſultãtes ex oblatione. ¶ Eſt aduertẽdum ꝙ effectus reſultantes ex oblatione: diuerſificãtur ſicut ſunt diuerſæ ipſæ oblatiões. Nam oblatio aliquando eſt verbalis tantum: aliquãdo autẽ realis & iſta ſubdiſtinguitur: qa alia eſt extraiudicialis, & alià iudicialis, & alia fit cũ obſignatione & depoſitione. ¶ De ſingulis ergo videndum eſt & de effectibus ſingularum.

1 ¶† Et primò, circa oblatione verbalem tantũ: quę eſt quando quis non habens pecuniã vel aliã rem quã prætendit offerre in manibus: offert verbo tantũ ſe paratum ſoluere vel præſtare: de qua dictu fuit .ſ. in .ij. parte huius tertij membri nu.1. cũ ſequẽtibus & habetur in .l. qui decẽ. §. idem reſponſum. in fi. ff. de ſolu. & per Alex. in .l. ſi mora. ff. ſo. mat. & in hac dicendũ eſt ꝙ nulli alij reſultent effectus, niſi illi qui notãtur in ſex limitationibus poſitis per Alex. in .d.l. ſi mora. ad illam regulam, quòd verbalis oblatio nõ ſufficiat, & ego poſui .ſ. in d. ij. parte huius tertij mẽbri. nu.3. cum ſequentibus & inter alios effectus non tradas obliuioni effectum poſitũ in .ij. fallen. videlicet ꝙ verbalis oblatio operatur quòd venditio pignoris poſtea facta per creditorẽ poſsit reſcindi, vt per gl. in .l. ſi reſiduum. C. de diſtrac. pi. per text. in .l. pe. ff. de reſcin. vendi. & not. Bart. in d.l. acceptam. in .j. q. & in .l. prætor. §. ſi quis paratus. ff. de no. ope. nun. & in .l. penul. quæ incipit creditor. ff. de diſtract. pig. & per Alex. in .d.l. ſi mora. vbi dicit hunc eſſe communem intellectum ad .d.l. penult. ff. de reſcin. vendi. quãuis Bal. ſequendo Oldr. in .d.l. acceptam. in prima oppo. dederit alium intellectum diuerſum ab intellectu Bart.

2 ¶† Secundò, circa oblationem realem quæ fit extraiudicialiter quia .ſ. ille qui vult offerre habet pecuniã in manibus & illam offert numerando & oſtendendo in bancho. prout docet Barto. in .l. cùm ſeruus. ff. de condi. & demon. & in d.l. acceptam. & no. Alexan. in .d.l. ſi mora. in .iij. colũ. in verſi. iuxta prædicta adde &c. ¶ Aduertendum eſt quòd quãdo dicta oblatio eſt facta extraiudicialiter abſq; obſignatione & depoſitiõe: & etiã iſta oblatio poteſt producere plures effectus: primus autẽ qui producitur ſit quòd quando debitor fuit conſtitutus in mora ante litem conteſtatam illa mora per dictam oblationem purgatur vt eſt tex. & ibi per doc. in .l. ſi ſeruum Stichum. §. ſequitur. ff. de verb. obli. & per conſequens per eam impeditur venditio pignoris: quia talis vẽditio fieri non poteſt, niſi prius debitor ſit in mora ſoluendi: vt .l. cùm ſoluendæ. ff. de diſtrac. pi. ita declarat Bart. in .d.l. pen. quæ incipit creditor. ff. de diſtrac. pi. & ſequitur ibi Alex. & firmat Saly. in .d.l. acceptam. in .ix. oppo. & in .iiij. q. poſt Bald. ibi in .iiij. oppo. ¶ Et iſtud habet locum non ſolum quando debitor offert, ſed etiam quando ſecundus creditor offert primo: quia ſimiliter impeditur venditio pignoris: vt eſt tex. & ibi Bal. in .l. ſi. C. ſi anti. credi. ¶ Sed ſi mora debitoris eſſet



eſſet cauſata per litis conteſtationem: tunc oblatio extraiudicialis eã non purgaret: ſed opus eſſet vel iudicialiter offerre, vel extraiudicialiter offerre: & etiam conſignare & deponere: ita tenet Barto. in .l. ſed & ſi alia. ff. conſti. pecu. & Barto. in .l. interdum. §. fi. ad fi. ff. de verbo. obli. & in .l. ſi inſulam. in .j. oppo. ſecundæ partis principalis. ff. de verbo. obli. vbi vult quòd qui vult morã purgare poſt litem conteſtatam debet offerre rem in iudicio: quia ſicut mora fuit iudicialiter commiſſa ita debet iudicialiter purgari: argu. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. & hoc quando mora fuit commiſſa per litis conteſtationem, aliàs ſi fuiſſet commiſſa ante iudicium ſufficeret extraiudicialiter ante offerre: & cum Bar. tenent Bal. & Ang. in locis .ſ. allegatis. & Sal. in repe. l. ſemel mora. in iiij. q. princ. ff. ſol. mat. & in .d.l. ſed & ſi alia. ¶ Sed in hoc cõtra Bar. tenẽt Imo. & Roma. in .d.l. ſi inſulam. & Raph. in d.l. interdum. §. fi. volẽtes quòd oblatio indiſtinctè purget morã vſq; ad ſententiam per .d.l. ſi ſeruum. §. ſequitur. Tamen opinionẽ Bar. defendit & ſequitur Alexã. in .d.l. interdum. §. fi. & idem facit Iaſo. in .d.l. ſi inſulam. ſuper .j. oppo. Bart. in ſecunda parte principali. & ita etiã videtur tenere Alex. in .l. & ſi poſt tres. in vlt. col. ff. ſi quis cau. & ita tenendum puto. ¶ Secundus effectus iſtius oblatiõis realis extraiudicialis eſt ꝙ nõ ſolum purgat moram debitoris vt dictum eſt: ſed etiam conſtituit ipſum creditorem non recipientem in mora ſecũdum verum intellectum .l. ſi per emptorem. ff. de actio. emp. licet glo. ibi aliter exponat: & de hoc eſt clarior text. in .l. Celſus. §. fin. ff. de arbi. dum dicit quòd etiam facit pœnam committi & text. iuncta glo. in .l. illud. C. de peri. & commo. rei ven. & optimè declarat Alexan. in .d.l. ſi ſeruum. §. ſequitur in .j. colũ. in ver. item nota quòd ſequens oblatio. ff. de verbo. oblig. ¶ Et ex tali mora in qua creditor conſtituitur mediãtè tali oblatione ſequitur alius effectus, videlicet ꝙ ſi debitor ex natura primi cõtractus tenebatur de caſu fortuito: puta qa erat debitor generis vt .l. incẽdium. C. ſi cer. peta. & per cõſequens tenebatur etiam de leuiſsima culpa iuxta not. in .l. quod te. ff. ſi cer. peta. per talem oblationem liberat ſe à tali caſu fortuito & tenebitur ſolùm de dolo & de omni culpa: ita tenet Bart. in .l. qui decem. in princi. ff. de ſolu. & Bartol. in .d.l. acceptam. in .ij. q. & licet ibi Bald. voluerit quòd iſto caſu debitor liberetur etiam à leuiſsima culpa per iura de quibus ibi per eum: tamen Alexã. in .d.l. ſi mora. in .iiij. col. dicit quòd verior eſt opinio Barto. videlicet quòd talis oblatio liberet ſolum à caſu fortuito, & iſtam opin. tenet etiam Imo. in .d.l. qui .x. in prin. & ibidem ſequitur Alexan. & iſtam opinionem dicit eſſe communem Alexã. in .d.l. ſi mora. reprobãdo ibi Bal. plus attentãtem, videlicet ꝙ talis oblatio nõ ſolũ liberet à leuiſsima ſed etiã à leui culpa. ¶ Si autẽ debitor ex natura cõtractus tenebatur de dolo lata & leui culpa: per hmõi oblatione ex qua creditor fuit conſtitutus in mora excuſabitur à leui & tenebitur ſolũ de dolo & lata culpa vt ꝓbatur per tex. glo. & Alexã. poſt alios in .d.l. ſi mora. in prin. & firmat Bar. in .d.l. q decẽ. in prin. & in .d.l. acceptã. in .ij. q. ¶ Tertius effectus iſtius oblationis eſt ꝙ per eam impeditur mora debitoris: quia (ea facta) ſi debitor non erat prius cõſtitutus in mora amplius nõ cõſtituetur: vt .l. illud. ff. de pericu. & cõmo. rei ven. & habetur in .d.l. ſi ſeruũ. §. ſequitur.

tur.ff.de verbo.obliga.& no. Barto.in
d.l.acceptam.in.ij.q.in verſi.item pro-
deſt debitori ad impediendã morã &c.
¶ Quartus effectus eſt ꝙ per eam im-
peditur curſus vſurarum quando vſu-
ræ nondum erant inchoatæ vt per tex.
glo.& doct.in.l.ſi pro te.& in.l.ex præ-
dijs.C.de vſur.ſed ſi curſus vſurarum
eſſet inchoatus ante factam oblationé:
tunc per ſolam oblationem nõ impedi-
retur etiam ope exceptionis:ſed iſto ca-
ſu vltra oblationem requireretur con-
ſignatio & depoſitio,& hoc modo im-
pediretur ipſo iure vt.d.l.acceptam.&
ibi no.Bar.in.ij.q.&.d.l.ſi pro te.&.l.tu
tor pro pupillo.in fi.ff.de admini.tuto.
&.l.penulti.cum glo.ff.de nau.fœno.&
ita firmant Areti.Imo.Alexan.& Iaſo.
in.l.qui Romæ.§.Seia.in penul.col.ſu-
per gl.in ver.iure quæ per dictos doct.
reprobatur.ff. de verborum obligatio.
¶ Quintus effectus eſt quod per talem
oblationem impeditur etiam commiſ-
ſio,& incurſus pœnæ cõuentionalis ſi-
cut impeditur curſus vſurarum vt eſt
gloſſ.not.in lege penultima.ff.de nau.
fœno.& text.& ibi gloſſ.plena.in lege
Celſus.§.fi.in gl.in ver.non committi.
ff.de arbi.& not.Bald.in.l.acceptam.in
iij.oppo.& ibi Alexand.in apo.ad Bal.
qui firmat quod iſto caſu ſufficiat ſola
oblatio ſine conſignatione:& reſpõdet
ad tex.in.l.fi.ff.de lege commiſ.vbi in-
teruenit obſignatio quòd ibi fuit facti
accidentia:& iſtud innuit ibi Alexand.
procedere in pœna cõuentionali:ſecus
auté ſecundũ eũ eſt in pœna legali per
tex.in.l.ij.in fine.C.de iure emphy.
3 ¶ † Sed in hoc eſt aduertendũ quod ad
euitandum pœnam caducitatis ſufficit
ſola oblatio ſine conſignatione & depo
ſitione:ſicut regulariter eſt in alia pœ-
na,vt dictum eſt per.d.l.acceptã.&.d.
l.ſi pro te.&.d.l.Celſus.in fi.&.d.l.pe-
nul.¶ Sed ad cõſequendã plenariam li-
berationem à canone emphyteutico:ſe-
cus eſt:nam ad hunc effectum requiri-
tur quòd emphyteuta illũ offerat,cõſi-
gnet,& deponat:ita debet intelligi tex.
in.d.l.ij.in fi.ſecundũ Cy.ibi & Bal.in
j.col.& Albe.poſt Iac.de are.in.ij.colũ.
& Ang.in.iij.& Saly.in vlt.col.in fi.&
ſentit Spec.in titu.de loca.§.nunc ali-
qua.verſi.xxxiiij.& ibi hoc expreſſe fir
mat Ioã.and.& ita ſe habet communis
opinio & tenendũ eſt ſecundũ Iaſ.in.d.
l.ij.fo.175.iij.colũ.in ver.in ea glo.nu.
106.quãuis in pũcto iuris,vt ipſe ſub-
dit verior videať opinio cõtraria,vide-
licet ꝙ etiã ad euitãdũ pœnã caducita-
tis requratur oblatio,conſignatio,& de-
poſitio,ponderãdo tex.in.d.l.ij.& aſsi-
gnando rationes de qbus ibi per eũ &c.
¶ Capio nunc oblationé iudicialem ſine
conſignatione & depoſitione:quæ pri-
mo producit omnes effectus,quos pro-
ducit oblatio extraiudicialis quos ſu-
4 per ea proximè retulimus.¶ † Et vltra
illos producit etiam alium effectũ:quia
per eam oritur actio pignoratitia dire-
cta debitori ad repetendum pignus cõ-
tra creditorem:vt.l.ſi rem alienã.§.fin.
ff.de pign.actio.¶ Amplia hunc effectũ
habere locum etiam ſi dicta oblatio iu-
dicialis fieret poſt litem cõteſtatam:vt
not.Bart.& Alexand.in.d.§.fi.& Bart.
Ange.Imo.& Alexan.in.l.interdum.§.
fi.ff.de verbo.obliga.in glo.ſuper.ver.
mora.licet ſecus ſit in oblatione extra-
iudiciali facta poſt li.cõteſt.quia illa nõ
ſufficit per.l.ſed & ſi alia.ff.de conſtit.
pecu.& habetur per Alex:& alios in.d.
§.fi.¶ Secundò,amplia hunc effectum
vt habeat locũ etiam ſi factum eſſet pa-
ctum inter debitorem & creditorem de
vendẽdo pignore elapſo ter.præfixo ad
ſoluendum



ſoluendũ:quia adhuc non obſtante tali
pacto facta oblatione iudiciali per debi
toré oritur pignoratitia tex.& ibi not.
Bal.in.l.iij.C.de pign.actio.& ratio eſt
ſecundũ eũ:qa ſi oblatio talis impedit
ipſum principale.i.pignus:qa illud libe
rat:ergo impedit etiã acceſſorium ꝙ eſt
ipſa venditio pignoris allegat.l.fundus
qui Lucij.ff.de reſcin.ven.& idẽ dicit
Bal.eſſe in licentia data à lege creditori
de vendendo pignus per eandem.l.& ꝙ
oblatio iudicialis liberet pignus ab obli
gatione hypothecaria,& pariat directã
pignoratitiam debitori ad repetendum
pignus:firmat etiã Bart.in.l.ſi debitor.
5 ff.de ſolu.¶ † Reſtringitur autem iſte
effectus duobus modis:primo,quando
talis oblatio fieret poſt venditũ pignus:
quia tunc non reuocaretur per eam pi-
gnus iam venditum,vt eſt text.in.l.ſi
pri⁹.C.de diſtrac.pig.& ibi Bal.& alij.
¶ Secundò modo reſtringitur,vt dicta
oblatio iudicialis producat liberationé
pignoris,& hypothecæ & pariat dire-
ctam pignoratitiam & ad hũc effectum
habeat vim conſignationis & depoſitio
nis:vt per Barto.in.d.l.ſi debitor.ff.de
ſolu.ſecus autem ſit quoad totalé libe-
rationé debitoris:qa per hãc oblationé
iudicialé nõ liberatur debitor à princi-
pali obligatione,nec ad hunc effectum
liberatiõis à debito principali talis obla
tio habet vim conſignationis & depoſi
tionis,imo adhuc tali oblatione nõ ob-
ſtante creditor poteſt petere à debitore
qui obtulit pecuniã ſibi debitã:vt.l.ac-
ceptã.C.de vſur.Ita firmat Bar.in.d.l.
ſi debitor.& probatur iſta opinio ꝑ tex.
in.d.l.acceptã.& in.l obſignatione. C.
de ſolu.vbi habetur ꝙ ad conſequendã
liberationé à debito non ſolũ requiri-
tur oblatio,ſed etiam cõſignatio & de-
poſitio.¶ Et hoc modo ſunt intelligen-
da notata per Bart.in.d.l.ſi rem alienã.
§.fi.& in.d.l.interdum.§.fin.vbi Bart.
vult ꝙ oblatio iudicialis inducat libe-
rationé ſicut inducit oblatio conſigna-
tio & depoſitio extra iudiciũ facta:nã
debet intelligi reſpectu liberationis pi-
gnoris & hypothecæ ad effectũ ꝓducé
di pignoratitia,non auté ad effectũ in-
ducendi totalem liberationem ab ipſo
debito principali prout melius declarat
Bar.in.d.l.ſi debitor.¶ Et iſtam decla-
rationem Bart.in.d.l.ſi debitor.ſequũ-
tur Raph.cu.Alexd.& Iaſ.in.d.l.inter-
dum.§.fi.& ita eſt tenẽdũ quãuis Cor.
in cõſi.lxxxv.iiij.vol.in litera.h.teneat
inaduertanter cõtrariũ,videlicet ꝙ vbi
alias extraiudicium requiritur oblatio,
cõſignatio,& depoſitio:in iudicio ſuffi-
ciat ſola oblatio etiã verbalis ſecũdum
eũ:allegãdo.Bar.in.d.l.ſi ré.§.fi.& qdã
alia:ſed errat qa (vt dixi) cõmuniter te
netur opinio Bart.in.d.l.ſi debitor quã
etiã ſequiť Bal.in.d.l.acceptã.in.iij.co.
& tanto apertius errat Cor.quia loquiť
de verbali oblatione:& nõ de reali ꝓut
loquuntur doc.qui tractãt de oblatione
iudiciali:nã verbalis ſola non operatur,
niſi effectus quos retuli.s.circa ipſam
6 oblationem verbalé nume.1.¶ † Et ad
declarationé iſtius oblationis iudicia-
lis adde,ꝙ oblatio dicitur iudicialis ſi
fiat in iudicio,vel ꝙ fiat ante lit.cõteſt.
vel poſt,dũmodo fiat coram ordinario
iudice:ſecus ſi fiat coram delegato ita
tenet Bal.in.l.inuicé.C.de cõpé.& no.
Alex.in.l.ſi reus paratus.ff.de procura.
7 poſt Bar.ibi & in.d.l.ſi ré.§.fin.¶ † In
ſurgit etiã ex oblatione iudiciali alius
effectus: qa oblatio facta in iudi.abſq;
alia depoſitione & obſignatione facit
euitari iudiciũ ſi tñ fiat ante lit.cõteſt.
ita tenẽt Bart.Bal.& alij in.d.l.ſi reus
paratus.ff.de procurato.& not.inſti.de
perpe.&

perpe.& tẽpo.acti.§.fi.& in.l.ſi domus.
§.in pecunia.ff.de lega.j.Si autem talis
oblatio fiat poſt li.conteſta.purgat mo-
rã,& facit ꝙ debitor abſoluatur ab ob-
ſeruatione iudicij:dũmodo tam qñ fit
ante lit.cõte.quã qñ poſt offeratur idẽ
quod petitur:ita declarat Barto.& ſe-
quuntur Ang.Imo.& Alexã.in.d.l.in-
terdũ.§.fi.reſpõdendo ad cõtrariũ.l.ſi
inſulã.ff.de verb.obli.& habetur in.d.l.
ſi reus paratus.& eſt tex.in.l.ſi fundus.
§.in vendicatione.ff.de pig.& ibi glo.in
ver.abſoluẽdus.¶ Amplia hunc effectũ
declaratũ vt.ſ.duobus modis.¶ Primo
modo ꝙ oblatio prædicta habeat dictũ
effectum etiã ſi ſit facta procuratori ge-
nerali qui nõ habet mandatũ ad recipiẽ
dũ iuxta.l.hoc iure.ff.de ſolu.nã etiam
hoc caſu operatur effectũ prædictũ:qa
imputari debet actori q̃ nõ miſit procu
ratorẽ idoneũ ad exigendũ vt habetur
in.d.l.ſi reus paratus.¶ Secundo modo
amplia,vt procedat nõ ſolũ in debitore
offerente vt dictum eſt:ſed etiam in ter
tio poſſeſſore conuento hypothecaria à
creditore:qa ſi ipſe offerat creditori in
iudicio euitat litis cõteſtationẽ:& iudi
ciũ:per tex.in.l.Paulus.§.fin.& ibi no.
8 Bar.ff.qui.mo.pig.vel hy.ſol.¶ † Vlti-
mo ſequitur oblatio que ſolet fieri cum
conſignatione & depoſitione:& in hac
primo dicendum eſt,ꝙ iſta oblatio pro-
ducat oẽs effectus quos producit obla-
tio realis extraiudicialis & iudicialis,
de quibus dictũ eſt.ſ.in vnaquaq; ipſa-
rum.¶ Et vltra dictos effectus producit
etiam effectũ totalis & plene liberatio-
nis vt.l.obſignatione.C.de ſolu.& not.
Bart.in.d.l.acceptã.in.iij.q.& in.d.l.ſi
debitor.ff.de ſolu.& vt habet in dictis
locis iſta oblatio habet vim veræ ſolu-
tionis quo ad omnia vt etiã eſt tex.in.l.
j.C.qui po.in pi.hab.¶ Et iſtud proce-
dit etiã ſi pro parte fiat oblatio,cõſigna
tio,& depoſitio:& ꝑ alia parte fiat con
penſatio:qa omnino reſultat effectus li
berationis:vt eſt tex.& ibi gl.& doct.in
l.inuicẽ.C.de cõpen.¶ Et ex hoc reſul-
tat alius effectus iſtius oblationis,conſi
gnationis,& depoſitionis:quia per eam
poſterior creditor talẽ oblationẽ faciẽs
ſuccedit in ius primi creditoris cui of-
fert.vt.l.j.C.q po.in pi.habe.& ibi no.
omnes dicẽtes,ꝙ oblatio,cõſignatio,&
depoſitio habent vim ſolutionis,& ope
rantur ꝙ ſecũdus creditor ſuccedat in
locũ primi & etiã cõfirmet ſibi pignus
ſuũ ad idẽ tex.in.l.potior.§.fi.ff.q po.
in pi.hab.&.l.vl.C.de his q in prio.cre
dit.lo.ſucced.& no.glo.in.l.Ariſto.ff.q
res pi.obli.poſ.& ibi clare Bart.in.j.q.
¶ Et ad hũc effectũ cõſequẽdũ requiri
tur (vt dixi) ꝙ non ſolũ fiat obligatio:
ſed etiã ꝙ obſignet:& deponat pecunia
que offertur:vt no.in locis prędictis cla
re:ita ꝙ ſi fiat oblatio,& depoſitio:&
non fiat obſignatio:non ſequetur effe-
ctus prædictus ſuccedendi in ius primi
creditoris:qa per oblationem & depoſi
tionem ſine obſignatione trãſfertur do
minium & poſſeſſio in depoſitariũ:&
nõ eſt ꝓpriẽ depoſitum cũ depoſitarius
poſſit cõuertere pecuniam iſto caſu in
ſuos vſus:vt eſt text.in.l.Luci⁹ Titius
Sempronio.ff.depoſi.& ibi no. Paul.de
ca.iũcta.l.die ſponſaliorũ.§.fi.eo.titu.
Sed quãdo depoſitũ fit cũ obſignatiõe:
tunc non tranſit neq; poſſeſsio neq; do
miniũ in depoſitariũ & non poteſt de-
poſitarius cõtractare inuito deponente
& ſi ſecus fecerit nõ ſolũ tenetur depo-
ſiti,ſed etiã furti:vt eſt tex.in.l.ſi ſaccu
lum.ff.depoſi.& ibi no.Pau.de caſt.ad
idem tex.inſti.de obl.quæ ex quaſi.de-
li.naſ.§.futurũ autẽ fit.¶ Iſto ergo ſecũ
do caſu in quo fuit facta obſignatio,&
depoſitio æquum eſt ꝙ illa habeat vim
ſolutionis:cum depoſitum nõ poſſit cõ
tractari neq; conuerti in aliquem vſum
per depoſitariũ:ſed apud eum ſtare de-
bet ad requiſitionẽ creditoris.in primo
autẽ caſu ceſſat ratio cũ dominiũ & poſ
ſeſſio transferatur in depoſitariũ & licẽ
tia vtendi depoſito ei cenſeatur data,&
propter iſtã diuerſitatem rationis iura
voluerũt ꝙ ad effectũ totalis liberatio-
nis à debito & ſucceſsionis in ius primi
creditoris vltra oblationẽ & depoſitio-
nem requirat etiã obſignatio iuxta.l.fi.
ff.de leg.cõmiſ.& ita loquitur tex.in.d.
l.obſignatione.& in.d.l.acceptã.& in
d.l.j.C.qui po.in pi.& in alijs locis.ſ.al
legatis:q̃ iura nõ reqſiuiſſent talẽ obſi-
gnationẽ:ſi ſatis fuiſſet offerre,& depo
nere:ſed qa prædicta iura cõſiderauẽ-
runt ꝙ ſola oblatio & depoſitio abſq;
obſignatione vel cõſignatiõe:nõ habẽt
effectũ ſolutionis & liberatiõis:vt.ſ.di-
ctũ eſt ideo requiſiuerunt etiã:vt fieret
obſignatio:quia mediante depoſitum,
eſt verũ depoſitum.d.l.Lucius.&.d.l.ſi
ſacculum & ex eo reſultat effectus ſolu
tionis & liberatiõis plenẽ.d.l.obſigna-
tione.& ꝑ cõſequẽs ſublato iure primi
creditoris confirmatur ius ſecundi iu-
xta.d.l.j.& etiam ſecundus ſuccedit in
ius primi.vt habetur per Bart.poſt gl.
in.d.l.Ariſt.quæ not.quia cauſidici mo
derni frequenter faciunt oblationes,&
depoſitiones ſine cõſignatione,vel ob-
ſignatione:& putant ex hoc cõfirmaſſe
pignus ſecundi creditoris & obtinuiſſe
ſucceſsionẽ in ius primi:ꝙ tamen non
eſt verum:niſi etiam fiat obſignatio,vt
9 dictum eſt.¶ † Et quia (vt ſupra dedu
ctum eſt) oblatio ſecundum diuerſita-
tem caſuum:quando creditor non vult
recipere operatur diuerſos effectus:vt
eſt text.in.d.l.j.C.qui po.in pign.hab.
ibi obtuliſſet is quæ accipere noluiſſet
& in.l.potior.§.fin.ff.eod.titu.ibi no-
lente priore creditore pecuniam recipe
re.Nã ſi creditor vellet recipere reſolue
reĩ oblatio:vt not.Bar.in lege creditor.
in fi.ff.de diſtrac.pig.põt ꝓbabiliter du
bitari,qñ dicatur creditor nolle recipe-
re:& quomodo ꝓbandũ ſit ꝙ ille nolit
recipere?& breuiter dicendũ eſt,ꝙ qñ
creditor expſſẽ recuſat recipere res non
habet difficultatem ſed ſi nihil dicat:
ſed taceat ſumus in dubio.¶ Tamen
etiam iſto caſu dicendum eſt quòd cen
ſeatur nolle recipere & recuſare:& ideo
ſufficit ꝙ ipſe tacuerit ad hoc,vt dica-
tur recuſaſſe recipere:niſi aliud per eũ
probetur:ita not.Barto.in.l.pretor.§.ſi
quis paratus.in fin.ff.de no.oper.nun.
per.text.& ibi glo.in.d.l.prætor.§.hoc
autem interdictum.& ibi etiã no.Bart.
10 in fin.quod not.¶ † Inſurgit etiã alius
effectus ex oblatione in contractibus
innominatis:quia licet ſola oblatio non
habeat vim implementi ad producẽdũ
actionem contra aduerſarium:quia nõ
obſtante tali oblatione adhuc eſt locus
pœnitentiæ & aduerſarius poteſt dice-
re ſe nolle recipere:vt tenet gloſſ.in.l.
iuriſgentium.in principio.in verſiculo
facias.ff.de pactis.Tamen ſi vltra obla-
tionem interueniat etiam obſignatio &
depoſitio ante pœnitentiam:tũc ceſſat
pœnitentia,& talis oblatio,cõſignatio,
& depoſitio habet vim implementi &
producit actionem ita Bal.poſt Iac.bu.
in.l.ex placito.in.xviij.q.C.de rerũ ꝑ-
mu.¶ Et hoc nõ alia ratiõe:niſi qa obla
tio cũ cõſignatiõe & depoſitione habet
vim ſolutiõis.d.l.obſignatiõe.C.de ſo-
lu.& ita tenet Alex.in.d.l.iuriſgẽtium.
in prin.in vlti.colum.& ibi etiam Iaſo.
11 ¶ † Alius etiam effectus inſurgit ex
oblatione:qa qñ illa fit præſenti impor-
tat

tat promiſsionem vt probatur in.l.pa-
ctum.circa prin.ibi dum tex.dicit offe-
rentis ſolius promiſſum.ff.de pollici.&
in.l.de pollicitationibus ibi munus: ꝙ
ſponte obtulit.eo.tit.facit.l.quidam.ff.
de cõſtit.pecu. Non enim refert,an di-
catur promitto, an alia æquipollentia
verba proferantur ex quibus de inten-
tione promittendi appareat vt inſti.de
verbo.oblig.§.j.verſi.ſed hæc ſolennia.
c.in his.&.c.intelligentia.de verb.ſign.
& ita per prædicta firmat Alex.in con-
ſil.cxiiij.viſo proceſſu in.j.col.vj.volu.
12 ¶ † Vltimus effectus oblationis conſi-
derari poteſt ꝙ ex ea inducitur tacita
confeſsio omnium cõtentorum in ſcri-
ptura ipſius oblatiõis vt habetur in ca.
cùm olim.de cenſi.& in.c.cũ venerabi-
lis.de excep.& firmat in terminis Soci.
in conſi.xcvj.conſiderata contingentia
in fi.quar.volumi.poſſem etiam plures
alios effectus oblationis recenſere: ſed
eſſent à materia pignorũ & hypotheca-
rum alieni.ideo eis obmiſsis acquieſcã
ſuprà ſcriptis:& ſic eſt expeditũ tertiũ
membrum iſtius quintæ partis.

✠ Summarium. ✠

1 *Rex vna non poteſt pro alia retineri.*
2 *Res retenta pro vno debito,an ipſa liberata poſſit pro alio debito retineri.*
3 *Venditor poteſt retinere rem venditam pro pretio non ſoluto.*
4 *Rex peruenta ad creditorem occaſione debiti, an poſsit abſq; illius obligatione retineri.*
5 *Fauore dotis competit mulieri retentio bonorum mariti.*
6 *Redimenti pignus debitoris abſentis competit retentio illius pignoris pro pretio debiti ſoluti.*
7 *Retentio an locum habeat in pacto nudo.*
8 *Retentio procedit pro melioramentis,vel expenſis circa rem pignoratam factis.*
9 *Impendens in re aliena bona fide quod remedium habeat.*
10 *Condemnatus ad reſtitutionem rei,an poſsit excipere de melioramentis:& eorum occaſione illam rem retinere.*
11 *Melioramenta rerum pignoratarum qualiter veniant exigenda.*
12 *Bonefidei poſſeſſor lucratur fructus, etiam ſine titulo.*
13 *Fructus percepti ab eo qui emit ignoranter rem dotalem à marito non computatur cum melioramentis.*
14 *Fructus percepti ratione dominis etiam vtilis non computantur cum melioramentis: ſecus ſi eſſent percepti ratione poſſeſsionis tantum.*
15 *Fructus ex æquitate debiti veniunt cum melioramentis computandi:ſecus ſi de rigore.*
16 *Satiſfactio melioramẽtorum qualiter ſit debita.*
17 *Ratione melioramentorum factorũ in vna re non poteſt alia retineri.*
18 *Melioramenta facta per debitorem in re quã hypothecauit creditori cenſentur hypothecata ipſi creditori, ſicut ipſa res in qua facta ſunt.*
19 *Emptor rei ſubiectæ reſtitutioni fideicõmiſſariæ in euentum conditionis non repetit melioramenta.*
20 *Bonæfidei poſſeſſor lucratur fructus melioramentorum pro rata.*
21 *Melioramẽta faciẽs in re quã poſſidet ſi conueniatur ſuper ea hypothecaria põt offerre agẽti æſtimationem rei detractis melioramẽtis.*
22 *Litis æſtimatio in cauſa hypothecaria qualiter offeratur.*
23 *Ius retentiõis poſſeſſori ratione melioramentorũ competens tranſit in illius ſingularem ſucceſſorem abſq; alia ceſsione.*

¶ Quartum membrum quintæ partis.

Sequitur



SEquitur modò
quartũ membrum iſtius
quintæ partis in quo tra-
ctabitur de iure retinendi
res ex cauſa pignoris & hypothecæ: &
de expenſis melioramentorũ:quæ etiã
concernũt effectus pignoris & hypothe-
cæ.& complectendo totã materiã pone
regulã cum vna ampliatione,& decem
1 fallentijs.† Regula ergo ſit ꝙ vna res
pro alia retineri non poteſt,vt eſt text.
& ibi ꝑ doc.in.l.fi.C.cõmo.& in.l.ſi nõ
inducta.C.in qui.cau.pig.taci.cõtraha.
Amplia modo iſtã regulã vt ꝓcedat nõ
ſolũ quãdo tractaẽ de retinẽda vna re ꝓ
alia:ſed etiã qñ tractaẽ de retẽtiõe eiuſ-
dẽ rei q̃ peruenit ad aliquem cũ vitio:
quia etiã illa retineri nõ poterit:vnde ſi
legatarius ꝓpria autoritate occupauit
rem legatã ante aditã hæreditatem quo
caſu cõtra eum datur interdictũ quorũ
legatorũ nõ poterit legatarius dictã rẽ
retinere:ſed cogetur illam relaxare hæ-
redi,& poſtea ad illã agere:vt eſt tex.in
l.j.§.redigunẽ & ibi ꝑ gl.& Bar.ff.quo-
rũ leg.& ꝓbaẽ in.c.fi.de ordi.cogna.&
ita tenet Salyc.in.d.l.fi.C.cõmo.in ſua
diſtinctione & Alexã.poſt Bar.in.l.ſi nõ
2 ſorté.§.ſi cẽtũ.ff.de cõdi.indebi.¶ † Fal
lit autẽ dicta regula decẽ modis.Et pri
mo qñ res q̃ retineẽ pro vno debito fue-
rat eidẽ obligata ꝓ alio debito & nõ ꝓ
eo ꝓ quo retineẽ:qa tũc retineri põt vt
eſt tex.in.l.vni.C.etiã ob chiro.pecu.&
ibi ꝑ gl.Saly.& alios intelligẽdo tamen
vt latè dixi.ſ.in hac.5.ꝑte in.iij.mẽbro
nu.46.vſq; ad nu.50.vbi latè explica-
ui materiã.d.l.vni.& ita etiã tenet Sa-
ly.in.d.l.fi.C.cõmo.vbi dicit tex.in.d.l.
vni.eſſe ad hoc multũ ſingularem & ꝙ
ratio illius tex.põt eſſe quia illa res fuit
tradita creditori ob tutelã ipſi9:& licet
ſpecificè tradita nõ fuerit ꝓ iſto credito
pro quo retinetur ſed ꝓ alio:tamẽ quia
nõ fuit viſum honeſtũ legiſlatori:ꝙ de-
bitor detractet ſoluere etiã debitũ anti-
quum de quo nõ erat plene cautũ ideo
permiſſa eſt retentio dictæ rei per exce-
ptionẽ rei: vt eſt expreſſum in.d.l.vni.
3 ¶ † Secundò,fallit.d.regula quando di-
cta res non eſſet vere & expreſſe obliga-
ta: ſed ſolum quaſi obligata:vt res vẽ-
dita quæ ante traditionem factam em-
ptori eſt quaſi obligata venditori pro
pretio:vnde ſi emptor agat ad illam ex
empto, vt ſibi tradatur poterit vendi-
tor illam retinere quaſi ſibi obligatam
pro pretio:donec ſibi ſoluatur pretiũ,
vt eſt text.in.l.hæreditatis.ff.de hære.
vel actio.vendi.tex.& ibi glo.quæ alle-
gat cõcordantes in.l.Iulianus.§.offer-
ri.ff.de actio.emp.& ibi no.etiam Bart.
¶ Et non obſtat ꝙ hoc modo res ſua vi-
deaẽ obligata ipſi venditori cõtra.l.ne-
q; pignus.ff.de reg.iur.quia reſpondet
ibi Bart.ꝙ.d.l.neq; pignus.procedit in
re quę abſolute & ſimpliciter eſſet illius
qui prætẽdit pignus in ea quia tũc in ea
obligatio cadere non põt:ſecus autẽ eſt
in re quæ ſubiacet reſtitutioni vel alte-
ri eſt tradẽda:nam tunc in ea poteſt ca-
dere pign9 vel quaſi.l.ex ſextãte.§.La-
tinus.ff.de excep.rei iudi.& vt dixi di-
ſpoſitio.d.§.offerri.procedit ante factã
traditionẽ de re vendita vel emptori vt
habetur per Alex.in.l.ſi cum dotem.§.
fi.in fi.ff.ſolu.matr.& no.Sali.in.d.l.fin.
4 C.cõmo.in ſua diſtinctione.¶ † Tertiò,
fallit dicta regula etiã ſi res non eſſent
obligata,nec quaſi illi qui vult retinere:
ſed perueniſſet ad eũ occaſione & cauſa
illius debiti cuius prętextu eã vult reti-
nere.Nã tũc permittiẽ retẽtio text.eſt
& ibi Bar.& alij in.d.l.ſi non ſorté.§.ſi
cẽtũ.ff.de cõdi.indebi.& in.l.eleganter.

§.qui

§.qui reprobos.ff.de pig.actio.&.l.ſi cũ
aurum.ff.de ſolu.& ita etiã firmat Sa-
ly.in.d.l.fi.¶ Intellige tamẽ & declara
prædicta cum grano ſalis:vt.ſ.procedat
quãdo dicta res de cuius retẽtione agit
data fuit illi qui vult retinere illam in-
ſolutũ,vel in pignus,licet nulliter pro
illo debito: tũc enim habet locũ reten-
tio:& ita loquũtur iura proximè allega
ta: ſecus ſi dicta res non per modũ da-
tionis inſolutũ, vel hypothecæ: ſed ali-
ter occaſione etiã dicti debiti ad credito
rem perueniſſet:qa tũc retineri nõ poſ-
ſet pro illo debito:ita ſolẽniter declarat
Pau.de caſtr.poſt Barto.in.l.petenti.ff.
de pigno.actio.in fi.quod perpetuo mo.
& adde q̃ in hoc dixi.ſ.in tertia, parte
5 in.ij.mẽbro.q.x.nu.43.¶ † Quartò,fal
lit dicta regula fauore dotis:qa.ſ.ſi ma-
ritus,vel eius hæredes agant cõtra mu-
lierem ad aliquod debitũ anterius do-
te ſuper aliqua re hypothecata marito
& hæredibus pro dicto debito: mulier
poterit retinere dictã rem,donec ei de
dote plenè ſatiſfiat:& hoc ſiue dos con-
ſiſtat in pecunia, ſiue in corporibus ita
tenet Bartol.poſt Iaco.de aretio in.l.ſi
filiofami.in princip.ff.ſolu.matri.& ita
no.& ſequitur Bal.no.in tractatu dotis
in.viij.parte in primo priuileg.in fin.in
verſic.iij.limi.& idem ibi dicit in com-
pẽſatione: quia ſi agatur cõtra mulierẽ
ad res eidẽ donatas à marito quæ eſſent
in pecunia, vel ſi eſſent in ſpecie,eſſent
conſumptæ & ſic deberetur æſtimatio.
Nam contra maritum vel hæredes re-
petentes ab vxore pecuniam donatam
vel æſtimationẽ rerũ donatarũ cõſum-
ptarum poſſet mulier excipere & oppo
nere cõpenſationẽ de dote ſua ſibi de-
bita ab heredibus mariti:& idẽ ſi age-
retur rerũ amotarum ad æſtimationem
rerũ contra vxorẽ:ita firmat Bald.not.
in.d.j.priuileg.in.iij.limi.per tex.& ibi
no.per Bar.in.d.l.ſi filiofami.in princi.
Nam iſta omnia ſunt ſpecialia in dote
vt habet in dictis locis.¶ Quintò,fallit
regula predicta quando res aliena eſſet
obligata creditori ſciẽter.quo caſu do-
minio poſtea queſito per obligantẽ non
reconualeſcit obligatio.nam iſto caſu
datur creditori retentio dictæ rei obli-
gatæ ꝓ ſuo credito vt eſt tex.& ibi gl.&
Bar.in.l.j.§.j.ff.de pign.Secus autẽ ſi
obligatio fuiſſet nulla ex alia cauſa: qa
tunc non daretur retentio vt.l.cùm vi-
tioſè.ff.de pigno & not.Bart.& Saly.in
6 d.l.j.§.j.¶† Sextò,fallit regu.quãdo qs
vt nego.ge.liberauit ex ſua pecunia pi-
gnus debitoris abſentis. Nam licet iſte
non habeat hypothecariã cõtra debito-
rem niſi ſoluẽdo impetrauerit ceſsionẽ
à creditore cui ſoluit,vel ab ea emerit
nomẽ dicti debitoris:tamẽ ſi poſsideat
pignus ſua pecunia liberatum habebit
retentionẽ cõtra debitorẽ agentẽ donec
ſibi reddatur pecunia pro eo ſoluta tex.
eſt & ibi gl.& Bar.in.l.j.in princ.ff.qb.
mod.pign.vel hypo.ſol.¶ Septimò fallit
regula ſi procurator meus (ſine tamen
idoneo mãdato) accepit à Sẽpronio pe-
cuniã mutuo,& ei pign⁹ tradidit.Nã ſi
illa pecunia verſa fuit in vtilitatẽ meã
dabitur retentio Sempronio illius pi-
gnoris donec ei pecunia reddatur text.
eſt & ibi gl.& alij in.l.j.C.ſi alie.res pig.
7 da.ſit.¶†Octauò, fallit regula in pacto
nudo:quia licet ex eo de iure ciuili non
detur actio:tamen datur retentio:vt.l.
legẽ.C.de pac.&.l.j.§.id quoq;.ff.ad.l.
falc.& not.gl.Bar.& Salyce.in.d.l.j.§.j.
ff.de pig. Nonò regula fallit:ſi creditor
habẽs plura pignora vnũ vendat & vẽ-
ditori promittat de euictione:quia põt
retinere alia pignora donec debitor ca-
ueat eum indẽnem conſeruare à dicta
pro-



promiſsione euictionis.tex.eſt not.iũcta
gl.in verſi.retinere.in.l.ſi neceſſarias.§.
j.ff.de pigno.actio.& ibi no.Bar. Sal. &
8 Pau.de caſt.¶† Decimò fallit regula ex
cauſa quæ rei cohæret puta pro expẽſis
& melioramẽtis in re factis vel ob aliud
debitum contractum pro vtilitate dicte
rei:quia illi qui fecit dictas expenſas da
tur retentio rei:etiam quòd illa ei non
ſit obligata,vel quòd ex aliqua alia cau
ſa nõ detur illius retentio:vt.l.in rebus.
§.poſſunt.ff.commoda.&.l. Paulus.ff.
de dol.excep.&.l.ſi in area.ff.de condi.
indebi.&.l.qua ratiõe.§.literæ.ff.de ac-
qui.re.do.& ita tenet Bar.in.d.l.ſi non
ſortem.§.ſi centũ.& Saly.in.d.l.fi.C.cõ
mod.& Bar.& Sal.in.d.l.ſi nõ inducta.
C.in quibus cau. pig. taci. contraha. &
inducunt hoc ad.q.de ſcriptoræ qui me
liorauit quinternum ꝙ poſsit illum reti
nere pro expenſis dictorum melioramẽ
torum: ſed non quinternũ exemplaris
vt per Bar.in.d.§.ſi centum.¶ Reſtrin-
gitur tamen iſta.x.fallen.vt non proce-
dat in dote, ſeu re dotali:quia illa nõ po
teſt retineri pro impenſis in ea factis:vt
l.vni.§.ſed nec retentio.verſ.ſed nec ob
impenſas.C.de rei vxo.actio. Intelligen
do tamen iuxta late not.per Alex. in cõ
ſi.clxij.viſis narratis.vij.volumin. ¶ Et
quia in hac fallentia fit mentio de expẽ
ſis & melioramẽtis quæ materia eſt val
de practicabilis: & malè explicata & de
clarata ꝑ doctores ideo hinc ſumpta oc-
caſione ponam in ea.xij.notabiles cõclu
ſiones,ex qbus (meo iudicio) quaſi om-
9 nia neceſſaria cõprehendentur.¶ † Pri-
ma igitur erit concluſio: quod impen-
dens in re aliena bona fide: quia ignora
bat rem eſſe alienam: ſed credebat eſſe
ſuam nullum habet remedium ad repe
tendum expenſas:niſi ſolam retentionẽ
rei in qua impendit: & ideo ſi eſt in poſ
ſeſsione caueat ne eam reſtituat, niſi
prius ſibi ſolutis expenſis: quia ſi reſti-
tueret nullum remedium haberet ad re
petendum dictas expenſas:tex.eſt in.l.
ſi in area.in fi.ibi nullo alio modo quã
per retentionem.ff.de conditio. indebi.
& ita ibi declarant Paul. de caſtro. &
Iaſ. poſt alios & Bartol. in.l. qui exce-
ptionem.§.penultimo.eodem titulo. &
ibi etiam Iaſ.pulchre iunctis etiam not.
per Corneum in conſil. ccxxij. ſecundo
volumin. in princip.& in conſil. ccxliij.
eod.volumine in litera.d. vbi firmat ꝙ
impenſæ voluntariæ factæ a malo fidei
poſſeſſore, in re aliena repeti nequeũt:
etiam quòd per illas dominus rei effe-
ctus ſit locupletior: cum iactura ipſius
expendentis.¶ Nec etiam per viã reten-
tionis ei conſulitur per tex.in.l.adeo.§.
ex diuerſo.verſi.& ſi ſcit.ff. de acquirẽ.
rerum domi.& inſtitu.eodem titu.§.ex
diuerſo. diſtinguendo tamen vt ibi per
gl.Sed impendens in rem quam crede-
bat ſuam:licet non repetat per aliquam
actionem:quia nullum negotium geſsit
cum domino rei, & nõ habuit animum
obligandi eum.d.l.ſi in area.tamen ſi
impendens poſsideat rem in qua dictas
expenſas fecit poterit illam retinere do
nec ei reficiantur expenſe per iura.ſ. al
legata & latius habetur per Corneũ in
conſil.lxxxvj.iiij.volumin.¶ In alijs au
tem caſibus quo remedio conſulatur il-
li qui facit melioramenta in re? habetur
per Salyc.in.l.domum. col. pet. & fi.C.
de rei vendi.vbi ponit longam & perfe-
ctiſsimam diſtinctionẽ:& quãdo decur
rit in facto ſemper ad eum recurras iun
ctis not.per Ange.de are.inſti.de re.di-
10 ui.§.certe illud.¶† Secunda concluſio
ſit ꝙ etiam ſi poſſeſſor qui fecit meliora
menta eſſet condemnatus ad reſtitutio-
nem rei:nulla facta mentione expenſa-
rum

rum & melioramétorum:tamen in ipſa
executione ſententiæ poterit excipere
de dictis melioramentis,& illa probare
& rem retinere donec ei ſoluãtur:vt ha
betur per Pau.de caſt.in conſil.xvij.in
cauſa quęvertitr̃ in fi.& in cõſi.cccxxvj.
Viſo puncto.& per Bar.& Alexan.in.l.
in fundo.in fi.ff.de rei vendi.& ꝑ Iaſ.
in.d.l.ſi in area.cum alijs quos ipſe al-
legat. ¶Et ratio iſtius cõcluſionis eſt:
quia exceptio melioramétorũ nõ impu
gnat ipſam ſentétiam ſed potius reſpi-
cit executionem ſententiæ ideo hic nõ
militat diſpoſitio.l.peréptorias.C.ſen-
ten.reſ.non poſſ.vt ibi declarat Bald.
in prima col.& in princi.ſecũdę prout
etiam in ſimili videmus in exceptione
compenſationis quæ põt opponi execu
tioni ſententiæ vt.l.etiam.C.de cõpen-
ſa.& in exceptione illa ne quis in plus
exigatr̃ quã facere poſsit : vt.l.ex diuer-
ſo.§.fi.ff.ſo.ma.&.l.Neſennius.ff.de re
iudi.& in exceptiõe inuétarij & in ex-
ceptiõe collatiõis faciendæ:vt per Bal.
in.d.l.peremptorias.in prima colũ.vbi
etiam ſubdit ꝙ ſi quis eſt cõdemnatus
in actione reali ad reſtitutionem rei &
in executione opponat de hypotheca:ꝙ
vigore hypothecę poterit rem retinere
ita dicit ibi Bal.in.iij.colum.per allega
ta per eũ,& ita per prędicta tenet Cor.
in cõſi.cxlvij.ꝗa cauſa.in vlti.col.ij.vo-
lu.¶Tertia concluſio eſt:ꝙ ſi lata eſſet
ſententia in qua poſſeſſor eſſet cõdéna-
tus ad reſtitutioné rei ſub iſta cõditio-
ne,videlicet ſolutis pri⁹expéſis meliora
mentorum ꝙ ante liquidationem me-
liorametorũ nõ eſt ꝓcedendũ ad execu
tionem dictæ ſentẽtiæ:ſed executio ſuſ
pendi debet:donec melioraméta liqui-
denr̃:& hoc etiã ſi actor vellet præſtare
ſatiſdationem de illis reficiendis poſtea
quã erũt liquidata ita pulchre determi
nat Pau.de ca.in cõſi.cccxxvj.viſo pun
cto in.ij.colũ.in.ij.dubio.vbi reſpõdet
ad cõtraria: & allegat ad hoc text.in.l.
ſtatuliber. rationem.§.fin.ff.de ſtatuli.
dicendo eſſe differentiã an cõditio ſo-
net in facto puta in reddendo rationé:
& tunc ſuccurri poſsit per ſatiſdationé
& ꝓcedat.d.l.ſtatuliber.in prin.aut ſo-
net in dando & ꝓcedat.d.§.fi.& fun-
dat ſe etiam:quia verba ſunt clara:& ꝙ
iſta excep.qđ prius debeant ſolui me-
lioraméta ꝓuenit ex tenore ſententiæ
iuxta no.in.l.iiij.§.cõdemnatum.ff.de
re iudi.Vnde ſi in ſentétia nõ eſſent illa
ver.ſolutis prius melioramentis:ſed eſ-
ſet ſolum data retentio ꝓ melioramen-
tis,forte eſſet dicendum cõtrarium per
no.per Alexand.poſt alios in.l.iiij.§.ait
prætor.ff.de re iudi.& per Alex.& Iaſ.
in.l.j.in pri.col.ff.qui ſatiſ.cogã.videli
cet ꝙ præſtita ſatiſdatione poſſet fieri
executio:ſed ex quo ex verbis ſentétiæ
debet pręcedere:ſolutio non põt imple
ri onus ſolutiõis annexum per dationé
fideiuſſoris.d.l. ſtatuliber rationem.§.
fi.& bonus tex.in.l.promiſſor.§.conſti
tuto.ff.de conſti.pecu.quem etiam alle
gat Pau.in.d.cõſi.& ꝗa verba ſentétiæ
ſunt cõditionaliter ꝓlata per ablatiuũ
abſolutũ iuxta.l.ab emptiõe.ff.de pac.
cũ vulgaribus.cõditio debet impleri in
forma ſpecifica,ita ꝙ nõ ſufficit imple-
re ꝑæquipollens.l.qui hæredi.in princ.
&.l.Meuius.ff.de condi.& de.quæ no.
ad intelligentiã notatorum per Alexã.
poſt alios in.d.l.iiij.§.ait prætor.& ad-
de quę dixi.ſ.in mẽbro pręcedéti,vide
licet in mẽbro.iij.huius.5.partis.nu.6.
116 ¶† Quarta concluſio ſit,quod ad hoc
vt expéſæ melioramétorũ debeanr̃:nõ
ſufficit tm̃ eſſe impenſum: niſi etiã res
ſit tm̃ meliorata.vñ licet impenſa fue-
rint cétũ in re:ſi tñ res nõ ſit meliorata
niſi in quinquaginta nõ poterint repe-
ti,niſi quinquaginta.Ité ſi ſint impeſa
quinquaginta & res ſit meliorata in cé
tũ nõ poterit repeti niſi quinquaginta.
¶Iſta ergo duo copulatiuè reqrunr̃ vi-
delicet ꝙ ſit impeſum,& ꝙ res ſit me-
liorata vt dictũ eſt & ita de hoc eſt tex.
& ibi no gl.cũ qua alij trãſeunt in.l.in
fundo.ff.de rei védi.Idé no.Ab.in.c.j.
de reſti.in integ.nu.4.& in.c.qđ ꝗbuſ-
dam.nu.9.de fideiuſ.& in.c.ad noſtrã.
tertio no.de rebus eccle.nõ alie.& re-
fert & ſeqtur Fely.in.c.cũ cauſa.penul.
col.verſi.ſumptus.de re iudi.¶Vnde ſis
cautus in capitulando & probando di-
ctas expenſas vt concludas tam circa
quãtitatem expenſæ quã circa meliora
tioné rei deducendo ꝙ in tantũ eſt præ
cioſior ꝓpter expéſas quã eſſet añ:aliàs
non obtineres.¶Et adde huic conclu-
ſioni ꝙ expenſæ factæ indeboſcãdo,vel
arando terras non ſunt reficiédæ.expé
ſæ autem factæ in plantandis vitibus
vel arboribus:ſi arbores ſint fructifere,
vt vites & oliuæ ſunt reficiendæ vt latè
examinat Pau.de caſt.in dicto conſilio
cccxxvij.viſo pũcto.in.iij.dubio. vbi vi
12 de omnino.¶† Quinta concluſio ſit ꝙ
bonę fidei poſſeſſor lucratur fruct⁹,etiã
ſi titulus ſit nullus:regulariter eñ non
curatur de titulo quo ad acquiſitioné
fructuum,dummodo adſit bona fides:
vt declarat Bart.in.l.ſed ſi lege.§.ſi ſi-
ne.ff. de peti. hære . ¶In bona autem
fide dicitur quis eſſe quando putauit
emptor rem ſibi venditam eſſe alienan-
tis:& ſic ignorauit dominiũ rei ad aliũ
pertinere prout in dubio præſumitur
l.bonæ fidei.ff.de verb.ſignifi.& ibi no.
gl & facit.d.l.ſed ſi lege.§.ſcire.&.l.ma
nifeſtiſsimi. verſicu.domini cogitatio-
ne.C.de fur.¶Sed licet poſſeſſor bonæ
fidei (vt dictum eſt) faciat fructus ſuos.
Tamen tenebitur eos computare cum
expenſis melioramentorum vt in.c.ad
noſtram.de rebus eccle.nõ alie.& in.l.
ſumptus.ff.de rei vendi.& in.l.inſulã.
§.fructus.ff.ſolu.matri.¶Et iſtud pro-
cedit quando bonæ fidei poſſeſſor ꝑce-
piſſet fructus ex re aliena quam tamen
ipſe bona fide poſsidebat:ſed ſi quis ꝑ-
cepiſſet fructus ex re ſua quæ tamen in
tempore alteri veniebat reſtituéda:tũc
tales fructus nõ computabuntur cum
melioramentis:ſed ei integra meliora-
menta erunt reſtituéda:ita firmãt Bal.
& Ang.in.d.l.inſulam.§.fructus.& alle
gãt gl.quã ibi reputãt ſingularem.in.l.
emptor.circa prin.in gl.magna ad fi.ff.
de rei véd.& illã gl.ꝓ ſingulari allegãt
etiã Bal.& Imo.in.l.domos.ff.de leg.j.
& ita etiã refert & ſequir̃ Alexã.in.d.l.
in fundo.in apoſtil.ad Barto.& in.d.§.
13 fructus.in fi.¶† Et ꝑ prædicta cõſuluit
Alex.in cõſi.cliij.cõſideratis in.vj.vol.
ꝙ qui ignoranter emit à marito ré do-
talé & in ea fecit melioraméta : quod ſi
poſtea ꝑ vxoré,vel eius hæredes coga-
tur reſtituere ré ꝙ fructus per eum per
cepti nõ computabuntur cum ſumpti-
bus meliorametorum:& ratio eſt ſecũ-
dũ eum:ꝗa ſi dicta res non fuiſſet alie-
nata per maritũ:fructus illius fuiſſent
mariti durante matrimonio.l.pro one-
ribus.C.de iure dot.& ideo ęquitas.d.
l.ſumpt⁹.nõ dictat qđ iſto caſu fructus
debeãt cedere lucro vxoris,vel ei⁹ hæ-
redum.¶Et ex hoc infert Alexã.ꝙ.d.l.
in fundo.&.d.l.ſumptus.quæ volũt qđ
fructus percepti per bone fidei poſſeſſo
rem debeant computari cum expenſis
melioramétorum,procedunt:ita demũ
ſi fructus tépore quo percepti fuerunt
de iure ſpectabant ad illũ qui nũc agit
ad rem:tũc enim ſicut ex æquitate fru
ctus propter bonam fidem cõcedũtur

bone fidei poſſeſſori:ita & ex eadē ęqui
tate debent in expenſis melioramento-
rum imputari,vt latè per Alexan.in.d.
conſi.cliiij.& per eundem in cōſi.clxij.
viſis narratis.vij.vol.nu.2.¶Iſtā etiam
cōcluſionem ſequitur Fely.in.c.cū cau
14 ſa.pen.&vlt.col.de re iud.†Dicēs etiā
ꝙ quando fructus percipiuntur per bo.
fi.poſſeſſorem ſolum reſpectu poſſeſſio
nis tunc habet locum diſpoſitio.d.l.in
fundo.&.d.l.ſumptus.qđ fructus cōpu
tentur cum expenſis melioramentorū:
ſecus autem ſi percepti fuiſſent ratione
domini etiā vtilis:&ideo ſecūdū eum
emphyteuta reſtituens rem emphyteu
ticam melioratam non cōputabit fru-
ctus perceptos in melioramentis, & ſi-
militer ſi tempore quo percepti fuerūt
fructus res erat percipientis, ſed debe-
bat reſtitui alteri in euentum alicuius
cōditionis: fructus non computabun-
tur cum expenſis melioramentorum p
Bald.Imo.Alexan.& latè Iaſ.in.ij.no.
in.d.l.domos.ff.de lega.j.& per Felyn.
in.d.c.cum cauſa.in penul.& fi.col.
15 ¶†Et facit ad prędicta illud qđ no.cō
ſuluit Pau.de caſt.in conſi.xvij.in cau-
ſa quæ vertiť.pe.& vlt.col.vbi dicit ꝙ
diſpoſitio.d.l.ſumptus.ꝙ.ſ.fructus cō-
putentur cū ſumptibus militat ſolū qñ
fructus debentur ex æquitate prout lo
quitur.d.l.ſumptus:ſecus ſi fruct⁹ de-
beantur de rigore iuris:& ideo decidit
ibi ꝙ ſi pater alienauit rem filij in qua
ratione patriæ poteſtatis habebat fru-
ctus:vt.l.j.C.de bon.ma.ꝙ ſi talis em-
ptor meliorauit rē,& ex ea percepit fru
ctus:& demū res repetatur à filio poſt
mortē patris:non tenebitur emptor cō
putare fructus cum ſumptibus meliora
mentorū: intelligendo tñ de fructibus
perceptis viuente patre:qa illos omni-
no pater lucraturus fuiſſet & ideo etiā
emptor qui in eius locū ſucceſſit lucra-
ri debet & hoc de rigore:nō de æqtate:
ſecus aūt eſſet de fructib⁹ pceptis poſt
mortē patris:& cū iſta deciſione tranſit
& eā approbat Cor.in cōſi.lxxxvj.iiij.
16 vol.in litera.i.¶†Sexta cōcluſio ſit qđ
ſatiſfactio iſtorū melioramētorū nō de
betur ſecūdū valorē & meliorationem
quæ facta fuit tpe factæ expenſæ & fa-
ctorū melioramētorū,ſed ſecūdū valo
rē & æſtimationem quæ reperitur in te
pore quo illa venit reſtituēda:& ideo
ſi tempore expenſę factę res fuiſſet me
liorata in cētum ſed poſtea dicta res ex
curſu tēporis fuit attrita,vel aliter de-
teriorata adeo ꝙ tempore reſtitutionis
non reperitur melioratio niſi in quin-
quaginta debebit fieri ſatiſfactio de ex-
penſis meliorationis in quinquaginta
tm̄.text.eſt & ibi Iac.de are.Bar.Bald.
Angel.Pau.de ca.Alex.& Iaſ.in.iij.no.
in.d.l.domos.in prin.ff.de leg.j.ꝙ tene
menti:qa frequenter cōtingere poteſt.
17 ¶†Septima concluſio ſit quod ratione
melioramentorū factorū in vna re non
poteſt alia retineri:ita no.Pau.de caſt.
in.d.cōſ.cccxxij.viſo pūcto in prin.mo
uetur per tex.in.l.ſi nō ſortem.§.ſi cen
tum.ff.de condi.inde.ad idem tex.iun
cta gloſ.in ver.adducat.in.l.planè.ff.de
peti.hære.& ita tenet Iaſ.poſt Alber.in
18 l.ſi in area.ff.de condi.indebi.¶†Octa
ua concluſio eſt,ꝙ melioramenta facta
p debitorem in re quam hypothecauit
creditori cenſenť hypothecata ipſi cre-
ditori ſicut ipſa res in qua facta ſunt
tex.eſt in.l.ſi fundus.§.ij.ff.de pign.In
tellige(vt dixi) quando dicta meliora-
menta facta fuiſſent per debitorem: ita
loquitur.d.§.ij.Secus autem ſi ea feciſ-
ſet tertius poſſeſſor ad quem res perue
nit poſt hypothecam in ea conſtitutam
creditori: quia tūc talia melioramenta
facta



facta per dictū tertium poſſeſſorem nō
erunt obligata cū re vt.l.fi.C.de prędi.
& omni.re.naui.lib.xj.& ibi Bar.& ſe-
quitur Pau.de caſt.in.d.l.ſi cōuenerit.
§.ſi fundus.ff.de pigno.actio.refert &
ſequitur Iaſ.in.l.creditor la.j.in fi.ff.ſi
19 cer.peta.¶†Nona concluſio ſit:ꝙ me-
lioramenta facta ab emptore rei ſubie-
ctæ reſtitutioni fideicōmiſſariæ in euen
tum alicuius conditionis in dicta re: ſi
emptor eam emit ſcienter:nō repetun-
tur ſed emptor ea perdit propter malā
fidē vt eſt tex.& ibi no.omnes in.l.fi.§.
fi.C.cōmu.deleg.& hoc niſi melioramē
ta fuiſſent adeo neceſſaria:ꝙ illis nō fa-
ctis res perijſſet:tunc enim nō obſtan-
te mala fide talia melioramenta refici
debent.tex.eſt & ibi no.in.l.domū.cir-
ca fi.C.de rei vēdi.& not.Iaſ.in.d.§.fi.
in.ij.no.¶Si autem emptor ignoranter
emiſſet dictā rē:& ſic fuiſſet in bona fi-
de,tūc indiſtinctè recuperaret dicta me
lioramenta per modū excipiendi iuxta
tex.in.d.§.fi.ita no.Pau.de ca.in conſi.
x.clarū eſt.col.fi.& habetur per eūdem
20 Pau.in.d.cōſi.xvij.ſ.allegato.¶†De-
cima concluſio eſt ꝙ ſi ille qui fecit me
lioramenta in re ſit bonæ fidei poſſeſſor
indiſtinctè lucrabitur fructus reſpicien
tes ratā dictorum melioramentorū: pu
ta quia prædiū qđ prius ſine meliora-
mentis fructuaſſet decem ex cauſa me-
lioramentorū fructat.xv.lucrabiť enim
ille qui bona fide fecit melioramenta
quinq;.ita tenet Pau.de caſtr.in conſil.
ccclxxxvj.viſis & ponderatis in.j.colū.
allegat tex.in.l.cæterū.in fi.ff.de rei vē
di.qui ſatis bene probat à contrario ſen
ſu:quia ille tex.iūcta gl.ibi loquitur in
poſſeſſore malę fidei qui tenetur ad fru
ctus perceptos & percipiendos vt ibi
vult gloſ.¶Et licet talis poſſeſſor faciat
impenſam in re,non tamen deſinit eſſe
malę fidei poſſeſſor:& propter malā fi-
dem,nō ſolū tenetur de fructibus per-
ceptis ex melioramentis:ſed etiam pri-
uatur impēſis volūtarijs factis in dictis
melioramentis præterquàm in duobus
caſibus:primo quando dominus habe-
bat venalem rem melioratam:& ꝑpter
impēſam malæ fidei poſſeſſoris illa res
pluris vēdita fuit:vt eſt tex.in.l.niſi.ff.
de rei vendi.reputantur enim tales ex-
pēſæ quaſi vtiles & neceſſariæ: non vo-
lūtariæ tantum.vt eſt text.in.l.quod ſi.
ff.de impen.in re.do.fac.¶Secūdò, quā
do ante impenſam factam poſſeſſor ma
læ fidei denuntiauit dño:vt rē repete-
ret ſi putaret illā eſſe ſuam:& tamen il-
le non repetijt & poſſeſſor fecit impen-
ſam,vt eſt tex.in.l.aut ſi ante.eo.ti.iſtis
enim duob⁹ caſibus poſſeſſor malę fidei
repetet expenſas intelligendo tñ iſtos
duos caſus de expēſis volūtarijs tantū.
Nā in vtilibus& neceſſarijs etiā in ma-
læ fidei poſſeſſore diſtinguendū eſt. vt
latè per Bar.in.l.in fundo.ff.de rei ven
di.& p Ang.de are.inſti.de rerū diui.§.
certè illud vbi tota materia ponit: quæ
eſt diuerſa à tractatu noſtro:ſed in poſ-
ſeſſore bonæ fidei qui nullo modo amit
tit ſua melioramēta:vt.l.ſi neceſſarias.
in prin.ff.de pign.actio.ſtāte mora do-
mini,ſeu actoris dicendū eſt ipſum de-
bere lucrari fructus dictorū melioramē
torū per prædicta:& per tex.no.in.l.fi.
§.fi.ff.de fun.dota.vbi gl.ponit tres in-
tellectus & ibi Bal.dicit oēs tres eſſe bo
nos:& ſecundū primū intellectū proba
tur in terminis ꝙ ſi maritus in fundo
dotali plantauit,vineā & ſic illū melio-
rauit:ſi ſoluto matrimonio vxor ſit in
mora reſtituēdi marito expenſas melio
ramentorū:maritus pro portione me-
lioramentorū lucrabiť fructus: & alios
reſpiciētes primęuam qualitatem fun-

di reſtituet vxori & iſtam cõcluſionem
ſemper vidi ſeruari in ciuitate Floren-
21 tiæ & puto eſſe verã.¶† Vndecima con
cluſio eſt quod ſi ille qui fecit meliora-
menta poſsidet rem in qua fecit dicta
melioramenta & conuenitur ſuper illa
hypothecaria ab aliquo creditore qui
habet dictam rem hypothecaram quod
tunc dictus poſſeſſor pro liberando di-
ctam rem à dicta hypotheca nõ cogitur
ſoluere debitum dicto creditori: vt co-
gitur alius poſſeſſor, qui non fecit melio
ramenta in re iuxta.l. quãdiu.C. de di-
ſtrac.pi. Sed poteſt ſi vult retinere rem,
& ſoluere creditori agẽti primam dictæ
rei æſtimationẽ: videlicet valorẽ rei de-
tractis melioramentis: ita ſingulariter
vult Bar.in.l.j.C.de p̃di.& omn.re.na-
ui.li.xj.& ibi ſequit̃ Alex.& Io. de pla-
tea poſt Ang.& refert Alex.ĩ.l.ſi fund⁹.
§.ij.ff.de pigno. licet putẽ ꝙ dicta apo-
ſtilla Alex.debeat eſſe in .§. in vendica-
tione.d.l.ſi fund⁹.qui eſt.§.iij. & Paul.
de caſt.in.l.ſi cõuenerit.§. ſi fundus.ff.
de pigno.actio. & intellige æſtimationẽ
rei deductis melioramentis ſecundũ tẽ
pus præſens iuxta no.p doc. ſupra alle-
gatos in.d.l.domos.ff. de lega.j. Et iſta
cõcluſio eſt clara ſecũdũ terminos præ-
miſſos, videlicet qñ poſſeſſor fecit melio
ramẽta in re.¶Sed difficultas inſurgit,
an idẽ ſit in quolibet poſſeſſore q̃ nõ fe
cit melioramenta, an ſcilicet ipſe poſsit
etiam offerre creditori agẽti æſtimatio
nẽ rei: ſicut poteſt poſſeſſor qui fecit me
lioramenta? & in hoc Socin. in conſilio
ccxxiiij.eleganter.in fi.ij.vol. ſubtiliter
more ſuo dicit attẽtari poſſe ꝙ idem ſit
in quolibet poſſeſſore q̃ nulla fecit me-
lioramẽta: & dicit quod iſtud eſt nouũ
dictũ: & mouetur per tex.in.l. cõmuni
diuidundo.§.inter eos.ff.commu. diui.
vbi eſt text.ꝙ debitori cõuento p̃mittit̃

offerre debitũ creditori & ſuũ pign⁹ lue
re, & idẽ dicit tex.eſſe in tertio poſsidẽ
te pign⁹ ꝙ.ſ.ipſe poſsit offerre litis eſti
mationẽ & liberare pignus: & talis litis
æſtimatio ſecundũ Socin. ibi debet eſſe
pretium ipſius rei pignoratę ad quã cre
ditor agit: vt.l.j.& ibi Barto.& Imol.ff.
pro emp. Ad idẽ tex.ſecundũ Soci. in.l.
ſi creditor.& in.l.ſicut.in fin.ff.quibus
modis pignus vel hypo.ſol. & iſta con-
cluſio ſecundũ eũ probatur in.c.ex lite-
ris.ad fi.de pigno.ponderando formam
ſententiæ ibi poſitam in hypothecaria
vbi tertius poſſeſſor condẽnatur mulie
ri ad reſtitutionẽ dotis eaten⁹ quatenus
de bonis ſui fratris noſcitur poſsidere:
quam formã dicit ibi Abb. eſſe mirabi-
lẽ.¶Sed li[illegible]t Soci.ſubtiliter moueatur:
tamen non puto eius deciſionẽ de iure
ſubſtineri poſſe. Nam primo non eſt ve
rũ ſimpliciter & abſolute quòd tertius
poſſeſſor offerre poſsit litis æſtimatio-
nem: ſed diſtinguendum, puto, an debi-
tor poſsideat, vel non vt habetur in.l.ſi
fundus.§.in vẽdicatione.ff. de pignor.
22 ¶† Secundò etiam quando eſſemus in
caſu in quo litis æſtimatio poſſet ſolui
per poſſeſſorem: tamẽ talis æſtimatio li
tis non eſt ſemper vniformis quando
agitur hypothecaria: q̃a ſi agitur contra
debitorem litis æſtimatio non eſt pluris
quam ſit ipſum debitum vt eſt tex.in.l.
ſi inter.§.fi.ff.de pigno.quinimo etiam
ſi debitor conuentus hypothecaria: ex
eo quia pignus non reſtituebat credito
ri condemnatus fuerit pluris quã ſit de
bitum & intereſſe: tamen de æquitate li
berabitur debitor ſoluendo ſolum illud
quod debet: vt eſt text. & ibi per Bart.
in.d.l.ſi fundus.§.ſi pluris.ff.de pigno.
¶Si autem agatur hypothecaria contra
tertium poſſeſſorem: tunc ſi dolo deſijt
poſsidere pignus: condemnabitur quã-





ti actor in litem iurauerit: & ſic etiam
vltra creditum tex.eſt in.d.l. ſi fundus.
in.§.in vẽdicatione. ſed ſi poſſeſſor non
habet facultatem rei reſtituẽdæ ex cul-
pa: tunc litis æſtimatio fit cõtra poſſeſ-
ſorem etiam pluris quam ſit debitum:
ſi res plus valeat: vt eſt text.in.d.l.ſi in-
ter.§.fi.ff.de pign. Et ſic in plus fit æſti
matio litis contra poſſeſſorem quã con
tra debitorẽ in hypothecaria: & iſta ęſti
matio litis in hypothecaria fit habito re
ſpectu principaliter ad debitum quod
petitur: in rei autem vendicatione fit
æſtimatio litis habita conſideratione
rei petite & eſt perinde ac ſi poſſeſſor
emeret rem & ſoluere pretium agenti
rei vendicatione: vt.l.j.&.l. litis æſtima
tio.ff.pro empto.&.l.eius qui.cum.l. ſe
quen.ff. de rei vendicatio. & ideo dici-
tur in dictis locis quod quando agitur
rei vendicatione litis æſtimatio eſt ſimi
lis emptionis: ſecus autem eſt in actio-
ne perſonali & hypothecaria ei deſer-
uienti: quia in ea non ſoluitur pretium
rei, ſed ſoluitur pro æſtimatione litis id
quòd venit in actione perſonali: vt de-
clarat Bar.in.d.l.j.ff. pro empto.in ver.
item in eo quod dicit & ideo in actione
perſonali & hypothecaria litis æſtima-
tio nõ eſt ſimilis emptioni: & in ea non
habet locum.d.l.litis æſtimatio: vt de-
clarat Baldus in.l. ſi creditor qui rem.
ff.de pigno.actio. in lectura antiqua di-
cens quod dicta.l. limitat omnes leges
quæ loquuntur de litis æſtimatione: q̃a
quando agens non intendit aduocare
dominium ſed nudã poſſeſsionẽ, prout
eſt de natura hypothecariæ, tunc litis
æſtimatio non inducit emptionem: &
ita ſequitur ibi Pau.de caſt.refert Ale-
xan.in.d.l.litis ęſtimatio.pro ſingulari.
Dicens idem tenere domi. Anto. in.c.
cõſtitutus.de in integ.reſt. ¶Et ſic non

eſt verum quod quando agitur hypo-
thecaria litis æſtimatio ſit pretium rei
petitæ: vt dicit Soci. ſed eſt tunc ipſum
debitum ad quod agitur & quod com-
prehenditur in actione perſonali cui ip
ſa hypothecaria deſeruit: & ideo de ea
iudicatur prout de perſonali: vt decla-
rat Barto.in.l. ſolutum.§. per liberam.
ff.de pigno.actio.vbi pulchre.& non ob
ſtat tex.in.d.l.commun diuidundo.§.
inter eos. quia fateor quòd in caſibus
de quibus in .d.§.in vendicatione. poſ-
ſeſſor poteſt offerre creditori litis æſti-
mationem: & hoc dicit §.inter eos.ſed
nego ꝙ litis æſtimatio qñ agitur actio-
ne perſonali, vel hypothecaria ei deſer-
uienti quo caſu idem iudicatur de hy-
pothecaria quod de perſonali vt p Bar-
to in.d.l.ſolutum.§.per liberam.ſit pre
tiũ rei: imo iſto caſu eſt ipſum debitum
& plus etiam quando res valet plus &
agitur contra tertium poſſeſſorem: vt
d.l.ſi inter.§.fi.Nec.d.l.ſi creditor.quę
eſt.l.ij.&.l.ſicut.§.fi.ff.quib⁹ modis pi-
gnus vel hypothe.ſol.quę allegãtur per
Soci. probant contrarium: imò in illis
dicitur ꝙ ſi creditor conſequutus fuit à
poſſeſſore æſtimationem litis: ꝙ ſi debi-
tor vendicet rem à poſſeſſore: nõ audie-
tur, niſi ei debitum offerat: & ſic proba
tur ibi ꝙ litis æſtimatio ſoluta per poſ-
ſeſſorem fuit debitum: nõ pretium rei.
¶Non obſtat etiam text.in.d.c. ex lite-
ris: quia illa ſententia papæ quæ ibi cõ-
demnauit poſſeſſorem in hypothecaria
ad ſolutionem debiti quatenus de bo-
nis debitoris poſsidet: ſimpliciter intel-
lecta de iure ſubſtineri non poteſt: ſed
debet intelligi habita relatione ad libel
lũ creditoris: quia ſcilicet creditor ita
petierat vt etiam dictum text.intelligit
Bart.in.d.l.ſi fundus.§. in vendicatio-
ne.& Abbas in dicto.c.ex literis. in vlti



Biblioteca Universitaria

mo.not.eſt enim in facultate creditoris
petere ſi vult poſſeſſorem ita condẽnari
vt declarat Bartol.& Abb.in dictis lo-
cis cum autem ita fuerit petitum: ideo
papa in.d.c.ex literis.ſuam ſententiam
adaptauit ad libellum iuxta .l. vt fun-
dus.ff.cõmu.diui.&.c. licet eli.de ſimo
ni.& ideo caſus ſpecialis.d.c. ex literis.
non eſt trahendus ad alios caſus:quan-
do agitur hypothecaria & petitur in for
ma ferri ſententia : quia tũc non poteſt
poſſeſſor offerre ſolum pretium rei pro
æſtimatione litis:ſed debet offerre totũ
debitum,& etiã plus, ſi plus valeat res.
dicta.l.ſi inter.§.fina. & hoc quando of
fert litis æſtimationẽ:ſed ſi offerret ſim
pliciter debitum vt poſſeſſor iuxta ter-
minos.l.mulier.ff.ꝙ po.in pi. habe. tũc
admitteretur. ¶Cõcluditur ergo quod
licet tertius poſſeſſor qui fecit meliora-
mẽta in re,poſſit offerre ęſtimationem
rei detractis melioramentis : tamẽ hoc
non eſt trahendum vllo modo ad alium
ſimplicem poſſeſſorem qui nõ fecit me
lioramẽta:& ratio eſt quia qui fecit me
lioramenta nititur duplici vinculo vi-
delicet poſſeſſionis & melioramentorũ
pro quibus datur retentio rei quæ non
daret pro ſimplici poſſeſſione : & duo
vincula magis ſtringunt autenti. itaq;
C.commu.de ſucceſſio. cum ergo ſit di
uerſa ratio in poſſeſſore qui fecit melio
ramenta non debet trahi in conſequen-
tiam ſimplicis poſſeſſoris, in quo nõ eſt
tanta ratio.argu.l.ſi.ff. de calũ.&.l. na-
turale.§.nihil commune.ff.de acquirẽ.
poſſeſſio.& ita puto indubitãter tenen-
23 dum contra Soci.¶†Duodecima con-
cluſio ſit quod ius retẽtionis quod cõ-
petit poſſeſſori ratione melioramento-
rum tranſit etiam in ſingularem ſucceſ
ſorem illius ſine alia ceſſione:vt eſt tex.
in.l.hoc iudicium.§.impendia.verſicu.
ſed ſi is qui à me emerit.ff. cõmu. diui.
& no.Alexan.in.l. qui exceptionem.§.
ſi pars.ff de condi.indebi. vbi etiam al-
legat alia.¶Vltimò in materia retentio-
nis ſuprà expedita per regulam, & fal-
lentiam adde vnum pro cõdimento to
tius materiæ,ꝙ dictæ fallentiæ reſtrin-
guntur:vt non habeant locum quando
res de cuius retentione agitur peruenif
ſet ad creditorem cũ vitio vel delicto:
quia tũc omnino ceſſat omnis retentio
vt in.c.ſi.de ord.cogni.&.l.j.§.redigun
tur.ff.quorũ lega.& ita no.Alex.in.d.l.
ſi non ſortem.§.ſi centum.& etiam Sal.
in.d.l.fin.C.cõmoda.& tetigi etiam.s.
in principio hui⁹ quarti membri. nu.1.
¶Plura alia poſſent addi in hac materia
retentionis:ſed eſſent impertinentia ad
tractatum noſtrũ:& propterea his con-
tentus ſum pro cõplemento huius quar
ti membri.

✠ Summarium. ✠

1 ☞ *Fructus percepti per creditorem ex pignore computantur in ſortem.*

2 *Fructus percepti ex re pignorata extenuant ſortem: ſimiliter & illius rei deterioratio.*

3 *Fructus rei pignoratæ qui ſuperſunt vltra ſatisfactionem ſortis debent debitori reſtitui cum pignore.*

4 *Fructus percepti ex pignore prætorio extenuant ſortem.*

5 *Creditor immiſſus ex primo decreto non tenetur circa prætorium pignus de leui culpa: ſed bene de dolo & lata culpa.*

6 *Creditor ingreſſus poſſeſſionem ex primo decreto tenetur curare de fructibus percipiẽdis.*

7 *Creditor inhabitans domum pignoratam tenetur hanc locationem in ſortem deducere ac ſi alteri locaſſet & fructus percepiſſet.*

8 *Fructus ex columbarijs percepti an veniant in ſumptibus melioramentorum cõputandi.*

*Columba-*



9 *Columbaria,an ſit locabilis.*

10 *Pactũ quòd creditor lucretur fructus pignoris pro intereſſe ſeu vſuris inualidum eſt: & tali pacto inito nihilominus tenetur illos fructus in ſortem computare.*

11 *Compenſatio de ſpecie ad quantitatem non admittitur.*

12 *Fructus alicuius rei quando dicantur conſumpti.*

13 *Creditor ſubiens notabilem laborem pro pignore poteſt in compenſam talis laboris fructus lucrari nec illos tenetur in ſortem computare.*

14 *Fructus rei pignoratæ quibus caſibus non veniant in ſortem computandi.*

15 *Iuramentum,an obliget præciſe ad factum.*

16 *Fructus percepti per generum ex pignore ſibi dato à ſocero pro dote,an ſint in ſortẽ computandi.*

17 *Vxor ſoluto matrimonio habens pignus pro dote reſtituenda, an compenſabit fructus in dotem.*

¶Quintum membrum.v.partis.

AGgredior nunc
quintum membrum & vl
timum huius quintę par-
tis principalis in quo ve-
nit tractanda materia fructuum qui ex
pignoribus percipiuntur:& primo quæ
ritur,an fructus qui percipiuntur ex pi
gnore per creditorem computentur in
ſortem : & complectendo totam mate-
riam pro clariori intelligentia pone re-
gulam & ſex ampliationes ad regulã &
1 demum ſex limitationes. ¶†Regula
ergo ſit ꝙ fructus percepti per credito-
rem ex pignore computãtur in ſortem:
vt.l.ſi dominũ.& ibi per doc.C. de pig.
&.l.ij.& ſi.C.de pig.actio. ¶Amplia pri
mò iſtam regulã vt habeat locũ non ſo
lũ in fructibus perceptis ſed etiã in his
qui percipi potuerũt:nam & illi cõputa
ri debent in ſortẽ,vt eſt text.in.d.l.ij.&
latè habetur ꝑ Abb.in.c.j. ſuper gl.j.de
vſuris.Intellige tñ iſtud de fructib⁹ qui
percipi potuerunt ab ipſo creditore qui
cauſam habuit à dño.ſ.debitore rei ; nõ
autẽ de his q percipi potuerunt ab ipſo
debitore:licet ſecus ſit in poſſeſſore qui
nõ habet cauſam à dño rei.nã ille tenet
de fructibus qui percipi potuerunt ab
ipſo dño : quod eſt notandũ ſecundum
Bal.in.d.l.ij.& iſtud dictũ refert & ſe-
quitur Alexã.in.l.apud Iulianũ.§.fru-
ctus.ff.de leg.j.& ibidem Iaſo.in pri.li-
mi.In alia autẽ materia,an fructus per-
cipiendi conſiderari debeant habito re-
ſpectu ad perſonã actoris an res habe-
tur late per Alex.& Iaſ.in.d.§.fructus.
2 vbi vide. ¶†Secundò,amplia dictã re-
gulã vt non ſolũ ſors extenuari debeat
propter fructus perceptos & q percipi
potuerũt:vi dictũ eſt:ſed etiã extenua-
ri debet ſi res pignorata dolo vel culpa
creditoris deteriorata fuit:quia æſtima
tio dictæ deteriorationis detrahi debet
de dicta ſorte:tex.eſt & ibi gl.& Saly.in
d.l.ij.ſecundo reſpõſo & in .l.creditor.
3 co.ti.¶†Tertiò,amplia dictã regulam
vt non ſolũ fructus percepti & percipiẽ
di cõputari debeant in ſortẽ:ſed etiã ſi
aliqui ſuperſint vltra ſatisfactionẽ ſor-
tis illi debẽt reſtitui debitori vna cum
pignore vt eſt tex.in.c.cũ cõtra. de pig.
& no.Bal.& Sal.in.d.l.ij.¶Quartò am
plia dictã regulã vt procedat nõ ſolũ in
ipſo creditore percipiente fructus: ſed
etiã in ei⁹ ſingulari ſucceſſore. ita tenet
Bal.in.d.l.j.C.de pig. actio. vbi ex hoc
dubitatiue tamen infert ꝙ pignoratitia
ſit in rẽ ſcripta de quo videbimus infrà
in.vij.parte principali in qua tractabi-
4 mus de actiõe pignoratitia.¶†Quin-

tò amplia regulam vt illa procedat non
ſolũ in pignore cõuentionali,ſed etiam
habeat locũ in pignore prætorio:vt ſcili
cet etiã fructus ꝑcepti ex pignore preto
rio extenuent ſortẽ vt.l.Titia.& ibi no.
Bar.ff.de ſolu.& in.l.is cui.§.quæri.ff.
vt in poſ.lega.tex.gl.& Bar.in.l.ſi is q.
§.j.ff.de pig.¶ Sed difficultas eſt,an cre
ditor immiſſus ex primo decreto & ſic
habẽs pignus p̃toriũ:vt.l.non eſt mirũ.
ff.de pig.acti.teneatur cõputare in ſor-
tem,nõ ſolũ fructus perceptos,ſed etiã 6
percipiendos : vt tenetur creditor ha-
bens pignus cõuentionale?¶ Et in hoc
Specu.in titu.de primo decreto §.iam
de effectu.verſicu.miſſus ergo &c.tenet
quod creditor commiſſus in poſſeſſio-
nem ex primo decreto tenetur ſolũ de
fructibus perceptis a ſe,vt.l.j.§.j.&.§.
eſt præterea.ff.de bon.aucto.iudi.poſ.
& in hoc conſtituit differentiam inter
pignus conuentionale & prætorium.
5 ¶ † Sed pro veritate iſtius difficultatis
eſt aduertendum quod licet immiſſus
ex primo decreto nõ teneatur circa p̃to
rium pignus de leui culpa prout tene-
tur creditor conuentionalis in pignore
hypothecario:tamen tenetur de dolo &
lata culpa:vt eſt text.& ibi gl.quæ hanc
differentiam ponit in.d.l.prætor.§.eſt
præterea,& habetur per Decium in.l.
cõtractus.nu.27.ff.de reg.iuris. Vnde
dũ quæritur,an miſſus ex primo decre 7
to teneatur etiam de fructibus percipiẽ
dis:eſt prius videndum,an dicti fructus
nõ fuerint percepti ab eo dolo vel lata
culpa?an vero leui culpa tantum?Nam
ſi obmiſit eos ꝑcipere dolo vel lata cul-
pa:tenebitur etiam de illis.¶ Si autem
obmiſit eos percipere leui culpa tan-
tum:nõ tenebitur de illis & ad hoc ſciẽ
dum eſt aduertẽdum:quod licet iudex
ex primo decreto iuſſerit creditorẽ im-
mitti in poſſeſsionem:tamẽ ſi ipſe cre-
ditor nõ vult in dictam poſſeſsionẽ in-
gredi non cogitur:ſed ſi vult poteſt:&
ſi ingreſſus fuerit:non cogitur manere
in poſſeſsione,niſi per tantum tempus
quo ipſe vult:nec poteſt ei imputari:ſi
poſtquam ingreſſus eſt in poſſeſsionẽ:
de ea diſceſſerit : cum voluntarium &
ſuum potius negotium gerat creditor
quam alienum vt de his eſt text.in.d.l.
prætor.§.in eũ.ff.de bo.auct.iudi.poſ.
¶ † Ex quibus infertur quod creditor
ingreſſus poſſeſsionem ex primo decre-
to donec ſtat in poſſeſsione tenetur rem
locare & fructus ꝑcipere:& de illis cu-
ram habere (intelligendo tamen de illa
re que locari poteſt) eſt tamen in arbi-
trio creditoris pro quanto tempore lo-
cet:iſte eſt tex.in.l.in venditione.§.j.ff.
de bo.aucto.iudi.poſſ.& ibi glo.in ver.
ex culpa.& no.Bar.vult enim ibi gloſſ.
quod ſi creditor immiſſus poteſt locare
& nõ locat nec fructus percipit dicitur
eſſe in dolo allegat.l.dolus.ff.manda.&
d.l.prætor.§.in eũ.& cõſequenter ſub-
dit gl.ibi quod propter dolum in nõ lo
cando & nõ percipiendo fructus:cum
poſſet:tenetur immiſſus dictos fructus
quos percipere potuit & non percepit
in ſuum creditum computare vel illos
debitori reddere:allegat.d.l.prætor.in
prin.& cum dicta gl.tranſeunt ibi Bar.
& alij.¶ † Et ꝑpterea ſi creditor im-
miſſus inhabitauit domum : tenebitur
fructus quos potuit percipere alij locã-
do domum,in ſortem computare:nam
inhabitando dicitur illos percepiſſe pro
ſe.text.eſt in terminis in.l.is q bona.§.
j.ff.de pig.& ibi Barto.notat quod quis
habitãdo dicitur fructus ꝑcipere ſub-
iungit etiam dicta gl.quod fructus di-
ctæ habitatiõis erunt tot quo ipſe fuiſ-
ſet expenſurus in cõducendo aliã do-
mum:



mum:cum ſine habitatione quis viue-
re non poſsit.l.legata.ff.de alimen.leg.
¶ Non autem tenebitur ad penſionem
pro qua alius dictam domum cõduxiſ-
ſet vt in Specu.de pig.verſi.quid ſi obli
gaſti.& ibi Bal.in verſi.pen.& probaui
latius.ſ.in princ.huius quinti membri
vbi vide.& vltimo dicta gloſſ.ſubdit ꝙ
ſi talis creditor immiſſus noluit pro ſe
habitare debebat locare alteri,alia di-
citur in lata culpa per.d.l.in venditio-
ne.§.j.¶ Et per prædicta apparet quod
Bald.in auten.ei qui iurat.in antepe.
col.in verſi.pone miſſus ſum in poſſeſ-
ſione.C.de bo.aucto.iudi.poſ.male &
inaduertenter loquutus fuit dum vo-
luit quod ſi immiſſus in poſſeſsione do
mus ex primo decreto in ea moratus
fuit decẽnio cum vxore & familia:non
tenebitur excomputare in ſortem tan-
tum quanti fuiſſet conducturus aliam 9
habitationem,& ꝙ non fuit obligatus:
eam alij locare:quia ignorabat quanto
tempore debebat eſſe in tenuta:quia di
cta deciſio Bal.eſt de directo cõtra tex.
& glo.ſ.allegatas:& de dicta deciſione
Bal.dubitauit etiam Alex.& innuit il-
lam non probare in conſi.cxlj.viſo the-
mate in vlti.col.v.volumi.vnde nõ ob-
ſtante dicto Bald.ſtandum eſt cum tex.
8 & gloſsis prędictis.¶ † Dubito etiã ex
prædictis de eo quod voluit Cor.in cõ-
ſi.ccxxxvij.ij.vol.in fi.dũ dicit ꝙ colũ-
bariæ nõ ſolẽt locari & propterea ꝙ fru 10
ctus ex eis percepti non veniunt cõpu-
tandi in ſumptibus melioramẽtorum:
qa vltra ſupra allegata iſta deciſio Cor.
redditur dubia ex not.per Soci.poſt a-
lios in.l.de diuiſione.in pen.col.ff.ſolu.
ma.dum concludit ꝙ mora irregularis
de qua in.d.l.de diuiſiõe.& in gl.fi.ibi:
eſt cõſiderabilis quando ille quem vo-
lumus teneri etiam de fructibus perci-
piendis habuit facultatem illos perci-
pere ꝑ tex.in.l.Iulianus.§.ex vendito.
in fi.ff.de actio.emp per quem & plura
alia quæ ibi allegat dicit Soci.quod nõ
bene conſuluerunt quidam quos refe-
runt ibi moderni peruſini:quod vendi-
tor domus qui fuerat in mora irregula
ri non tenebatur ad penſionem ſi non
habitauerat neq; alteri locauerat:quia
ſecundum Soci.dicta conſultatio non
fuit vera:niſi qñ non potuiſſet alteri lo
care nec habitare per ſe:ſecus ſi habuiſ-
ſet facultatem alteri locãdi,vel inhabi-
tandi per.d.§.ex vendito:& ſic ſecũdũ
eum ſufficit alterũ ex duobus,vel quod
potuerit locare vel inhabitare ad hoc vt
teneatur etiam de fructibus percipien-
dis:ita & in propoſito noſtro.nam eſto
quòd columbaria non ſit locabilis tamẽ
ſatis eſt ꝙ ex ea immiſſus,vel alius poſ-
ſeſſor fructus percipiat.¶ † Licet etiã
non putem verum ꝙ columbaria nõ ſit
locabilis per tex in.l.vſufructuariũ.§.
in viuarijs.ff.de vſufruc.& ibi not.per
Floria.& per no per Veronẽ.in tracta-
tu de ſeruitutibus vrbanis in capitulo
de columbaria:in quibus locis habetur
ꝙ in columbaria poteſt conſtitui vſuſ-
fructus:merito non video quare locari
nõ poſsit cũ ex ea fructus percipi poſ-
ſint:& iſta adde ad ea quæ dixi.ſ.in q̃r
ta differentia inter pignus cõuentiona-
le & p̃toriũ,videlicet in.iij.parte prin-
cipali in.ij.mẽbro.nu.59.¶ † Sextò,am
plia regulã vt ꝑcedat etiã ſi interceſsit
pactũ ꝙ creditor lucrẽt fruct⁹ pignoris
pro intereſſe ſeu vſuris:qa pactũ nõ va-
let & fructus debent in ſortem cõputa-
ri:p̃terquã ſi eſſem⁹ in cauſis in qb⁹ de
iure canonico vſuræ ſunt ꝑmiſſe.ita te-
net Bal.in.l.j.C.de diſtra.pig.licet olim
ante ius canonicũ tale pactũ eſſet ꝑmiſ-
ſum vt eſt text.in.l.j.§.pacto.ff.de pig.
& no.

& no.gl.in.d.l.j.Reſtringit ergo Bald.
iſtud nõ ꝓcedere hodie de iure canoni
co.(vt dictum eſt)& ratio eſt: qa paria
ſunt paciſci ꝙ fructus nõ computentur
in ſorté:& promittere creditori ſolue-
re vſuras vt probatur in.c.j.& in cap.cõ
queſtus.& ibi not.& in.c.quia fruſtra.
de vſur.& in.l.ſi ea petitiõe.& in.l.ſi ea
lege.C.eo.tit.& no.Alex.in cõſil.xxxj.
viſo themate.nu.4.verſi.& hanc parté.
vj.vol.& ita etiã tenet Abb.in.c.j.in pri
11 mo no.de vſur.per tex.ibi.¶ † Limita-
tur autem (vt dixi)dicta regula ſex mo
dis.¶ Et primò:ꝙ ita demum habet lo-
cum regula ꝙ fructus cõputetur in ſor-
tem percepti ex re pignorata:qñ ſunt
conſumpti tunc enim extenuant ſorté
ipſo iure,vt eſt tex.not.in.d.l.j.C.de di
ſtrac.pign.& no.Abb.in.c.j.in.ij.no.de
vſur.per tex.ibi intelligendo tamé op-
poſita cõpenſatione ab homine:vt ſup-
plet glo.in.d.l.j.in ver.ipſo iure:quam
ſequuntur ibi Bal.& Sali.Secus autem
ſi dicti fructus nõ eſſent conſumpti:qa
tunc nõ extenuant ſortem nec in ſorté
cõputantur:qa de ſpecie ad quãtitatem
nõ admittitur compenſatio:ſed fructus
non conſumpti ſunt tacitè obligati in
ea cauſa in qua eſt obligata ipſa res ex
qua percepti ſunt vt.l.iij.C.in qui.cau.
pi.taci.contraha.iuxta tamen plenã di-
ſtinctionem traditã per Sali.ibi:& iſtã
differentiam inter fructus conſumptos
& non conſumptos ponit & no.probat
Bal.poſt Fran.Accur.& Cy.in.l.j.C.de
pigno.acti.in.j.q.& ſequitur ibidé Sali.
& Bal.in.l.fi.eo.ti.& in.l.quãuis.C.in
qui.cau.pi.taci.cõtrah.& in.l.fi.in pri.
C.de non nu.pecu.& Pe.de ancha.in.c.
j.de vſur.& ibi Abb.in.ij.no.& Ant.de
bu.in.c.ad noſtram.el.j.de iureiuran.&
Alex.in.l.diuortio.§.j.in.j.colũ.in ver.
& ex hac.glo.ff.ſol.mat.& ibi etiã Iaſo.
¶ Et ꝓpterea dicebat Bald.in.d.l.quã-
uis.ꝙ ille qui vult compenſare fructus
in ſorté debet eſſe cautus vt faciat arti-
culũ ꝙ fructus ſunt cõſumpti aliàs non
compenſarentur:ſed loco pignoris tene
rentur:niſi fructus conſiſterent in pecu
nia puta in penſiõe domus:quia illa ſta-
12 tim extenuaret debitum.¶ † Adde ta-
men pro declaratione prædictorum ꝙ
licet fructus ſint commixti:non tamen
dicuntur conſumpti:vt inquit Bald.in
l.ij.in.j.col.C.de fructi.& lit.expẽ.arg.
l.in naue ſaufeli.ff.loca.& facit.l. Pom
ponius ſcribit ſi frumentũ.ff.de rei ven
di.ſed vel debet probari cõſumptio per
allegantem:cum in dubio nõ præſuma-
tur.vt eſt text.iuncta glo.no.in.l.credi-
tor.§.ſi inter.in ver.negetur.ff. manda.
& habetur per Alex.in cõſil.cij.nume.
9.&.10.vj.vol.& per Alexan.in.l.pe.in
prin.vl.col.ff.ad legẽ falci.vel ſaltem ꝙ
à tempore eorum perceptionis ſit ela-
pſum triennium:quia fructus conſiſté-
tes in frumento,vino,& oleo,nõ præſu-
muntur durare vltra trienniũ dicit glo.
no.in.l.j.C.ſi aduer.vſucap.quã cõmu
niter ſequũtur ibi doc.& quotidie alle
gatur pro ſingulari:quicquid aliud vo-
luerit ibi Bal.qui dicit hoc relinquen-
dum eſſe arbitrio iudicis ar.l.j.ff.de iu-
re deliberandi.Nã verior eſt opinio gl.
quam etiam tenet Cor.in conſi.ciiij.ij.
volu.in litera.x.& y.¶ Secundò,limita
tur dicta regula:vt non habeat locum
niſi in illis fructibus qui ſuperſunt de-
ductis expenſis text.eſt & ibi not.Abb.
poſt alios in.d.c.j.de vſur.& faciũt not.
per oẽs in.l.fructus.ff.ſol.ma.vbi habe-
tur ꝙ regulariter fructus intelliguntur
deductis expenſis factis pro illis recol-
13 ligendis.¶ † Tertiò,limitatur dicta re
gula quando creditor ratione pecuniæ
mutuatæ ſubijſſet notabilem laborem:
tunc



tunc enim in compenſationem talis la-
boris poſſet fructus lucrari:nec teneret
eos in ſorté cõpenſare ſecũdũ Hoſtien.
in ſumma in titu.de vſuris in.§.in ali-
quo.verſi.xij. refert & ſequitur Io.an.
in.c.cõqueſtus.eo.titu.& ibi Abb.in fi.
in.xj.caſu & firmat Rom.in ſuis ſingu
laribus car.16.nuñ.536.incipit,regula
eſt ꝙ creditor &c.¶ Quartò,limitatur
dicta regula qñ res pignorata ſpectaret
ad creditorem iure ꝓprietatis:ſed iure
vſuſfructus ſpectaret ad debitorem: &
pignus fuiſſet conſtitutũ reſpectu illius
iuris vſuſfructus:tũc enim creditor nõ
teneretur cõputare fructus perceptos
in ſortem:quaſi tunc cenſeatur conſoli
datus vſuſfructus cum proprietate:vt
eſt text.no.in capi.conqueſtus.de vſur.
& ibi hoc notat Abb.dicens ꝙ licet ille
text.loquatur in eccleſia:tamé idem &
fortius dicendũ eſt in laicis:cum eccle-
ſia debeat magis abſtinere à contractu
vſurario quã laici:arg.C.per tuas.de do
14 na.¶ † Et ex hoc etiam infertur quòd
ſi emphyteuta daret rem emphyteuticã
reſpectu vtilis dominij in pignus dire-
cto:domino ꝙ iſto caſu fructus percepti
per directum dominũ ex dicta re em-
phyteutica non cõpenſabuntur in ſor-
tẽ:vt no.Roma.in.l.diuortio.§.ob do-
nationes.ff.ſolu.mat.per tex.in.d.c.cõ-
queſtus.& refert apo.dñi Enee de falco
in.d.c.conqueſtus.¶ Et idé eſt in feudo
dato pignori dño ꝑ vaſallũ:nã iſto caſu
dñs non tenebitur cõpenſare fructus in
ſorté:quia directũ dominiũ reperitur
penes dñm:ita tenet Abb.in.c.at ſi cle-
rici.de iudi.in.ix.colũ.nu.23.in verſi.
ité ibi ſi laicus.& in.c.ex ſuſcepto.ad
fi.nu.16.de fo.cõpe.¶ Quinto limitat̃
dicta regula vt nõ habeat locũ qñ debi-
bitor ꝓmiſit nõ moleſtare creditoré in
pignore nec in fructibus illius:donec ei
fuerit ſolutũ & ita iurauit:nã propter
iuramentũ non poterit debitor oppone
re ꝙ fructus cõpenſentur in ſortem:ita
tenet Abb.poſt Bald.in.c.ad noſtrã.de
iureiur.& in.c.cũ inter.de excep.& in
c.cum dilectus.de ordi.cogni.& Ange.
& Cuma.in.l.amplius.ff.rem ra.hab.&
Io.fab.inſti.de acti.in.§.in bonę fidei.&
in hoc omnes tam legiſtę quã canoniſtę
cõcordãt.¶ Sed dubiũ eſt an idẽ ſit di-
cendũ qñ debitor iuraſſet ſoluere credi
tori abſq; alia promiſſione:an ſcilicet
iſto caſu debitor nõ obſtante iuramen-
to poſſit opponere ꝙ creditor debeat
compenſare fructus in ſortem:an vero
propter iuramentum teneatur præciſè
ſoluere?& Bar.in.d.l.amplius. tenet ꝙ
iſto caſu non obſtante iuramento debi-
tor poſſit opponere quòd fructus com-
penſentur in ſortem:quia compẽſatio,
æquipollet ſolutioni.¶ Sed canoniſtę in
d.c.ad noſtrã.communiter tenent con-
tra Bar.videlicet ꝙ etiam iſto caſu non
admittatur cõpenſatio:& iſtã opinioné
canoniſtarũ cõtra Bart.ſequit̃ Alexã.in
cõſi.xcj.viſis actis in.ij.colũ.verſi.ſecũ-
do principaliter moueor.ij.volu.& latè
diſputat Soci.in.l.Iulianus.ff.de condi.
& de.pe.& vlt.col.vbi videt̃ tenere opi-
nioné canoniſtarũ.¶ Dominus Tynda
rus in tractatu de cõpẽſa.car.vij.ij.col.
examinat articulũ,& dicit quòd opinio
Bart.de ſtricto iure eſt verior.¶ Sed li-
cet articulus ſit duobus:tñ nõ videt̃ re-
cedendũ ab opinione canoniſtarũ:q̃ vi
det̃ magis cõmunis:licet opinio. Bar.ſit
15 multũ æqua.¶ † Adde etiã ꝙ veritas
iſtiꝰ articuli videtur pẽdere ab illa, alia
dubitatiõe,ſcilicet an iuramẽtũ obliget
p̃ciſè ad factũ?de qua habet̃ per Abb.in
capi.veniens.de iureiur.& ibi eſt plena
apoſtilla quæ concludit tenendum eſſe
ꝙ iuramentũ obliget præciſe iurantem
ad

ad factũ:& ita etiã tenet Alex.in conſil.
lxxxix.obmiſsis nu.5.vij.vol.eãdé opi-
nioné tenet Alexã.in.l.ſtipulationes nõ
diuiduntur.in.vij.col.in ver.demũ.in-
quãtũ Bar.ff.de verb.obl.& magis latè
quã alibi habetur per Iaſ.in.l.ſi pecu-
niã.in prin.ff.de cõdi.ob cau.in.vij.col.
vbi omnia refert & reſidet cũ opinione
cõmuni videlicet ꝙ iuramétum obliget
præciſè.¶ Et propterea etiã in præce-
denti arti.videtur cõcludedũ ꝙ iurans
ſoluere pręciſè teneatur ad ſoluendũ &
nõ poſsit cõpenſare fructus in ſorté:&
ita tenédũ eſt.¶ Aduerte tamé in prædi
ctis ne decipiaris:qa prædicta procedũt
ꝙ debitor teneatur in vtroq; caſu præ-
cedenti ꝑciſè ſoluere creditori ſuũ cre-
ditũ:& ꝙ ad euitãdũ ſolutioné nõ poſ-
ſit per eũ obijci cõpenſatio fructuũ per
ceptorũ per creditoré ex re pignorata:
& hoc propter iuramétũ ſed ſoluto de-
bito creditori:poterit debitor poſtea re-
petere à creditore pignus vna cũ fructi
bus perceptis per eum & etiam perci-
piẽdis iuxta dicta.ſ.in principio iſtius
quinti mẽbri iſte eſt tex.& ibi no.Abb.
in.d.c.ad noſtram.de iureiuran.q̃ bene
16 nota.¶ † Sextò,limitaᷓ dicta regula vt
illa nõ procedat in fructibus perceptis
per generũ ex pignore ſibi dato à ſoce-
ro pro dote:puta qa ſocer ꝓmiſit doté
genero:& qa nõ habebat tunc pecunias
in promptu pro ſolutione dotis:tradi-
dit ei quaſdam poſſeſsiones in pignus
pro dote prædicta:ex qbus gener & ma
ritus percepit fructus : tales enim fru-
ctus non debent extenuare dotem:ſed
cedere debét marito loco intereſſe pro
oneribus matrimonij ex cauſa dotis nõ
ſolutæ:vt eſt tex.& ibi ꝑ Abb.poſt alios
in.c.ſalubriter. de vſur.& habetur per
doc.in.l.inſulã.§.vſuras.& no.doc.ma
ximè Bal.& Ang.in.l.diuortio.in prin.
ff.ſo.ma.& Bar.in.l.at qui natura.§.nõ
tantùm.ff.de nego.geſt.¶ Iſta tamen li-
mitatio reſtringitur,vt habeat locũ do-
nec maritus viuit & ſupportat onera
matrimonij : ſecus auté eſt in eius hæ-
rede:quia ſi hæres perſeueret in tenẽdo
dictas poſſeſsiones pignori datas ꝓ do-
te & percipiat fructus debebit eos in
ſorté cõputare:vt firmat Abb.poſt Inn.
in.d.c.ſalubriter.in.ij.q.& ita etiã tenet
Hoſtié.& Io.and.& Io.de ligna.ibidé:
quos refert & ſequitur Archiepiſcopus
Florétinus nũc ſanctus Antonius in tra
ctatu de vſuris in qõ.28.& ratio diffe-
tétię eſt:qa hæredes mariti ſtatim poſ-
ſunt ſe expedire à muliere reddẽdo ei pi
gnus:ꝙ nõ poteſt maritus.c.tua nos.de
iureiur.el.ij.& qa dos ſoluto matrimo-
nio deſinit eſſe dos ita dicunt præfati
doc.¶ Secũdò reſtringitur dicta limi.vj.
vt nõ habeat locum ſi maritus cederet
ius dicti pignoris alteri : quia in ceſsio-
nariũ nõ tranſit iſtud priuilegiũ ꝙ fru-
ctus percipiẽdi ex pignore nõ debeãt in
ſorté cõpẽſari:ſicut enim iſtud priuile-
giũ nõ tranſit in hęredem mariti:vt di-
ctum eſt in proxima præcedenti reſtri-
ctione:ita & non tranſit in ceſsionariũ:
ita tenet Bal.in rub.de vſur.in.iiij.q.&
ſequitur Alex.in.d.l.inſulã.§.vſuras.in
fine.ff.ſo.ma.per alia etiã quæ ibi alle-
gat.¶ Tertio,reſtringitur dicta.vj.limi.
vt procedat ita demũ ſi fructus perce-
pti ſeu percipiendi per maritum ex pi-
gnoribus ſibi pro dote datis ſunt redu-
cibiles ad intereſſe:hoc eſt ſi illi fructus
nõ multum excederent alimenta cõde-
centia conſiderata quantitate dotis pro
qua pignora data fuerunt : tunc enim
non computarẽtur in dotem & proce-
deret.d.c.ſalubriter:ſecꝰ auté ſi fructus
multũ excederent dicta alimenta:quia
tunc in illo exceſſu deberent in dotem
com-



compenſari:ita ſignanter vult Bal.in.l.
fi.§.præterea.C.de iure do.refert & ſe-
quitur Alexã.in.d.l.in inſulã.§.vſuras.
in fi.& latius idé Alex.in cõſil.clxxviij.
viſo proceſſu penul.col.nu.10.vij.volu.
17 ¶ † Sed dubitatur in prædictis quid ſit
dicẽdum in vxore ſoluto matrimonio,
an.ſ.ſi ei ſit datum pignus pro dote ſibi
reſtituenda ab hæredibus mariti nõ ha-
bentibus pecuniã:& ipſa ex eo percepit
fructus an illi ſint cõpenſandi in doté?
& Abb.in.d.c.ſalubriter.tenet ꝙ ſic.&
ita magis cõmuniter tenent doc.in.d.l.
in inſulam.§.vſuras.vt ibi per Imo.& ꝑ
Alexã.in.l.diuortio.in prin.ff.ſo.ma.&
in cõſi.xxvij.viſo thematæ.iiij.volu.&
de materia habeᷓ copioſè ꝑ Cor.in cõ-
ſilio.xliiij.&.cxlv.ij.vol.& in conſi.vlt.
eo.vo.& in cõſi.clxiiij.&.ccxl.iij.vol.&
ratio eſt:qa etiã ꝙ hæredes mariti ſint
in mora reſtituẽdi doté , nihil propter
ea debetur vxori pro alimétis quia im-
putandũ eſt ei quare dotem nõ exege-
rit:ita latè diſputando firmat Alexã.in
d.l.diuortio.in prin.in.v.col.dicens iſtã
eſſe cõmuné opinioné.¶ Et iſta cõcluſio
in vxore ꝓcedit,etiã ſi mulier cui facta
eſt mora per hęredes mariti in reſtitué-
do dotem poſt annũ aliquid ab eis ſti-
pulata ſit pro alimentis,donec ei reſti-
tuatur dos:quia adhuc nõ obſtante illo
blando vocabulo alimentorũ : nihil ei
deberetur vt habetur ſoléniter per Pet.
de aucha.in conſil.cl.in quæſtione quæ
vertitur.& refert & latè extendit Alex.
in.d.l.diuortio.in prin.in.vj.col.¶ Iſtud
auté ꝙ dictũ eſt de vxore reſtringitur
duobus modis:primo modo quãdo hæ-
redes mariti fuerũt in mora reſtituendi
doté,& vxor reperitur in dãno emergé
ti:& põt exẽplificari quãdo mulier non
haberet vnde aliũde ſe aleret,vel aliter
dãnum pateretur ex mora dictorũ hæ-
redũ : quia etiã hodie de iure canonico
vſurę peti poſſunt ratione damni emer-
gentis:vt per gl.in.l.ij.C.de vſur.& ple
nè per Cano.in.c.conquæſtus.extra co.
ti.& per gl.in.l.curabit.C.de actio.em-
pti.Iſto enim caſu ſi mulier perciperet
fructus ex re ſibi pignori data pro reſti-
tutione dotis:non teneretur eos in do-
tem cõpenſare vſq; ad cõdecentiam ſui
intereſſe damni emergentis:& ita tenet
Bal.not.in tracta.dotis in.viij.pte prin-
cipali.in.xxij.priuile.& latius Alex.in
d.l.diuortio.in prin.in.vj.col.¶ Secũdo
modo reſtingitur id ꝙ.ſ.concluſum eſt
in vxore:qñ pręcedéte mora hæredũ in
reſtituenda dote:mulier eſſet talis quæ
eſſet ſolita dare pecunias mercatoribus
ad honeſtũ lucrũ:nã tunc ratione lucri
ceſſantis poterit mulier ꝑcipere ex fru-
ctibus illud intereſſe quod veriſimiliter
lucrata fuiſſet ſi doté re habuiſſet & illã
ad honeſtũ lucrũ mercatoribus dediſ-
ſet iuxta no.in.l.iij.in fin.ff.de eo quod
cer.loco.& ita tenent Bald.nouellus.&
Alexã.in locis ſuprà in proxima reſtri-
ctione allegatis.¶ Extra auté iſtas duas
reſtrictiones habet locũ limitatio & cõ-
cluſio.ſ.facta.ſ.ꝙ vxor teneaᷓ fructus
perceptos ex re pignorata ſibi ꝓ reſtitu
tione dotis cõpenſare in ſorté:etiã data
mora hęredũ mariti iuxta tex.& ibi no.
in.l.Titia.ff.de ſol.nõ obſtãte quocũq;
pacto quibuſcũq; blãdis vocabulis cõ-
cepto vt ꝑ Alex.in.d.l.diuortio.in prin.
in.vj.col.Et per hæc eſt expedita iſta.v.
pars principalis iſtius tractatus &c.

¶ Sexta pars principalis.

CApio igitur nunc
ſextam parté principalé tra-
ctatus noſtri:in qua ponitur
mate-

materia reſolutionis pignoris & hypothecæ, videlicet qb⁹ modis tollant̃ & reſoluant̃ pignora & hypothecæ. ¶ Et iſta pars ꝑ faciliori ordine diſtinguit̃ in tria mēbra principalia. In primo mēbro tractabit̃ de vēditiōe & alienatione pignoris & hypothecæ. In ſecūdo mēbro videbim⁹ de ꝑſcriptionib⁹ pignoris & hypothecæ. In tertio mēbro diſcutiet̃ de diuerſis alijs modis quibus pignora & hypothecæ finiantur & reſoluantur.

## Summarium.

1 Creditor non poteſt ad venditionem pignoris non peruenire, niſi debitor ſit in mora.
2 Ius digeſtorum, & ius. C. differūt in materia venditionis pignorum.
3 Conuētio facta inter creditorem & debitorem quod crditor non poſſit vendere pignus, an ſit validum.
4 Denūtiatio trina qualiter ſit fienda, & quātum interuallum in illa eſſe debeat.
5 Pactū quòd pignus vendi poſſit per creditorē nulla denuntiatione precedente validum eſt.
6 Debitor, an pro venditione pignoris debeat admoueri vt adſit venditioni.
7 Ordo in venditione pignoris iudicialis qualis ſit ſeruandus.
8 Pignus prætorium infra quantum tempus vendi poſſit.
9 Venditio pignoris iudicialis vel prætorij debet fieri autore prætore.
10 Creditor, an poſſit admitti ad emptionem pignoris iudicialis vel prætorij.
11 Creditor, an poſſit alienare pignus conuentionale.
12 Dominium alicuius rei non habens, an poſſit in alterum transferre.
13 Creditor dicitur in pignore procurator debitoris.
14 Creditorem poſſe transferre dominium pignoris in ementem qualiter intelligatur.
15 Creditor poteſt vendere pignus ſeruatis tantum ſeruandis.
16 Creditor an poſſit vendere pignus pendente lite mota per alium contra debitorem ſuper re pignorata.
17 Creditor poteſt vendere pignus non obſtante diuiſione de eo facta inter hæredes debitoris.
18 Creditor, an poſſit vendere ſimplicem hypothecam.
19 Ceſſionem habēs à creditore, an poſſit pignus vendere.
20 Creditor, an poſſit vēdere fructus pignoris.
21 Creditor, an poſſit vendere pignus pro parte redemptum.
22 Rebus pluribus pignoratis, an poſſit creditor vendere vnam illarum.
23 Creditor, an teneatur conſentire debito volenti vendere pignus.
24 Creditor, an poſſit vendere pignora incorporalia.
25 Creditor an poſſit pignus præcario debitori conceſſum vendere.
26 Creditor, an poſſit vendere pignus debitori.
27 Debitor habet actionem pignoratitiam cōtra creditorem dolo pignus vendentem.
28 Pignus venditum quo caſu poſſit à debitore vendicari.
29 Creditor, volens vendere pignus minus iuſto pretio poteſt impediri per debitorem.
30 Creditor ſecundus, an & quo pacto poſſit vēdere pignus.
31 Hypotheca præſcriptione perempta perit: ſic & autoritas vendendi pignus.
32 Emens pignus à debitore præfertur ementi à creditore: ſalua hypotheca creditori competenti.
33 Emere rem ſuam nemo poteſt.
34 Res vna pluribus creditoribus hypothecata, an poſſit vendi.
35 Debitor obligans omnia bona ſua creditori pro debito, an poſſit vendere & dominium transferre.

Debi-



36 Debitor conſtituens ſe poſſidere bona hypothecata pro creditore ſi ea alienet poteſt creditor agere ad reuocationem.
37 Creditor, an vendendo pignus poſſet habere fidem de pretio.
38 Periculum creditoris vendentis pignus, & habentis fidem de pretio in quo verſetur.
39 Domus combuſta creditori hypothecata, ſi à debitore reædificetur, an poſſit ex tunc per creditorem vendi.
40 Creditor vendens pignus, an teneatur emptori de euictione.
41 Creditor vendens pignus iure permittente, an poterit euincere illud ab emptore.
42 Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.
43 Res obligata creditori tradita, an vendi poſſit.
44 Actio ſemel extincta non reuiuiſcit.
45 Medium inter eſſe obligatum & nō eſſe obligatum eſt ſuſpenſio obligationis ad tempus.
46 Creditor qui vendidit pignus, & promiſit de euictione in caſibus permiſſis poteſt retinere alia pignora donec ſibi à debitore de indemnitate caueatur.
47 Subhaſtatio, an in venditione pignorum requiratur.

## ¶ Primum membrum. vj. partis principalis.

AGgrediendo ita
q; primū mēbrum huius.
vj. partis pricipalis, in quo
tractabimus de vēditione
& alienatione pignorum: pro intelligē-
tia dicēdorū in materia ſunt premitten
1 da aliqua. ¶ † Et primò ꝗ antequā per-
ueniatur per creditorē ad venditionem
pignoris requiritur ꝗ debitor ſit in mo
ra ſoluendi debitū: vt eſt tex. & ibi Bar.
& Sal. in. l. cùm ſoluendæ. ff. de diſtrac.
pigno. & ideo vbi eſt appoſita certa dies
ad ſoluēdum: illius lapſus ſufficit ad cō
ſtituendum debitorem in mora. l. ma-
gnam. C. de contrahē. & cōmit. ſtipu. &
ita propriè loquitur tex. in. d. l. cum ſol-
uendę. vbi autem dies non eſſet appoſi-
ta requiritur interpellatio ad conſtituē
dum debitorem in mora iuxta. l. ſi ex le
gali cauſa. & ibi not. ff. de ver. obli. ¶ Et
iſtud etiam procedit cū data eſſet licen
tia creditori ꝗ poſſet vendere pignus:
qa ſemper talis licentia intelligitur cō-
ceſſa ſub iſta conditione ſi debitor fue-
rit in mora ſoluendi debitum: ita decla
rat Pau. de ca. in. l. ſi cōuenerit la prima
quę eſt lex quarta. ff. de pignor. actione.
& iſto caſu quando eſt data licentia cre-
ditori vendendi pignus: ſufficiet mora
debitoris ad vendendum pignus abſque
alia denūtiatione vt tenet gl. in. l. credi-
tor hypothecas. C. de diſtrac. pig. & hoc
procedit tā de iure digeſtorū ſecūdū. d.
l. ſi conuenerit. quàm de iure. C. ſecūdū.
l. fi. C. de iure do. impe. vt declarat Pau.
2 de ca. i. d. l. ſi cōuenerit. ¶ † Secūdò pręmitte ꝗ quādo nō fuit data licētia cre-
ditori vēdēdi pignus, & neque cōceſſum
neque prohibitū vēdere eſt differētia
inter ius digeſtorū & ius. C. qa de iure
digeſtorum vltra morā debitoris nulla
alia reqrebatur denūtiatio vt ſentit gl.
in. d. l. ſi cōuenerit in gl. in verbo, liceat
quā ibi ſequitur Pau. de caſt. hodie aūt
de iure. C. ſecūdū. d. l. fi. C. de iure dot.
impe. in. §. j. requiritur vna denūtiatio
& illa ſufficit ita tenet glo. in. d. l. credi-
3 tor hypothecas. ¶ † Tertiò, præmitte
quòd conuentio facta inter creditorem
& debitorem quòd creditor non poſ-
ſit vendere pignus de iure, non va-
let: quia eſt contra publicam vtilita-
tem: nam ſi creditor nō poſſet vendere
pignus non reperiretur qui vellet mu-

tuare

tuare indigétibus ita dicit glo. elegans
in.d.l.ſi cõuenerit. quam ſequũtur ibi
doc.& per hoc dicit ibi Saly.ꝙ huic iu-
ri vendendi pignus per creditoré renũ
tiari non poteſt per.l.ius publicũ.ff.de
pac.& ſequit̃ Ange.de are.inſtitu.qui.
alie.licet vel nõ.§.j.in fin.in ver.vnum
præ ceteris no.&c.ſed iſto caſu quando
fuit cõuentum vt creditor non poſsit
vendere pignus de iure digeſtorũ per
d.l.ſi conuenerit requiritur trina denũ
tiatio antequàm procedatur in vendi-
tionem pignoris quaſi præcedens con-
uentio de non vendendo pignore cõti-
neat in ſe tacitam cõditionem niſi ter
fuerit denuntiatum debitori vt ſolue-
ret:ita declat Salyce.in.d.l.ſi cõuene-
rit.ſecundo no.& tenet gloſſ.in.d.l.cre-
ditor hypothécas.& gloſ.in.§.j.inſtitu.
qui.alie.li.vel non. ¶Nec iſtud de tri-
na citatiõe requiſita iſto caſu hodie eſt
correctum per.d.l.fina.C. de iure do.
impe.vt declarat Pau.de caſtr.in.d.l.ſi
conuenerit,quia ſi vbi nihil eſt conuen
tum de venditione pignoris requiritur
vna denuntiatio.d.l.fi.fortius debet re
quiri trina quando fuit cõuentum vt
4 pignus nõ poſſet vẽdi.¶† Et iſta trina
denũtiatio nõ põt fieri vno cõtextu,vi
delicet ſolue,ſolue,ſolue,q̃a hoc mõ nõ
diceret̃ q̃s ter denuntiaſſe ſed ter fuiſſe
locutum arg.l.Menius.§.cũ qui.ff de
leg.ij.ita tenet glo. Bar.& oẽs alij.in.d.
l.ſi cõuenerit.& Alexã.in.l.de pupillo.
§.ſi q̃s ipſi prętori.in.j.&.ij.col.in ver.
prędictis adde.ff.de no.oper.nũ. ¶Sed
dubitari poſſet quantum ſpacium de-
beat intermitti inter vnam denũtiatio-
né & aliam?& glo.& Bar.in.d.l.ſi cõue
nerit.tenet ꝙ ſaltem debeat intermitti
ſpatium vnius diei inter vnam denun-
tiationem & aliam. ¶Sed Iac.bu.Saly.
Pau.de ca.& alij ibi tenent ꝙ iſtud ſit
arbitriú:& ꝙ iudex debeat arbitrari ꝙ
ad minus in iſtis denuntiationibus de-
beat intermitti ſpatium decem dierũ:
quia debitor nõ debet venire cum ſacco
paratus:argu.l.ſi debitori.ff. de iudic.
vel etiam minus ad arbitrium iudicis:
& iſtud tenet & reputat verius Ang.de
are.inſti.qui.alie.lic.vel non.§.j.col.fi.
¶Quartò,pręmitte ꝙ poſt dictas denũ
tiationes:vt.ſ̃. diuerſimodè requiſitas
antequã deueniat̃ ad vẽditioné pigno-
ris,debet expectari biẽniũ iuxta.l.fi.C.
de iure do.impera.ita tenet gl.in.d.l.ſi
cõuenerit.quam ibi ſequitur Bart.ſub-
dens,ꝙ in quibuſdam partibus annus
tãtum expectat̃:& ita etiã tenet ibi Sa-
lice.¶Iſtud auté biennium quando cre
ditum eſt liquidum currit à tẽpore de-
nuntiationis:quãdo verò nõ eſt liqui-
dum currit à tempore ſnĩæ:vt vult glo.
in.d.l.ſi cõuenerit.quã ibi ſequit̃ Bar-
to.ſed gl.in.d.l.fi.melius declarãdo di-
cit ꝙ bienniũ currit à tp̃e vnicæ denũ-
tiationis,quãdo vnica requirit̃:q̃n ve-
ro requirũtur tres currit omnibus ela-
pſis:& ꝙ dicit̃ à tempore ſnĩæ intelligit
ibi gl.interlocutoriè latæ cõtra debito-
rem de ſoluendo debitũ:ſiue de luẽdo
pignus:& iſtud ſequitur Salice.in.d.l.ſi
5 cõuenerit.¶† Quintò,præmitte ꝙ prę‍
dicta procedunt,niſi eſſet factum pactũ
ꝙ pignus vendi poſſet per creditorem
nulla monitione,vel denũtiatiõe præ-
cedente:quia tale pactũ valet:& tũc nõ
requiritur alia monitio : præſuppoſita
tamen ſemper mora debitoris in ſoluẽ-
do:vt dixi.ſ̃.in primo præmiſſo nu.1.
ita no. Bar.in.l.Titio.§.ſi per illũ tex.
ff.ad muni.& idẽ vult glo.in.l.creditor
hypothecas.ff.de diſtrac.pigno.in glo.
in verſicul.teſtato.& ibi Bald.idem te-
nent Salice.Pau.de caſtro & Alexand.
in.d.l.ſi conuenerit.& Bald.in.d.l.fina.
C.de



6 C.de iure do.imper.¶† Sextò præmit-
te ꝙ vltra ſupradictas denuntiationes
vt ſupra requiſitas in venditiõe pigno-
ris:requiritur etiam antequã deueniat̃
ad actum venditionis : alia admonitio
debitoris, non quidé vt debitor ſoluat
vt priores factæ ſunt : ſed vt veniat &
aſsiſtat vẽditiõi ſi vult:& ſic iſta fit ad
tollẽdũ fraudis pręſumptioné:& de hac
admonitiõe loquitur propriè.d.l.credi
tor hypothecas.¶Adde tñ ꝙ ſi iſta vlti-
ma admonitio obmittatur: nihilominꝰ
valebit venditio q̃a per alias denũcia-
tiones iã erat acq̃ſita poteſtas credito-
ri vẽdendi pignꝰ ideo vẽditio firma eſt:
ſed ſi cõmiſſa eſſet fraus in vendendo ꝑ
creditoré:poſſet cõueniri à debitore di-
recta pignoratitia ad intereſſe: omſsis
aũt primis denũtiationibꝰ:vt.ſ̃.requiſi
tis vẽditio eſſet nulla.tex.eſt in.d.l.cre-
ditor hypothecas.& ibi no.Iaco.de are.
Cy.& Bal.& Pau.de ca.in.d.l.cõuene-
rit.¶Quę oĩa vt.ſ̃.in iſtis ſex pręmiſ-
ſis poſita ꝑ me;ſub breuitate magiſtrali
ter tñ refert Bar.in.l.pe.quę incipit cre
ditor.ff.de diſtrac.pig.valet ꝙ ad hoc
vt creditor poſsit vẽdere pignus primo
req̃rit̃ ꝙ debitor ſit ĩ mora ſoluẽdi.d.l.
cũ ſoluẽdæ.&.l.debitores.C.de pig.ſe-
cundo requirit̃ ꝙ creditor poſt moram
expectet ꝑ biẽnium.d.l.fina.C.de iure
do.impe.& hoc niſi aliud tp̃s ſit appoſi
tũ ex pacto,vel ex cõſuetudine : vt.l.de
q̃bus.ff.de legi.& iſtis ceſſantibꝰ vendi
tio eſſet nulla : vt.d.l.fi.tertio ſecundũ
Bar.req̃rit̃ ꝙ tp̃e quo pignus exponit̃
venale iſtud denũtiet̃ debitori.d.l.cre-
ditor hypothecas.ſed tñ ſi hoc tertium
eſſet omiſſum venditio non eſſet nulla:
ſed creditor tãquã in mala fide teneret̃
pignoratitia ab intereſſe.d.l. creditor.
prout tenet̃,q̃n malã fidem adhibuit in
vendẽdo pro viliori pretio : vt.l.j.C.ſi
vendi.pig.aga.& aliq̃d de materia habe
tur per Cor.in conſil.clxxij.in litera à
& e.j.vol.& in conſi.lxxix.ij.volu.&c.
7 ¶† Septimò,præmitte ꝙ prædicta pro-
cedunt in pignore cõuentionali : in pi-
gnore auté iudiciali quod capitur pro
executiõe ſnĩæ diffinitiuæ iuxta.l.à di-
uo pio.ff.de re iudi.alius ordo eſt ſeruã
dus q̃n ad illius venditioné ꝓceditur.
Nã primo poſtquã eſt lata ſnĩa contra
debitoré antequã ꝓcedat̃ ad capiendũ
pignꝰ debet ſuperſederi ꝑ quatuor mé-
ſes:q̃a iſtud tp̃s quatuor menſium da-
tur cõdénatis ad ſoluendum.l.ij.C.de
vſur.rei iudi.& latè de hac materia té-
poris quatuor menſium habetur per
Iaſo.in.l.debitoribus.ff.de re iudi.vbi
ponit in hoc regulam cum ſeptem limi
tationibus. ¶Secundò poſt pignus ca-
ptum debet adhuc debitor expectari ꝑ
alios duos menſes antequã procedatur
ad vẽditioné pignoris:& iſtud tp̃s duo
rum menſium non reperitur hodie im-
mutuatũ ſecundũ Bar.in.l.diuo pio.§.
in vẽditione.ff.de re iudi.& in.l.debi-
toribus.eo.ti.& in.l.fi.ad fi.C.de exe-
cu.rei iudi.& ſic iſtud tépus duorũ mé
ſiũ eſt præfixũ ſolũ ad venditioné pi-
gnorũ:non auté eſt præfixũ condéna-
tis ad ſoluendum quãuis in hoc contra
riú & male teneat glo.in.l.ij.C.de vſur.
rei iudi.& in.l.ſi debitori.ff.de iudi.&
Cy.in.l.j.verſic.fi.C.de dila.prout iſta
latè firmantur per Bar. Alex.& Iaſo.in
8 l.debitoribus.ff.de re iudi.¶† Et præ-
dicta ꝓcedunt in pignore iudiciali pro-
priè ſumpto quod capitur pro execu-
tione ſententiæ:ſed in pignore præto-
rio quod eſt propriè quando capitur in
contumaciam rei non comparentis:va-
riæ fuerũt opiniones inter antiquos.ſ̃.
quantũ tépus vendi poſsit.& Specu.in
titu.de primo & ſecũdo decreto refert
Anto.de fa.de pi.& hyp. v no-

nouem opiniones.¶Tamen magis cō-
munis opinio eſt ꝙ relinquatur arbi-
trio iudicantis infra quantū tēpus tale
pignus pretoriū poſsit vendi:ex quo ta
le tempus in iure non inuenitur deter-
minatū iuxta tex.in.l.j.in fi.ff.de iure
delib.& in.c.de cauſis.de offi.deleg.&
in.c.fi.de trāſactio.& hec opi.approba
tur per docto.in.l.cùm proponas.C.de
bo.auto.iudi.poſ.& p Bar.& alios in.l.
ſi finita.§.iulian⁹.ff.de dā.infec.& latè
per Alex.in.l.à diuo pio.§.in venditio-
ne.in.v.colū.in verſi.quærit glo.ſ.quā-
tum tempus.ff.de re iudi.& ibi per Ia-
ſo.& per Iaſo.etiā in.d.l.debitoribus.
9 ¶†Adde in materia ꝙ venditio pigno
ris iudicialis,vel pretorij debet fieri au
tore prætore, vel per iudicē ordinariū
cauſæ vt eſt tex.& ibi glo.in.l.j.C.ſi in
cauſam iudi.pign.capi.ſit.ſupple tu ſe-
cundum Salyce.ibi , vel etiam delega-
tum:ſi eidem data ſit poteſtas ex reſcri
pto delegantis.Non autem vendi po-
teſt per creditorem miſſum in poſſeſsio
nem:niſi forte iudex cōceſſerit credito
ri talē authoritatem,vt ſcilicet ipſe cre
ditor propria authoritate poſsit vēde-
re pignus:qa iſtud iudex pōt facere : vt
not.Bald.poſt Iacob.de are.& Cy.in.l.
ij.C.eo.titu.& habetur per Alexā poſt
gloſ.& alios in.l.miles.§.qui iudicati.
ff.de re iudica.tunc enim pars cenſetur
conſtituta executor & nuntius in cauſa
ſua:vt not.Bartol.in.l.iuſtè poſsidet.ff.
de acquirend.poſſeſsio.& ſequitur Ia-
10 ſo.in.d.§.qui iudicati.¶†Adde etiam
ꝙ dum venditur pignus iudiciale , vel
prætoriū : ſi non reperitur emptor:vel
ſi reperitur & non offert iuſtum pretiū
poteſt admitti ipſe creditor ad licitan-
dum,& ipſo offerente iuſtum pretium
poteſt ei vendi pignus tāquā extraneo.
text.eſt & ibi Bald.& Salice. in.d.l.ij.
C.ſi in cauſam iudi.pig.cap.ſit.& ſi em
ptor nō inuenit , nec ipſe creditor vult
licitare:quia inuitus nō cogitur:poteſt
creditori pign⁹ adiudicari authoritate
principis : vt.l.fina.C.eod.titu. ¶Dum
autem dictum eſt authoritate principis
intellige tu per iudicem ordinariū cau
ſe facientem hoc authoritate ordinaria
ſibi à principe conceſſa:nō autem ꝙ no
ua authoritas in hoc requiratur:omnia
enim iure facimus quibus authoritatē
noſtrā impartimur,dicit imperator in
l.authoritatē.§.omnia.C.de veter.iure
enuclean. Ita declarant Bald. & Saly.
in.d.l.fi.& Saly.in.l.ordo.C.de execu.
rei iudic.per.l.à diuo pio.§.ſi pignora.
ff.de re iudic.quicquid aliud dixerit ſu
11 p hoc Cy.in.d.l.fi.¶†Et ex prædictis
apparet ꝙ creditor,vel ex pacto,vel ſi-
ne pacto ſeruata forma iuris pōt alie-
nare pignus conuentionale vt dictum
eſt ſuprà,& alienando transfert domi-
niū in ementem,licet ipſe creditor qui
alienat non ſit dominus:vt inſtitu.qui.
alie.licet vel non.§.j.& ibi per Ange.de
are.¶Intellige tu ita demū ſi emptor
ſit inductus in poſſeſsionem pignoris à
creditore vendente:non aliter:vt.l.qui
prædium.& ibi Bal.C.de diſtrac.pign.
12 ¶†Nec eſt nouum ꝙ qui dominiū nō
habet,alij dominium det:vt.l.nō eſt no
num.ff.de acquiren.re.domi.& iſto ca-
ſu fallit regula.l.traditio eodem titulo
&.l.nemo pōt pl⁹.ff.de re.iur.& ibi gl.
& Decius ponunt plures aliqs caſus,
in quibus qui non habet dominium il-
13 lud tñ alij dat.¶†Et pōt eſſe ratio:qa
creditor in pignore dicit̄ ꝓcurator de-
bitoris.l.creditori.& ibi no. Pau.de ca.
& Iaſo.ff.de no.oper.nunti.& Bar.in.l.
ſi pignori,in vlti.col.in verſi.ſequit̄ no-
na pars.ff.fami.ercıſ.& hoc etiam in pi-
gnore vendendo & trāſferendo domi-




nium in emptorem vt no.Bal.in.l.j.in
verſi.itē nota ꝙ creditor.C.credi.eui-
ctio.pigno.debere:& ideo dixit Bal.in
l.j.in.ij.col.in verſicu.ſed cōtra:qa lege
&c.C.ſi ſeruus extero.& ibi etiā Cy.&
Pau.de ca.ꝙ qñ creditor vēdit pignus
14 cenſet̄ vēdere ipſe debitor.¶†Et illud
qđ dictū eſt ꝙ creditor vendens pignus
trāſfert dominium in emptorem intel-
lige procedere quādo creditor qui ven-
dit poſsidet pignus:ſecus autem ſi cre-
ditor nō poſsidet ſed agit contra tertiū
poſſeſſorē pignoris hypothecaria:& qa
ille tertius poſſeſſor non reſtituit ei pi-
gnus,creditor ab eo recepit litis ęſtima
tionem:qa in iſtū tertium poſſeſſorem
ſoluentem creditori litis ęſtimationem
non transfertur dominium per credito
rem per tex.in.l.creditor qui rem.ff.de
pigno.actio.nam licet aliàs ſolutio li-
tis æſtimationis in actione reali habeat
vim emptionis:vt.l.litis æſtimatio.ff.ꝓ
empto.tñ ſecus eſt in pignore & hypo-
theca:vt no.Pau.de ca.in.l.ſi cōuenerit
in fi.primæ col.ff.de pig.act.& latè no-
taui.ſ.in.iiij.mēbro quintæ ꝑtis princ.
15 vbi vide &c.¶†Et præmiſsis igit̄ ſuprà
& relatis ſume regulā ꝙ creditor pōt
vendere pignus ſeruatis tñ ſeruādis,de
quibus ſupra dictū eſt:& in iſta regula
pone primo decē ampliatiōes:& poſtea
totidē limitationes ex quibus habebis
totam materiam qñ creditor poſsit alie
nare pignus & qñ non poſsit. ¶Primò
igit̄ amplia regulā,vt procedat,nō ſolū
in rebus maioris & profanis:ſed etiā in
rebus eccleſiæ & minoris.Nā ſi res ec-
cleſiæ & minoris ſint à principio ſoléni
ter pignoratæ:vt de iure reqrit̄ : pote-
runt poſtea vēdi p creditorē nō ſeruatis
ſolēnitatib⁹ aliàs requiſitis in vēditio-
nibus rerū eccleſiæ,vel minorū . vt no-
tat Bart.in autē.hoc ius porrectum.in
vlti.col.in verſi.quæro pone ꝙ eccleſia
pignorauit fundū.C.de ſacro.eccle.&
hoc text.in.l.pupillorū.§.j.ff.de rebus
eo.& faciūt no.per Bar.in.l.iij.in prin.
q.prin.C.de pig.& p Floria.in.l.caue-
ri.ff.cōmu.prędio.¶Secūdò,amplia di-
ctam reg.vt procedat etiā ſi debitor in
ſuo teſtamēto prohibuerit alienari bo-
na ſua ſub pœna applicationis fiſco ſi
fuerint alienata,vel ſub alia pœna:quia
nō obſtante tali ꝓhibitione creditor nō
impedirer̄ iure creditoris alienare ſua
pignora:vt eſt tex.& ibi gl.Bal.&Saly.
in.l.j.C.debi.vendi.pi.impedi.nō poſ.
& idem eſt ſi teſtator rē pignoratā cre-
ditori ſuo:in teſtamento alteri legaue-
rit:qa per tale legatum non impeditur
creditor iure creditoris vēdere:& idem
eſt ſi in dicta re debitor in teſtamēto fe
cit aliquam ſubſtitutionē:vt omnia iſta
no.per Bal.in.d.l.j.nā ſecūdū eum ven
ditio facta per creditorem extinguit le
gatum.l.qui ſolidum.§.fin.ff.de leg.ij.
cum alijs ibi allegatis p eū idem tenet
Bal.in.l.prædia.in vlt.col.in verſ.ſequi
tur ſecūda pars.C.de fideicommiſ.vbi
etiam plus vult,videlicet ꝙ ſi dicta ven
ditio fiat per creditorem ex pacto inito
cū debitore:non ſit in ea citādus lega-
tarius:ſecus autem ſi fiat executiuè in
iudicio vt ibi per eū.¶Et ſimiliter non
impedietur dicta venditio ſi debitor ꝓ-
teſtetur creditori ne vendat vel alijs ne
emant:niſi prius debitor offerat credi-
tori integrum debitum cum vſuris : &
creditore recuſante recipere deponat:
alioquin ſi modicum quid reſtet de de-
bito talis proteſtatio non releuat in ali-
quo:& emptorem nō cōſtituit in mala
fide tāquā facta à nō habente ius prote
ſtandi tex.eſt no.& ibi gl.fi.& Bal.&Sa
ly.in.l.fi.C.debi.vendi.pigno.impe.nō
poſ.¶Et idē eſt ī ſecūdo creditore ꝓte-

ſtante ne primus vẽdat:vt.l.fi.& ibi per
docto.C.ſi anti.credi.& idem eſt chiro-
grapharius creditor,qui nũ poterat ven
dere:vendiderit:qa per talẽ vẽditionẽ
iniuſtè factam:non impedietur primus
creditor hypothecarius vendere.vt eſt
tex.& ibi per Bal.& alios in.l.rei.C. de
16 diſtrac.pigno. ¶† Tertiò,amplia regu-
lam ꝙ talis vẽditio fieri põt per credito
rem etiã pendente lite mota:per alium
contra debitorem ſuper re pignorata:
quia exercitium quod eſt natũ ipſi cre-
ditori nõ poteſt impediri per talẽ litem
ita nõ. Bald.in.l.j.C.de litigio.¶Sed ad
uerte quòd Bald. iſtud ibi non firmat:
& ego credo ꝙ ampliatio non ſit vera:
q̃a res litigioſa nec alienari nec obliga-
ri põt:vt p Bart.in.l.j.§.j.ff.de litigio.
& iſti regulæ ſtandum eſt,niſi probetur
exceptio iuxta no.per Barto. & Iaſo.in
l.ij.ff.ſi quis in ius voc. non ierit & per
Iaſ.in.l.cætera.ff.de leg.j.excep.aũt nõ
probat lege:& non obſtat.tex. in.l.j.C.
de litigio.qa ille tex.loquitur in denũ-
tiatione extraiudiciali quæ ſola non fa
cit rem litigioſam:vt no.ibi glo. per.l.j.
ff.eo.& ita etiam ſentit ibi Bal. & ideo
non puto tenendã hanc ampliationem.
17 ¶† Quartò, amplia regulam ꝙ credi-
tor poteſt vendere pignus:non obſtan-
te diuiſione de eo facta inter hæredes
debitoris:vt eſt tex.& ibi Bar.in.l. arbi
ter.ff.de diſtrac.pigno.& idem tex.ad li
teram eſt in.l.fi.eo.titu.quem Bart.di-
cit fuiſſe duplicatum ex inaduertentia.
18 ¶† Quintò,amplia regulam vt proce-
dat nõ ſolũ in pignore tradito credito-
ri:ſed etiã in ſimplici hypotheca : quia
etiã illã creditor vendere põt.ita tenet
Bal.poſt Nico.de ma. in.l. ſi à credito-
re.C.de actio.& obli.& Bar.in.l.pen.in
ver.ij.modo.ff.de diſtrac.pi. & eſt text.
in.l.ſi in hoc.C.de diſtrac.pi.&hoc,niſi
ipſa hypotheca eſſet præſcriptiõe ſubla
ta.vt habetur p Bal.in.d.l. ſi à credito-
re:& iſto etiã caſu.ſ.qñ creditor vendit
hypothecã transfert dominiũ in empto
rẽ: ſi eũ inducat in poſſeſsionẽ,quãuis
ipſe creditor nõ poſsideret:ita no. Pau.
de caſt.in.d.l.ſi conuenerit in ver. item
quæro ſi tẽpore.ff.de pignoratitia actio
ne.¶Subdit tamen hoc ꝓcedere quãdo
creditor vendit rem hypothecatã:ſecus
aũt ſecundũ eũ ſi venderet ius quod ha
beret in re:qa tunc ſolũ ius pignoris eſ-
ſet venditũ : & emptor iſto caſu poſſet
intentare hypothecariã:nõ aũt rei ven-
dicationẽ per tex.& ibi glo.& doc. in.l.
ex nominis.C.de hære.vel actio.vendi.
quod no.vt euites ęquiuocationem &c.
19 ¶† Sextò,amplia regulã ꝙ nõ ſolũ cre-
ditor principalis põt vendere pignus &
hypothecã,ſed etiã ille qui habet ceſsio
nem ab eo iuxta no.per Bart.& alios in
l.Ariſto.ff.quę res pi.obli.poſ.¶Et iſtud
habet locũ non ſolũ ſi ſit ceſſa ipſa hypo
theca,ſed etiã ſi ſit ceſſa ſimpliciter per
ſonalis : qa etiam tunc intelligitur ceſſa
hypothecaria,ſiue illa oriatur ex obliga
tiõe generali,ſiue ex ſpeciali:vt eſt tex.
& ibi no.Bal.ĩ.l.ſi inſolutũ.C. de actio.
& obliga.& cũ ipſa hypothecaria cõpre
henſa in ceſsione facta de perſonali in
conſequentiã & acceſſoriè.trãſit etiam
ius diſtrahendi in ipſum ceſsionarium:
vt no.Bal.in.d.l.ſi à creditore.in primo
not.& dictũ ius diſtrahendi:quod vt di
ctum eſt tranſmittitur in ceſsionarium
fortius dicendũ eſt ꝙ tranſmittatur in
hæredẽ creditoris:vt eſt text.in.l.ſi ne-
ceſſarias.§.pe.ff.de pigno.actio.vbi ha-
betur ꝙ pactũ ꝙ creditor poſsit vẽdere
pignus,in dubio nõ cenſetur perſonale
ſed extẽditur etiã ad hæredẽ,niſi aliud
20 in contrariũ actũ ſit.¶† Septimò,am-
plia dictã regulã vt creditor non ſolum
poſsit



poſsit vẽdere pignus , ſed etiam fructus
pignoris nõ durabiles:ne pereãt.ita no.
Bal.in.l.j.in prin.q.C.de pign.act.poſt
glo.Franc.Accur.& Cyn.in.l. diuortio.
§.ob donationes.ff.ſo.ma.quos Bal.alle
21 gat.¶† Octauò,amplia regulã,vt proce
dat etiam ſi eſſet ſoluta pars debiti ipſi
creditori:qa hoc non obſtante,creditor
non tenetur reſtituere partem pignoris
debitori,ſed adhuc poteſt vẽdere.l.quã
diu.C.de diſtrac. pigno.vbi Bald.dicit
hoc procedere,etiã ſi vnus numus tan-
tũ deficeret:& ratio eſt:qa ius pignoris
eſt indiuiduũ:vt ibi not.Bal.& Saly.ad
idẽ text.in.l.ſi neceſſarias.§. ſi vnus.ff.
de pigno.actio.¶Et extẽde iſtã amplia-
tionem trib⁹ modis. ¶Primò,vt habeat
locũ etiã ſi plures res eſſent pignori da-
tę:qa creditor non cogetur vnã ex illis
liberare per ſolutionem partis debiti.l.
qui pignori.ff.de pigno.¶Secũdò,exten
de vt procedat ampliatio etiã ſi princi-
palis debitor deceſſerit relictis plurib⁹
hæredibus : quorũ vnus ſoluit partem
ſuam debiti:quia hoc non obſtante to-
ta res pignori data vẽdi poterit per cre-
ditorem:vt eſt tex.in.d.l. neceſſarias.§.
ſi vnus.& tex.in.l.vnus.C.de diſtrac.pi
gno.vbi glo.allegat concordantias,& ra
tio eſt:quia pignus inter cohęredes,nec
actiuè,nec paſsiuè recipit diuiſionẽ : vt
l.j.& ibi Bald.C.ſi vnus ex pluri. hære.
credi.vel de.¶Et ex hoc infertur ꝙ idẽ
eſt ſi creditor deceſſerit relictis plurib⁹
hæredibus:qa licet vni ex dictis hæredi
bus ſoluatur ſua portio crediti : tamen
cæteri hæredes, quibus non eſt ſolutũ,
poterũt vendere totũ pignus:oblato &
reddito debitori illud ꝙ ſoluerat eorũ
cohæredi:vt eſt tex.in.l.ſolutũ.§.ſi cre-
ditori.ff.de pig.actio.& ibi no. Bar.Sal.
& Pau.de caſt.¶Tertiò,extẽde vt pro-
cedat ampliatio,etiamſi ſors ſit ſoluta,
ſed non ſint ſolutæ vſurę & aliæ acceſ-
ſiones,& expẽſæ factæ in pignore quia
etiã pro illis totũ pignus poterit retine-
ri & vẽdi per creditorẽ:vt eſt tex.in.d.
l.neceſſarias.§.fi.& ibi no.Bar.& de pre
tio pignoris prius ſatiſfieri debet credi
tori de vſuris,& poſtea de ſorte.l.cũ &
ſortis.in prin.ff.de pigno.actio.etiam ſi
dictæ vſuræ eſſent debitæ naturaliter tã
tum.l.in his.§.imperator.ff. de ſolu. &
latè p Bar.in.l.cũ ex pluribus. col.fi.eo.
22 tit. ¶† Octauo amplia regulam vt pro
cedat etiam quando plures res eſſent pi
gnoratæ,& creditor vellet vendere vnã
de pluribus:quia poterit:vt.l.credito-
ris.ff.de diſtrac.pigno.intelligẽdo tamẽ
iuxta.tex.in.l.ij.C.de pign. & vt latius
dixi.ſ.in.v.parte principali in.ij.mem-
bro,cum ſequentibus:& declarãdo etiã
vt dicam.j.in.v.limitatione huius re-
gulæ.¶Intellige tamen hanc ampliatio-
nẽ & declara,niſi debitor inſtaret apud
creditorem volentem vẽdere:quòd ven
datur vna tantum res quæ ſufficiat ad
creditum:& ꝙ ſi ipſe creditor eam non
vult vendere,patiatur ꝙ ipſe debitor il-
lam vendat:qa iſtud debitor impetrare
debet à creditore: ita declarat Barto.in
d.l.creditoris.& ibi ſequitur Salyc. per
tex.in.l.q̃uis.in prin.ff.de pigno.actio.
23 ¶† Et ex hoc habes ꝙ licet creditor nõ
teneatur inuitus vendere pignus,vel vẽ
dere magis vnũ quã aliud : tamen bene
cogitur conſentire debitori volenti ven
dere &(ſi petatur)oſtẽdere,& exhibere
pign⁹ vt inſpici poſsit & vẽdi vt eſt tex.
in.l.q̃uis.in princi.& no.Iaſ.in.d.l. à di
uo Pio.§.ſed & illud.in primo no.ff.de
re iudic.¶Intellige tamen hoc præſtita
prius cautione per ipſum debitorẽ ipſi
creditori (ſi res mobilis ſit) pro ſua in-
dẽnitate vt eſt tex.in.d.l.q̃uis. in prin.
& ibi no.Bart.quæ cautio debet eſſe cũ

fideiuſſore de pignore reſtituẽdo, vel de
pretio illius ſatisfaciendo ipſi credito-
ri: vt eſt tex. in. l. ſicut. §. illud. ver. tuti⁹.
ff. qui. mo. pi. vel hy. ſol. per quẽ tex. di-
cit ibi Bart. in fi. determinari. d. l. q̃uis.
iũctis no. in. d. l. à diuo Pio. §. ſed & il-
lud. in fi. p Alex. ſed ſi debitor vẽderet
pignus inuito creditore ei nõ pręiudica
ret: ſed deberet vendere ſaluo iure cre-
ditoris: vt. l. ſi debitor. & ibi not. Bal. &
24 Salyc. C. de diſtrac. pigno. ¶ † Decimò
amplia vt creditor poſsit etiam vẽdere
vſumfructum ſibi pignoratũ: & ſic non
ſolum pignora corporalia, ſed etiam in-
corporalia vt eſt vſuſfruct⁹ ita not. Bal.
in. l. j. in fi. C. ſi pi. pi. da. ſit. licet ꝓprie-
tas per eũ cui ſolus vſuſfructus pigno-
ratus fuit, vendi non poſsit vt no. Bar.
in. l. ſi is qui. §. iura. in fi. ff. de pig. vſuſ-
fructus autem ſicut dictum eſt: & not.
Alex. in apo. ad Bart. in. d. §. iura. dicẽs
quòd vſuſfructus iſto caſu vẽditus per
creditorem nunq̃ reuertetur ad ꝓprie-
tatẽ per tex. & ibi not. per Bal. in. l. j. C.
ſi pi. pi. da. ſit: & dixi latè. ſ. in membro
ſpecialis hypothecæ, videlicet in. iij. mẽ
bro ſecũdæ partis principalis nume. 13.
25 ¶ † Vndecimo amplia dictam regulam
vt procedat etiam ſi creditor rẽ ſibi hy-
pothecatam: precario cõceſsiſſet ipſi de
bitori: q̃a hoc nõ obſtante poterit credi
tor dictam rem vendere. l. ij. & ibi Bal.
C. de diſtrac. pigno. ad idem tex. in. l. cũ
ſortis. §. j. ff. de pigno. actio. & iſto caſu
facta venditione a creditore poterit agi
cõtra debitorem non reſtituentem rem
emptori ad intereſſe cõtraria pignora-
titia: item ad ipſam rem ex precario vel
ex cõducto vel interdicto vnde vi: vt eſt
tex. & ibi glo. & doc. in. l. ſi pignore. §. ſi
poſt. ff. de pigno. actio. & ſic habes decẽ
ampliationes ad regulam: q̃a tertia non
eſt vera. ¶ Limitatur autem dicta regu-
26 la decem modis. † Et primò quòd qui-
uis creditor poſsit vendere alteri vt di-
ctum eſt: & etiam ipſe poſsit emere à de
bitore vẽdente vt. l. reſcriptum. in prin.
& ibi Bar. ff. de diſtrac. pi. & l. Titi⁹. ff.
de pigno. actio. quo caſu quando mole-
ſtaretur à poſterioribus creditoribus,
haberet ius retentionis: quia ipſe prior
creditor emendo nõ videtur voluiſſe re
cedere à vinculo pignoris: niſi datio ſi-
bi facta à debitore eſſet irreuocabilis: vt
declarat glo. not. in. l. qui à debitore. ff.
qui po. in pi. hab. & ibi ſequuntur Bar.
& Saly. Tamen ipſe creditor nõ poteſt
vẽdere pignus debitori: vt. l. debitor. in
prin. & ibi declarat & limitat ſolẽniter
Pau. de ca. eod. tit. Item nec ipſe credi-
tor poteſt vendere ſibijpſi etiam per in
terpoſitam perſonam: q̃a talis venditio
facta ſibijpſi, vel per interpoſitã perſonã
nõ valet nec præiudicat debitori: quia
ipſe poſsit offerre debitũ creditori & li-
berare pign⁹ & ipſum repetere directa
pignoratitia perinde ac ſi nulla facta eſ
ſet venditio. tex. eſt ſolẽnis ſecũdũ Bal.
ibi in. l. & q̃ ſub imagine. C. de diſtrac.
pig. Et vt declarat ibi Bart. & ſequitur
Saly. ſi poſt venditionem factam de pi-
gnore per creditorẽ alteri creditori cõ-
tinue in poſſeſsione repertus eſt præſu
mitur ipſe creditor ex hac ſua poſſeſsio
ne cõtinua per interpoſitam perſonam
emiſſe allegat. l. ſi ventri. §. in bonis. ff.
de priui. credi. quod no. q̃a põt frequen
ter in facto cõtingere: & iſtud procedit
etiam ſi creditor haberet expreſſam li-
cẽtiam vendendi pignus cuicũq; vellet
vt tenet Bal. in. l. ordo. in. ij. col. in verſi.
quęro data eſt poteſtas creditori &c. C.
de executione rei iudicatæ per allegata
27 ibi per eũ. ¶ † Secũdò, limita regulam
vt procedat quando creditor venderet
bona fide: ſecus autem ſi venderet per
dolum



dolum vili pretio: quia tunc ſi dolus in
teruenerit ex parte creditoris & empto
ris: poterit debitor agere pignoratitia
ad ſuum intereſſe contra creditorem: &
creditore non exiſtente ſoluẽdo in ſub-
ſidium poterit agere contra emptorem
ad reſtitutionẽ pignoris oblato ei pre-
tio ſoluto creditori, & hoc quando pi-
gnus venditum fuit: ſed ſi vendita fuiſ-
ſet ſimplex hypotheca videlicet ante tra
ditionẽ pignoris factã creditori: tũc nõ
haberet locum pignoratia: quia illa non
contrahitur abſq; traditione pignoris:
vt inſti. quibus modis re contrahi. obli.
§. fi. & iſto caſu cõtra creditorẽ daretur
actio de dolo ad intereſſe argu. l. ſi quis
pignore. in fi. ff. de pigno. actio. ſecundũ
Cy. Pe. Bart. & Salic. in. l. j. C. ſi vendi.
pi. aga. Sed contra emptorem tam in pi-
gnore quàm in hypotheca vendita per
dolum creditoris & emptoris compete
ret interdictum fraudatoriũ vt firmant
Bart. & Salic. in. d. l. j. vbi etiam ponunt
modũ libellandi in hoc interdicto. ¶ Et
iſto caſu quando ſcilicet ageretur con-
tra emptorẽ ex dolo participato ab eo
cum creditore in emẽdo pignus vel hy-
pothecam non poſſet emptor ſupplere
iuſtum pretium vt tenet glo. & Bald. &
Salic. in. l. pen. C. ſi vendi. pi. aga. Secus
ſi dolus non fuiſſet cõmiſſus in venden-
do: ſed ſolum in minori ſeu viliori pre-
tio: nam tunc bene poſſet emptor ſup-
plere pretiũ cum venditio non fuerit ex
hoc tantùm nulla ſecundum Bald. in
d. l. penul. ¶ Et eodem modo non poſſet
emptor ſupplere pretiũ debitoris: quan
do venditio fuiſſet nulla ex eo; quia cre
ditor qui vendidit non habebat faculta
tem vendendi, vel ſi habebat non ſerua
uit ſolennia requiſita de quibus dixi. ſ.
in prin. huius. vj. partis. nu. 2. cum pluri
bus ſequẽtibus & ita declarat Bal. in. d.
l. pe. ¶ Si aũt dolus interuenerit ex par-
te creditoris tantũ: & tunc ipſe ſolus te
nebitur ita q̃ etiã emptor nõ teneretur
iſto caſu in ſubſidiũ ſecundũ gl. & Sal.
in. d. l. j. C. ſi vendi. pi. aga. & eſt text. in
l. fi. eo. tit. & tex. & ibi glo. Bal. & alij in
l. ſi ceſſante. C. de diſtra. pi. ¶ Sed ſi do-
lus interueniſſet ex parte emptoris tan-
tum, & tunc dicit glo. q̃ ipſe emptor in
ſubſidiũ tenebitur. Sal. ibi dicit q̃ dicta
glo. eſt corrupta: & quod iſto caſu tene-
bitur ſolus emptor, & non creditor: q̃a
dolus non debet egredi perſonam com-
mittentis. d. l. ſi ceſſante. & l. Fulcinius.
§. quod ſi aduerſus. ff. ex quibus cauſis
in poſ. ea. & hoc niſi creditor pluris ven
diderit quã habere debuerit: quia tunc
pro illo pluri etiã creditor conueniri po
terit vt. l. fin. C. de diſtrac. pig. ¶ Subdit
tamẽ q̃ ſi in iſto pluri creditor nõ rẽpe-
riretur ſoluẽdo: poſſet etiã in eo in ſub
ſidiũ cõueniri emptor, propter eius do
lum arg. l. fi. ff. de eo per quẽ ſac. erit. &
iſto vltimo caſu dicit Salic. q̃ dicta glo.
poſſet ſaluari quod tamen vltimũ ipſe
relinquit cogitandum: tamen ego pu-
to procedere per text. in. l. fi. C. ſi vendi.
pig. aga. arguendo a contrario ſenſu.
28 ¶ † Item adde prædictis q̃ ſi creditor
venderet pignus non ſeruata forma iu
ris vel ante tempus vendendi, poterit
debitor & eius hęres illud vendicare ab
emptore oblato pretio habita conſide-
ratione fructuum iuxta. l. emptor. ff. de
rei vendi. niſi tamẽ emptor iam pignus
vſu cepiſſet: quia tunc agẽdũ eſſet con-
tra creditorem ad pretiũ: ſed creditor
illud poterit cum credito compenſare
vt eſt tex. & ibi glo. Bald. & Salyce. in. l.
ij. C. ſi vendi. pig. aga. & in. l. penul. eod.
titulo. ¶ Sed dubitat̃ an prædicta proce
dent: ſi venditio facta fuit per credito-
rem cum authoritate iudicis, an ſcilicet

iſto caſu debitor poſsit agere vt ſupra
deductum fuit vel ex dolo participato
in venditione per creditorem & empto
rem vel ex cauſa minoris & vilioris pre
tij? & in hoc breuiter & cõcluſiuè dicen
dum puto quod in dubio præſumendũ
eſt pro decreto iudicis quod omnia ritè
& rectè facta ſint vt per Alexan. & alios
in. l. ſciendum. ff. de verbo. oblig. & Feli
num & Cano. in capi. quoniã cõtra fal-
ſam de proba. ſed tamen poteſt probari
contrarium & hoc probato poterit de-
bitor venire contra dictam vẽditionem
modis & formis ſupra traditis dicto de
creto & autoritate iudicis non obſtante
prout in ſimili dicitur in terminis. l. ij.
C. de reſc. vendi. quia ſi in venditione
interueniat decretum iudicis ceſſat re-
medium. d. l. ij. niſi ꝓbetur læſio & de-
ceptio vt latè per Alexand. poſt alios in
l. pretia rerũ. ff. ad. l. falcid. & in. l. ſi quis
cum aliter. ff. de verb. obliga. & in. l. pa-
cta nouiſsima, C. de pact. & habetur per
modernos in repe. d. l. ij. in. ix. limitatio
ne. ¶ Tertiò limita regulã niſi eſſet con
uentũ ꝙ ſi infra certũ tempus debitor
non ſolueret poſſet creditor vẽdere pi-
gnus: qa ſi elapſo termino debitor offe-
rat ſoluere antequã creditor vendat pi-
gnus debet audiri & creditor non po-
terit poſtea vendere vt in Specula. de li.
cõteſta. §. j. ver. patet ibi item ſi tibi rẽ:
& habetur per Cardinalem in clemẽ. j.
§. nos itaq;. penultima quæſtiõe de iu-
reiurã. ſequitur Decius in. l. fructus. ff.
de regulis iuris per. l. tertiã. C. de pign.
& dixi ſupra quarta parte nu. 1. Quar-
tò, limita quando ſecũdus creditor of-
ferret ſuum debitum primo: quia tunc
primus vendere pignus non poſſet. l. fi-
na. & ibi Bal. C. ſi anti. creditor. l. ſecũ-
dus. C. de pig. & idem dicendum eſt in
debitore offerẽte quia per eius oblatio-
nem creditor impeditur vẽdere vt not.
Barto. in. l. penultima. que incipit cre-
ditor. ff. de diſtrac. pign. & habetur in. l.
fin. C. debi. vendi. pig. impedi. non poſ-
ſe. ¶ Quintò, limita quando eſſent plu
res res obligatæ: quia ſi ex venditione
vnius poteſt ſatiſfieri creditori: debet
illa tantum vendi: non autem poſſunt
vendi omnes nec etiam melior: ſi vilior
vendi poteſt & ex ea poteſt cõſequi cre
ditor ſuum creditum gloſſ. Bart. Bal. &
Salyce. in. l. quãdiu. C. de diſtract. pign.
& ſi venderetur melior quãdo deterior
ſufficiebat creditor diceretur eſſe in do
lo & teneẽ debitori ad intereſſe vt not.
Barto. in. l. creditoris. ff. de diſtrac. pig.
& in. l. à diuo Pio. §. in venditione. in
verſi. quæro. hic dicitur quod in execu-
tione. ff. de re iudi. ſubdẽs ibi idem eſſe
in iudice: adeo quod ſi aliud fieret per
iudicem poſſet appellari tanquam eſſet
exceſſus modus in exequẽdo vt ibi per
Barto. idem tenet Bald. in. l. ordo. C. de
execu. rei iudi. & Abb. in. c. quoad con-
ſultationem in. viij. col. de re iudica. &
iſta eſt communis opinio. & tenenda,
quãuis Rapha. Cuma. & Pe. de beſu. in
d. §. in venditione tenuerint ꝙ in rebus
mobilibus ſit electio creditoris incipe-
re ab illis quę facilius emptorẽ inueni-
re poſſunt per aliqua argumenta q̃ Iaſ.
poſt Alex. in. d. §. in vẽditione. refert in
ſecũda col. in verſic. in eadem glo. in fi.
& illis reſpondet, & reſidet cum cõmu
ni opinione, videlicet quòd etiam in re
bus mobilibus pro executione incipien
dũ ſit à rebus minus dãnoſis vt ibi latè
29 per eum. ¶ † Adde etiã prædictis ꝙ ſi
creditor vellet vendere rem pro minori
pretio quã cõmuniter valeat: vel ſi debi
tor offerret & creditor nollet recipere
ſolutionẽ: ſed vellet ꝓcedere ad vendi-
tionem: quòd debitor poteſt appellare
à pro



à proceſſu facto ſuper venditiõe, & per
talem appellationem impedietur vendi
tio: & ſi poſtea fieret reſcindetur vt. l. ſi
reſiduũ. & l. quãdiu. & quod ibi no. per
doctores. C. de diſtrac. pigno. & l. pen.
ff. de reſcindẽ. vendi. & ita no. Bar. in. l.
fina. in fine. ff. de appellatio. recip. quod
nota & tene menti: qa poteſt multoties
30 cõtingere in practica. ¶ † Sextò, limita
regulam vt non habeat locum in ſecun
do creditorẽ: quia ille nõ poterit vende
re pignus niſi prius dimiſſo primo cre-
ditore per oblationem vel ſolutionem:
& ſi aliter venderet poterit emptor con
ueniri hypothecaria à primo creditore
tex. eſt & ibi Barto. & Salyce. qui bene
ponit caſum in. l. j. ff. de diſtrac. pign. Et
prædicta intellige: niſi ſecundus credi-
tor vigore ſententiæ pro executione rei
iudicatæ accepiſſet pign⁹ & vellet illud
vendere autore p̃tore iuxta tit. C. ſi in
cauſam iudi. pig. c. ſit: & creditor prim⁹
ſe opponeret tali executioni dicẽdo pi-
gnus eſſe ſibi prius obligatum: quia iſto
caſu non ſuperſedebitur in executiõe,
ſed fiet vẽditio & de p̃tio ſatiſfiet pri-
mo creditori: & reſiduum conuertetur
in cauſam iudicati ſatiſfaciendo ſecun-
do creditori: vt eſt tex. & ibi no. Barto.
Alexand. & Iaſ. in. l. à diuo Pio. §. ſed &
illud. ff. de re iudi. ꝙ no. quia aliàs citra
executionẽ rei iudicatę non poſſet fieri
vẽditio pignoris ad inſtãtiã ſecũdi cre-
ditoris inuito primo: vt. l. eos. C. q̃ po.
in pi. habeã: & l. nulla. C. de ſolu. ita no.
Alex. & Iaſ. in. d. §. ſed & illud. & ibi eſt
tex. de hoc quod not. ne ſis in æquiuo-
31 co &c. ¶ † Septimò, limita regulam qñ
hypotheca eſſet perempta præſcriptio-
ne: qa ſicut perit hypotheca, ita perit au
toritas vendẽdi pignus: & illa exceptio
quæ obſtat ex p̃ſcriptione creditori ob-
ſtat etiã emptori pignoris: & ideo iſto
caſu creditor vendere nõ poteſt ita not.
Bal. in. l. ſi à creditore. ſecũdo no. C. de
acti. & oblig. & Old. in cõſi. thema tale
quidã paterfami. ¶ Octauò, limita re-
gulam quando vna res eſſet ſpecialiter
obligata creditori, & aliæ res eidem ge-
neraliter quia prius debet vẽdi illa res
quę eſt ſpecialiter obligata: & ſi nõ eſſet
ſufficiens pro ſatiſfactione debiti poſſet
poſtea deueniri ad venditionem rerum
generaliter obligatarum & non aliter:
vt eſt tex. in. l. quæ ſpecialiter. C. de di-
ſtrac. pigno. iunctis no. in. l. ij. C. de pi-
32 gno. ¶ † Nonò, limita: niſi debitor ven
diderit rem obligatam creditori ante-
quam eam ipſe creditor venderet: quia
emptor qui emit à debitore habita tra-
ditiõe rei præferetur in domino empto
ri qui emit poſtea à creditore: ſalua ta-
men erit hypotheca ipſi creditori cõtra
eum qui emit à debitore text. eſt & ibi
Bal. in. l. ſi debitor. C. de diſtrac. pign. &
in. l. ſi cõuenerit. la ſecũda. §. ſi fundus.
ff. de pigno. actio. & facit text. in. l. ſiue
autem. §. ſi duobus. ff. de publicis. Intel
lige tamen tu, niſi forte ipſe creditor cõ
ueniſſet pacto cum debitore hypothecã
te, vt non poſſet ipſe debitor vendere
rem hypothecatam. nam tali cõuentio-
ni ſtandum eſt: & ſi debitor contra con-
uentionem vẽderet venditio eſſet nul-
la per tex. ſecundum intellectum Bar-
to. & verum & iuxta literam Piſanã in
l. ſi creditor. §. fin. ff. de diſtrac. pigno.
¶ Decimò, limita quando creditor vẽ-
deret pignus ipſi debitori: qa talis ven-
ditio eſſet nulla, & pretium cõuerteret
in ſolutionẽ debiti: & ſi ex eo eſſet inte-
grum debitum ſolutũ eſſet reſoluta hy-
potheca & poſſet debitor repetere pi-
gnus per actionem pignoratitiam: non
autem per actionẽ ex empto: vt eſt tex.
& ibi Bar. & Pau. de caſt. in. l. debitor.
in

33 in princip.ff.de pigno.actio.¶ † Et ra-
tio eſt:quia emptio rei ſuæ non valet.l.
ſuæ rei.ff.de contrah.emp.& qa res ſua
non poteſt amplius effici ſua.l.ſequit.§.
lana.ff. de vſucapi.¶ Aduerte tamen ꝙ
mandatum factū alicui de emendo rem
ipſius mandantis:nomine ipſius manda
tarij valet:quia tunc mādatarius emen
do nomine ſuo proprio acquirit ſibi do
miniū & poſtea tenetur illud transfer-
re in mandantem actione mandati : ita
debet intelligi text.in.l.ſi tibi manda-
uero.§.ſi ij quorum.ff.manda.vt decla
rat Pau.de caſtr.in.d.l.debitor.in prin-
cip.Qui etiā ibi ſubdit quòd licet em-
ptio rei meæ ratione ꝓprietatis ſeu do-
minij exiſtentis apud me nō valeat:ta-
men ratione poſſeſsiōis quæ eſſet apud
vendenté & in qua ille eſſet potior be-
ne valeret ꝑ text.in.l.ſi in emptione.§.
ſuæ rei.ff.de contrah.emp.prout etiam
valet precariū & conducttio rei ſuæ ra-
tione poſſeſsionis exiſtentis apud aliū:
vt.l.cū & ſortis.§.fi.ff.de pign.actio.&
latè habetur per doc.in.l.ſi aliquā ré.in
fi.ff.de acqui.poſſeſ.& ſic habes expedi
tam iſtā regulā cū decem ampliationi-
bus & totidé limitationibus &c.¶ Iſtis
expeditis ponende ſunt modo plures
34 notabiles q̄ſtiones in materia. ¶ † Et
primò quæritur quid ſi ſunt plures cre-
ditores quibus inſimul & inſolidū vna
res fuit hypothecata & quorum par eſt
cōditio reſpectu hypothece iuxta.l.alie
na.§.ſi pluribus.ff.de pigno.&.l.ſi fun-
dus.§.ſi duo.eodem titulo. An ambo
dicti creditores poſsint inſolidum ven
dere dictum pignus ſicut ambo inſoli-
dum habent illud hypothecatū?& bre-
uiter dicendum eſt quod non propter
abſurdum quod ſequeretur , videlicet
quod duo emptores fierēt domini inſo-
lidum eiuſdem rei:ita determinat Bar-
to.cum quo alij ibi tranſeunt in.l.tertia
§. ex contrario. in penultima columna
in verſiculo pro declaratione materiæ.
ff.de acquirenda poſſeſsione. & ſubdit
ibi Barto.quod apud dictos duos cre-
ditores non reperitur poſſeſsio ciuilis
inſolidū nec ambo poſſunt fructus in-
ſolidum percipere : quia iſtud eſſet ab-
ſurdū:& ideo concludit ipſe,quod nec
inſolidum poſsident nec poſſunt inſoli
dum vendere ad euitandum abſurdū;
ſed quod erit melior conditio occupan
tis:& habita poſſeſsione per præoccupa
tionem ille habebit beneficium poſſeſ-
ſoris & percipiet fructus cōputando
tamen in ſortem iuxta.l.ſecundam.C.
de pignora.actione , & vendet . ¶ Et
ita etiam colligitur ex not.per Barto.&
Salyce.in dicta.l.ſi fundus.§. ſi duo.&
per Dyn.& alios in regula qui prior.li-
bro ſexto. per.l. ſi quis à multis.ff.de
noxali . Et adde hic quæ dixi ſuprà in
ſecundo membro quintæ partis princi-
35 palis.nume.31. ¶ † Secundò quæritur
de alia notabili quæſtione & difficili in
materia:pone enim quòd debitor obli-
gauit creditori omnia bona ſua,& ipſa
etiam conſtituit ſe poſsidere pro dicto
creditore:& poſtea idem debitor vnam
ex dictis rebus obligatis vendidit & cō
ſtituit ſe nomine emptoris illam poſsi-
dere,an iſto caſu dicendum ſit quod in
emptorem tranſierit dominium & vſu-
capiendi conditio?& in hoc Barto.in.l.
Celſus.in.iij.colum.in verſic.ſed pone
quod debitor.ff.de vſucapio. diſtinguit
quòd aut debitor quādo obligauit bo-
na creditori non conſtituit ſe ſimplici-
ter ꝓ ipſo creditore:ſed cū iſta dictio-
ne precario,quæ clauſula hoc modo cō
cepta operatur quando aliud non eſt
actum quod ciuilis poſſeſſio ſit tranſla-
ta in creditorem & naturalis remanſe-
rit pe-





rit penes ipſum debitorem:vt.l.ſecun-
da.&.l.& habet.§.j.ff.de precar.& no.
Bar.in.l.creditores.in.ij.q.C.de pigno.
¶ Et iſto caſu dicit Bart.quod debitor
vendens dictā rem vt.ſ.obligatā & con
ſtituens ſe eā ſimpliciter poſsidere pro
emptore transſert in emptorem omné
poſſeſsionem,& priuat creditoré ſua ci
uili:vt.l.interdum.§.fi.& ibi per doct.
ff.de acqui.poſ.& ideo cōcludit Bar.ꝙ
iſto caſu tranſit in emptorem dominiū
& vſucapiendi conditio:ſed cōtrarium
vult idē Bar.in.d.l.creditores.in.iiij.q.
princi.in verſi.ſed pone quod debitor.
vbi in iſtis proprijs terminis quādo,ſci
licet debitor cōſtituit precario poſside-
re bona obligata pro creditore tenet ꝙ
debitor tradendo alteri non priuet cre-
ditoré ſua ciuili,quia ſcilicet illa ciuilis
per ſe ſtat & non cohæret naturali per
allegata ibi per eum. Tamen magis cō-
munis opinio eſt cū eo ꝙ tenet Barto.
in.d.l.Celſus.vt firmat Alexā.in vtro-
q; loco in apo.ad Bart.& iſtā opinioné
latè diſputando firmat idē Alexā.in.l.
interdū.§.fi.ff.de acqui.poſſ.vbi reſpon
det ad ea quæ in contrariū allegantur
per Barto.in.d.l.creditores.videlicet,ꝙ
in caſu iſto ciuilis quæ erat apud ipſum
creditorem requieſcebat ſuper natura-
li & ideo tranſlata naturali per debito-
rem in emptorem transſertur etiam ci-
uilis:ſed in allegatis in contrarium per
Barto.ciuilis nullo modo requieſcebat
ſuper naturali:qa ciuilis poſſeſsio pro-
prietarij non requieſcit ſuper naturali
vſufructuarij:nimirum ergo ſi tranſla-
ta naturali per vſufructuarium non in-
teruertitur ciuilis proprietarij.ita decla
rat & bene Alexā.in.d.l.interdū.§.fin.
¶ Subſequitur Bar.in.d.l.Celſus.in ſua
diſtinctione:quod aut debitor ſimpli-
citer conſtituit ſe poſsidere ꝓ credito-
re bona obligata:& poſtea vēdit vnam
ex rebus obligatis & cōſtituit illā poſsi
dere ꝓ emptore:& iſto caſu licet omnis
poſſeſsio fuerit tranſlata per ſimplicem
clauſulam conſtituti à debitore in cre-
ditorem iuxta.l.quod meo.in princ.ff.
de acq.poſſ.& per cōſequens videretur
quod per conſtitutum poſtea factū per
debitorem vendenté nulla fuerit tranſ-
lata poſſeſsio in emptorem,per.l.quā-
uis.§.j.ff.de acquirē.poſſeſ.tamen cum
illa poſſeſsio,quæ eſt apud creditoré ſit
ad cōmodum debitoris reſpectu domi-
nij & conditionis vſucapiendi:vt.l.ſer-
ui nomine.ff.de vſucapio.&.l.q pigno-
ris.&.l.j.§.per ſeruū corporaliter.& ibi
declarat Iaſ.ff.de acqui.poſſ.etiam iſto
caſu dicendū eſt ſecundu Bar.ꝙ in em-
ptorem fuerit trāſlatum dominium,&
conditio vſucapiendi,ſicut erat apud
ipſum debitorem;qa reſpectu dominij
& conditionis vſucapiendi dum credi-
tor eſt in poſſeſsione:debitor dicit poſsi
dere mediante perſona creditoris:& ſic
fictè.vt declarat Iaſ.in.d.§.per ſeruum
corporaliter.¶ Nimirum ergo ſi debi-
tor poſsidens mediante perſona credito
ris ſaltem reſpectu dominij & condi-
tionis vſucapiendi conſtituēdo ſe poſ-
ſidere pro emptore potuit in eū tranſ-
ferre dominium & conditionem vſuca
piendi:& ita dicit Barto.in.d.l.Celſus.
tenuiſſe Iac.bu.inſti.de acti.§.ſed iſte,
& hoc ſibi placere:iſtā opinioné etiā ſe-
quit Cuma.in.l.q pignori.ff.de acquir.
poſſ.& Pau.de caſt.in.l.quāuis.§.ſi con
Suctor.eo.tit.¶ Et hanc opinioné dicit
doci.in.d.l.j.§.ꝑ ſeruū corporaliter.in
vj.col.eſſe veriſsimam,quando debitor
qui vēdidit,detinet pignus,nomine ta
men creditoris:qa pro eo conſtituit ſe
poſsidere:nam ſecundum eum facilius
transſertur dominium per actū fictum

quã poſſeſsio per tex. & gl.in.d.l.j.§.ſed
& per eum: ſicut ergo poſſeſſor tradẽdo
& etiã conſtituendo & ſic per fictã tra-
ditionem transfert poſſeſsionem.d.l.ꝙ
meo.in prin.ita & fortius dicendum eſt
in dominio: & ideo dominus tradendo
verè detentionem transfert dominium.
l.ſi fundũ.ff.de fun.dot.ſimiliter & per
actum fictum conſtituendo ſe detinere
nomine emptoris transfert in eum do-
minium: quia ratio propter quã per cõ-
ſtitutum trãſfertur dominiũ à poſſeſſo-
re, eſt: quia poſſeſſor præſtat miniſteriũ
ſui corporis in detinẽdo: vt dicit text.in
d.l.ꝙ meo.in prin.q̃ ratio militat etiã
in detinente pro alio ſicut in poſſidẽte
ſecundum Soci.qui ſubdit ꝙ iſta ratio
multum bene declarat dictam deciſio-
nẽ Bar.¶ Sed maior eſt difficultas quã-
do debitor nõ conſtituiſſet ſe poſsidere
pro creditore.ſed verè tradidiſſet ei pi-
gnus. Nã tunc verè tradendo emptori
non poteſt transferre dominiũ cùm pi-
gnus non ſit apud debitorem ſed verè
traditum fuerit creditori: vnde cũ verè
tradendo nõ poſsit transferre dominiũ
in emptorẽ: videtur etiã ꝙ nec per actũ
fictum conſtituti poſsit transferre in eũ
dominium.¶ Tamen hoc non obſtante
etiã in hoc Bart.in.d.l.celſus.tenet idẽ,
videlicet ꝙ debitor vendẽdo pignus &
conſtituendo ſe poſsidere pro emptore
transfert in eũ dominium: non obſtãte
ꝙ debitor nõ detineat, ſed illud tradide
rit creditori: quia quãtũ ad effectũ do-
minij: etiã ꝙ debitor tradiderit pignus
creditori dicitur poſsidere vt habet per
Iaſ.in.d.§.ꝑ ſeruũ corporaliter.& ideo
adhuc põt transferre dominium in em-
ptorem & ita tenẽdũ cõcludit Soci.ibi
& reſpondet duabus rationibus in con-
trarium motis per Are.in.d.§.ſi cõdu-
ctor qui illas indiſſolutas dimiſerat &c.

36 ¶ † In prædictis tamẽ eſt aduertẽdũ ꝙ
quãdo debitor bona hypothecata cõſti-
tuit ſe poſsidere ꝓ creditore: & ea poſt-
ea alienat: poteſt creditor tãquã priuatus
ſua poſſeſsione agere ad reuocãdũ poſ-
ſeſsionẽ dictorũ bonorũ cõtra quoſcũq;
tertios poſſeſſores ꝑ remediũ.l.fi.C.de
acq.poſ.etiã nulla facta excuſsione bo-
norum principalis debitoris & hoc fuit
ſingulare dictũ Iac.bu.in aut.hoc ſi de-
bitor.C.de pig.& ita ſingulariter limi-
tãdo.d.aut.referunt, tenent, & ſequunt
Ang.Imo.& Alex.in.l.exitus.ad fi.ff.de
acqui.poſ.cũ concordantijs ibi copioſè
adductis per Alex.Idẽ etiam latè com-
probat.Alex.in repe.l.ſæpe.in col.xxi.
ff.de re iudi.in verſicu.ſecundario &c.
¶ Adde tu Roma.in conſi.clxxxix.ſla-
te primo.quæſito ad fi.vbi hoc dictũ no-
tabiliter limitat videlicet niſi cõſtitutũ
vel precariũ eſſet extinctũ ꝑ mortẽ de-
bitoris conſtituẽtis & idẽ tenet Corn.
in cõſi.cxc.ad euidentiam in litera.ij.
vol.¶ Quinimò plus voluit Cor.in cõ-
ſi.lv.viſis & diligẽter.iij.vo.in litera.d.
videlicet ꝙ.d.l.fi.nõ ꝓcedat in ꝓcario
ſed in cõſtituto tantũ: tamẽ eius opinio
in hoc nõ eſt tenẽda: quia imò ꝙ etiã in
precario ꝓcedat.d.l.fi.tenẽt Ang.Ra-
pha.Imo.& Alex.in.d.l.exitus ad fi.&
ſequitur ipſe Cor.ſibi cõtrarius in cõſi.
cxxviij.excogitabã.ij.vol.& ibi etiã te-
net ꝙ iſto caſu non requiratur excuſsio
vt dictũ fuit ſuprà. Idẽ etiã tenent An-
ge.de are.& Iaſ.inſti.de actio.in.§.itẽ
ſi quis in fraudem.in colum.xxv.&c.
37 ¶ † Tertiò, quæritur in materia, an cre-
ditor vendendo pignus poſſet, habere
fidẽ de pretio? & in hoc licet aliàs in ꝓ-
curatore vẽdẽte rem domini ſit dubiũ,
& ſoleat diſtingui: vt latè per Bart.cum
quo alij trãſeunt in.l.à diuo Pio.§.ſed
ſi emptor.ff.de re iudi. Tamẽ in credi-





tore vendente pignus iure creditoris:
quo caſu cenſetur vendere tanquã pro-
curator debitoris vt eſt text.in.l.elegã-
ter.§.ſi vendiderit.& ibi not.Bar.ff.de
pig.actio.& idẽ Bar.in.l.creditori.ff.de
no.oper.nun.cõmuniter tenetur ꝙ cre-
ditor vendens poſsit facere dilationem
de pretio ipſi emptori, & ſic habere fidẽ
de eo.& hoc non ſolùm vſq; ad quanti-
tatem quæ debetur creditori, ſed etiam
ab inde.ſ.quando contingeret pignus
vendi pluris quàm ſit ipſum debitum:
& debitor tenebitur talem venditionẽ
habere ratam vt eſt tex.in.d.l.elegãter.
§.ſi vẽdiderit.& iſto caſu, creditor qui
vendidit non tenebitur ſoluere debito-
ri illud plus quo venditum fuit pignus
vltra debitũ: & de quo fecit dilationem
emptori: ſed ſolũ tenebitur cedere actio
nem debitori ad illud reſiduum pretij
contra emptorẽ, periculo tamen ipſius
creditoris, q vẽdidit: vt eſt tex.in.d.§.ſi
vendiderit.& ibi not.Bar.Sali.& Pau.
de caſt.¶ Et iſtud quod creditor nõ te-
neatur ſoluere debitori illud plus quo
pignus vẽditũ fuit & de quo fecit em-
ptori dilationem ad ſoluendũ: ſed ſolũ
teneatur ei cedere actionẽ pone pro re-
gulam & illam cõplectendo materiã li-
mita & declara quinq; modis: quæ limi
tationes colliguntur ex gl.in.l.ſi pe.eo.ti.
quæ videbatur cõtrariari.d.§.ſi vendi-
derit.& ideo ibi gl.ponit quinq; ſolu-
tiones per quas limitatur.d.§.ſi vendi-
derit qnq; modis.¶ Primò ergo limita.
d.regulã.d.§.ſi vẽdiderit: ſcilicet ꝙ cre-
ditor non teneatur niſi cedere actionẽ
debitori contra emptorem vt non ha-
beat locum quando ipſe creditor totũ
pretiũ recepit tũc enim teneretur ſol-
uere illud reſiduum debitori & iſta eſt
prima ſo.gl.¶ Secũdò, limita quãdo de-
bitor nõ curat recipere ceſsionẽ ab ipſo
creditore: ſed cõtentatur expectare di-
lationẽ per eũ datã emptori: & tũc ac-
cipere pretiũ per manus creditoris: nã
iſto caſu nõ cogitur debitor inuitus re-
cipere ceſsionẽ & iſta eſt.ij.ſo.gl.¶ Ter-
tio limita; quãdo creditor vellet cedere
actionẽ cõtra emptorẽ per modũ dele-
gationis: debitor autẽ nollet illam hoc
modo, ſed per viam ſimplicis ceſsionis
tantũ: qa nõ vult ꝙ creditor delegãdo
penitus liberetur: iuxta.l.j.C.de noua.
quia in hoc debet cõtentari ipſe debitor
& iſta eſt.iij.ſo.glo.Quartò, limita quã
do creditor fuiſſet in culpa, in dãdo talẽ
dilationẽ emptori, & in habẽdo fidẽ de
pretio: qa tũc debitor nõ cogetur reci-
pere ceſsionẽ: & iſta eſt.iiij.ſo.gl.Quin
tò, limita; quãdo creditor vellet cedere
actionem periculo debitoris & nõ peri-
culo ſuo: quia debitor non cogitur illã
recipere, & iſta eſt.5.ſo.glo.ꝙ intellige
tu procedere, quãdo creditor potuit vẽ-
dere præſenti pecunia abſq; dilatione:
nam iſto caſu nõ debuit facere gratiam
de alieno ipſe creditor, & ideo tenebit
cedere ſuo periculo: vt no.Pau.de caſt.
in.d.§.ſi vẽdiderit.per tex.in.l.qui Ro
mæ.§.Calimacus.&c.de ver.ob.inducẽ
do vt ibi ꝑ eũ.ſed ſi creditor nõ fuit in
culpa in dando dilationẽ: quia forte nõ
potuit aliter vendere, vel quia erat talis
conſuetudo tunc non teneretur cedere
ſuo periculo vt declarat Pau.de caſt.in
d.§.ſi vẽdiderit.ar.l.ſi pignore.§.ſi.eo.
38 tit.¶ † Sed in prædictis dubitat in quo
verſetur periculum creditoris in eo in
quo habuit fidẽ de pretio: & dicit gl.in
d.§.ſi vendiderit.quã ſequitur ibi Bar.
ꝙ periculũ creditoris ſubeſt, quãdo ipſe
fuit in culpa quia vendidit emptori qui
nõ erat in ſoluẽdo tẽpore venditionis:
& habuit eidẽ fidem de pretio: & ideo
cum fuerit in culpa dilatio debet ſtare

periculo ipſius creditoris qui vendidit
tali emptori: ſecus autẽ eſſet ſi tempore
venditionis emptor erat ſoluendo: ſed
poſtea incepit eſſe nõ ſoluendo: quia tũc
creditor nõ dicit̃ eſſe in culpa & dilatio
nõ erit eius periculo: ita tenet ibi glo. &
allegat tex. in. l. quæſitum. in prin. ff. de
diſtra. pig. & ibi etiã gl. j. hoc tenet dum
intelligit tex. illũ cum ſubito facultates
emptoris lapſæ ſunt. ¶ Et per illũ text.
not. Pau. de ca. in. d. §. ſi vendiderit. ꝙ ſi
creditor qui ſine culpa fecit dilationem
emptorij & poſtea ex aliquo caſu ſuper
uenienti ſine aliqua culpa creditoris nõ
potuit exigere pretium ab ipſo empto-
re: ꝙ habebit regreſſum cõtra debitorẽ
ad ſuũ creditũ: quia debitor per vẽditio
nem prædictã nõ fuit liberatus, ex quo
per creditorẽ non fuit perceptũ pretiũ:
& ita in terminis probat ille tex. in. d. l.
quæſitum. in prin. & ibi etiã not. Bal. in
additionibus nouis: & illũ tex. pro mi-
rabili ad hoc not. Iaſ. in. l. j. in. iiij. col. in
verſi. adde tamẽ. ff. q ſatiſ. cog. ¶ Aduer-
te tamẽ in prædictis ꝙ nõ cenſetur nec
dicitur qs habuiſſe fidẽ de pretio, quã-
do ille qui vẽdidit, vel tradidit putauit
ſtatim ſe illud recepturũ, text. eſt & ibi
no. Barto. in. l. ſi quaſi. ff. de pign. actio.
39 ¶ † Quartò, quæritur qd ſi fuit hypo-
thecata domus quę eſt cõbuſta & poſtea
fuit reædificata à debitore an iſta reædi
ficata poſsit vendi per creditorem, ſicut
poterat vendi ex pacto illa quæ fuit cõ-
buſta? & breuiter reſpondet̃ ꝙ ſic: vt eſt
tex. in. l. fi. & ibi not. Bar. ff. de pigno. &
ratio eſt: quia domus q̃ eſt hypothecata
cõbuſta: remanet in obligatione area in
qua ſi poſtea alia domus edificet̃ à de-
bitore: ipſa etiã domus cedit in obliga-
tionẽ pignoris vt eſt tex. in. l. Paulus. §.
domus. ff. de pigno & hoc non ſolùm ſi
reædificetur per ipſum debitorem: ſed

etiã ſi reædificetur per aliũ qui aream
emit à debitore: vt vult tex. in. d. §. do-
mus. ¶ Sed hoc ſecũdo caſu ſi creditor
ageret hypothecaria cõtra emptorẽ qui
reędificauit nõ poſſet obtinere: niſi reſti
tutis expẽſis factis in cõſtructione do-
mus vt etiã de hoc eſt tex. in. d. §. dom',
& inquantũ ibi gloſſ. laborat, an in hoc
ſit idẽ in bonæfidei poſſeſſore & in ma-
læfidei recurrendũ eſt ad no. per Bar. in
l. in fundo. ff. de rei vẽdi. & per Ange. de
are. inſtit. de re diui. §. certè. vbi plenè.
tractatur. an etiã malefidei poſſeſſor ha-
beat retentionẽ pro melioramẽtis in re
factis? & diſtinguit̃ inter expẽſas neceſ-
ſarias & volũtarias iuxta. l. planè. ff. de
peti. hære. & vide: quæ dixi. ſ. in. iiij. mẽ
40 bro. v. ꝑtis. in. x. cõcluſione. ¶ † Quin-
tò, quærit̃ in materia vẽditionis pigno-
rũ, an creditor vendens pignus teneat̃
emptori de euictione? & in hoc comple-
ctendo totã materiã pone regulã & fal-
lentias. ¶ Regula ergo ſit, ꝙ creditor vẽ-
dens pignus non tenet̃ de euictione iſta
regula probatur. in. l. periculũ. & ibi no.
gl. & Bar. & Sali. ff. de pigno. & in ti. C.
credi. euictio. pign. nõ debere. ¶ Amplia
modo regulã vt habeat locũ non ſolũ ſi
creditor vẽdat pignus cõſiſtens in cor-
pore, ſed etiã ſi vendat nomen credito-
ris hypothecatũ: vt eſt tex. in. d. l. peri-
culũ. ¶ Secundò, amplia vt dicta regula
ꝓcedat nõ ſolũ in creditore priuato vẽ-
dente ſed etiã in fiſco: quia in hoc fiſcus
vtitur iure priuati vt. l. j. C. credi. euic.
pig. nõ debere. ¶ Fallit autem. d. regula
ſex modis. Et primò, fallit qñ ille q̃ vẽ-
didit tanquã creditor nõ doceret ſe eſſe
creditorẽ & rẽ venditã eſſe ſibi obliga-
tam: tunc enim nõ obſtante ꝙ vẽdide-
rit tanquã creditor: teneret de euictio-
ne quæ poſtea ſequeretur ita ꝓbat tex.
in. d. l. j. in prin. dũ ibi dicitur prædium
obli-

obligatum, & ibi no. gl. fin. quæ vult ꝙ
creditor qui vendit pignus debet qua-
tuor præſtare & primum eſt illud quod
proxime dixi, & cum gloſ. tranſeunt ibi
Bar. Bal. ſal. & alij & idem tenet Sal. in
l. reſcriptum. §. j. ff. de diſtrac. pi.
¶ Secundò, fallit quando creditor qui
vendit doceret: ſe creditorem & illã rẽ
eſſe ſibi obligatam. tamẽ non doceret ſe
in dicto pignore, ſeu hypotheca eſſe po-
tiorẽ omnibus alijs creditoribus: tunc
enim ſi alius creditor potior euinceret
ab emptore: ille creditor qui vendidit
teneretur de euictiõe tex. eſt in. d. l. j. in
fi. ibi potiorem ſe cæteris eſſe creditori
bus: & ita no. d. gl. fina. & ſequuntur ibi
doc. Intelligendo tamẽ ꝙ ſufficiat ꝙ cre
ditor doceat ſe eſſe potiorẽ cæteris in tẽ
pore: vt. l. ij. C. qui po. in pig. hab. vel pri
uilegio, vt in hypotheca ꝓ dote: vt. l. fi.
co. ti. Non aũt tenetur creditor docere
ſe potiorẽ domino illius rei: & ideo quã
do nõ euinceret alius creditor: ſed euin-
ceret dominus illius rei dicendum erit
creditorem qui vendidit non teneri, vt
infrà in ſequẽtibus limitationibus dice
tur & habetur per Sal. in. d. l. j.
¶ Tertiò, fallit regula quando creditor
habens rem obligatam, & illam vendẽs
ſciret illã non eſſe debitoris qui obliga-
uit, ſed eſſe alienam: tunc enim illã ven-
dens cum ſciat eſſe alienam eſt in dolo,
& ideo domino euincente tenebitur de
euictione tex. eſt in. l. fi. C. credi. eui. pi.
nõ debe. & no. glo. fi. in. d. l. j. & ibi Bal.
& Saly. ſed ſi creditor vendens putauit
illam rem eſſe debitoris, & neſciuit eſſe
alienam, cum tamẽ eſſet aliena: & tanq̃
aliena poſtea euicta fuit: tunc ex quo cre
ditor fuit in bona fide nõ tenebitur de
tali euictione: vt tenet gloſ. fi. in. d. l. j. &
ſequitur ibi Sal. ſed ſolùm iſto caſu tene
bitur creditor cedere emptori cõtra de

bitorem contrariam pignoratitiam vt
eſt text. no. in. l. in creditore. ff. de eui-
ctio. & no. Bar. in. l. pen. quæ incipit cre
ditor. in prin. ff. de diſtrac. pig. & iſto ca
ſu tenebitur ipſe debitor de euictiõe: qa
licet creditor vendiderit, tamẽ cẽſetur
vendidiſſe debitor cùm ex eius pacto ex
preſſo, vel tacito ex diſpoſitione legis
res vendita ſit: ita tenet gl. in. d. l. j. & ibi
ſequitur Sal. aſsignans etiam in hoc aliã
rationem, videlicet ne debitor locuple-
tetur cum aliena iactura. ſ. emptoris: vt
l. reſcriptum. §. j. ff. de diſtrac. pigno.
¶ Quartò, fallit regula quando credi-
tor ſciebat ſibi non licere vẽdere nec ex
pacto nec ex diſpoſitione legis, & tamẽ
vẽdidit: qa tũc creditor tãquã doloſus
tenebitur de euictione vt no. gl. fi. in. d.
l. j. & ibi Sali. poſt Bal. ¶ Intellige tamẽ
iſtud quando creditor ſciebat ſibi non
competere ius vendendi & vendidit: ſe
cus autem ſi iuſto errore putauit ſibi cõ
petere ius vendendi, licet non compe-
tierit: quia tunc non tenebitur de eui-
ctione, ſed ſolum tenebitur cedere con-
trariam pignoratitiam emptori: prout
dictum fuit. ſ. proximè in. iij. fallen. &
ita tenet Sal. in. d. l. j. ſed ſi craſſo errore
putauit ſibi competere ius vendendi, tè
nebitur de euictione & militabit fallen-
tia: vt ibi tenet Sali. & iſto caſu quando,
ſcilicet creditor vendidit abſque facul-
tate ſcienter vel craſſo errore ductus: de
bitor tenebitur de euictione ſolum in
ſubſidium videlicet quando creditor
qui vendidit non eſſet ſoluendo pro di-
cta euictione, vt aliâs dicitur in. l. fin. ff.
de eo per quem fac. erit. & hoc per tex.
in. d. l. reſcriptum. §. j. dum ibi dicitur ꝙ
debitor ideo tenetur de euictione qa li
beratus fuit ex ſolutione pretij & ſic ne
locupletetur cum iactura emptoris. ita
tenet Salic. in. d. l. j. & in. d. l. reſcriptum.
§. j.

§.j.in fi.¶Et iſtud procedit etiã ſi debi
tor fuiſſet præſens véditioni factę ꝑ cre
ditoré qui de iure védere non poterat:
qa ꝑ ſimplicé præſentiã nõ repellit de-
bitor à védicando pignore ab emptore
offerédo ei pretiũ ſolutum in extinctio
nem ſui debiti:& ſi in aliquo alio vltra
pretiũ intererit emptoris propter dictã
euictioné ad illud tenebit creditor q.ꝑ
dolũ vendidit abſq; authoritate: ita te-
net Sali.in.d.l.j.in verſi.quæro mõ.cũ
gl.ꝑ tex.in.l.emptoré.§. Caſsius.&.§.
iulianus.&.§.ſentẽtia.ff.de actio.emp.
¶Quintò, fallit regula qñ creditor vé-
didit pignus nõ iure creditoris ſed iure
dominij.& vt dñs: & idé ſi ſimpliciter
vendidit: qa intelligeret vendidiſſe in
dubio vt dñs:& non vt creditor:nã iſto
caſu creditor tenebitur de euictione.
¶Regula ergo procedit qñ creditor ex-
preſsè vendidit iure creditoris : ita fir-
mat Sali.dicés ita tenere alios doc.in.d.
l.j.in fi.ver.nũc qa caſus.& mouetur ꝑ
text.in.l.j.§.j.ff.ſi ager vectig.vel em-
phy.peta.& idé tenet Sali.in.d.l.reſcri-
ptũ.§.j.& pro declaratione aduerte ꝙ
ſimpliciter védi debet intelligi qñ dictũ
fuit Sempronius védidit;tunc enim cé
ſet védere tanquã dominus,nõ tanquã
creditor:ſecꝰ ſi dictũ fuit Sempronius
creditor Titij védidit pignus &c.nã li
cet non dicat aliter ſe vendere iure cre-
ditoris:tñ ex quo expreſsit nomen cre-
ditor & pignus cenſetur vendidiſſe iu-
re creditoris:ita tenet Sali.in.l.penulti.
quæ incipit,creditor in.ij.ff.de diſtra-
ctio.pigno.& mouetur per.l.cùm poſt
§.j.ff.quando ex facto tuto.& per glo.
in.l.ſciẽdum.§.tutores.ff. qui ſatiſ.co-
gã.quæ nota ne ſis in æquiuoco.¶Sex
tò fallit regula quando creditor vendi
dit & promiſit de euictione:qa tunc te-
nebitur creditor vti promiſit:tex.eſt in

d.l.j.ibi niſi nominatim hoc repromiſ-
ſum &c.& tex.in.l.ſi.eo.ti.& firmat gl.
in.d.l.j.in verbo creditore.quam ibi ſe-
quuntur doc.Ita ꝙ ſi ipſe creditor du-
plam promiſerit euictionis nomine ad
duplam tenebitur,& hoc in priuato cre
ditore:in fiſco aũt vendente iure credi-
toris & promittente euictionem eſt ſe-
cus:quia non põt promittere duplam,
ſed ſimplum tantũ per.l.ſi procurator.
ff.de iure fiſci & no.Sali.in.d.l.j.in ter-
41 tio no.¶†Aduerte tamé in materia ꝙ
quando creditor vendidit pignus iure
permittente & nõ promiſit de euictiõe
ꝙ tamen ipſe creditor nõ poterit euin-
cere pignus ab emptore:etiã ſi euince-
re vellet ex aliqua alia cauſa ſeparata à
credito pro quo vendidit:tex.eſt in.l.&
is.& ibi Bar.ff.de diſtrac.pigno.Et idé
eſt in hærede creditoris:vt ibi ꝑ glo.qđ
no.qa eſt contingibile &c.¶Sextò quæ-
ritur in materia,an ſi creditor védidit
pignus iure creditoris ex pacto vel ex
lege vel rationabiliter putans rem eſſe
ſui debitoris,& promiſit duplũ,vel ſim-
plum pro euictione:ꝙ ſequuta ſit eui-
ctio facta à dño & etiam creditor ſoluit
emptori pro euictiõe illud quod ꝓmi-
ſit,an poſsit agere cõtra debitorem ad
repetẽdũ illud quod ſoluit emptori?&
breuiter dicendũ eſt ꝙ ſi creditor védé
do ideo ꝓmiſit de euictione,vel qa ali-
ter vendere nõ poterat:qa ſine tali pro-
miſsione emptoré inuenire nõ poterat:
vel qa ita erat cõſuetudo regionis: vel
qa cũ iſta promiſsione ré carius vendi-
dit.ꝙ in omnibus iſtis tribus caſibus
habebit regreſſum cõtra debitoré ꝓ to
to eo quod ſoluit emptori ex cauſa eui
ctiõis.iſte eſt tex.in.l.ſi pignori.§.fi.&
ibi no.per Bar.& alios.ff.de pigno.act.
& no.gl.in.l.ſi neceſſarias.§.j.in ver.re-
tinere.e.ti.& gl.in.d.l.j.in ver.credito-
re.C.

re.C.credi.cui.pig.non deb.& ibi ſeq-
tur Salyc.in fi.¶Sed ſi creditor ex pro-
miſsione euictionis nullũ cõmodũ nec
vtilitaté attulit debitori:ſed tanti ven
didit quanti vt vendidiſſet ſine dicta ꝓ
miſsione:& nõ põt ſe iuſtificare in pro
miſsione duplæ aliquo modo:& tũc nõ
poteſt habere regreſſum contra debito
rem ad dictam duplam: ſed ad ſimplũ
tantum:hoc eſt ad illud quod ſibi ſolu-
tũ fuit pro ſuo debito vt eſt tex.in.d.l.ſi
pignori.§.fi.cum.l.ſeq.¶Aduertédum
tamé eſt,ꝙ iſto caſu quãdo creditor co
actus fuit pro euictione ſoluere duplã
emptori poterit creditor repetere à de
bitore vſuras, vel fructus rei pignora-
tæ per ſtipulationem ſibi promiſſas pro
toto illo tempore quo durauit venditio
ante euictionem ſequutã : qa licet du-
rante venditione creditor ab emptore
pretiũ habuerit : tñ ex eo quia coactus
fuit duplam ſoluere emptori:iam con-
ſtat nihil ei ſolutũ fuiſſe,quod ab eo au
ferri nõ potuerit:iſte eſt tex.no.& ſin-
gularis ſecundum Bar.& alios in.l.nec
enĩ.ff.de pig.act.vbi tex.dicit ꝙ ex quo
pretium quod fuit ſolutũ ab emptore
creditori nõ fuit ſolutũ irreuocabiliter
cũ poſtea fuerit coactus ex promiſsio-
ne euictionis ſoluere duplam emptori
nihil cenſetur fuiſſe ei ſolutum: & ideo
debitor non fuit liberatus,& per conſe
quens tenetur ad vſuras,& fructus ꝓ-
miſſos ſicut tenebatur ante factam ven
ditioné:& ſic eſt ibi tex.ꝙ nõ dicit ſo-
lutum creditori id quod ab eo auocari
poteſt de quo dicam latius.ĵ.in.vij.q.
proximè ſubſequẽti.¶Sed ſi creditor
in véditione ſolũ ſimplũ promiſit abſq;
neceſsitate & vtilitate & illud ſequuta
euictiõe ſoluit nõ poterit petere dictas
vſuras promiſſas à debitore, ſed ſolum
ſuũ debitũ:ita diſtinguit tex.in.d.l.nec

enĩ inter duplã & ſimplũ reſpectu vſu-
rarũ vt dictũ eſt. Adde etiã ꝙ qñ credi-
tor ſoluit emptori duplã lucrat dictas
vſuras medij temporis,etiam ſi ille ex-
cederent duplam:ita tenẽt ibi Barto.&
Saly.poſt Ricar.malũ.reprobantes ibi
gloſſ.quæ aliud voluit & malè per ra-
tiones quas ibi adducit Barto.¶Et ra-
tio differentiæ reſpectu vſurarum inter
duplam & ſimplum eſt:quia quãdo cre
ditor cogitur reſtituere duplam cũ paſ
ſus fuerit dãnum in duplo nõ cenſetur
aliquod emolumentum habuiſſe ex pe
cunijs quę interim facta véditiõe apud
eum fuerunt:etiam quod ex illis multa
fuiſſet lucratus poſtquam eas reſtituit
duplicatas:ſed in ſimplo non eſt tantũ
dãnum & ideo tũc compenſat vtilitaté
quam percepit ex pecunijs cum vſuris
ſibi debitis:ita declarat Paul.de caſt.in
d.l.nec enim.quam legit cũ.l.ſi pigno-
re.§.fi.quæ not.quia poſſunt ſeruire ad
multa licet hodie ꝓmiſsio vſurarũ fa-
cta ꝑ debitoré creditori ſit inefficax iu-
re canonico reſiſtéte vt in toto ti.extra
42 de vſuris &c.¶†Septimò quæritur,an
ſi creditor vendat pignus & promittat
de euictione,vel in ſimplo in aliquo ex
dictis tribus caſibus not.in.l.ſi pigno-
re.§.fi.ff.de pign.actio.& ex pretio con
ſequutus fuerit ſuũ debitũ,an ex hoc
ipſe debitor conſequutus fuerit libera-
tionem à creditore?& videretur dicen-
dũ ꝙ ſic:qa ſolutione eius quod debe-
tur,omnis tollitur obligatio:vt inſtitu.
qui.mo.tol.oblig.in prin.Tamen rectè
aduertendo iſtud ſolum procedere vi-
detur quãdo creditor vendit taliter qđ
ipſe de euictione non obligatur , quod
quando ſit,colligitur ex prædictis, tũc
enim recepto pretio ab emptore ꝑ cre-
ditorem védentem:debitor erit libera-
tus:vt eſt text.in.l.reſcriptũ.§.j.in pri-

43 mo.rñ.ff.de diſtrac.pign.† & hoc quã
do propriè pignus fuit venditum quia
1.res obligata erat tradita creditori: nõ
autem in ſimplici hypotheca vendita:
nam etiam illam creditor vendere po-
teſt: vt.l.hypothecas.C.de diſtractio.pi
gno.& no.Bar.in.l.j.C.ſi vendi.pigno.
aga.& in.l.penult.quæ incipit creditor,
in verſi.modo.&c.ff.de diſtrac.pig.quia
niſi dicta hypotheca vẽdita tradat em-
ptori:etiam quod creditor pretium cõ
ſequutus fuerit:debitor nõ dicetur li-
beratus ita not.Bart.& ſequitur Saly-
ce.in.d.l.penulti.in ſecunda lectura.
¶Sed ſi creditor ex venditione pigno-
ris eſſet obligatus de euictione empto-
ri:etiam quòd pretium habuerit & rem
tradiderit tamen donec põt eſſe locus
euictioni nõ dicetur liberatus debitor,
ſed interim liberatio manet in ſuſpen-
ſo: & ſi contingat rẽ euinci & creditorẽ
cogi ad reſtituendum pretium empto-
ri poterit creditor agere contra debito-
rem pro ſuo credito cõſequendo veteri
actione pignoratitia cõtraria à qua de-
bitor non fuerat liberatus:vt eſt.tex.in
l.ſi pignore.§.fi.ff.de pign.actio.& ibi
expreſsè declarat Pau.de caſ.in verſic.
nũc oppono extra gl.& iſtud etiã vult
gl.not.in.l.j.C.credi.eui.pign.non de-
be.in ver.creditore. ¶Et hanc conclu-
ſionem aliàs in facto tenui cõtra quan-
dam conſultationem famoſiſsimi doct.
domini Caroli ruini in qua ipſe atten-
tauit quod mulier quæ ꝓ dotibus ſuis
iure creditoris auctore prætore vẽdide
rat bona mariti,& promiſerat emptori
de euictione: & poſtea ceſſerat iura ſuæ
dotis alteri qui emerat à primo empto
re pro tuitione dictarum rerum vendi-
tarum non bene ceſſerat:ex eo qđ hæ-
redes mariti eſſent liberati per pretiũ
ſolutũ vxori ab emptore: vnde poſt li-
berationem ſecũdum eum dicta ceſsio
fieri non potuit per not.in.l.Modeſti-
nus.ff.de ſolutio.Ego autem vt dixi ꝑ
prædicta tenebam quod ceſsio value-
rit.nam ſtante promiſsione euictionis
facta per vxorem vendentem dicebam
quod hæredes mariti non erant libera-
ti ſed quod liberatio interim ſtabat in
ſuſpenſo per text.in.d.l.reſcriptum.§.
j.in primo reſponſo.
¶Et dum dicta conſultatio eſſet poſtea
delata ad clariſsimum docto.dominũ
Philippum Decium ipſe comprobauit
in principali negotio meam ſentẽtiam
contra dictum dominum Carolum &
etiam in omnibus alijs articulis: exce-
pto hoc ſolo articulo in quo ipſe incli-
nauit in opinionem domini Caroli:
& incipit conſilium.d.Decij: viſis duo
bus conſilijs excel.doctorum domini
Caroli ruini conſulentis:& domini An
tonij Neguſantij de fano.&c.quod nõ-
dum eſt impreſſum:& mouet dominus
Decius in hoc articulo contra me:quia
dicebat ipſe quod quãdo creditor obli-
gauit ſe de euictione : ſequuta euictio-
ne non poteſt agere primæua actiõe,ſed
agit vtili actione ex empto:vt not.Bar-
tol.in.l.eleganter.in princi.ff.de pign.
actio.& in.l.ſi prædiũ.C.de euictio.&
ꝙ obligatio de euictione eſt ſeparata à
prima actione,vnde vna nõ debet impe
diri per aliam & allegat tex.in.l.ſi plus.
§.j.ff.de euictio.Vbi ſi pignus vendi-
tum euincatur ex empto agitur con-
tra eum qui ex pretio pignoris libera-
tus fuit:& ſic ſecundũ eum patet quod
promiſsio euictionis nõ impedit libera
tionem debitoris,& allegat etiam tex.
in.l.ſi ob cãm.in fine.C.de euictio.Sed
meo iudicio iſta non obſtant meæ con-
cluſioni & iuribus in quibus illa funda
tur:nã ꝙ quando creditor vendẽs pro-
mittit



mittit de euictione:debitor non libere-
tur,ſed liberatio ſtet in ſuſpẽſo eſt tex.
in.d.l.reſcriptum.§.j.& quòd tali caſu
ſequuta euictione creditor non agat a-
ctione ex empto,ſed veteri actiõe pigno
ratitia contraria eſt tex.& ibi declarat
Paul.de caſtro in.l.ſi pignore.§. fina.
& non obſtant allegata per Decium:&
primo ea quæ no.per Barto.in.d.l.ele-
ganter.in princip.dum vult quod re in
ſolutum data creditori ꝑ iudicem vel
per debitorem:ſi illa res euincatur cre-
ditor non aget cõtra debitorem primæ
ua actione: ſed vtili ex empto. ¶Quia
iſte caſus eſt diuerſus à terminis no-
ſtris:nam in terminis Barto.in.d.l.ele-
ganter.quando ſpecies datur inſolu-
tum creditori pro genere conſiſtenti in
pecunia cẽſetur quædam emptio & vẽ
ditio:vt.l.iij.ff.pro empt.& in cõtractu
venditionis venditor non tenetur, niſi
ad tradendũ:vnde facta traditione de-
bitor fuit liberatus à primo debito : nã
ex hoc cenſetur fuiſſe receſſum à primo
cõtractu:& deuentum ad dationem in
ſolutum:& ideo ſequuta euictione agi-
tur vtili ex empto,& nõ veteri actione:
ita declarat Bar.in.d.l.elegãter.in prin.
in.iij.oppo ad primum no.& in oppo.
ad ſecũdum no.& idem Bar.in.l.ſi quis
aliam in.iij.ſol.primæ oppo.& in ſua di
ſtinctiõe in.iij.caſu.ff.de ſolu.& ſequũ-
tur Pau.de ca.& Saly.in.d.l.elegãter.
in princi.¶Sed in terminis noſtris:licet
creditor vẽdat & percipiat pretium,nõ
liberatur debitor:niſi ita demũ quãdo
pretiũ deuenit ad creditorẽ irreuocabi
liter vt habetur in.l.ſextante.§.Latinꝰ
ff.de excep.rei iud.& no.Bar.in.d.l.ele
ganter.in prima oppo.ad primũ not.&
probatur ꝑ tex. in.l.ſi mãdato Titij.§.
creditor.ff.manda.iuncta gl.ibi in ver.
non ſit.vbi tex.dicit ꝙ ſi creditor vẽdit
pignus nõ liberatur debitor,niſi credi-
tor pretiũ cõſequutus ſit & gl.ibi dicit
ꝙ nõ dicit cõſequutus pretiũ, qñ illud
cogit reſtituere ꝑ.l.non videt.ff.de reg.
iur.& ſubditur in tex.ꝙ ex præcedenti
reſpõſo apparet:ꝙ ſi creditor nõ ꝓmi-
ſit de euictiõe debitor erit liberatꝰ: qa
tũc dicet cõſequutus pretiũ cum ab eo
auocari nõ poſsit ex cauſa euictionis.
¶Aliud eſt ergo,qñ debitor dat inſolu-
tũ creditori:& aliud qñ creditor vẽdit
pignus alteri & recipit pretiũ.Nã pri-
mo caſu qñ res fuit data inſolutũ credi
tori,& poſtea fuit euicta eſt materia di
uerſa à terminis noſtris: & an tunc ſe-
quuta euictiõe agendũ ſit cõtra debito
rẽ veteri actione vel noua.ſ.vtili ex em
pto diſtinguendũ eſt vt latè habetur ꝑ
Bar.in.l.ſi quis aliam.in prin.ff.de ſol.
43 ¶†Secũdò caſu qñ creditor vẽdidit pi
gnus eſt caſus noſter & in hoc diſtingui
tur,an creditor promiſerit de euictiõe,
an nõ:qa ſi ꝓmiſit de euictiõe debitor
nõ dicet liberatus:ſed eiꝰ liberatio ma-
nebit in ſuſpenſo ex futuro euẽtu eui-
ctiõis & ſi nõ ſequat euictio,erit libera
tus:ſed ſequuta euictiõe nõ dicet libe-
ratus,ſed aget cõtra eũ ꝑ creditorẽ ve-
teri actione pignoratitia cõtraria vt.d.
l.reſcriptum.§.j.&.d.l.ſi pignore.§.fi.
nec vllo modo iſto caſu põt cõpetere cre
ditori cõtra debitorem actio euictionis
ex empto:quia creditor nõ emit nec re
cepit inſolutũ & ideo ei non poteſt ori
ri actio ex empto quæ oritur mediante
cõtractu emptionis,vel acceptionis in
ſolutũ:vt.l.ſi libera.C.de ſen.&.d.l.ele
ganter in prin.&.d.l.ſi quis aliã.ſed vẽ
didit alteri ex qua venditione ridicu-
lum eſt dicere quod creditor vendens
poſsit agere de euictiõe cõtra debitorẽ,
ſed actio de euictione competit empto
ri nõ venditori:vt habetur in dictis lo-

tis & in toto ti.ff.& .C.de euictio.& ad
ſimilitudiné venditionis cõpetit etiam
accipiéti inſolutũ.d.l.libera. cũ alijs.&.
allegatis:& nõ obſtat.d.l. ſi plus.§.j. qa
in illo tex.iudex védidit pign° ex cauſa
rei iudicatæ & pretiũ fuit ſolutũ credi-
tori & creditor nõ ꝓmiſit de euictione:
ideo debitor fuit incõtinenti liberatus:
& ideo ſi res vendita poſtea euincat̃ ab
emptore datur emptori cõtra debitoré
actio vtilis ex empto de euictiõe: iuxta
tex.in.d.l. reſcriptũ.§.j. in primo rñſo.
& ſic caſus.d.l.ſi plus §.j. eſt diuerſus à
caſu noſtro:qa ibi vendés creditor non
promiſit de euictione prout promiſit in
caſu noſtro:& eodé modo loquit̃ tex.in
l.ſi ob cauſam.C.de euictio.& ideo etiã
44 illi eodẽ modo reſpõdet̃. ¶† Secundò
mouebatur Decius reſpondendo ad.d.
l.reſcriptum.§.j.ꝙ dum ibi dicitur ꝙ li
beratio eſt ĩ ſuſpéſo debet intelligi quo
ad effectũ:qa.ſ.reuocari poterit ſequu-
ta euictione:ſed quatenus eſt de præſen
ti debitor dicit̃ liberat°,licet dicta libe-
ratio in futurũ ſequuta euictione reuo
cari poſſit ſicut ſecundũ eũ véditio di
citur pura,licet ſub cõditiõe reſoluéda
veniat vt.l.ij.ff.de in dié adiec.&.l. hęc
venditio.in fi.ff.de contra.emptio.& fa
cit quod no.Bar.in.l. Iulian°.in fi.ff de
cõdi.inde.& in.l.iudex poſtq̃.in fi.ff.de
re iudic. ¶Sed iſta rñſio (iudicio meo)
ſtare non poteſt:quia tex.in.d.l. reſcri-
ptum.§.j.expreſſè dicit ꝙ interim libe-
ratio eſt in ſuſpenſo:& ideo nõ patitur
intelligentiam datam per Deciũ ꝙ re-
ſpectu ſtatus præſentis ſit extincta obli
gatio:& ꝙ poſtea poſſit reduci in obli-
gationé:qa verba repugnãt: & illis in-
fert̃ magna violétia & plaga:quod fieri
nõ debet,ſed verbis ſtãdũ eſt.l.ꝓſpexit.
ff.q & à qui.&.l. nõ aliter.ff. de leg.iij.
¶Præterea talis intelligétia eſt cõtra re
gulã iuris quę eſt ꝙ actio ſemel extincta
amplius reuiuiſci nõ poteſt: vt.l. q res.
§.aream.ff.de ſol. ibi in perpetuũ enim
ſublata obligatio reſtitui nõ põt: & ibi
per Bart.& alios poſt gloſ.quæ tenet ꝙ
iſta ſit regula, & alia in quibus dicitur
ꝙ reſuſcitetur ſunt ſpeciali :& illã glo.
ſequitur ibi Bar.& Bal.in.l. Męuius.§.
duobus.in.vj.opp.ff.de leg.ij.& eſt tex.
iuncta glo.in.l.ij.§.fi.in glo.in ver.reſti
tuantur.ff de hære. vel actio. vendi.ca-
ſus ergo ſpeciales non ſunt extendendi
ad alios in quibus nõ reperitur iſtud di-
ſpoſitum.l.ius ſingulare &.l.quod verò
contra.ff.de legi.& in caſu noſtro leges
non dicunt ꝙ pendente cõditione eui-
ctionis obligatio debitoris extinguatur
& poſtea reſuſcitetur:ſed dicunt ꝙ obli
45 gatio interim manet in ſuſpenſo† & in
ter iſta duo,ſcilicet eſſe obligatũ & nõ eſ
ſe obligatũ eſt mediũ,videlicet ceſſatio
obligationis ad tempus & ſic ꝙ interim
obligatio ſit in ſuſpenſo vt latè habetur
per Bar.& alios in.l.ij.§.j.in ver. venio
& intro in glo.ff.de ver.obl.& per Bar.
in.d.§.aream.vbi dicit ꝙ aliud eſt obli-
gationem extingui, & aliud obligatio-
nem ceſſare & remittit ſe ad no. in.d.§.
j.& ibi declarat,ꝙ quando obligatio ſe-
mel nata eſt,ſed ex aliquo caſu dicit̃ eſſe
in pendenti & tunc non eſt in pendenti
obligatio ſed eſt in pendéti exactio pro
priè loquendo allegat.l. pecuniam.ff.ſi
cer.peta.& ita ſe habet caſus noſter: qa
obligatio debitoris ſemel nata fuit &
propter periculũ euictionis promiſiſſe
per creditoré vendenté pign°:illa obli-
gatio ſeu liberatio ab illa dicitur eſſe in
ſuſpenſo:reſpectu tñ exactionis quia li-
cet obligatio duret:tñ interim pendéte
dubio euictionis nihil à debitore exigi
poteſt: ſed exactio differtur in euétum
futuræ euictionis,& propriè ita loqui-





tur tex.in.d.l.reſcriptum.§.j.in vltimo
reſponſo ibi. Arbitror interim quidem
nihil à debitore peti poſſe ſed in ſuſpen
ſo haberi liberationem &c. verba ſunt
tex. quæ ineuitabiliter ꝓbãt ꝙ interim
pédéte periculo euictionis debitor ma-
net obligatus & eius liberatio eſt in ſu-
ſpenſo:& propterea ab eo interim nihil
exigi põt,niſi demũ ſequuta euictione.
Et ex prædictis infero ꝙ dũ Decius ar-
guit à ceſſatione, ſeu ſuſpenſione obli-
gationis ad extinctionem illius malè ar
guit quia ſunt diuerſa vt per Bartol. in
d.§.aream.& de diuerſis non debet fie
ri illatio vt.l. Papinian° exuli.ff. de mi.
cum vulg.non obſtat text.in.d.l.ij.ff.de
in diem adiec. quia ille text. inducitur
nimis à remotis. item potius facit pro
opinione mea quia ibi dicitur ꝙ vendi-
tio quæ venit reſoluenda interim valet:
ita & in propoſito obligatio debitoris
quæ venit extinguenda ceſſante euictio
ne promiſſa per creditoré interim pen-
dente periculo euictionis durat,& libe
ratio ſtat in ſuſpenſo:& ſic aliud eſt libe
rationem ortam eſſe, & aliud illam eſſe
in ſuſpenſo:quia ſicut:vt dictum eſt ſu-
prà per not.per Barto.in.d.l.ij.§.j.ff. de
verbo.obligatio.inter eſſe obligatum &
non eſſe obligatum datur mediũ,videli
cet obligationé eſſe in ſuſpéſo. ita inter
eſſe liberatum,& non eſſe liberatum da
tur medium ſcilicet liberationé eſſe in
ſuſpenſo:qa contrariorum eadem eſt di
ſciplina .l.j.ff. de his q ſunt ſui vel alie.
iur.donec ergo liberatio manet in ſuſpé
ſo:non eſt verum dicere debitorem eſſe
liberatum,& non eſſe liberatũ:ſed libe-
rationem pendere ex futuro euentu:er
go interim poteſt fieri ceſſio dictæ obli-
gationis:& ſi cõtingat debitorem ex to
to liberari:euictione nõ ſequuta: ceſſio
erit inefficax:ſi autem contingat debi-
torem non liberari: quia ſequatur eui-
ctio ceſſio erit efficax. ¶Nec etiam ob-
ſtat text.in.l.hæc venditio.§.fina.ff. de
contrahend. emptio. quia ibi venditio
valet pro centum:ſed ſi emptor vendat
fundum pluris vt conuenit, augebitur
pretium. In caſu autẽ noſtro durat obli
gatio:ſed ſuſpenditur exactio:& poteſt
obligatio reſolui ex futuro euentu,non
ſequuta euictione:per tex.in.d.l.reſcri-
ptum.§.j. ad fin. ¶Non obſtat id quod
not.Barto.in.l. Iulianus.ad fi.ff.de con-
ditio.indebi.dum vult quòd quãdo prę-
ſens rei ſtatus tendit ad excluſionem:
ſed dubitatur,an excluſio ſit futura per
petua,tunc dicta excluſio habet vim ex
cluſionis, adeo quòd interim fieri non
poteſt exactio vel executio:qa ego quo
q; fateor quod reſpectu exactionis inte
rim dicta liberatio habet vim excluſio-
nis:quia interim debitor exigi non po-
teſt,vt dicit tex.in.d.l.reſcriptum.§.pri
mo,in fine ibi arbitror interim quidem
nihil à debitore peti poſſe: ſed ex hoc
nõ tollitur quin interim poſſit fieri ceſ
ſio dictæ obligatiõis, cui° liberatio ſtat
in ſuſpenſo:quia ceſſio non eſt exactio:
ſed ceſſionari° habebit differre exactio
nem in euétum futuræ euictionis ſicut
ipſe cedens:quia non plus iuris trãſtu-
lit in ceſſionariũ quã ipſe haberet.l.tra
ditio.ff.de acquirend.re. domi. ¶Simi-
liter non obſtat id quod no. Barto.in.l.
iudex poſtq̃.in fin.ff.de re iudi. quia ſe
cundum Bartol.ibi illa clauſula poſita
in ſententia. videlicet & plus & minus
&c.operatur reſolutionem ſententiæ ſe
cundum tamen tradita ibi per Bartol.
& ſimiliter in caſu noſtro ex futuro euẽ
tu illa liberatio quæ erat in ſuſpenſo po
terit reſolui,vel confirmari:ſequuta vel
non ſequuta euictiõe:ſed interim debi-
tor non poteſt dici,neq; liberatus,neq;

non liberatus : ſed res ſtat in medio, vi-
delicet ꝙ liberatio eſt ſuſpeía iuxta no.
per Barto.in.d.l.ij.§.j.de verbo.obliga.
vnde concludo ꝙ quãdo creditor ven-
dens promittit de euictione:interim de
bitor nõ dicitur liberatus : ſed liberatio
manet in ſuſpenſo:& ſequuta euictione
poterit agere cõtra eum creditor veteri
actione pignoratitia cõtraria vt eſt tex.
& ibi declarat Paul.de caſt. in.d.l. ſi pi-
gnore.§.fi. ¶Et per conſequẽs interim
creditor poterit cedere actionem cõtra
debitorẽ alteri,quæ tñ intentari nõ po-
terit niſi demum ſequuta euictione,iu-
xta text.in.d.l.reſcriptũ.§.j.in fi. & ita
puto tenendum:ſalua ſemper reueren-
46 tia dicti domi. Decij. ¶† Octauo addẽ
dum eſt pro confirmatione prædictorũ
vnum,videlicet ꝙ quãdo creditor ven-
didit pignus,& promiſit de euictione in
aliquo ex tribus caſibus permiſsis de
quibus in.d.l. ſi pignore.§.fi.ff. de pig.
actio. ꝙ tunc debitor tenebitur cauere
dicto creditori de cõſeruando eum in-
dẽnem à dicta euictione promiſſa. ¶Et
pro tali cautione obtinenda poterit cre
ditor retinere , alias res pignoratas ſibi
per debitorem vt eſt tex. not.in.l.ſi ne-
ceſſarias.§.j.ff. de pigno. actio. & ratio
eſt quia obligatio euictiõis de iure non
reſpicit ipſum creditorem, qui vẽdidit
ſed reſpicit ipſum debitorem in cuius
vtilitatem pecunia ex pretio pignoris
redacta conuerſa eſt vt.l.in creditore.ff.
de euictio.Si tamen ipſe creditor voluit
ſe obligare ad eam tenebitur:ſed debi-
tor debet eum indemnem cõſeruare &
propter hoc poteſt retinere res pignora
tas,quãdo illas habet.d.l. ſi neceſſarias.
§.j.ſed ſi eas nõ habet poterit creditor
agere contraria pignoratitia contra de-
bitorem vt eum indẽnem conſeruet vt
d.l.ſi neceſſarias.in prin. ita determinat
ibi Pau.de caſt.in.§.j.in fi. & ibi ſubdit
glo.in verſi.retinere ꝙ etiam ſi creditor
promiſit de euictione extra illos tres ca
ſus de quibus in.d.l.ſi pignore.§. fin.ꝙ
omnino habebit retentionem pro dicta
indẽnitate qa debitor omnino ad illam
tenetur per text.in.d.l. reſcriptum.§.j.
ff.de diſtrac.pig. ¶Intellige tu iſto caſu
vſq; ad ſimplum tantũ,non autẽ ad du
plam ſi creditor eã promiſit qa quomo
docunq; creditor promittat de euictio-
ne etiam extra dictos tres caſus habebit
ſemper regreſſum pro ſimplo cõtra de-
bitorem:vt eſt text.in.d.l.ſi pignore.§.
fi.cũ.l.ſe.& gl.no.in.l.j.C.credi.eui.pi.
nõ debe.in gl.in ver.creditor. ¶Cũ ergo
creditor q promiſit de euictione poſsit
tam per viã retentionis q̃ actionis agere
cõtra debitorẽ ꝑ ſua indẽnitate,ſequit
ꝙ debitor iſto caſu non fuit liberatus à
prima actione vt.ſ.in præcedenti.q.cõ-
47 cluſum fuit &c. ¶† Poſtremo in iſta
materia vẽditionis pignorũ. Quæritur
an in vẽditione eorũ requiratur ſubha-
ſtatio?& breuiter reſpondẽdo dicendũ
eſt ꝙ huiuſmodi ſolennitas ſubhaſtatio
nis nõ requiratur , niſi in vẽditione pi-
gnoris capti ꝑ executione rei iudicatæ:
vt.l.ordo.C.de execu.rei iud.& ibi latè
per Bal.& in.l.ij.& fi.C. de fide inſtru.
& iure haſ.fiſ.li.x. ¶In alijs aũt pignori
bus vendendis non requiritur talis ſub
haſtatio,niſi eſſent bona minorũ eccle-
ſiæ vel decurionum,vel fiſci:quorũ bo-
na ſunt prohibita alienari ratione pu-
blicæ vtilitatis. nam in illis requiritur
ſubhaſtatio:vt.l.j.C.de prædi.curi.lib.
x.& in autẽ.hoc ius porrectũ.C. de ſa-
cro ſan.eccl.ita ſolẽniter declarat Bald.
in.d.l.ordo. ¶Vbi etiã addit ꝙ ſemper
quando vendũtur bona abſentis requi-
ritur ſubhaſtatio allegat.l.fundus.ff.de
reſcin.vendi.& de materia ſubhaſtatio-
nis



nis vide plura per Bal.in.d.l.ordo.& la
tiſsimè per Fabianum de monte in tra-
ctatu emptio. & vendendi. in.v. parte
principali in antepe.car.in.ij. colum. in
verſic.Sequitur de ſolennitate ſubhaſta
tionis &c. Et per predicta ſit expeditũ
iſtud primum membrum.

Summarium.

1 *Iuri hypothecæ quã creditor habet in debitoris ſui ſibi obligatis quanto tẽpore præſcribatur.*
2 *Præſcriptio in hypothecaria non impeditur per malam fidem autoris.*
3 *Tempus requiſitum ad præſcribendum contra creditorem in hypotheca, an contra creditorem currat reſpectu tertij poſſeſſoris antequàm actum ſit contra principalem debitorem &c.*
4 *Vxori, an conſtante matrimonio currat præſcriptio ad repetendum dotem.*
5 *Hypotheca, an tollatur vel extinguatur ſublata actione perſonali.*
6 *Hypotheca non tollitur per confuſionem inductam ex aditione.*
7 *Obligatione fideiuſſoria ceſſante, an ceſſet hypotheca.*
8 *Hypotheca tollitur ex pacto ex quo tollitur principalis obligatio.*
9 *Hypotheca tollitur par pactum de non petendo factum ſuper principali, etiam ſi factum ſit ad tempus.*
10 *Hypotheca tollitur per iuramentũ deciſiuum delatum per creditorem debitori iuranti non debere.*
11 *Hypotheca tollitur per ſententiam abſolutoriam ſuper obligatione principali latam in fauorem debitoris.*
12 *Hypotheca multis tollitur modis.*
13 *Præſcriptio vtilis dominij contra debitorem, an tollat hypothecariam contra creditorem.*
14 *Hypotheca, an tollatur per vſucapionẽ triẽnalem.*
15 *Vſucapio quare non tollat hypothecam in re mobili ſpatio triennij.*
16 *Vſucapio in re mobili perficitur triennio reſpectu dominij: & reſpectu hypothecæ inducitur præſcriptio per poſſeſſionem decennio continuatam.*
17 *Vſucapta reſpectu dominij, an creditor poſsit eam auocare reſpectu hypothecæ.*
18 *Statutũ quod nullis actionibus ciuilibus præſcribatur minori ſpacio.xxx.an. comprehendat hypothecariam.*
19 *Præſcriptio actionis pignoratitiæ reſpectiue iuris offerendi quo mediante ipſa oritur à quo tempore incipiat.*
20 *Pignoratitia quanto tempore præſcribatur.*
21 *Præſcriptio contra pignoratitiam, an de iure canonico procedat.*
22 *Præſcriptio poteſt currere, etiã quòd præſcribens ſciat alteri ius competere: ſi actio nondum ſit nata &c.*
23 *Præſcriptioni obſtat mala fides ſi id quod præſcribitur debetur iure actionis: ſecus ſi officio iudicis.*
24 *Pignoratitia præſcriptione ſublata, an debitor poterit agere contra creditorem rei venditione ad pignus.*

¶Secundum membrum ſextæ
partis principa.

SEquitur modò
ſecundum membrum hu
ius ſextæ partis principa-
lis:in quo tractandum eſt
quando , & quomodo pignora, & hypo
thecæ reſoluantur & finiantur per pr-
1 ſcriptiones, & vſucapiões. ¶† Et primò
quæritur quanto tempore præſcribatur
hypothe

hypothecæ,quã creditor habet in bonis
debitoris ſui ſibi obligatis?& concluſi-
uè reſpondendo dicendum eſt:ꝙ quã-
do tertius poſſeſſor poſsidens rem hypo
thecatam alteri:nõ habet titulum à de-
bitore,ſed ab alio,& eſt in bona fide:
præſcribit iuri hypothecæ ꝙ habet cre
ditor in dicta re ſpatio.x.annorum in-
ter pręſentes &.xx.inter abſentes caſus
eſt in.l.j.&.ij.C.ſi aduer.credi. libr.vij.
¶ Sed ſi dictus tertius poſſeſſor non ha-
beat titu.ab alio quàm à debitore,& nõ
haberet bonã fidem,vel altero careret,
non preſcriberet contra hypothecam,
niſi ſpatio.xxx.annorum vt.l.cum no-
tiſsimi.in prin.&.§.j.C.de pſcrip.xxx.
an.¶ Si autem dictus tertius poſſeſſor
haberet cauſam à debitore:tunc donec
debitor viuit nõ poteſt præſcribere mi-
nori ſpatio quã quadraginta annis:ſed
ſi vellet incipere præſcriptionem poſt
mortem debitoris,& nollet computare
aliquid de tempore quod cucurrit viuẽ
te debitore poſſet præſcribere.xxx.an-
nis.d.l.cum notiſsimi.§.ſed cum illud.
& ibi declarat gloſſ.Bald.& Salyce.prin
cipalis autem debitor & eis hæres non
præſcribit iuri hypothecæ contra credi
torẽ minori ſpatio quàm.xl.annis.d.l.
cum notiſsimi.in princip.&.§.j. & ibi
per Bald.& Salyce.¶ Et prædicta pro-
cedunt de iure ciuili:ſed de iure cano-
nico quod attendendum eſt in concer-
nentibus ſalutem animæ nulla proce-
dit præſcriptio,niſi abſit mala fides iu-
xta not.in capitu.fina.de præſcrip.& in
regula poſſeſſor libro.vj.¶ Et propter-
ea neq; debitor, neq; hæres poterunt
præſcribere:quia ſunt in mala fide:alij
autem poſſeſſores ignorantes de hypo-
theca competenti in dictis bonis credi-
tori,& ſic non exiſtentes in mala fide:
vt.l.ſed & ſi lege.§.ſcire.ff.de peti.he-
red.&.l.igitur.ff. de lib.cauſa poſſunt
præſcribere:etiam ſi haberent cauſam à
debitore:qa ſtant iſta ſimul quòd quis
habeat cauſam à debitore & tamẽ igno
ret de hypotheca primi creditoris:& ſic
quòd ex hoc ſolo quòd habeat cauſam
2 à debitore non ſit in mala fide.¶ † Et
non obſtat huic ſingulari ſucceſſori ha-
benti cauſam à debitore mala fides au-
toris vt in auten.malæ fidei.C.de præ-
ſcrip.lõgi tempo.qa illa autẽ.loquit̃ de
pſcriptione dominij:& nõ habet locum
in pręſcriptione ſimplicis hypothecę vt
probatur ibi in verſi.ſi dominus.& ita
tenent ibi Iaco.de are.Cyn.& Ange.de
are.inſtitu.de acti.in.§.ſed iſte.in.viij.
fallẽ.& Alex.in.l.Põponius.§.j.col.iiij.
in.vj.fallẽ.ff.de acq.poſ.& Añg.de are.
inſti.de acti.§.item Seruiana.colũ.vj.in
verſi.quæro nũquid hodie &c.& Alex.
in cõſi.lxxxiij.viſo proceſſu.nu.15.& in
conſi.ccxx.ponderatis his in princi.vj.
vol.¶ Prædicta autem declara duobus
modis.Primo modo,vt quæ dicta ſunt
procedãt in creditore priuato:ſecus au
tem eſt dicendum in eccleſia,vel mino-
re habentibus ius crediti & hypothecæ
in bonis ſui debitoris:quia cõtra eos nõ
præſcribitur.x.vel.xx.annis:vt dictum
eſt in alijs creditoribus:ſed requirere-
tur maius tẽpus,iuxta no.in autẽ.quas
actiones.C.de ſacroſan.eccl.iuncta.l.ſi.
C.in qui.cau.in integ.reſtitu.non eſt ne
ceſ.& in.l.ſicut.C.de præſcrip.xxx.an.
& ita tenet Guido papa in.q.ccccxvj.in
verſi.tertius poſſeſſor.¶ Secũdo decla-
ra pdicta de præſcriptione hypothecæ
cõtra creditorẽ priuatum procedere qñ
creditor non poſsidet pignus:tunc eñ
procedit præſcriptio modis ſuprà nota
tis contra creditorem:ſecus autẽ ſi cre-
ditor poſsideat pign⁹:qa tũc eius cõtra
hypothecã non curret pſcriptio:ſed per
eius



eiũs poſſeſsionẽ(quod eſt plus)præſcri-
ptio interrumpetur:vt eſt tex.in.d.l.cũ
notiſsimi.in.§.imo.Intelligendo tamen
tene,qñ creditor poſſideret iure credito
ris,& tãquã bona ſibi obligata:tunc eñ
cõtra eum non curret pręſcriptio,& ita
procedit.d.§.imo.vt eſt de mente Cyn.
Ang.& Rapha.ibi & ita notabiliter de-
clarat Cor.in conſi.xx.pri.vol.¶ Et ra-
tio eſt:quia ex quo licitè creditor incũ-
bit pignori,& iure creditoris illud deti-
net,non videtur eſſe in negligẽtia: ſi nõ
petit ſuum debitum:vt declarat Cor.in
3 d.cõſi.xx ¶ † Secũdò,quæritur in mate
ria.an tempus quod requiritur de iure
ad præſcribendum contra creditorẽ in
hypotheca ſecũdũ ꝙ ſuprà in proxima
præcedenti.q.diſtinctum fuit:currat cõ
tra creditorem reſpectu tertij poſſeſſoris
antequàm per creditorẽ actum ſit con-
tra principalem debitorem & de illius
bonis excuſſum ſit?¶ Et in hoc Alexan.
in conſ.lviij.viſo & perlecto.in fi.v.vol.
tenet ꝙ tale tẽpus incipiat currere: de-
mum facta excuſsione & non ante:quia
hodie creditor non põt agere cõtra ter-
tium poſſeſſorem ante factam excuſsio
nem de bonis debitoris. vt in autenti.
hoc ſi debitor.C.de pigno.& non valen
ti agere non currit præſcriptio.l.j.in fi.
C.de anna.excep.& hoc procedit etiam
ſi iſtud non poſſe agere, cauſetur ex cul
pa creditoris: qa ſecũdũ Alex.tẽpus nõ
currit etiã impedito culpa ſua per text.
& gl.in.c.qa diuerſitatem.de cõceſ.præ
ben.¶ Sed contra iſtã deciſionẽ Alex. te
nent late moderni in tractu præſcriptio
num.in.iiij.parte quartæ partis princi-
palis car.23.col.iij.in verſi.iij.principa-
liter quæro:& in prima parte ſextæ par
tis.car.46.col.pri.verſi. & per hęc inſe
ro ꝙ nõ eſt vera &c.& ſequit̃.d. Petrus
Paulus pariſius in.c. ex tranſmiſſa. in
vl.verſi.de præſcriptio.& mouetur qua
tuor fundamentis contra Alex.& reſpõ
dẽt ad.d.c.qa diuerſitatẽ. in quo ſe fun
dat Alexan.vt ibi late per eos.¶ Et ego
etiam ſemper putaui dictã deciſionem
Alex.nõ eſſe tenendã & hoc antequàm
viderem dictos modernos.¶ Et vltra al
legata per eos iſta opinio.cõtra Alexan.
fundari poteſt per id quod vult Bald.in
l.ſed & ſi per prætorem.§.j.ver.ſed nec
ad eos.ff.ex qui.cau.ma.vbi dicit ꝙ nõ
cenſetur impeditus ille qui de facili re-
mouere poteſt impedimentũ,& moue-
tur per tex.in.c.fi.de electio.& idem te
net Bal.per.d.c.fin.in.l. quibus diebus.
in prin.ff.de condi.& de. & ibi pulchre
4 per Pau.de ca.¶ † Et hinc eſt ꝙ vxori ad
repetẽdum dotem currit pręſcriptio nõ
ſolùm à die ſoluti matrimonij: ſed etiã
cõſtante matri.quãdo certũ & notoriũ
fuit maritũ vergere ad inopiam: quia
tunc mulieri incipit cõpetere actio ad
dotem repetẽdã vt eſt tex.in.l. in rebus
§. omnis ibi minus idoneis: ex quo eis
hoc infortuniũ illatũ eſſe claruerit &c.
C.de iure do.&.l.vbi adhuc.e.ti.& no.
Sal.in.d.§.omnis.& ſequitur Ange. de
are.inſti.de actio.§.itẽ Seruiana.in. vj.
col.in verſi.no.ergo quòd quando eſt no
toriũ &c.& in.§.fuerat.in.xij.colum.in
verſ.in ea gl.ibi ſi conſtante.in prin.&c.
& ſic in curſu pſcriptionis cõſideratur
an actio nata ſit:& an ſit in poteſtate il-
lius cui actio competit poſſe agere:quia
tunc ſi non agit ſibi eſt imputandũ per
allegata. ſ.¶ Ex hoc etiam ſolet dici in
anno qui datur creditoribus ad inten-
tandum reuocatoriam iuxta text.inſti-
tu.de actio.§.item ſi quis in fraudem.
ꝙ ille annus præſcribi incipiat tempore
quo notorium eſt debitorem non eſſe
ſoluẽdo,& eius bõa eſſe poſſeſſa p alios:
quia ab illo tẽpore creditores agere po-
t ue-

fuerunt reuocatoria:& ita tenet Angel.
de are.in.d.§.item ſi quis in fraude.in
vj.colū.in verſi.quæro à quo tempore.
¶ Tertiò facit pro eadem opinio contra
Alex.illud ꝙ vult Pau.de caſt.in conſi.
ccxciiij.in.294.ego Paul.de ca.vbi di-
cit ꝙ actioni etiā nondum ortæ poteſt
præſcribi,qñ eſt in facultate partis illā
oriri facere:qa qui potuit facere vt poſ-
ſit agere:potuiſſe videtur.l.q poteſt fa
cere.ff.de regulis iuris.ſecus autē eſſet,
quando non eſſet in poteſtate partis fa
cere quòd actio naſcatur:puta quia or-
tus actionis pēdebat ex facto alterius,
vel conditione caſuali vel mixta ſecun-
dum Pau.in.d.cōſi.& no.Cor.in conſi.
xliij.in hac cōſultatiōe in litera.d.& ſe-
quentibus.ij.volu.vnde videmus quòd
actioni euictionis non præſcribitur an-
tequā res euincat:vt eſt glo.in.l.empti.
C.de euictio.& not.moderni in tracta-
tu pſcriptionū in quinta parte quintæ
partis principalis. car.42. numero.32.
5 ¶ † Tertiò,q̄ritur in materia,an ſubla-
ta,vel extincta actiōe perſonali:ſit etiā
extincta hypothecaria illi accedens?&
in hoc complectendo materiā pone re-
gulam,ampliationes,& fallentias.¶ Re
gula ergo ſit ꝙ ſublata actione perſona
li durat hypothecaria:vt eſt text.in.l.
ij.C.de luitio.pigno.quia licet à princi-
pio non poſſit conſtitui hypothecaria
ſine principali obligatiōe:vt.l.Julian⁹.
in princip.ff.de lega.iij.&.l.grege.§.cū
pignori.ff.de pigno.&.l.ij.C.ſi pignus
pi.da.ſit:tamen poſtquàm eſt ſemel cō-
ſtituta pōt ſeparari à principali:vt not.
Barto.in.l.fideiuſſor obligari.in princ.
ff.de fideiuſ.¶ Et per hoc concludit ibi
Bar.ꝙ hypothecaria poſſit cedi ſine pſ
ſonali per allegata ibi per eū:& ibi etiā
ponit cuius ſit effectus ceſſio hypothe-
cariæ ſine pſonali:& ratio iſtius regulæ
eſt:qa hypothecaria q̄ eſt realis:vt.l.pi-
gnoris.ff.de pign.eſt fortior quā ſit pſo
nalis ac potentior:vt no.Saly.in.l.cū no
tiſsimi.§.j.in prima oppo.C.de pſcrip.
xxx.ann.Nimirū ergo ſi poſt perſonalē
ſublatā ipſa durat.¶ Et iſta regula pri-
mo ampliat & declarat.ꝙ procedat etiā
in pſcriptiōe:qa.ſ.ſublata perſonali per
pſcriptionē.xxx.ann.iuxta.l.ſicut.§.de
pſcrip.xxx.anno.hypothecaria q̄ aliquā
durat longiori tempore:vt notaui.ſ.in
pri.q.nu.1.durabit adhuc.donec durat
eius vita:vt eſt tex.& ibi declarat gl.in
iij.exemplo in.d.l.ij.C.de lui.pig.& ſe-
quunt Bal.& Saly.ibi.& p Pau.de ca.
in.l.eos qui.nu.2.C.de vſur.& ſimili-
ter cōtingere pōt ecōuerſo:qa.ſ.ſublata
hypothecaria per pſcriptionem.x.ann.
inter præſentes,& viginti inter abſen-
tes,in caſibus notatis.ſ.in.d.pri.q.re-
manebit tūc perſonalis q̄ durat longio-
ri tempore.tex.eſt in.d.l.j.in fi.C.ad ſe-
6 uer.credi.lib.vij.¶ † Secūdò,amplia &
declara regulā,vt procedat etiā ſi per-
ſonalis eſſet,ſublata cōfuſione:puta qa
creditor ſucceſsiſſet debitori,& grauā-
tus eſſet de reſtituēdo hæreditatem al-
teri per fideicōmiſſum, quo caſu actio
perſonalis eſſet confuſa per aditionem:
vt.l.debitori.C.de pac.& tamen hypo-
thecaria remaneret:vt eſt tex.in.l.debi
tori.ff.ad treb.& no. Alex.in.d.l. debi-
tori.& eſt tex.& ibi glo.in.l.ex ſextāte.
§.Latin⁹.ff.de excep.rei iudi.& gl.Bar
to.& Salyce.in.d.l.ij.C. de lui.pigno.
7 ¶ † Tertiò,amplia regulā,vt procedat
etiā ſublata obligatione fideiuſſoria:qa
durat etiā hypothecaria:puta qa fide-
iuſſor qui p me interceſsit & dedit etiā
pignora meo creditori inſtituit me hæ-
redem : nam dum ego ſuccedo meo fi-
deiuſſori extinguitur dicta obligatio
fideiuſſoria:ita quod creditor me⁹ non
poterit



poterit me hæredē fideiuſſoris mei con
uenire obligatione fideiuſſoria:quia illa
eſt ſublata per confuſionem:ſed obliga
tio hypothecaria qua res data pignori
à meo fideiuſſore tenetur adhuc durat,
& creditor poterit agere contra me hy
pothecaria ad dictam rem.text.eſt in.l.
cum quis.§.fin.ff.de ſol.& ibi declarat
Bart.& ratio eſt quia obligatio fideiuſ-
ſoria ſtare nō poteſt nec à principio nec
ex poſt facto ſine principali:vt not.in.l.
ſi hæres pecuniam.ff.ad treb.ſed hypo-
thecaria poteſt ſtare ſine principali ex
poſt facto:licet non à principio:vt.l.nō
intelligere.C.de lui.pign.ita not. Pau.
de caſtr.in.l.fin. C. de fide.minorum.
8 ¶ † Fallit modo dicta regula, quando
principalis actio, ſeu obligatio tollitur
per pactum ſeu conuentionem:qa tunc
intelligitur etiam ſublata hypothecaria
vna cū ea:vt eſt tex.in.l.ſoluit.in princ.
&.§.j.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.& in.l.
cū ſoluende.ff.de diſtrac.pigno.¶ Ratio
autē differētiæ inter præſcriptionē per
quam tollitur principalis obligatio &
aliquādo remanet hypothecaria,& ecō
uerſo,& cōuentionem , & pactū per ꝙ
tollitur principalis obligatio vna cū hy
potheca.vt.d.l.ſoluitur.§.j.aſsignat ibi
per gl.quia.ſ.pactū & cōuentio latè in-
terpretatur:vt.l.j.C.vt actio ab hære.&
cōtra hære.quod nō eſt in præſcriptio-
ne quæ eſt odioſa vt.l.in omnibus.ff.de
9 actio.& oblig.¶ † Et ex prædictis etiā
infertur,ꝙ pactum de non petendo ad
certum tempus factum debitori,opera-
tur ꝙ durāte pacto hypothecaria etiam
ſuſpenditur:ita probatur in dictis iuri-
bus,quod tamen ſanè intelligendū eſt
niſi debitor poſt tale pactū effect⁹ fuerit
ſuſpectus:quia ex cauſa dictæ ſuſpitio-
nis ſuperuenientis,vel etiam exiſtentis
tempore pacti,ſed ignorate ab ipſo cre-
ditore poterit creditor nō obſtante pa-
cto facto de non petēdo ad certum tem
pus ſuper debito,& obligatione princi-
pali perſequi pignora text.eſt & ibi de-
clarat glo.& Bart.in.l.q̄ſitum.in prin-
10 cip.ff.de pigno.¶ † Secundò,fallit di-
cta regula ſi creditor deferat iuramen-
tum,& debitor iuret ſe non eſſe debito-
rem:qa tunc non ſolum tollitur obliga
tio principalis,ſed etiam hypothecaria:
vt ex tex.in.l.ſi deferēte.ff.qui.mod.pi
gn.vel hypo.ſolu . & in.d.l.ſoluitur.§.
11 fi.eo.tit.¶ † Tertiò,fallit regula ſi lata
ſit ſententia abſolutoria in fauorē debi
toris contra creditorem:quia per eā tol
litur obligatio principalis & hypotheca
ria vt eſt tex.in.d.l.ſi deferente.ſecūdo
12 reſponſo.¶ † Quartò,fallit dicta regu
la ſi ſit ſolutum debitum creditori vel
etiam creditori creditoris,vel alio mo-
do ſatiſfactum de volūtate creditoris:
vel ſi ad tempus fuit obligatū certū pi-
gnus,& tēpus ſit finitū,vel ſi pign⁹ obli
gatū fuit ſub aliqua cōditiōe quę poſtea
nō fuit purificata,nec euenit.iſtis eñ ca
ſibus prout tollit̄ principalis obligatio,
ita tollit̄ & ceſſat hypothecaria text.eſt
iūcta gl.in.l.itē liberat.in prin.ff.quib.
mo.pig.vel hypo.ſolu.& pdicta omnia
habentur enim etiā per gl.& Saly.poſt
13 alios in.d.l.ij.C.de lui.pign.† Quar-
tò quæritur in materia , an pręſcriptio
quę cucurrit contra debitorem ſuper
dominio rei hypothecatæ:quia ſcilicet
poſſeſſor pręſcripſit contra debitorē vti
le dominiū dictæ rei noceat & pręiudi
cet creditori in ſua hypotheca?¶ Et bre
uiter reſpondendum eſt ꝙ ſi idem tem
pus eſt ſufficiens ad vtrūq; præſcriptio-
nem ſcilicet dominij contra debitorem
& hypothecę cōtra creditorem:ꝙ tunc
pręſcriptio ſub eodem tempore vtrūq;
effectū operetur:vt habetur in.l.j.&.ij.
C.ſi

C.ſi aduer.credi.lib.vij.Secus autem ſi
diuerſum tēpus requiratur in vna quā
in altera:& poteſt poni exemplū,quan-
do poſſeſſor cum titu.& bona fide præ-
ſcribit & debitor cōtra quem prȩſcribi-
tur ratione dominij eſt prȩſens,quo ca-
ſu ſufficiunt decem anni : creditor au-
tem contra quem præſcribitur ratione
hypothecȩ eſt abſens quo caſu requirū-
tur.xx.anni : vt.l.j.C.ſi aduerſ.credit.
& ibi per gloſſ.iſto enim caſu præſcri-
ptio complebitur contra debitorem in
x.primis annis habito reſpectu ad do-
minium:& tamen adhuc hypo.compe-
tēs creditori erit integra & durabit per
alios decem annos:ita no.glo.in.l.præ-
ſes.C.de pignor.in gloſſ.in verſicu.præ-
ſcriptione.in verſicu.vel tertio:& illam
ibi ſequuntur Saly.& alij.¶ Et hoc mo-
do ſunt intelligenda not.per Bar.in.l.j.
§.cū prædium.ff.de pign.vbi firmat ꝙ
poſsidens bona fide & tit.rem hypothe
catam alteri præſcribit etiam hypothe-
cam : quæ no.ne æquiuoce : quia malè
14 declarantur per doc.¶ † Quintò,quȩ-
ritur,an ſicut per præſcriptionem tol-
litur hypotheca(vt ſuprà in præcedēti-
bus quæſtionibus extitit & declaratū)
ita & tollatur per vſucapionem triēna-
lem quādo res mobilis eſſet data in pi-
gnus?& breuiter reſpondendo dicendū
eſt ꝙ non:vt eſt tex.ſecūdū intellectum
gl.quem doc.ſequuntur in.l.vſucapio:
C.de pig.& ratio eſt:qa ſicut p alienа-
tionem hominis.ſ.debitoris non tollit̃,
neq; eliditur ius hypothecæ competens
creditori:vt.l.debitorem.C.de pign.ita
nec per alienationem legalem prout eſt
vſucapio quæ dicitur alienatio legalis:
vt.l.alienationis.ff.de verb.ſigni.ita te-
net glo.Bar.& alij in.d.l.vſucapio.¶ Et
ſic habes differentiā inter præſcriptio-
nem rerum immobiliū,& vſucapionem
mobilium:quia per prȩſcriptionē tolli-
tur ius hypothecæ : vt.l.j.&.ij.C.ſi ad-
uer.cred.lib.vij.ſed per vſucapionē nō.
d.l.vſucapio.&.l.iuſta §.non mutat.ff.
de vſucap.¶ Et ratio differentiæ inter
præſcriptionem.& vſucapionem ſecū-
dum gl.in.d.l.vſucapio eſt:quia in prȩ-
ſcriptione requiritur maius tempus:&
ideo etiam ineſt maior negligentia cre-
ditoris non agentis quam inſit in vſu-
capione.¶ Et iſtam rationē melius de-
clarat Barto.poſt Pe.de bellaper.in.l.j.
§.cum prædiū.ff.de pigno.dicens quod
in præſcriptione interuenit tēpus ſuffi-
ciens ad tollendum hypothecariam:&
contra creditorem non excipitur quod
poſſeſſor acquiſiuerit dominiū per poſ-
ſeſſionem.x.annorum cum tit.& bona-
fide ſed excipitur quod poſſeſſor preſcri
pſit contra hypothecariam.¶ In vſuca-
pione autem iſtud ceſſat : quia tempus
triennij non eſt ſufficiens ad præſcribē-
dum contra aliquam actionem & ideo
non poteſt tolli actio hypothecaria per
trienniū:& licet triēnio acquiratur do-
minium rei mobilis,tamen ſeparata eſt
cauſa dominij ab hypotheca ita vult gl.
in.d.l.vſucapio.& ſentit Bart.in.d.§.cū
15 prædium.¶ † Sed dubitatur quare ma-
ius tēpus præfigatur ad prȩſcribendum
iuri hypothecȩ in re immobili,videlicet
decēniū:quā in vſucapione hypothecæ
rei mobilis.Nam videbatur quod ſicut
in præſcriptiōe hypothecæ rei immobi-
lis præfixum eſt tempus decēnij habito
reſpectu ad præſcriptionē dominij di-
ctæ rei quȩ decēnio perficitur:ita & in
re mobili debet fieri ꝙ ſicut dominium
vſucapit̃ triēnio,ita & ius hypothecȩ de
bere vſucapi?¶ Sed in hoc Barto.in.d.
l.j.§.cùm prædium.dicit quod alia ra-
tio reddi nō poteſt:niſi quia ſic placuit
vt.l.nō omniū.ff.de legi.& hoc ſecūdū
eum



eum probatur in tex.d.§.cū prædiū.ibi
nec vſucapione perimi placuit:& ita te-
nendum puto:quia ratio quæ aſsignat̃
per gl.in.d.§.cū prȩdiū.& in.d.l.vſuca-
pio.& in.l.j.in gl.magna.C.ſi aduer.cre
di.videlicet ꝙ ſit differētia inter domi-
niū & hypothecā & ꝙ per vſucapionē
triēnij queratur dominiū in re mobili,
& per præſcriptionē in eadem re quæ-
ratur exceptio cōtra hypothecā nō eſt
fundamētalis:quia regulariter actio nō
tollitur,neq; eliditur per exceptionem
minori tēpore quā xxx.annis vt.l.ſicut
C.de præſcrip.xxx.an.& ſpecialiter in-
ductū fuit vt actio hypothecaria tollat̃
x.annis inter præſentes &.xx.inter ab-
ſentes per tex.in.d.l.j.&.ij.C.ſi aduer.
credi.libr.vij.ad exēplū præſcriptionis
dominij quod quæritur p præſcriptio-
nem.x.vel.xx.annorū vt per totū titu-
lum.C.de præſcri.longi.tēp.& habetur
in.d.l.j.&.ij.¶ Et eodē modo videbatur
dicendū in vſucapione vt.ſ.actio hypo-
thecaria cōſiſtens in re mobili deberet
tolli per vſucapionē triennij ſicut p illā
quærit̃ dominiū:& tamen iura hoc no-
lunt:& vt dicit Bar.in hoc alia ratio aſ-
ſignari nō potuit,niſi qa ita placuit le-
16 giſlatori.¶ † Sed iterum dubitatur in
prædictis qd ſi aliqs poſſedit rē mobilē
cū ti.& bonafide.x.annis inter prȩſen-
tes:nunqd poſſeſſor tueri ſe poterit ad-
uerſus creditorē intendētē hypotheca-
ria?& gl.in.d.l.j.C.ſi aduer.cre.in gl.fi.
in fi.refert duas opiniones vnā Hyr.qui
tenuit ꝙ non:aliā autē Io.qui tenuit ꝙ
ſic.Et iſtā ſecūdā opinionē tenet etiam
gl.in.d.l.vſucapio.& iſtā approbat Bar.
ibi in fi.& ibidē Bal.in verſic.glo.quæ-
rit & poſt eum Saly.in verſicu.ſed iux-
ta hoc quæro per rationes ibi per eum
adductas : & ſic habes quod poſſeſſor
poſsidens cum tit.& bonafide triennio
rem mobilem vſucapit eam reſpectu
dominij : ſed non reſpectu hypothecæ:
ſed ſi cōtinuat in poſſeſsione vſq; ad de-
cenniū inter præſentes præſcribet etiā
contra actionem hypothecariam cōtra
creditorē.¶ Ex quo ſecūdū Sali.ibi ha-
bes vnum mirandum ꝙ ſcilicet repe-
riuntur duæ præſcriptiones ad diuerſa
& minus tempus quod ſufficit in prima
17 computatur in ſecunda.¶ † Sexto quȩ-
ritur in materia retentis terminis vſu-
capionis:an ſi creditor poſt rem mobi-
lem triennio vſucaptā à poſſeſſore egit
contra eum hypothecaria & rem ab eo
auocauit,an modo debitor poterit of-
ferre,vel ſoluere creditori & rē ab eo re
cuperare directa pignoratitia iuxta.l.
reſcriptū.§.j.ff.de diſtrac.pigno.& glo.
in.d.l.vſucapio.mouet iſtam dubitatio-
nem & reſpōdet ꝙ ſic,videlicet ꝙ debi-
bitor etiam iſto caſu poterit offerre,vel
ſoluere creditori,& auocare rē per dire
ctam pignoratitiā:quia nō poterit debi
tor repelli à creditore:ex eo ꝙ ipſe age-
re & obtinere nō potuerit cōtra vſuca-
ptorē qui contra debitorem vſuceperat
dominiū?quia dicit gl.q. tūc iſtud pro-
cederet quando ageretur rei vendica-
tione:ſecus autē quādo agitur actione
pignoratitia,quæ deſcēdit ex cōtractu:
nam actione ex cōtractu agitur contra
obligatū ex contractu etiam ſi res nō ſit
agentis,vel deſierit eſſe ſua,ſicut vide-
tur in cōmodante,vel deponente vt.l.
ita vt ſi fur.ff.cōmo.&.l.j.§.ſi prædo.ff.
depoſi.&.l.ſi rem.§.is quoq;.ff.de pig.
actio.& idē tenet gl.in.d.l.j.§.cū præ-
diū.ff.de pign.& cū glo.tranſeūt Bart.
Bald.Sali.& alij.¶ Septimò dubitatur
retentis eiſdem terminis,an poſtquàm
debitor recuperauit rem à creditore,vt
in proxima prȩcedenti.q.firmatum eſt.
An iterum ille qui dictā rem mobilem
vſuce

vſucepit, poſsit agere rei vendicatione
ad dictam rem contra ipſum debitorẽ?
& gl.in.d.l.vſucapio & in.d.l.j.§.cùm
prædium.reſpõdet ꝙ ſic & cũ gl.tranſ-
eunt doct.¶Sed iterũ dubitatur an ali-
quod remediũ poſsit adhiberi pro di-
cto debitore: vt ab eo res per vſucapto-
rem auocari non poſsit?& in hoc glo.in
dictis locis conatur dare plura reme-
media:quę recitat Bar.in.d.l.vſucapio.
& in.d.§.cũ prædiũ.& poſt eum Bal.&
Sali.& Bar.in.d.§.cum prædiũ.appro-
bat primũ conſiliũ,videlicet ꝙ debitor
in actu ſolutionis factæ creditori impe-
tret ab eo volente ceſsionem ſuæ hypo-
thecæ iuxta.l.Modeſtinus.ff.de ſol.Nã
cũ ea poterit debitor rem auerſus vſuca
ptorem retinere:ſicut poterat ipſe cre-
ditor.& nihil repugnat ſecũdũ Bart.ꝙ
debitũ principale ſit ſublatũ,& tamen
duret ius retinẽdi iuxta.l.debitor.ff.ad
treb.&.l.ex ſextãte.§.latinus.ff.de ex-
cep.rei iudi.&.l.fi.§.licẽtiam.C.de iu-
re delib.&.l.j.C.ſi anti.credi.pi.vendi.
¶Et ſecundũ eum iſte erit vnus caſus
in quo cedetur hypothecaria ſine prin-
cipali iuxta not.per ipſum in.l.fideiuſ-
ſor obligari.in princ.ff.de fideiuſ.¶Sed
iſtud remedium,ſeu cõſilium reproba-
uit gl.in.d.§.cum prædiũ.& iſtã repro-
bationem glo.ſequuntur Iac.de are.Ia.
but.Barto.& Saly.in.d.l.vſucapio.licet
Bal.ibi dicat ꝙ iſtud cõſiliũ poſsit ſal-
uari.¶Sed facit dubiũ ꝙ ſaluari nõ poſ-
ſit qa.d.l.Modeſtinus.& materia loq-
tur qñ ſunt plures obligati:qa vnus ſol-
uens poteſt impetrare ceſsionẽ contra
alium: nos autẽ ſumus in vno ſolo de-
bitore vnde non videt ꝙ ipſe poſsit im-
petrare ceſsionẽ contra ſeipſum:niſi di-
cas ꝙ ceſsio nõ poteſt impetrari ad ef-
fectũ agendi,ſed ad effectum retinendi
pro defenſione rei contra alium agen-
tem:& ita loquitur Bart.ibi & ꝙ ceſsio
poſsit fieri iſto modo.ſ.pro tuitione,ſeu
defenſione rei latæ habetur per gloſſ.in
l.per diuerſas.C.manda.& ibi Barto.in
pen.col.in verſi.iij.excipit tex.& faciūt
quæ notaui.ſ.in.v.parte prin.in.iij.mẽ-
bro.& ideo puto opinionẽ Bart.in hoc
poſſe ſaluari.¶Circa autẽ alia remedia
tradita per gl.in.d.§.cùm prædium nõ
inſiſtã amplius:ſed vide ibi per Bart.&
alios.& in.d.l.ſi vſucapio:& vt videbis
vix põt ſubſtineri vllũ aliud remediũ,
18 ſeu cõſiliũ in hoc.¶†Octauò,quæritur
ſtãte ſtatuto quod nullis actionibus ci-
uilibus præſcribatur minori ſpatio quã
xxx.annis.an in tali ſtatuto comprehẽ-
datur etiam hypothecaria?& ſic an hy-
pothecaria ſit actio ciuilis,vel prætoria
& in hoc Ang.multum ſubtiliter in cõ-
ſil.ccij.in quæſtione Ioannis laufredi.
firmat quod hypothecaria in effectu ſit
actio ciuilis,& comprehendatur in ſta-
tuto per fundamenta quæ ibi adducit:
& de hoc etiã aliquid dicam.ī.in.viij.
19 parte in materia hypothecariæ.¶†No-
nò,quæritur quid de pignoratitia actio
ne directa quanto, ſcilicet tempore ei
præſcribatur?& in hoc pro intelligentia
præmittendum eſt quod pignoratitia
nõ oritur tempore initi contractus,ſed
oritur cum eſt ſolutum vel ſatiſfactum
creditori vt eſt tex.in.l.ſi rem alienam.
§.omnis.ff.de pigno.actio.& ibi Barto.
optimè declarat:dicens quòd pignora-
titia bene oritur ex cõtractu dudũ ini-
to & celebrato ſequuta traditiõe pigno
ris facta ipſi creditori,& ſic ꝙ naſcitur
ex materia antiqua:ſed reſpectu tẽpo-
ris oritur facta ſolutione,vel ſatiſfactio-
ne ad idem tex.in inſti.qui.mo.re.cõtra
obli.§.fi.& ibi gl.¶Ex quibus infertur
quod contra actionem pignoratitiam
incipit currere præſcriptio à die natiui-
tatis



tatis illius:qa ante currere non põt vt.l.
j.in fi.C.de anna.excep.& not.Bart.in
d.§.omnis ſed reſpectu iuris offerẽdi ꝙ
competit debitori ante ortam pignora-
titiam bene poteſt currere præſcriptio
contra tale ius offerendi quando compe
tit per modum actionis quia.ſ.traditũ
eſt pignus creditori,vt late notaui.ſ.in
v.parte in.iij.mẽbro.& habetur per glo.
& doc.in.l.cùm notiſsimi.§.eodẽ iure.
C.de præſcr.30.an.& habetur per Bar.
in.l.ſi pignori.in prin.ff.de vſucap.& in
d.§.omnis.in fi.& tunc decurſa præſcri
ptione contra tale ius offerendi:nõ po-
terit amplius cõpetere directa pignora-
ticia ipſi debitori:quia illa eſt ſequela iu
ris offerendi & non competit,niſi obla-
to vel ſoluto debito:vt no.gl.Bar.& alij
in.d.§.omnis.& hoc modo debet intel-
ligi id quòd nõ.Pau.de caſt.in conſi.cc-
xciiij.ego Paulus &c.dum dicit quòd
ex quo eſt in poteſtate debitoris afferre
& ſoluere,& ſic facere quod pignorati-
cia oriatur quod iam poſſe agere vide-
tur.l.qui poteſt facere.ff.de reg.iur.&
per conſequens quod actioni pignorati
ciæ præſcribatur & allegat gl.in.d.l.cũ
notiſsimi.§.eodem iure.quia debet in-
telligi quòd præſcribatur iuri offeren-
di & in conſequentiã ipſi pignoraticiæ:
20 vt dictũ eſt.¶†Sed conſiderãdo ipſam
pignoraticiã de per ſe videlicet poſtquã
nata eſt:puta qa facta ſit oblatio anquã
ſit ſublatum ius offerendi præſcriptio-
ne:& orta ſit pignoraticia:tũc ſi quæra
tur quanto tempore præſcribatur dictę
actioni pignoraticiæ?dicendũ erit quòd
talis actio eſt perſonalis:& ei non præ-
ſcribitur.x.vel.xx.annis ſed ad eius prę
ſcriptionẽ requiritur tempus.xxx.anno
rum vt.l.ij.C.de conſti.pecu.&.l.neque
mutui.C.in qui.cau.nõ ob.lon.tem.prę
ſcri.ita tenet glo.in.l.nec creditores.in
gl.iij.C.de pigno.actio.& cum gl.tranſ
eunt ibi Bal.& Salyc.poſt alios per eos
21 relatos:¶†Sed dubitatur, an iſta præ-
ſcriptio quæ inducta eſt contra pignora
ticiam procedat de iure canonico?& vi
detur dicendũ ꝙ non qa creditor habet
ſcientiã rei alienæ:& ſic licet non ſit in
mala fide,ex quo poſsidet de cõſenſu de
bitoris:tamẽ ipſa ſciẽtia rei alienæ ęqui
paratur malefidei vt per Bal.in.d.l.nec
creditores.& de iure canonico ſecundũ
magis cõem opinio.etiam in iuribus &
actionibus perſonalibus mala fides im-
pedit præſcriptionem,vt late per oẽs ca
no.in.c.fi.de præſcri.& per modernos
in tractatu præſcriptiõis in.ij.parte ter
tiæ partis principalis in.q.xiij.nu.24.
22 car.15.¶†Tamen hoc non obſtante in
hoc eſt aduertẽdũ ſecũdũ dictos moder
nos.in.d.q.xiij.nu.70.&.71.ꝙ dicta cõ
cluſio communis limitatur vt procedat
quo ad eũ cui actio competit:qa multa
fides præſcribere volentis contra illum
cui competit actio impetit preſcriptio-
nem:ſecus autem eſt ſi nondũ actio cõ
petit,ſed competere poteſt acceptando
ius ſibi de iure delatum:quia tunc etiã.
quod ille qui vult pſcribere ſciat illud
ius competere,non dicetur in mala fi-
de:& poterit preſcribere,ita tenet Per.
de ancha.in.c.ſine poſſeſsione.col.ix.de
regul.iu.in.vj.& ſequitur Socin.in con
ſi.lxiij.in cauſa vertenti.inter.d.Cathe
rinam.col.iij.verſic.præterea: vt latius
23 per dictos modernos in.d.tract.¶†Et
corroboratur prędicta per no.per.Cor.
in conſi.ccvj.circa thema ſecundo vol.
vbi etiã dicit ꝙ dicta communis conclu
ſio ꝙ cum mala fide,non procedat prę-
ſcriptio,non habet locũ in eo ad quod
quis non tenetur actione:ſed officio iu-
dicis tantũ:qa ex quo non tenetur iure
actionis non poteſt dici in mora neq; in
pecca-

peccato:nõ ſoluendo:ſed requiritur interpellatio vt ibi latè per eũ.¶In propoſito ergo noſtro dicendum eſt ex prædictis:ꝙ quaten⁹ eſt reſpectu iuris offerendi:quod cõſiſtit in facultate & volũtate debitoris an.ſ.velit offerre debitũ creditori:ꝙ cõtra dictum ius procedat præſcriptio:qa creditor poſsidés pign⁹ ſpacio.xxx. annorũ excludit debitoré ab offerendo & per conſequens ab ipſa actione pignoratitia quæ oritur mediãte dicta oblatione:nõ obſtante ꝙ creditor ſciat dictũ ius cõpetere dicto debitori:ſi velit ipſum acceptare:qa requiritur qđ debitor acceptet dictum ius & offerat ad hoc, vt ſibi oriatur pignoratitia:ſed quatenus eſt reſpectu pignoratitiæ iam ortæ vel per oblationem vel per ſolutionem iam factã dicẽdũ eſt ꝙ creditor vel eius hæres ſcientes actionem prædictã iã cõpetere debitori non poſsint præſcribere contra dictã actioné:qa tũc eſſent in mala fide per prædi-

24 cta.¶† Dubitatur etiã in prędictis,an ſublata pignoratitia per præſcriptioné poſsit adhuc debitor agere contra creditoré rei vẽdicatione ad repetendũ ré pignoratã?& glo.in.l.j.§.j.in ver.ꝑ ſocio.in fi.C.de anna.excep.tenet ꝙ ſic. & intellige tu ꝙ iſto caſu debitor poſsit agere tam primæua actione ſibi competenti ex dñio quod habet debitor ante hypothecationé:quã etiam ex dñio qđ ſibi ſuperuenit mediante poſſeſsiõe, & præſcriptione cauſata ex perſona creditoris:qa.ſ.donec creditor poſſedit:debitor pręſcripſit poſsidẽte creditore:vt.l. ſerui nomine.ff.de vſuca.vnde licet pignoratitia ſit ſublata: poteſt nihilominus debitor agere cõtra creditorem rei vendicatiõe tã pro dominio veteri quã nouo:& quãuis doc.in hoc trãſeãt cum glo. Tamen difficultas conſiſtit in modo & forma practicãdi,quomodo.ſ.debitor agens cõtra debitoré qui pręſcripſit cõtra pignoratitiã & intẽdãdo rei vendicationé poſsit offerre debitũ ipſi creditori:& in hoc Angel.in.d.§.j.poſt Cy.plura dicit,& plura etiã ponit Angé.& Imol.in.l.pignori.ff.de vſucap. quos oés refert Ang.de are.inſti.de act. in.§.actionũ.in col xxiij.in glo.in ver. pignoratitia.vbi optunè declarat:& id quãdo caſus occurreret in facto,recurras ad eum, & per hæc ſit expeditum iſtud ſecundum membrum.

✤ Summarium. ✤

1 ☞ *Pignus vel hypotheca,an tollatur nouatione.*

2 *Nouatio neceſſaria quæ fit per litis conteſtationem vel per ſententiam non eſt priuatiua ſeu extinctiua primæ obligationis:ſed cumulatiua aliorum effectum cum primo.*

3 *Nouatio inualida non tollit pignora, vel hypothecas præcedentis obligationis.*

4 *Pignora noua data in obligatione nouante inualida accumulantur veteri obligationi.*

5 *Cautela pro liberanda prima hypotheca.*

6 *Hypotheca prima non cenſetur nouata nec ſublata per prorogationem termini ad ſoluẽdum facta debitori.*

7 *Hypotheca expreſsè in obligatione nouante repetita cenſetur repetita cum priuilegio prælationis.*

8 *Vſura,mora dilatio,& ſimilia,an in obligatiõe volũtaria nouãte cẽſeantur repetita.*

9 *Qualitate rei hypothecatæ mutuata,an nihilominus duret hypotheca.*

10 *Qualitate res legata mutata,an pereat legatum.*

11 *Debitor prohibens in ſuo teſtamẽto pignoris alienationem,an præiudicet creditori:& an hac prohibitione reſoluatur hypotheca.*

12 *Creditor permittens pignus vẽdi,vel permutari per debitorem,an perdat hypothecam.*



13 *Creditor conſentiens debitori alienanti,vel obliganti rem ſibi obligatam videtur remittere ius pignoris.*

14 *Hypotheca,an poßit renũtiari per mulierẽ.*

15 *Creditor conſentiens debitori quòd eius hæres alienet pignus,an renuntiet hypothecæ.*

16 *Hypotheca tollitur per conſenſum creditoris non ſolum reſpectu eius qui conſenſit,ſed alterius qui in eius locum,ſeu ius ſuccedit.*

17 *Creditor emens rem à debitore videtur hypopothecam remittere.*

18 *Creditor ſubſcribens chyrographo debitoris vendentis alteri vel obligantis videtur hypothecam remittere.*

19 *Creditor reſtituens debitori chyrographum in quo res eſt ſibi obligata cenſetur hypothecam remittere.*

20 *Reſtituens pignus,an cenſeatur ius pignoris remittere.*

21 *Conſenſu creditoris in caſu pignoris per debitorem alienandi,quid operetur.*

22 *Creditor conueniens cum debitore vt ad eũ pignus pleno iure pertineat remittit hypothecam.*

23 *Præſentia creditoris in venditione pignoris, quid operetur.*

24 *Argumentum de libertate ad pietatem validum eſt.*

25 *Fiſcus alienans rem alteri obligatam, an & quo caſu tollat ius pignoris.*

26 *Hypotheca non cenſetur remiſſa per conſenſum creditoris de alienando vno modo ſi alio deteriori modo alienetur.*

27 *Hypotheca non cenſetur remiſſa per alienationem factam de conſenſu creditoris,ſi talis alienatio non valeat.*

28 *Hypotheca vendita per debitorem de conſenſu pupilli creditoris ſine tutore,vel decreto iudicis non cenſetur remiſſa.*

29 *Hypotheca non poteſt remitti gratis per filium vel ſeruum in cauſa peculiari.*

30 *Hypotheca non cenſetur remiſſa per cõſenſum de alienãdo,ſi alienatio non ſequatur.*

31 *Alienatio ficta etiam cum conſenſu creditoris non tollit hypothecam.*

32 *Hypotheca non cenſetur remiſſa, ſi debitor vendat de conſenſu creditoris poſt tempus cõuentum.*

33 *Hypotheca, an ſolo conſenſu diſſoluatur.*

34 *Exceptio intentionis & facti non dicitur proprie exceptio.*

35 *Pactum tacitum nihil poteſt remittere.*

36 *Pactum de non petendo debitum principale, an extingat hypothecam.*

37 *Hypotheca remiſſa non cenſetur debitum principale remiſſum.*

38 *Hypotheca per ſtipulationem contracta,an ſolo conſenſu diſſoluatur.*

39 *Sententia lata contra debitorem poſt rem obligatam creditori præiudicat ipſi creditori ſcienti & patienti:ſimiliter lata antequã res ſit ipſi obligata.*

40 *Sententia lata contra debitorem quo caſu præiudicet creditori & quo caſu non.*

41 *Sententia lata contra creditorem cõuentum præiudicat debitori ſcienti & patienti.*

42 *Sententia lata contra creditorem agentem, an priæudicet debitori.*

43 *Sententia lata in fauorem tertij creditoris contra primum,an præiudicet ſecundo.*

44 *Sententiæ ſemel parens per reſtitutionem rei,an ſi res iterum redeat ad condemnatum poßit iterari executio.*

45 *Obligans pignus pro alio, an teneatur diu pati talem obligationem:& an poßit poſt tẽpus aliquod petere liberationem pignoris.*

46 *Dictio diu,quãtum tempus comprehendit.*

47 *Debiti principalis remißione exiſtente inualida,an nihilominus valeat pignoris liberatio.*

48 *Debito principali viciato,an vicietur etiã pignoris remißio.*

¶Tertium membrum.vj.partis principalis.

Anto.de fa.de pi.& hyp. y Ag-

AGgrediendo ter
tium membrũ huius.vj.
partis principalis,in quo
videbimus diuerſos alios
modos vltra prædictos: quibus pigno-
1 ra & hypothecæ tolluntur. ¶† Et pri-
mò quæritur, an pignus vel hypothe-
ca tollatᷤ nouatiõe:& in hoc cõplectẽdo
totã materiã pro clariori intelligentia
ponã regulã & fallẽtias:regula ergo ſit
ꝙ pignus & hypotheca tolliᷤ & liberatᷤ
facta nouatiõe legitimæ vt eſt tex.in.l.
nouatiõe.ff.de noua.& in.l.ſolutum.in
prin.ff.de pig.act.fallit aũt dicta regula
quatuor modis.¶Et primò fallit qñ de
bitor ſimpliciter dedit alia pignora poſt
prima.qa ꝑ hoc nõ liberantur priora pi
gnora:ſed iſta eis accumulantur. nã ex
hoc nõ diciᷤ inducta nouatio:vt ergo re
gula ꝓcedat requiriᷤ ꝙ in hac ſecunda
datiõe pignorũ ſit repetitũ debitũ prin
cipale,& expreſsè deductũ in nouã obli
gationẽ:ita ſingulariter declarat Bart.
in.l.valerian⁹.in vlt.q.ff.de præto.ſtip.
& ſequiᷤ Pau.de caſt.in.l.ſolutũ.§.oĩs.
2 ff.de pigno.actio.¶† Secundò fallit di-
cta regula in nouatione neceſſaria: &
ſic ſolũ regula militat in nouatione vo-
luntaria:nõ aũt in neceſſaria quæ fit ꝑ
litis cõteſtationẽ & ſẽtẽtiã declarãdo
tñ vt per gl.no.in.l.j.in gloſ.fi.C.de iu-
di.vt eſt text.in.l.aliã.ff.de noua.& ibi
declarat Bar.& no.glo.in.d.l.nouatio-
ne.vnde licet creditor ſit cõteſtatus li-
tẽ ſuꝑ hypothecaria cõtra ſuũ debito-
rem:per hoc nõ ſunt liberata pignora&
hypothecæ: & ſimiliter ſi debitor ſit ꝑ
ſentẽtiã cõdẽnat⁹:vt.l.grege.§.etiã.ff.
de pigno.& declarat gl.j.in.d.l.ſolutũ.
in prin.& ratio eſt:qa ꝑ litis cõteſtatio
nem & ſententiã inducitur nouatio ne-
ceſſaria nõ autẽ voluntaria vt declarat
gl.& ibi Iaſ.poſt alios in.l.j.C.de iud.
¶Ratio aũt ratiõis eſt: qa nouatio ne-
ceſſaria quæ fit per litis cõteſtationem
vel per ſententiã non eſt priuatiua ſeu
extinctiua primæ obligationis: ſed eſt
accumulatiua aliorum effectuum cum
primis:vt declarat Bart.in.l.aliã.ff.de
noua.& Iaſ.in.d.l.j.in.iiij.col.in ver.ha
bes &c.C.de iudi.Itẽ eſt alia ſpecialis
ratio in pignore,& hypotheca:qa.ſ.ſpe
cialis cõditio hypothecæ eſt,vt non tol
latur actio hypothecaria, niſi prius ſit
ſolutum,aut ſatiſfactum creditori:ſed
per litis cõteſtationẽ aut ſententiã nõ
diciᷤ ſatiſfactũ creditori:merito nõ di-
citur ſublatũ pignus, vel hypotheca vt
probat tex.in.d.l.grege.§.etiã.ff.de pi-
gno.¶Addit etiã Sal.in.l.vni.C.etiam
ob chirogra.pecu.in.j.co.in ſecũdo no.
tertiã rationẽ:ſed in effectu eſt eadẽ cũ
prima.ſ.relata. ¶Tertiò,fallit regula,
qñ in nouatione volũtaria expreſsè cõ-
uentũ fuiſſet vt pignora,ſeu hypothecę
prioris obligationis eſſent repetita in
obligatione nouante. tex.eſt in.d.l.j.in
prin.C.etiã ob chiro.pecu.& in.d.l.ſo-
lutũ.in prin.& in.l.nouatiõe.&.de fide
iuſ.& declarãt gl.& doc.in locis prædi
3 ctis.¶† Quartò fallit dicta regula, qñ
nouatio volũtaria nõ valeret:qa per no
uationẽ inualidã nõ tolluntur pignora
& hypothecæ præcedentis obligatiõis:
ſed regula habet locũ,qñ nouatio fuit
valida: vt eſt text.in.l.nouatione.ff.de
noua.& in.d.l.nouatiõe.C.de fideiuſ.
& no.gl.& ibi ſequunᷤ doc.in.d.l.j.C.
ẽt ob chiro.pecu.in gl.in ver.trãſtuliſti
dum opponit de.l.debitũ.C.de renũ.
4 pig.& de.l.illud.ff.ꝙ me.cau.¶† Quin
imò tũc ſi in obligatione nouante inua
lida præſtenᷤ ꝑ debitorẽ noua pignora
illa etiam tenebuntur ꝓ veteri obliga-
tione.tex.eſt in.l.ſi paternã.C.ad velle.
quem ad hoc Bald.ibi in.iij.no.reputat
mirabilẽ: vt.ſ.pignus datum pro obli-
gatione nouante inualida teneatur ꝓ
priſtina:quæ nõ fuit cum effectu noua-
ta:& ibi etiã eſt tex.ꝙ quãdo obligatio
nouans valeret pro parte, & pro parte
nõ:ꝙ pro illa parte pro qua valeret ceſ
ſant pignora prioris obligationis: & ꝓ
parte pro qua nõ valeret obligatio no-
uans remanent pignora prioris obliga-
tionis & ibi etiam declarant Bal.& alij.
5 ¶† Et ex prædictis potes ſumere nota
bilem cautelã:ꝙ ſi debeas Titio cẽtum
cũ pignoribus vel hypothecis ſi velis li
berare pignora ſine ſolutione,debes ab
eodẽ ſumere decẽ mutuo,& ꝓmittere
illi ſoluere totã quãtitatẽ:videlicet cen
tũ &.x.& obligare te ꝑ inſtrumẽtũ ani
mo nouandi priorẽ obligationẽ,nõ ali-
ter repetẽdo prima pignora in obliga-
tione nouãte:nã ꝑ hoc cẽſebunᷤ libera-
ta priora pignora: & incipiet noua hy-
po.tẽpore obligationis nouatę ita do-
cet Alex.in.d.l.ſolutũ.in prin.quod no
6 ta.¶† Aduerte tamen ꝙ licet prædicta
ꝓcedãt in nouatione:tñ ſecus eſt in ꝓ-
rogatione termini ad ſoluendũ:qa ꝓro
gatio termini cẽſetur facta ſub eiſdem
pignoribus:pœnis: renũtiationibus &
clauſulis,prout erãt in primo termino
tex.eſt no.in.l.legem.C.loca.& ibi no.
Bal.& reputat mẽti tenendũ:& eſt bo-
na gl.in.l.Aemilius.in prin.in ver.reſti
tui.ff.de mino.& ſic habes ꝙ ꝓrogatio
termini nõ inducit nouationẽ:cuius tñ
cõtrarium voluit Bar.in.l.pe.in verſic.
quæro qd ſi ego ꝓmiſi.ff.de præto.ſti-
pu.tñ illud ꝙ dicit Bar.ibi procedebat
de iure digeſtorũ:nõ aũt ꝓcedit hodie
per.l.fi.C.de nouatio.qa ſecũdũ termi
nos.d.l.fi.hodie nõ fit nouatio,niſi ex-
preſsè agaᷤ:& ita illud dictũ Bar.intel
ligit Alex.in cõſi.xiij.viſis & cõſidera-
tis in.ij.vol.& adde prædictis Iaſ.in.l.j.
§.& poſt operis in.ij.col.in verſi.no.di
ligẽter.ff.de no.oper.nũ.& latius in.l.j.
7 in duabus vlt.col.C.de iud.¶† Sed du
bitatur in prædictis qñ pignora prioris
obligatiõis repetunᷤ in obligatiõe no-
uãte,an cenſeantur repetita cum priui
legio prioritatis.i.ꝙ ſicut creditor vigo
re prioris obligatiõis erat anterior ſe-
cundo.ita ſit etiam vigore ſecũdæ obli
gationis nouantis primam,in qua ſunt
repetita pignora prima: & breuiter de
hoc eſt tex.no.ꝙ ſic in.l.iij.in princi.&
ibi Bar.& doc.ff.q po.in pi.hab.eſt eñ
ibi tex.ꝙ primus creditor mutuauerat
debitori acceptis ab eo pignoribus:
poſtea ſecũdus creditor mutuauit eidẽ
debitori acceptis ab eo eiſdẽ pignorib⁹.
tertio loco primus creditor mutuauit
eidẽ debitori aliã quãtitatem:& etiam
nouauit primã obligationẽ repetendo,
tñ pignora primæ obligatiõis,& adden
do etiã alia pignora:diciᷤ ibi ꝙ repeti-
tio dictorũ pignorũ facta in obligatiõe
nouãte cẽſetur facta cũ prælatione re-
ſpectu ſecũdi creditoris:& ſic cũ priori
tate tẽporis ꝓut erãt in prima obliga-
tione nouata:& ꝙ ſicut ex prima obli-
gatiõe primus creditor veniebat præſe
rẽdus ſecũdo,ita & pręferri debebit ex
obligatione nouãte in qua ſunt repeti-
ta pignora.¶Intellige tñ tu reſpectu pe
cunię primo loco mutuatę in obligatio
ne nouata:nõ autẽ reſpectu pecuniæ ſe
cundo loco mutuatę in obligatiõe no-
uante & nouorũ pignorũ ſuperaddito-
rũ in ſecũda obligatiõe nouante: qa in
iſtis ſecũdus creditor erit anterior pri-
mo ita declarat gloſſ.in.d.l.iij.in princ.
8 ¶† Quid aũt dicẽdũ ſit in alijs effecti
bus reſultationibus ex obligatiõe puta
in vſuris in mora in dilatione & alijs
priuilegijs an.ſ.illa cenſeantur repeti-

ta in obligatione voluntaria nouante?
non eſt materia noſtra:ſed vide ꝑ Bart.
in.l.ſi ſtichum.§.j.& in.l.aliã.ff. de no-
ua.& per Ange.de are.inſtit.de actio.§.
Fuerat.in.xj.&.xij.col.in ver. an aũt &
qñ ſi actio de dote &c.& ꝑ Bar.& Alex.
in.l.ſi diuortio.ĩ.ij.col.in ver. in tex.ibi
centũ &c.ff.de ver.obl. & ibidẽ per Iaſ.
in fi.qui tenet opi.Raph. contra Barto.
Alex.& alios communiter:quod aliter
non diſcutio : ꝗa ſunt termini diuerſi à
9 materia noſtri tractatus &c.¶†Secun-
do quærit,an mutata qualitate rei hy-
pothecate duret hypotheca? & breuiter
dicendũ eſt ꝙ hypotheca non extingui
tur,nec per aditionẽ nec per detractio-
nem qualitatis rei hypothecatæ vt eſt
tex.in.l.ſi fundus.§. ſi res.ff. de pigno.
vbi ponitur exemplum de domo hypo-
thecæ data ex qua fuit effectus hortus:
item de area data pignori ex qua fuit ef
fecta domus : item de terra in qua fuit
plãtata vinea.¶Et facit tex.in.l.domo.
ff.de pigno.actio.& quod ibi no. per gl.
& ſcribentes.¶Secus autẽ ſi non quali-
tas:ſed ſubſtãtia rei hypothecatæ extin
gueretur:ꝗa tunc etiam pignus & hypo
theca eſſet extincta vt eſt tex.in.l. ſicut
in prin.ff.q.mo.pig.vel hy. ſolu. & hoc
niſi procedat ex culpa debitoris : quia
tunc etiam ꝙ res eſſet extincta omnino
debitor teneretur ad intereſſe credito-
ris tex.& ibi glo.in.l.ſeruum.ff. de pig.
in glo.in ver.tenetur & ibi ſequitur Sa
li.¶Intellige tamen ꝙ etiam quod hy-
potheca extinguatur per extinctionem
rei hypothecatæ , vt dictum eſt : tamen
ipſa obligatio principalis & ius crediti
nõ perit ſed durat vt eſt text.& ibi Bal.
10 & alij in.l.ſeruo.C.de pigno.¶†Quid
aũt ſit in legato,an pereat legatũ ſi mu-
tetur qualitas rei legatæ?non eſt mate-
ria noſtra:ſed gl.in.d.l.ſi fund°.§. ſi res
opponit.de hoc tu vide tex. & ibi Bart.
in.l.ſi ita legatũ.§.fi.de leg.j.& ibi etiã
per gl.& Iaſ.& alios:& adde quæ dixi.
ſ.in iſta.vj. ꝑte in primo mẽbro nu.55.
11 ¶†Tertiò,quæritur,an hypotheca ſeu
pignus reſoluatur : ſi debitor in ſuo te-
ſtamento prohibeat creditoribus ſuis
alienationem pignorum , vel hypothe-
cæ ſub aliqua pœna? & breuiter dic ꝙ
nõ ꝗa debitor non põt preiudicare ſuo
creditori iuri hypothecæ iam ei acquiſi
te tex.eſt & ibi Bal.& Sal.in.l.j.C.de-
bi.vẽdi.pig.impe.nõ poſ. quod ibi Bal.
inducit ad .q. pupillaris ſubſtitutionis
vt ibi per eum.Adde prædictis tex.Bal.
& alios in.l.debitorem.C. de pigno.ibi
eſt text.quod debitor , neq; vendendo,
neq; donando,neq; legando , neq; fidei
committendo poteſt præiudicare credi
12 tori in pignore &c.¶†Quartò,quærit
in materia : ꝗa vt proximè dictum fuit
debitor vendẽdo pignus,vel aliter alie-
nando vt ſuprà ſine conſenſu creditoris
non diſſoluit hypothecam prędedẽtem:
vt eſt tex.ĩ.l.res.C.de remiſ.pig.& pro-
batur in locis allegatis in proxima præ
cedenti.q.quid ſi creditor conſentiat ꝙ
pignus vendatur,an per talem conſen-
ſum cenſeatur remittere ius ſui pigno-
ris.¶Et in hoc complectẽdo totam ma-
teriam pone regulam , ampliationes,&
fallentia. ¶Regula ergo ſit quod cre-
ditor cõſentiendo pignus vendi per de-
bitorem cenſetur remittere ius ſui pi-
gnoris:vt eſt tex.ĩ.l. ſi debitor.§.j.ff.q.
mo.pig.vel hyp.ſol.& in.l.iiij.§.ſi in vẽ
ditione.&.l.ſicut.§.ſi voluntate.eo.tit.
& in.l.ij.C.de remiſ.pig. & in.l. credi-
tor.ff.de reg.iu.¶Amplia modo regulã
xj.modis. Et primò , amplia vt regula
procedat non ſolũ quando creditor con
ſentit quod pignus vendatur ſed etiam
ſi conſentiat quod permutetur vel do-
netur



netur vel in dotem detur : nam ſemper
videtur remittere ius pignoris : vt eſt
text.in.d.l.ſi debitor.§.j. & de datione
in dotem eſt text.in.l.Lucius.eod.titu.
¶Secundò,amplia regulam vt procedat
etiam in omni alio actu , ſeu contractu
per quem dominium trãsfertur:etiam
ſi hoc fieret in vltima voluntate : vt eſt
tex.in.l.ſicut.§.venditionis.ff.qui.mo.
pi.vel hy.ſol.& illum text.dicit eſſe vni
cum in iure Bal.in.c.j.§.præterea.qui.
mo.feu.amit.ad probandum de conſen
ſu præſtito ad hoc vt quis teſtetur de re
ſua & illum etiã allegat pro ſing. Bald.
in venditione.C.pro empto.& in.l.quo
ties in omnibus.C. de fideicõ.& in .l. ſi
tibi.§.de pignore.ff.de pac.& ita refert
Alexã.in.d.§.venditionis. in apoſtil.ad
13 Bar.¶†Tertiò amplia regulam etiam
ſi creditor cõſentiat quod debitor obli-
get alteri rem ſibi obligatam : ꝗa ꝑ hoc
videt̃ creditor remittere ius ſui pigno-
ris:vt dicit tex.in.l.Paulus.in princi.ff.
quib.mo.pig.vel hypo.ſol.¶Iſtud autẽ
poteſt intelligi duobus modis:vno mo-
do quod dictum ius pignoris cenſeatur
remiſſum reſpectu illius tantũ credito
ris cui debitor de conſenſu primi obli-
gauit : & ſic quod ſecundus ſit modo
prior primo ſed quo ad alios creditores
remaneat ius hypothecę dicti primi cre
ditoris:& ita intelligit gl. in.d.l. Paul°.
in ver.remiſiſſe.& ita etiã intellexit gl.
in.l.iij.C.de remiſ.pig.& iſte intellect°
nullã habet difficultatẽ & ab omnibus
approbatur.¶Secũdo modo põt intelli
gi quod creditor cõſentiẽdo quod de-
bitor obliget alteri ſuũ pignus cẽſeat̃
in totum remittere ius ſui pignoris : &
quod ita in dubio ſit iudicãdũ & iſtud
tenet gl.in.l.creditor.§.fi.in gl.fi.ff.qui
po.in pi.hab. & iſtũ ſecundũ intellectũ
ſequitur Bar.in.d.§.fi.Idẽ tenet Bart.
in.l.fi.C.de remiſ.pi. in ver. ſecũdo ca-
ſu.vbi in hoc diſtinguit:ꝙ aut ſum° cer
ti quo animo creditor cõſenſerit debito
ri obliganti ſuũ pignus alteri an.ſ. ani-
mo remittendi quoad illum tantũ cre-
ditorem cui debitor obligauit:aut in to
tum vel non in totum & tũc ſtandũ eſt
certo vt.d.l.creditor.§.fi.aut de animo
non conſtat, & tunc ſi ſumus in maſcu-
lo præſumitur remiſiſſe in totũ & quo
ad omnes ius ſui pignoris.d.l. Paulus.
in princ.ſi autem ſumus in muliere di-
cendum eſt ꝙ cenſeatur remittere ius
ſui pignoris quoad ſecundũ creditorẽ
tantùm per.l.iubemus.C.ad velle.¶Sa
ly.autem in.d.l.iij.C.de remiſ.pigno.la
te examinat hũc articulum : & tandem
per multa cõcludit ꝙ in dubio primus
creditor cenſeatur remittere quoad il-
lum tantùm cui conſenſit obligari:non
autem in totum.¶Sed in.d.l.fi.eod.tit.
idem Saly. in fi.concordãdo.opi. tenet
ꝙ aut cõſenſus primi creditoris fuit ac-
cõmodatus ſecũdæ obligationi vel cre-
ditori hoc exprimẽdo & vera ſit opi.gl.
in.d.l.Paulus.in prin.& in.d.l.iij. vide
licet ꝙ quoad ipſum creditorẽ cui con
ſenſum accõmodauit cenſeatur remiſiſ
ſe ius pignoris & nõ in totũ:aut prim°
creditor non conſenſit cõtemplatiõe ſe
cũdi,nec expręſſa eius perſona:ſed ſim
pliciter ꝙ.ſ.debitor poſſit alteri obliga
re non exprimendo cui:& tunc vera ſit
opi.Barto.ꝙ in hoc dubio creditor cen
ſeatur in totum remiſiſſe ius ſui pigno-
ris:& ſubdit ꝙ hoc caſu fortè non eſt fa
cienda differentia inter maſculũ & fœ-
minam per no.per ſe in.l.etiã.C. ad vel
14 le.¶†Et iſta concordia Salyc. mihi ſa-
tis placet.præter ꝗ dum remouet diffe-
rentiam inter maſculum & fœminã:ꝗa
in hoc puto tenendam opi.Barto.ꝗa qñ
mulier renuntiat ſuæ hypothecæ reſpe

ctu vnius perſonæ quoad illam tantùm
ſibi præiudicat:& hoc eſt clarũ, vt.l.iu-
bemus.& ibi Bar.in.j.oppo.C.ad velle.
¶Quando autem mulier renũtiat iuri
hypothecæ generaliter ſuo marito:quo
caſu Saly.tenet ꝙ talis renuntiatio præ
iudicet quoad omnes:vt per eum in.d.
l.omnes.eſt aduertendũ ꝙ iſto caſu ta-
lis renuntiatio non valet:niſi maritus
remaneat ſoluendo in alijs bonis:quia
aliàs cenſeretur mulier donare marito,
vel pro illo ſe obligare quod de iure nõ
permittit:vt declarat Bart.in.d.l.iube-
mus in ver.vlti.ſcias:& ideo vera eſt dif
ferẽtia Bar.inter maſculũ & fœminã &
hoc modo debet intelligi illud quod cõ
ſuluit Ro.in cõſi.cxl. hæc venditio &c.
15 ¶†Quartò, amplia regulam vt pro-
cedat etiam in hærede debitoris:quia ſi
creditor conſentiat debitori vt alienet
pignus & non alienet debitor, ſed eius
hæres:adhuc ex tali conſenſu creditori
infertur præiudicium vt eſt in.l.ſicut.
§.ſi debitori.ff.qui.mo.pi.vel hy.ſol. &
16 ibi no.¶†Quintò,amplia regulã ꝙ cõ
ſenſus præſtitus per creditorem debito
ri ad alienãdum pignus reſpectu vnius
creditoris:non ſolum præiudicat reſpe
ctu illius creditoris,ſed etiam reſpectu
alterius creditoris,qui in ius illius ſuc-
ceſsit:iſte eſt tex.ſecũdũ intellectũ Bar.
in.l.Titius.§.fi.ff.qb.mod.pig.vel hyp.
17 ſol.¶†Sextò, amplia regulam vt pro-
cedat nõ ſolum in expreſſo cõſenſu,ſed
etiam in tacito: puta ſi duo creditores
habentes rem hypothecatam illam in-
ſimul emant à debitore. Nam hoc mo-
do ementes cenſentur remittere inuicẽ
ius hypothecæ:vt eſt tex.& ibi no. Bar.
in.l.Titius.in prin.ff.qui.mod.pig. vel
hypo.ſolu. Non tamen intelligas hanc
ampliationem in omni tacito conſenſu,
ſed in iſto caſu tantùm:ꝗ per alium ta-
citũ cõſenſum nõ cenſet̃ remitti ius pi-
gnoris vt dicetur infrà in prima fallen-
18 tia.¶†Septimò,amplia regulam vt pro
cedat etiam ſi creditor ſubſcribat ſe chi
rographo debitoris vel alij inſtrumen-
to,in quo debitor profitetur alteri ſecũ
cõtrahenti ꝙ dicta res nõ eſt alicui obli
gata quia per talem ſubſcriptionẽ cre-
ditor cenſetur remittere ius pignoris in
dicta re:vt eſt text.in.d.l.Titius.§.fi.&
in.l.ſicut.§.nõ videtur.co.ti.& ibi not.
Barto.& habetur per Barto.in.l.Gaius
ff.de pigno.actio.facit text.cum gloſ.in
l.fideiuſſor.§.pater.in fine.ff.de pigno.
Intellige tamẽ tu,niſi creditor ſubſcri-
beret ſe vt teſtis:quia tunc non cenſere
tur remittere ius pignoris:vt not.gloſſ.
in.d.l.ſicut.§. non videtur. & ibi Bart.
19 & Bartol.in dicta.l.Gaius.¶†Octauò,
amplia regulam vt procedat etiã ſi cre-
ditor reſtituat debitori cautionem chi
rographariam in qua erat ſibi res hypo
thecata: nam per talem reſtitutionem
cenſetur remittere ius pignoris:vt eſt
textus,& ibi notat Baldus in.l.creditri
cem.C.de remiſ.pign.facit tex.in.l.La-
beo.ff.de pact. quod videtur mirabile:
nam ſi creditor reddit pignus debitori
non cenſetur remittere debitum:vt.l.
poſtquàm. quæ eſt .l. ſequens poſt.d.l.
Labeo.& tamen per reſtitutionem chi-
rographi cenſetur remiſſum pignus &
debitum.¶Et dubitatur quæ ſit ratio
differentiæ?& glo. in.d.l. poſtquàm aſ-
ſignat plures rationes:ſed communiter
illa tenetur quòd reſtitutio inſtrumen-
ti vel chirograph.nõ poteſt afferre aliã
vtilitatem quàm liberationem:vnde ne
ſit fruſtratoria inducit liberationẽ,ſed
reſtitutio pignoris poteſt afferre alias
vtilitates:vt ibi per glo. Bar. Alexan.&
Iaſo. vbi etiam Iaſo. declarat & defen-
dit optimè primã rationẽ glo. quæ fuit
Marti.



Marti.& Irne.vide eum & adde no.per
Decium in.l.creditor.ff.de regul.iuris.
20 ¶†Aduerte tamen ad vnum in prædi-
ctis:ꝗ tex.in.d.l.poſtq̃.dicit ꝙper reſti
tutionem pignoris non cenſetur remiſ-
ſum debitum,& quæſtio noſtra non eſt
de hoc ſed nos quærimus, an per reſti-
tutionem pignori cenſeatur remiſſum
ipſum ius pignoris & hypothecæ quod
accedit debito principali:non autem in
ipſum debitum?& ꝙ per remiſsionem,
ſeu reſtitutionem pignoris non cenſea-
tur remiſſum debitum:ſed bene ius pi-
gnoris videtur tex.in.l.j.ff.de libe.lega.
vbi habere ꝙ ſi teſtator leget debitori
rem ſibi ab eo hypothecatã cenſet̃ lega-
tum ius pignoris vt.ſ.debitor cõſequa-
tur rem hypothecatam priuſq̃ cogatur
ſoluere hæredi debitum:& ita declarat
glo.& Bar.in.d.l.j.& magis clarè Bart.
in.l.ſi tibi homo.in princ.ff.de le.j.¶Et
iſtam opi.tenent etiam Albe.& Ray.in
d.l.Labeo. iuncta.d.l. poſtq̃. ita tenen-
dum puto:q̃uis Iaſ.in.d.l.Labeo. in vl-
tima colũ.in verſi.item pondera &c. te
neat cõtrariũ dicẽs gl.in.d.l.j.videlicet
glo.pe.tenere contrariũ & etiã ibi Bar.
¶Sed meo iudicio errat Iaſo. quia illa
glo.dubitat.an per legatũ pignoris om-
nis obligatio cenſeatur remiſſa?& dicit
quòd ſecundum.R. iſtud præſumitur
ſed ꝙ ſibi non placet:& ſic glo.ibi loqui
tur de omni obligatione tam principa-
li q̃ hypothecaria & bene dicit,ꝙ perſo
nalis id eſt ipſum debitum non cenſea-
tur remiſſum, ſed ſola hypothecaria:vt
ibi eſt tex.& ita etiam intelligit ibi Bar.
¶Et dictam concluſionem quòd teſta-
tor legãdo ſuo debitori rem obligatam
cenſeatur remittere ſolum ius pigno-
ris,& nõ pirncipale debitum firmat la-
te Iaſo.in.d.l.ſi tibi homo.in princi.ſu-
per glo.ij.vbi magis cõſideratè loquu-
tus fuit q̃ in.d.l.Labeo. & aſsignat Iaſ.
duas rationes differẽtiæ inter legatum
factum de ipſo pignore & legatum fa-
ctũ de chirographo.in quo debitũ con-
tinetur.quare.ſ.ſit ꝙ in legato pignoris
non cenſeatur remiſſum debitum: ſed
ſolum ius pignoris. in legato autẽ chi-
rographi cẽſeat̃ remiſſum vtrũq;:& pri
ma ratio fuit ſuprà aſsignata ex not. in
d.l.Labeo.¶Secũda ratio eſt: ꝗ ad re-
miſsionem principalis ſequit̃ remiſsio
acceſſorij, ſed non econtra:vt.l.j.§.j.ff.
qui.mod.pig.vel hyp.ſol.&.l. ex pupil-
lari.ff.de vulg.& pupil.vnde legando pi
gnus quod eſt acceſſorium non ſequi-
tur remiſsio debiti quod eſt principale.
¶Et ad prædicta adde no.conſil. Raph.
cuma.videlicet conſilium.xix. quidam
nobilis.& Decium in.d.l.creditor.ff.de
21 regu.iur.¶†Nonò, amplia regulam vt
procedat,etiam ſi res hypothecata quæ
fuit alienata per debitorem cum cõſen-
ſu creditoris:poſt modum fuerit per de
bitorem reacquiſita: quia etiam ſi eſſet
obligatio generalis omnium bonorum
præſentium & futurorũ:tamen res alie
nata de cõſenſu creditoris,& poſtea re-
acquiſita non reincideret in obligatio-
nem & hypothecã:tex. eſt ſingularis in
l.fi.C.de remiſ.pi.¶Multo ergo fortius
iſta concluſio procederet quando obli-
gatio nõ fuiſſet generalis bonorũ etiam
futurorũ:ſed ſpecialis alicuius rei:vt eſt
text.de hoc in.l. ſicut.§. ſuperuacuũ.ff.
quib.mod.pign.vel hypo.ſol. & ibi hoc
no.Bar.in verſi. venio ad ſecundũ &c.
¶Et iſta ampliatio declaratur vt proce
dat quando illa res eſſet reacquiſita per
debitorẽ ex noua cauſa diuerſa à prima
ex qua erat apud debitorẽ puta ex lega
to,vel ex donatione,vel dote data debi
tori tũc enim ꝓcedit ampliatio & in hoc
eſt mirabilis tex.i.d.l.fi.ꝗ ſicut quæli-



Biblioteca Universitaria

bet res de nouo quæſita debitori venit
in obligatione generali futurorum bo-
norum ita videbatur dicendũ in re alie
nata & poſtea reacqſita debitori ex no-
ua cauſa:& tamen in.d.l.fina.deciditur
contrarium:& ita declarat Barto.in.d.
§.ſuperuacuum. & in.d.l.fina.¶ Secus
autem ſi dicta res reacquiratur debito-
ri ex eadem cauſa ex qua fuit alienata
vel ex ſimili aut connexa:puta qa illam
ex pacto redemit:vel qa ei fuit redhibi-
ta:vel ex pacto adiectionis in diem vel
legis cõmiſſorie ad ipſum debitorem re
uerſa eſt:nam iſtis & ſimilibus caſibus
reincidet in obligationẽ & hypothecã
vt vult glo.in.d.l.fi.in glo.magna & ſe-
quuntur.ibi Bar.Bal.Saly.& alij:& eſt
tex.in voluntate in prin.ff.qui.mod.pi-
gno.vel hypo.ſol.¶ Et idem eſſet ſi ali-
quo alio modo venditio facta per debi-
torem de pignore cum conſenſu credi-
toris reſoluatur qa ſicut per talẽ reſolu
tionem reſtituitur debitori in re vendi
ta ius ſuum ita & reſtituitur creditori
ius ſui pignoris & hypothece vt eſt tex.
in.d.l.voluntate.in princ.&.§.fi.¶ De-
cimo amplia regulam vt procedat etiã
ſi creditor cõſenſit vt vendatur pignus
& ita venditum fuit:ſed tamen nondũ
fuit traditũ:qa quãuis adhuc debitor
non tradiderit:tamen cum tradere te-
neatur actione exempto : conſenſus eſt
validus & ius pignoris per illum remiſ-
ſum videtur:& idem eſt etiã ſi debitor
qui vendidit nondũ conſequutus ſit p̃-
cium ab emptore:nec etiã emptor para
tus ſit illud dare qa ex quo emptor ad
illud tenetur & cogi poteſt valet cõſen
ſus & preiudicat quo ad remiſsionẽ pi-
gnoris text.eſt & ibi no.in.l.ſicut.§.ſi.
debitor.ff.qui.mod.pig.vel hypo.ſol.&
no.gl.in.l.ſi debitor.§.q̃ritur in glo.in
22 verſi.impediat.eodem titu.¶ † Vnde-
cimo amplia vt regula procedat nõ ſolũ
quando creditor conſentit venditioni:
ſed etiam ſi conueniat cum debitore vt
res pignorata ad ipſum debitorem ple-
no iure ſpectet:quia etiã per dicta ver-
ba cenſetur dicta res liberata a nexu pi
gnoris vt per plura concludit Alexand.
in conſilio.cxl.viſo ſummario.vij.volu
23 mi.prima & ſecunda col.¶ † Fallit mo
do dicta regula.xij.modis.& primo fal
lit quãdo creditor fuit p̃ſens alienatio-
ni pignoris facte per debitorẽ & tacuit:
quia niſi expreſſe conſentiat vel alia fa
ciat de quibus ſupra in ampliationibus
dictũ eſt non cenſetur remittere ius pi
gnoris tex.eſt & ibi no.Bar.in.d.l.ſicut
§.non videtur.ff.qui.mo.pig.vel hypo.
ſolu.¶ Regula ergo procedit in exp̃ſſo
conſenſu:nõ autem in tacito reſultante
ex p̃ſentia:quia cum creditor p̃ſens &
tacens ſciat ſuum pignus durate non
obſtante alienatione facta per debitorẽ
ſibi non p̃iudicat vt eſt tex.& glo.in.d.
§.non videtur.¶ Iſta autem regula re
ſtringitur quinq; modis neceſſarijs:&
primo fauore libertatis : qa creditor p̃-
ſens & tacens ſeruum ſibi obligatũ ma
numitti cenſetur conſentire & remitte
re ius ſue hypothece vt.l.j.C.de remiſ.
pign.& ibi per gl.Bald.& Saly.¶ Secun
do reſtringitur iſta prima fallẽtia fauo
re religionis:vnde ſi ſeruus mihi pigno
ratus me ſciente & patiẽte fuerit dona
tus eccleſię:videor cõſentire & ius mei
pignoris remittere vt in auten.ſi ſeruus
ſciente domino.C.de epiſco.& cleri.&
liij.diſt.c.ſi ſeruus.& tenet Bald.in.l.j.
24 C.de remiſ.pig.¶ † Et ꝓbatur qa va-
let argumentum de libertate ad piã cau
ſam:vt not.Barto.in.l.proxime.§.j.ff.
de his que in teſt.del.& habetur per do
cto.in.l.ſi vnus.C.de teſta.& eſt textus
melior de iure in.l.vnica.circa finem in
verſi.



verſi.ad hanc pietatis rationem.& ibi
Bald.ad hoc notat.C.de cõmu.ſer.ma-
nu.Et idem dicendũ eſt fauore paupe-
rũ & ſimiliũ cauſarũ piarũ vt per Bal.
in.d.l.j.C.de remiſ.pig.& refert Alex.
in apoſtil.ad Bar.in.d.l.ſicut.§.non vi-
25 detur.¶ † Tertiò reſtringitur fallẽtia
fauore fiſci:nam ſi fiſcus alienet rẽ alte-
ri obligatam & creditor ſciat & taceat
cenſetur remittere ius ſui pignoris vt
eſt tex.in.l.ſi hypothecas.& ibi gl.Bal.
& Salyc.C.de remiſ.pigno.¶ Quartò
reſtringitur iſta prima fallentia niſi cre
ditor tacuerit animo decipiendi : tunc
enim ſibi pręiudicat & videtur remitte
re ius ſui pignoris:vt.l.ſi ſiue.C.ad vel-
le.&.l.mulier.C.de diſtract.pign.& ibi
notatur & habetur ꝑ Bart.in.d.l.ſicut.
§.non videtur.ff.quibus modis pig.vel
hypo.ſol.¶Quintò,reſtringitur iſta fal
lentia,niſi iudex miſerit,proclama per
ciuitatem ꝙ quicunq; vellet contradice
re vẽditioni pignoris,compareat infra
certum tempus:tunc enim creditor nõ
contradicens cenſetur conſentire & re-
mittere ius pignoris : vt eſt text.& ibi
no.Bal.& Saly.in.l.ſi eo tẽpore.C.de re
miſ.pigno.& not.Barto.in.d.l.ſicut.§.
non videtur.declarando tamẽ modum
& qualitatem dicti proclamãtis,& cita
tionis iuxta not.per Bart.& alios in.d.
l.ſi eo tempore.& per Alexan.in conſi.
cvj.quinto vol.& ſupradictæ quinq; re
ſtrictiones eliciuntur ex notatis ꝑ Bar.
in.d.l.ſicut.§.non videtur.& illas reaſ-
ſumpſit Alex.in.l.quæ dotis.in ſeptima
colũ.in verſi.Adde ꝙ plenius.ff.ſol.ma
26 tri.¶ † Secundò fallit regula principa-
lis, quando conſenſus creditoris præ-
ſtitus fuit circa vnum actum alienatio-
nis,& debitor alienauit nõ in illũ actũ:
ſed in actum duriorem:tunc enim ſibi
nõ præiudicat creditor;nec videtur re-
mittere ius pignoris regula ergo pro-
cedit quãdo alienatio fit in actu in quo
creditor permiſit vel in alio vtiliori:ſe-
cus autem ſi fiat alienatio in deteriori:
puta ſi creditor conſenſit vt res vende-
retur pro decem & debitor vendidit ꝓ
quinq; text.eſt & ibi no.Bart.in.d.l.ſi-
cut.§.ſed & ſi permiſerit.¶ Tertiò,fal-
lit regula quando creditor nõ conſenſit
ſimpliciter venditioni pignoris:ſed cũ
proteſtatione ꝙ ſaluum ſit ius ſui pigno
ris vt eſt tex.& ibi gloſſ.& Barto.in.l.ſi
debitor.§.j.ff.quibus modis pig.vel hy
po.ſol.ſequitur Socin.in conſi.xivj.ele-
ganter quarto volumi.nume.18.glo.in
l.creditor.& ibi Decius.ff.de regu.iur.
Roma.in conſil.xciiij.viſis his.colũ.iij.
27 ¶ † Quartò,fallit regula quãdo alie-
natio facta per debitorem de re pigno-
rata ex conſenſu creditoris,non valuit:
quia tũc cõſenſus creditoris non cauſat
remiſsionem pignoris tex.eſt & ibi no.
Bar.in.d.l.ſi debitor.§.quæritur ſi for-
te.¶ Ex quo infert ibi Bart.generaliter
quòd ſi actus circa quem adhibetur cõ-
ſenſus nõ valet:cõſenſus nõ nocet,& fa
ciunt no.per Bart.in.l.poſt legatum.in
fine primæ colũ.ff.de his qui.vt indig.
& per cano.in ca.cũ venerabilis.de exce
ptio.& ratio iſtius fallentiæ eſt:quia cõ
ſenſus p̃ſtitus per creditorẽ vt res poſ-
ſit vendi per debitorẽ habet in ſe iſtam
conditionem videlicet ſi venditio vali-
dat ſequatur vt declarant Barto.& Sa-
ly.in.d.§.quæritur ſi forte.quem legũt
in.d.l.ſi debitor.in.§.ſi in venditiõe.ad
idem tex.in.l.debitum.C.de remiſ.pig.
& adde Decium in dicta.l.creditor.ff.
de regu.iur.Quando autem & ex qui-
bus cauſis in terminis iſtius fallentie di
catur alienatio inualida not.gloſſ.in di
28 cto.§.quæritur ſi forte.¶ † Quintò,
fallit regula in pupillo;quia eius cõſen-
ſus

ſus non inducit remiſsionem pignoris, niſi præſtitus fuerit p̄ſente eius tutore & autore iudice,vel fuerit pſtitus per ipſum tutorem auctore iudice:ex eo ꝙ forte ex aliqua cauſa iudicauerit id fore vtile pupillo. ¶ Regula ergo ꝓcedit in maiore. text.eſt in.l.ſi conſenſerit.in principio.ff.qbus modis pignus vel hypotheca.ſolu.¶ Sextò,fallit regula quādo conſenſus fuiſſet præſtitus per procuratorem nomine domini non habentem ſpeciale mandatū:quia talis cōſenſus nō præiudicat domino ad remiſsionem pignoris:licet ecōtra generalis ꝓcurator debitoris poſsit pro debitore talem cōſenſum recipere à creditore. tex. eſt & ibi Bart.in.l.ſi conſenſum recipere à creditore. tex.eſt & ibi Barto.in.l. ſi conſenſerit.§.j.ff.quibus modis pig. vel hypo.ſol.¶ Reſtringe tamē hanc fallentiam vt procedat in ſimplici procuratore:ſecus autē ſit in procuratore in rē ſuā:qa ille poteſt cōſentire & remittere pignus in p̄iudiciū dn̄i & ſuum.d. l.ſicut.§.ſi ꝓcurator.& ibi not.eodē ti-
29 tulo.¶ †Septimò,fallit regula in filiofamilias,vel ſeruo:quia illi non poſſunt rem quàm pignori acceperunt in cauſam peculiarem:etiam ſi liberam adminiſtrationem peculij haberent gratis remittere:ſed ita demū ſi pretium iuſtū pro dicta hypotheca percipiant.text.eſt
30 in.d.l.ſicut.§.an paciſci.¶ † Octauò, fallit regu.quādo poſt præſtitū conſenſum per creditorē de alienādo pignus: alienatio ſequuta non fuit:qa tūc ex dicto cōſenſu nō videtur remiſſum ius pignoris, non ſequuta alienatione vt eſt tex.in.d.l.ſicut.§.ſi voluntate.& ibi no-
31 tat Bar.¶ †Nonò,fallit regula qn̄ poſt præſtitum cōſenſum creditoris fuit ſequuta alienatio nō vera:ſed ficta & ſimulata:qa ſcilicet non obſtante alienatione debitor ſemper poſſedit pignus ante & poſt alienationē:nā iſto caſu alienatio præſumitur fictitia,& debitor nō tenebitur de iure tradere rem emptori: & ideo iſto caſu non cenſebit̄ remiſſum ius pignoris per creditorem qui conſenſit alienationi.tex.eſt ſecundū ſecūdam lecturā ibi traditā p̄ Bar.in.d.l.ſicut.§. ſuperuacuum.& intellige etiā hanc fallentiā procedere:ſi debitor vendens cōſtituerit ſe poſſidere nomine emptoris: niſi fortè de fructibus reſpōderi emptori vt ibi latè declarat Barto.& habetur per eundē in.l.fi.C.de remiſ.pig.¶ Decimò,fallit regula quādo creditor conſenſit vt debitor venderet pignus ſub iſta cōditiōe ſi ſibi ſatiſfieret de pretio: nam tunc ſi nō ſatiſfiat nō cenſetur creditor remiſiſſe pignus per dictum conſenſum & poterit creditor iſto caſu agere hypothecaria tam cōtra debitorē & hæredem quā cōtra quecūq; aliū poſſeſſorem:qa non fuit ei ſatiſfactum prout ipſe expreſsit:iſte eſt tex. ſecundum intellectū glo.& Bar.in.d.l.ſicut.§.illud. & mouetur Bar.arg.tex.in.d.l.ſicut.in §.ſed & ſi permiſerit.ſecus autē ſi creditor non conſenſit ſub conditione:ſed ſub modo ſcilicet vt ſibi ſatiſfiat ſequendo in hoc fidem debitoris.nam tūc creditor ſi ſibi non ſit ſatiſfactum vt cōuenit,poterit agere hypothecaria contra debitorē & eius hæredem ſi poſſideāt. & ſi excipiatur de cōſenſu & remiſſione pignoris:poterit creditor contra eos replicare de dolo ex eo ꝙ fidem nō impleuerint ſatiſfaciendo vt fuit conuentum:ſed cōtra emptorem vel extraneū poſſeſſorem iſto caſu creditor agere nō poterit ita declarat Bar.in.d.l.ſicut.§.
32 illud.¶ †Vndecimò,fallit regula quādo creditor cōſenſit pignus vendi intra certum tempus:puta intra annum aut bien



biennium:nam ſi vendatur elapſo dicto tempore:non cenſetur per conſenſum creditor remiſiſſe ius pignoris vt eſt tex.in.d.l.ſicut.§.penul.verſi.ſed ſi intra annum.& ibi not.Bart.& Salyce. ¶ Duodecimò,fallit regula:ſi creditor cōceſsit debitori vēditionē pignoris:& tamen debitor non vendidit,ſed aliter deſijt poſsidere:& nouus poſſeſſor vendidit:nam talis venditio nō præiudicat creditori in iure ſui pignoris:quia creditor cenſetur conceſsiſſe ſoli debitori, & non futuro poſſeſſori:text.eſt in.d.l. ſicut.§.pen.in primo reſpon.& ibi not. Bar.¶ Et ſic habes regulā expeditā per xj.ampliationes &.xij.fallentias &c.

33 ¶ † Quintò,quæritur,an ſicut pignus ſolo cōſenſu cōſtituitur vt.l.j.ff.de pig. acti.ita & ſolo cōſenſu ipſo iure diſſoluatur?& dicendū eſt regulariter ꝙ ſic: vt.l.ꝓut quiſq;.ff.de ſolu.&.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.& ita tenet gl.in l.ſi tibi.§.de pignore.ff.de pac.& ibi ſequitur Bart.& cū eo trāſeunt alij:& eſt tex.in.l.maior.C.de pig.¶ Iſta autē regula limitatur quatuor notabilibus modis.¶ Et primò,limitatur vt ꝓcedat in expreſſa remiſsione pignoris:ſecus autem in tacita:puta quando debitor vendit pignus conſentiente creditore:quo caſu videtur tacitè paciſci creditor : vt ius pignoris ſit remiſſum,vt latè dictū eſt ſuprà in proxima.quæſtio.præcedenti:nā iſto caſu pignus tolletur ope exceptionis non ipſo iure:vt.l.ij.C.de remiſ.pign.ibi exceptione eam remouebis.& licet gl.ibi intelligat de exceptione intentiōis,& facti & nō de exceptione iuris:& ſic ꝙ in illo tex.ipſo iure ſit ſublata actio.¶ Tamen glo.& docto.in d.§.de pignore.communiter tenent cōtrarium:quod ſcilicet in caſu.d.l.ij.ope exceptionis,& nō ipſo iure tollatur ius pignoris.& intelligere vt facit glo.in.d. l.ij.de exceptione intentiōis & facti eſt
34 violare illū text.¶ † Cū exceptio intentionis & facti nō dicatur propriè exceptio.l.in rebus cum gloſ.in ver.exceptio.C.de iure do.& ibi per Bal.in fi.& per eundē in.l.perēptorias.in vlti.colū. C.ſen.reſ.non poſ.& cum iſta opinione trāſeunt Alex.Iaſ.& alij cōmuniter in
35 d.§.de pignore.† & ratio iſtius limitationis eſt:qa per pactū tacitū nihil vnquā ipſo iure remittitur:ſed ope exceptionis tātū:vt.l.ij.& ibi per doct.C.de pac.¶ Secūdò,limitatur regula:qn̄ hypotheca,vel pignus nō fuit cōſtitutum ſolo cōſenſu,ſed etiam interceſsit traditio iuxta.l.j.in princ.ff.de pigno.actio. Nā per traditionē pignoris dicitur contractus re initus:vt inſtitu.qbus modis re cōtrahi.obliga.§.fin.& iſto caſu tale pignus nō poterit remitti ipſo iure per ſolū conſenſum expreſſum:ſicut & nō poſſunt alij contractus qui re celebrantur vt.l.ab emptiōe.ff.de pac.ſed reſoluetur tūc ope exceptionis:ita tenet gl. magna in fine.in.d.§.de pignore.& gl. in.d.l.maior.C.de pig.¶ Et iſtā opinionē ſequunt̄ Iaco.but.Ray.Bar.& Saly. in.d.l.maior.¶ Sed contrariā opinionē ſcilicet ꝙ in pignore nō debeat eſſe in cōſideratione traditio,& ſic ꝙ pignus tollatur ipſo iure,etiam quando interceſsit traditio tenent Bart.Bal.& Ange.in.d.§.de pignore.& mouentur:qa ad conſtituendū ius pignoris,& actionem hypothecariā ſolus cōſenſus ſufficit pacto declaratus : & traditio nihil operatur.d.l.j.ff.de pigno.actio.&.l.ſi prior.in fi.ff.qui po.in pign.habean.
¶ Sed Fulgo.in.d.§.de pignore.tenet primam opinionē & reſpōdet ad dictā rationem Barto.in.d.§.de pignore & ſequacium:quod etiam in emptione & vendi-

vendica.ſufficit ſolus conſenſus,nec neceſſaria traditio:vt.l.ij.in fin.ff.de contrahen,emp.& tamen traditio in venditione facit deſinere rem eſſe integram adeo ꝙ per pactum ſolum dictus contractus reſolui non poteſt ipſo iure.d. l.ab emptione.ita & debet eſſe in pignore:& cũ dicta prima opinione tenet etiã Pau.de caſt.in.d.§.de pignore.& illam etiam tenent Alexã.Iaſ.& alij communiter in.d.§.de pignore.¶Et ſic concluditur ſecũdũ opinioné magis verã & cõmunem, quòd regula noſtra procedit quãdo pignus fuit cõtractũ ſolo cõſenſu tũc enim per remiſſioné expreſſam tollitur ipſo iure:ſecus autem ſi interceſſit traditio : quia tũc per remiſſionem expreſſam nõ reſoluitur ipſo iure ſed ope
36 exceptionis.¶†Tertiò,limitatur regula,quãdo creditor fecit pactũ debitori de nõ petẽdo ipſum debitũ principale, quo caſu in cõſequẽtiã videtur eſſe etiã remiſſum tacitè ipſum pignus.l.ſoluitur.§.j.ff.quibus modis pign.vel hypo. ſol.vnde ſicut per pactum de nõ petendo tollitur debitum principale ope exceptionis : prout regulariter contingit cùm pactũ de nõ petẽdo non producat actionem:ſed exceptionem.l.ſi vnus.§. pactus.& ibi not.ff.de pac.Ita etiã debet tolli ipſum pignus tanquã acceſſorium debiti principalis, & ſic ope exceptionis & non ipſo iure.¶Regula ergo noſtra procedit quãdo ipſum pignus cõtractũ ſine traditione expreſſè remittitur:tunc enim tollitur ipſo iure:ſecus autem quando pignus remittitur in cõſequẽtiam debiti principalis,ſuper quo factum fuit pactum de non petendo: nam tunc remittitur ope exceptionis tantùm & ita firmant Alexand.& Iaſ.
37 poſt alios in.d.§.de pignore.¶†Et licet vt dictum eſt pignus remittatur in conſequentiam debiti principalis, vigore pacti de non petendo : tamen non eſt idem econuerſo.Nam licet remittatur ipſum pignus:non cenſetur remiſſum debitum principale,ſed adhuc manet ſublato pignore:vt.l.poſtquã.ff.de pac.& not.Cuma.in conſi.xix.quidam nobilis latè Decius in.l.creditor.ff.de regulis iur.& etiam dixi ſuprà in hoc tertio membro nume.11.& nume.24.
38 ¶†Quartò,limitatur regula quando pignus fuiſſet contractum per ſtipulationem:vt quia in conſtitutione pignoris interuenit forma ſtipulatiõis,videlicet interrogatio,antecedẽs,& reſponſio ſubſequens.Nam primò interrogaui debitorem meum, obligas ne mihi talem rem:& ipſe reſpondit obligo.Nã etiam per ſtipulationem poteſt pignus conſtitui:vt eſt tex.cum gl.in.l.ſolutũ. ff.de ſolu.quẽ pro ſingulari allegat Bal. in.l.legitima.ff.de pact.¶Iſto enim caſu per pactum de non petendo pignus non reſoluetur ipſo iure virtute ſtipulationis,ſed ope exceptionis:vt.d.§.pactus : quia iſto caſu ceſſat ratio.d.l.nihil tam naturale.Et iſtud tenet Alexã. in.d.§.de pignore.¶Sextò, quæritur, an ſententia lata contra debitorem in fauorem tertij habeat præiudicare ipſi creditori in pignore,& illud reſolueret & ecõuerſo,an lata cõtra creditoré pręiudicet debitori?Et in hoc cum quæſtio habeat duo capita pro faciliori intelligentia complectendo totam materiam ponã aliquas concluſiones.videlicet tres cõcluſiones in primo capite,&
39 tres in ſecundo.¶†Prima igitur cõcluſio reſpectu ſentẽtiæ latæ cõtra debitoré ſit iſta,ꝙ ſententia lata cõtra debitoré antequã ipſe obligauerit rem creditori indubitãter nocet ipſi creditori:vt eſt tex.in.l.ſi mater.§.fi.ff.de excep.rei iu.&



iu.& in.l.ſi ſuperatus.in fi.ff.de pigno. & ibi no.Bar.& not.glo.in.l.ſæpe.ff.de re iudic.in glo.in ver.experiri.q̃ allegat concordantias.¶Secunda concluſio eſt quod ſententia lata contra debitorem poſt rem obligatam creditori præiudicat creditori ſcienti & patienti.iſta cõcluſio probatur in.d.l.ſępe.ſecũdũ literã Piſanã.& no.ibi Bar.& ſequit̃ Alex. poſt alios in col.xxj.in verſ.circa ſecũdum caſum &c.& Barto.in.l.ab executore.§.j.ff.de ap.¶Iſta autẽ cõcluſio limitat̃ tribus modis.Primò,limitat̃ quãdo cauſa fuit agitata cõtra debitoré in cõtumacia.& ſimiliter lata fuit ſentẽtia in contumaciã:nam tunc non pręiudicaret creditori:ſec⁹ ſi debitor fuiſſet ſolum contumax in prolatione ſententiæ & in diſcuſſione cauſæ comparuiſſet & dediſſet exceptiones,& allegationes & alia:qa tũc eius præſentia in prolatione ſententiæ nihil amplius operari potuiſſet,& præiudicaret creditori.Ita ꝓbatur in.l.rem.§.fina.ff.euic.& ita debet intelligi.l.ſi ideo.in prin.e.tit.& ita diſtinguit Barto.in.d.l.ſi ſuperius.cum quo poſt longam diſputationem tranſit etiam Alex.in.d.l.ſępe.col.xviij.& col. xxj.in verſi.circa ſecundum caſum &c. ¶Secundo,limitat̃ dicta cõcluſio,qñ inter agenté & debitoré conuentũ fuiſſet colluſum:nã tũc ſentẽtia lata cõtra debitoré nõ preiudicaret creditori:vt not. in.l.præſes.C.de pign.& no.Bar.in.d.l. ſi ſuperatus.& Alex.in.d.l.ſæpe.¶Tertiò,limitat̃ iſta cõcluſio quãdo debitor nõ tradidit pignus creditori.ſed per ſolam hypothecã obligauit:quia tunc defenſio nõ ꝑtinet ad creditoré principaliter,ſed ad debitoré:& ideo tũc ſententia lata cõtra debitorem nõ præiudicat creditori.ita no.voluit Raph.in aut.de fideiuſ.§.ſed neq;.refert & ſequit̃ Alex. in.d.l.ſæpe.col.xxx.verſ.ſecũdario dicitur.ꝙ dicit eſſe diligenter notandum.
40 ¶†Tertia cõcluſio eſt ꝙ prædicta ꝓcedunt quãdo ſentẽtia eſt lata cõtra debitorem cõuentũ:quãdo auté debitor ageret,& cõtra eũ eſſet lata ſentẽtia ex eo ꝙ reus probauit ſe dominũ.idé eſſet dicendũ ꝙ dictũ eſt quãdo debitor cõuenitur:ſecus autẽ ſi lata eſſet ſentẽtia cõtra debitoré agenté ex eo quia ipſe debitor agẽs nõ probaſſet ſuã intentioné. nã tũc nõ haberét locũ prædicta.& ſententia non præiudicaret creditori.Iſta cõcluſio probatur ex not.per Bar.in.d. l.ſæpe.in.v.q.& ibi per Imo.& per Anto.de but.& Imo.in.c.quãuis.de re iud. & ibi per Fely.in.iij.col.in ver.quando autẽ ſentẽtia cõtra debitoré.& ꝑ Alex. in.d.l.ſæpe.col.xxj.in verſi.circa ſecũdum caſum.¶Modò ponã tres concluſiones in ſecũdo capite huius.vj.videlicet quãdo ſentẽtia fertur contra creditoré ſuper pignore, an illa præiudicet
41 debitori.¶†Et prima concluſio ſit,ꝙ ſententia lata contra creditoré conuentum à tertio agente ſuper re pignorata concurrẽtibus requiſitis,de quibus in d.l.ſæpe.videlicet ꝙ non ſit lata in cõtumacia creditoris.& alijs not.ꝑ Alexã.in d.l.ſæpe.in.xvij.col.vbi ponit plura neceſſaria reqͥſita ad hoc:vt ſententia lata cõtra vnũ pręiudicet alij,ꝑiudicat debitori ſciẽti & patienti.& iſta cõcluſio ꝓbatur in.d.l.ſæpe.& firmat ibi Alexã.in
42 col.xx.vel circa primũ &c.¶†Secunda cõcluſio ſit ꝙ ſentẽtia lata cõtra creditorem agentem ex eo:quia reus ꝓbauit ſe dominum rei pignorate ſi in ſentẽtia iſtud exprimat̃ & declaretur.videlicet qa reus ꝓbauit ſe dominũ præiudicat debitori ſciẽti & patiẽti.vt.l.circa.cũ ibi not.ff.de proba.& no.Alexã.in d.l.ſæpe.in loco.ſ.proximè allegato.& moue

mouetur per tex.ibi in ver.de proprietate pignoris &c.¶ Tertia cõcluſio ſit, ꝙ ſentẽtia lata cõtra creditorem agentem ex eo:qa creditor nõ ꝓbauit de dominio debitoris prout requiritur:vt.l. ante omnia.ff.de proba.&.l.quæ nõ dũ. §.ꝙ dicitur.ff.de pigno.& ſic creditor reportauit ſentẽtiam cõtra.ex eo quia obligatio pignoris nõ valuit.vel ex alia cauſa nõ reſpiciẽte dominium non pręiudicat debitori ſecundũ Bar.& omnes in.d.l.ſæpe.Et de rationibus iſtarũ cõcluſionum vide latè Alexã.poſt alios in d.l.ſæpe.in col.xxj.& in colũ.xxviij.in glo.in verſi prohibere.cum duabus colum.ſequentibus, ad quem te remitto: quia in hoc viſum fuit breuiter pertrãſire cũ per eũ copioſè omnia videri poſſint &c.¶Adde etiam prædictis.ꝙ ius hypothecæ ꝙ competit vxori pro dote, vel alijs creditoribus nõ tolitur per cõfiſcationẽ bonorũ debitoris : vt eſt tex. in.l.res quæ.§.j.ff.de iure fiſc.& firmat Ro.in cõſil.cxviij.prout ex tenore &c.
43 vbi plenè.¶†Septimò quęritur in materia,an ſi primus creditor ſuperetur in iudicio à tertio creditore illa ſententia pręiudicet non ſolum primo creditori, qui fuit ſuperatus:ſed etiam pręiudicet ſecũdo creditori,ita ꝙ ammodo tertius creditor q̃ ſuperauit primũ ꝑferri debeat & ſecũdo creditori.¶ Et in hoc breuiter dicẽdũ eſt ꝙ licet tertius creditor obtineat ſententiã cõtra primũ.tamẽ ꝑ hoc tertius nõ ſuccedit in locũ primi.& ideo dicta ſentẽtia tãquã inter alios lata nõ præiudicat ſecũdo creditori.iſte eſt tex.in.l.Claudius.& ibi not.Bar.& alij. ff.qui pot.in pig.hab.¶Ex quo videtur reſultare quidam circuitus indiſſolubilis.nam cũ primus creditor ſuccubuerit,& tertius fuerit liberatus per ſentẽtiam à primo:& remanſit in poſſeſſione & ſecundus agat contra tertium,& obtineat:poterit primus agere cõtra ſecũdũ & obtinere: & iterũ tertius poterit redire cõtra primũ,& ſic erit proceſſus in infinitum.¶ Sed ad ſolutionẽ iſtius circuitus.gl.Bar.& alij in.d.l.Claudiꝰ. diſtinguũt iſtũ articulũ in duo mẽbra. primũ mẽbrũ eſt quãdo primus creditor fuit victus à tertio creditore per iniuriã iudicis,ſecũdũ,quãdo primus creditor fuit iuſtè ſuperatus.¶ Circa primũ membrum dicunt quòd iſte circuitus poterit euitari hoc modo videlicet quia quando ſecundus creditor poſſidet pignus, & conuenitur à primo qui fuit ſuperatus à tertio poterit ſecũdus offerre primo ſuum debitum,vel litis æſtimationem, ita ꝙ remaneat apud eum poſſeſſio:& hoc modo erit ſecurus à primo & à tertio creditore.& iſte modus ſecundum Bar.eſt verus & non habet dubitationem,quando ſecundus creditor vult offerre primo.ſed quando non vult offerre, puta quia debitum primi creditoris eſt magnum,& res eſt parui valoris ita ꝙ non expedit ſecundo creditori offerre:circuitꝰ remaneret indiſſolutus.¶ Et ideo Bartol.ponit alium modũ euitandi eum:& dicit ꝙ aut primus creditor dum ageret ſuccubuit iniuſtè qa tertius creditor fuit abſolutus: & tunc iſta abſolutoria ſtatim habuit effectum ſuum : nam dicitur res perfecta vt.l.metum.§.ſed quod prętor.ff.ꝙ met.cauſa aut primus creditor dũ eſſet cõuẽtus à tertio ſuccubuit iniuſtè:quia fuit condemnatus ad reſtituendum pignus tertio:& tunc ſi primus creditor reſtituit tertio dictũ pignus vigore dictæ ſententiæ:liberatus fuit à dicta ſententia perfectè.vt.l.Põponius.§.ſed & is.& ibi not.ff.de procura.& ideo ſi res poſtea aliquo caſu redeat ad primum credi-



creditorem nõ poterit à tertio amplius cõueniri ex dicta ſententia : quia fuit ab ea liberatus per reſtitutionem rei:vt dcm̃ eſt:ſed poterit cõueniri de nouo à tertio creditore hypothecaria: vt.l.ſed & ſi poſſeſſori.in prin.ff.de iureiurã. tñ in hoc nouo iudicio poterit primus creditor vti ſuis defenſionibus,quibꝰ fortè nõ fuit vſus in primo iudicio,& obtinebit modo contra tertium creditorem à quo in primo iudicio iniuſte fuit ſuperatus vt.l.creditor.in princ.ff.qui po.in pig.hab.& quod not.in.l.duobus .ff. de excep.rei iudi. & hoc modo ſecundum Bar.in.d.l.Claudius euitabitur circuitus in iſto primo membro. & cum Bar. tenet etiam Saly.in.d.l.Claudius.

44 ¶†Sed inquantum Bar.in.d.l.Claudius voluit quod quando primus creditor condemnatus fuit tertio ad reſtituẽdum pignus,& illud reſtituit : & poſtea res deuenit ad primum quod non poſſit amplius cõueniri à tertio vigore ſententiæ cùm reſtituẽdo ab ea fuerit liberatus per.d.l.Pomponius.§.ſed & is.

¶ Aduerte quia contrarium firmauit idẽ Bar.in.l.ſed & ſi poſſeſſori.in princ. ff.de iureiu. Tamen communis opinio eſt cum Bar.in.d.l. Claudius.vt late habetur per Alex.poſt alios in.d.l.ſed & ſi poſſeſſori.quam legit in .l.nã & poſtea. §.ſi.eo.tit.licet ſecũdum Iaſ. ibi opinio Bar.poſſit ſaluari in duobus caſibus vt ibi per eum:& late habetur per omnes ſcribentes in.l.permiſceri.§.ſpecies .ff. de acquir.poſſ. & ſic vera eſt concluſio Bar.in.d.l.Claudius: & iſtud (vt dictũ eſt ) procedit,quando primus creditor fuit conuentus à tertio & fuit condẽnatus ad reſtituendum:ſed ſi primus creditor dum ageret ſuccubuit quia reus fuit abſolutus: quo caſu Bartol. in. d.l. Claudius dicit quod ſtatim abſolutoria habuit effectum ſuum.d.l.metũ .§.ſed quod prætor.ff.ꝙ me.cauſa eſt aduertẽdũ,ꝙ ſi res deueniret ad primũ creditorẽ à quo tertius fuit abſolutus:tunc primus vigore ſententię bene teneretur ad reſtituẽdũ tertio:& iſto modo procedit tex.in.d.l.ſed & ſi poſſeſſori . & illud ꝙ ibi vult Bart.& ita tenent Imo. Pau.de ca.& Rom.in.d.l.permiſceri.§.ſpecies. & ibi Alex.in vlt.limi.dicens hoc modo reduci poſſe ad concordiam illud quod vult Bar.ibi:& in.d.l.ſed & ſi poſſeſſori in quibus locis videtur ſibi cõtrarios: & ita tene:licet Bar.in.d.l.Claudius(vt ſuprà retuli)ſenſerit,etiam in hoc euitari poſſe circuitum dũ dixit quod iſto caſu abſolutoria facta de reo ſtatim habuit effectũ.per.d.l.metum.§.ſed quod prætor.¶Circa autem ſecũdũ membrũ diſtinctionis Bar.& aliorũ in.d.l.Claudius.videlicet quando primus creditor iuſte fuit ſuperatus à tertio: puta pacto vel alia exceptione valida:in quo etiam cadit ſimilis circuitus indiſſolubilis : vt oſtenditur per exemplum quod ponit gl.in.d.l.Claudius.& ibi refert Bar.videlicet,qa erat mulier anterior pro ſuis dotibus in bonis mariti primo & ſecundo creditore quæ renuntiauit iuri hypothecarum in perſona ſecundi creditoris non primi. nam tunc ſi mulier agat contra primum creditorem obtinebit cõtra eum:quia prior eſt in tempore: & ſi poſtea ſecundus creditor agat contra mulierem obtinebit ipſe contra eam: quia quoad eum mulier renũciauit iuri hypothecarũ:vt.l.iubemus.C.ad velle.& tunc primus poterit reuerti cõtra ſecundum & iterum mulier contra primum:& ſic daretur circuitus indiſſolubilis cum iſto caſu ſententia fuerit iuſta.¶Bart. tamen in.d.l.Claudius. dicit quod ad diſſolutionem huius circuitus poteſt

poteſt dari illud remedium quod fuit
datum ſuprà in primo membro: videli-
cet quod primus creditor poſsidens cõ
uentus à muliere offerat ei debitũ vel
litis æſtimationem: vt ſic apud eum re-
maneat poſſeſsio: & iſtud clarè ꝑcedit
ſi prim⁹ creditor velit facere iſtã obla-
tionem quia.ſ.ei expediat: vt dictũ eſt
in primo membro. ¶Sed ſi hoc nolit
facere, qa ei nõ expediat: dat Bar. ſecũ-
dum remediũ. videlicet quod primus
creditor poſsidens de conſenſu mulie-
ris vendat pignus & partem pretij det
mulieri & partem pro ſe retineat iuxta
tex.in.l.ſi prior.in princ.&.§.fin.ff.qui
po.in pig.habean. Nam iſtud pretium
erit ſecurum apud mulierem. Nam li-
cet ſi illam rem pignoratã haberet, poſ-
ſet ab ea auocari per hypothecariam ꝑ
ſecundum creditorem: qui vigore renũ
tiationis facte per mulierem, debet ei
præferri tamé pretium nõ poterit auo-
cari, cum ſit apud eã titulo oneroſo, vi-
delicet pro credito ſuæ dotis, iuxta no.
per Barto.in.l.j.in fin.ff.de diſtrac.pi-
gno.& dixi ſuprà in quinta ꝑte primo
membro nume.60.cum ſequentibus &
hoc modo ſecũdum Bart. euitabiẗ iſte
circuitus & cum eo tranſit etiam Saly.
45 in.d.l.Claudius.¶†Octauò, quęritur
in materia, an ſi ego obligaui pignori ré
meã pro te, & diu ſteti in iſta obligatio-
ne: poſsim petere: vt cogaris ad liberan
dũ meũ pignus? & breuiter reſpõdeẗ ꝙ
de hoc eſt tex.no.in.l.lucius.ff. manda.
in quo decidiẗ ꝙ ille ꝗ obligauit ꝓ alio
pignus: ſi diu ſtetit in dicta obligatione
põt petere quod ſuũ pignus liberetur.
46 ¶†Sed dubitatur quomodo intelliga
tur iſtud diu, & gl. ibi dicit ꝙ nõ intel-
ligiẗ decẽnio, vt aliàs ſolet intelligi: ſed
intelligiẗ arbitrio iudicis & cũ dicta gl.
trãſeunt Bar. Alexan. & Iaſo. poſt alios
in.l.ſi pœnam.ff.de verb.obliga.& no.
etiam Iaſ.in.l.ſi fundum per fideicom-
miſſum.nume.11.ff.de lega.j.erit ergo
arbitrium infrà quãtum tempus iſtud
peti poſsit. ¶Quid autem ſit in fide-
iuſſore qui diu ſtetit in fideiuſsione, an
poſsit petere ſe liberari à tali fideiuſsio
ne vide latè per Alexan. poſt Bar.in.d.
l. Lucius. vbi ponit pleniſsimam apo-
47 ſtillam.¶†Nono & vltimo quęriẗ, an
ſi remiſsio debiti principalis nõ valeat
ſaltem valeat remiſsio pignoris? & in
hoc pone regulam & tres fallentias.
¶Regula ergo ſit quod ſi non valet re-
miſsio debiti principalis? nõ valet etiã
remiſsio pignoris conſequutiua ad il-
lud text. eſt in.l.debitũ.C.de remiſ.pi.
¶Fallit dicta regula primo quando re-
miſsio debiti principalis non valet de
iure ſpeciali fauore perſonarum: tunc
eñ licet nõ valeat remiſsio debiti prin-
cipalis: valet tamen remiſsio pignoris.
¶Regula ergo procedit qñ remiſsio de-
biti principalis eſt inualida de iure cõ-
muni: & ratio eſt qa iura cõmunia dif-
ficilius tolluntẗ quã ſpecialia vt in aut.
de nõ alie.§.qa verò veriſimilè. Ita te-
net gl.in.d.l.debitũ.& in.l.j.§.j.in glo.
magna in fi.ff.qui.mo.pig.vel hyp.ſol.
¶Secundò, fallit quando remiſsio de-
biti ideo vitiatur quia eſt prohibita ſed
tamé ꝓhibitio nõ habet cauſam perpe-
tuam: tunc enim licet vitietur remiſ-
ſio debiti non vitiatur remiſsio pigno-
ris ita tenet gloſſ.in.d.l.j.§.j.
48 ¶†Tertiò, fallit regula quando cau-
ſa inualidans remiſsionem debiti prin-
cipalis non eſt ſufficiens ad inualidan-
dum remiſsioné pignoris acceſſorij: po
ne exemplum in remiſsione debiti prin
cipalis quæ fit inter maritum & vxoré
inter quos eſt prohibita donatio vt in
toto titulo.ff.de dona.inter vi.& vxo.&





ex hoc poterat dubitari, an ſicut inter
eos eſt prohibita remiſsio debiti princi
palis, ita ſit prohibita remiſsio pigno-
ris? & deciditur quod non: quia licet in
ter eos ſit prohibita donatio, & per cõ-
ſequens remiſsio debiti principalis: qa
per hoc donatarius efficitur locuple-
tior: tñ ſecus eſt in remiſsiõe pignoris:
qa ex hoc donatarius nõ efficitur locu-
pletior: nã nihilominus debitor rema-
net obligat⁹ in debito principali.l.etiã
C.ad velle.&.l.ꝗ pignus.ff.de his quæ
in frau.credi.& ita ꝑ prædicta determi
nat Bar.in.l.j.§.j.ff.qui.mo.pig.vel hy
pothe.ſol.& ibidẽ Saly.& Salyc.in.d.l.
debitũ.& Bal.in.d.l.etiã.in prima oppo
ſitione. ¶Et prædicta intellige in gene-
rali hypotheca, ſiue expreſſa facta per
maritum: ſiue per legem tacitè: qa ſcili
cet illa remitti poteſt per vxorem mari
to conſtante matrimonio, & hoc modo
procedit.d.l.etiam. ſecus autem eſt in
rebus ſpecialiter obligatis ꝓ dote: quia
talis hypotheca remitti non poteſt vt
tenet gloſſ. prima in.d.l.etiam & ibi fir
mat no. Paulus de caſtro.
¶Regula ergo procedit quando remiſ-
ſio debiti principalis inualidatur ex cã
quæ etiam eſt ſufficiens ad inualidan-
dum ipſum pignus prout quando in-
ualidatur propter dolum vel metũ: vt
per Bar. & Saly. in locis proximè alle-
gatis. ¶Et per prædicta remanet expe-
dita iſta.vj.pars principalis tractatus &
materia reſolutionis pignorum.

¶Septima pars principalis.

SEquitur modo
ſeptima pars principalis
in qua tractandũ venit de
actiõe pignoratitia: & di-
uiditur in tria membra principalia. In
primo videbimus in quibus differat pi
gnoratitia ab hypothecaria. In ſecundo
de natura pignoratitiæ. In tertio qui-
bus & contra quos & pro quibus com-
perat pignoratitia tã directa quàm con
traria & de modo libellandi & deducé-
di in iudicio vtrauq; &c.

Summarium.

1 *Actio pignoratitia in quibus differat ab hypothecaria.*
2 *Pignoratitia directa non datur debitori contra creditorem niſi pignus traditum fuerit, vel ſaltem ſingatur traditum creditori.*
3 *Pignoratitia directa competit creditori, etiã abſq; pignoris traditione.*
4 *Actio pignoratitia dicitur bonæ fidei hypothecaria verò ſtricti iuris.*
5 *Actio pignoratitia directa & contraria, an poſsint concurrere.*
6 *Actio pignoratitia differt ab hypothecaria duratione: nam diuerſis tolluntur ſpacijs.*

¶Primum membrum.vij.partis
principalis.

CApiendo igitur
primũ mẽbrũ, in quo tra-
ctandũ venit, in ꝗbus dif-
1 ferãt pignoratitia† & hy
pothecaria? & in hoc ex notatis per do
ctores inuenio quinq; differẽtias. Nam
Bar.in prima cõſti.digeſtorũ in.§.ter-
tij: dicit ꝙ pignoratitia directa quę daẗ
debitori cõtra creditoré ad repetédum
pign⁹ de qua in.l.ſi cùm vẽderet.ff.de
pig.actio.differt ab hypothecaria in tri
bus.videlicet in natiuitate, vtilitate, &
vita. ¶Et primò differt in natiuitate: qa
hypothecaria naſciẗ ex ſolo cõſenſu: vt
l.ſi tibi decẽ.§.de pign.& ibi Bart.ff.de
Anto.de fa.de pi.& hyp.

pac.pignoratitia aũt naſcit̃ rei interuẽ-
tu:vt inſti.q.mo.re cõtrahi.oblig.§.fi.
2 ¶† Et propterea talis pignoratitia non
datur debitori contra creditorẽ: niſi pi
gnus traditum ſit creditori vt no. Bar.
in.d.§.tertij.poſt glo.magiſtram ibi in
verſi.æmula.& in ver.eaſdẽ res.vel qñ
pignus nõ eſſet verè traditum credito-
ri:niſi ſaltem fingeretur traditũ iuxta
no.p Bar.in.l.ſolutũ.§.ſolutã.in verſi.
oppono hic dicitur quod primũ . ff . de
pig.act.dum vult quod locator habeat
bona cõductoris tacitè obligata ꝑ pen-
ſione iuxta.l.item quia.ff.de pac.&.l.ſi
certi iuris.C.loca. Nam ex eo quod lo-
cator poteſt ea includere pro ſua pẽſio
ne fingũtur ei tradita:& ideo ſoluta pẽ
ſione:poteſt conductor agere cõtra lo-
catorem directa pignoratitia pro reſti-
tutione dictorum bonorum , quamuis
illa locatori verè tradita non fuerint.
¶Et ſimiliter dicendum eſt quando à
principio res fuit ſimpliciter hypothe-
cata & non tradita creditori:ſed poſtea
ex aliquo modo & ab alio quàm à debi
tore res illa peruenit ad creditorẽ. Nã
etiam iſto caſu,ſoluto debito dabit̃ de-
bitori cõtra creditorem directa pigno-
ratitia ad repetendum dictam rẽ , per-
inde ac ſi à principio illa res creditori
tradita fuiſſet vt no.vult Bar.in.l.inqli
no.ff.de dam.infec.& Bal.in rub.C.de
pig.act.& Alex.in.d.l.ſolutũ.§.ſolutã.
3 ff.eo.ti.¶† Et licet in pignoratitia dire
cta (vt dictũ eſt) requiratur traditio: tñ
in pignoratitia contraria quæ dat̃ cre-
ditori contra debitorẽ in caſibus infra
ſuo loco notandis:nõ requiritur tradi-
tio:ſed etiam ꝙ pignus traditũ nõ fue-
rit creditori omnino cõpetit:vt no. Bar
to.in.d.§.tertij.in fi.& Bar.in.l.ſi tibi.
§.de pignore.ff.de pac.& quamuis ibi
Fulgo.in hoc teneat cõtra Bar. Tamen
Alex.ibidẽ defendit opinionem Bar.&
allegat ꝓ ea tex.in.l.ſi qs in pignore.§.
j.in verſi.obligauit.iũcto princ.illius.l.
ff.de pign.actio.põderando ꝙ in.d.tex.
nõ dicit̃,tradidit:ſed obligauit.& ſecũ-
dũ gl.fi.ibi licet pignus ſola obligatiõe
ſine traditione fuerit cõſtitutum:tamẽ
datur creditori contraria pignoratitia.
¶Nec obſtat ꝙ in text.ibi dicatur dari
etiam actionem de dolo:qa gloſ.ibi in-
telligit ꝙ actio de dolo detur cõtra ex-
traneum:non cõtra debitorẽ: & ita reſi
det Alex.in.d.§.de pignore.dicẽs fun-
damenta Fulgo.eſſe leuia:& iſta ſit pri-
ma differentia inter pignoratitiã & hy-
4 pothecariam. ¶† Secũda differẽtia eſt:
quia pignoratitia eſt actio bonæ fidei:
hypothecaria verò eſt ſtricti iuris:vt no.
gl.inſti.de actio.in.§.actionum.in gl.in
ver.pignoratitia.& iſtę duæ differẽtiæ
cõcernunt natiuitatẽ dictarũ actionũ.
5 ¶† In vtilitate autẽ ponitur alia,& ſic
tertia differentia. Nã pignoratitia da-
tur directa & contraria:directa eñ da-
tur debitori:cõtraria aũt creditori quę
cõtraria cõpetit pro expenſis factis in
pignore:vt.l.ſi neceſſarias.in prin.ff.de
pign.actio.& nõ ſolum pro magnis,ſed
etiam pro paruis & quibuſcũq; expen-
ſis:etiam in cibo & potu vt ibi no.gl.&
gl.valde no.& ibi ꝑ doct.in aut̃.ei qui.
C.de bon.auto.iu.poſ.in gl.in ver.men
ſuram:vbi habetur ꝙ miſſio in poſſeſ-
ſionẽ ex primo decreto cõtra contuma
cem hodie fit in perſonalibus ꝓ men-
ſura debiti : habito tamen reſpectu ad
expẽſas:quæ occurrũt in re in quam fit
immiſſio,puta ſi eſſet equus quantum
immiſſus habuit in eo expendere : &
etiã dicta pignoratitia contraria cõpe-
tit in pluribus alijs caſibus infrà ſuo
loco notãdis: ſed hypothecaria dat̃ ſoli
creditori:& ſic vtilius ſuccurrit pigno-
ratitia



6 ratitia quã hypothecaria. ¶† Quarta
differentia eſt circa vitã ſeu durationẽ
dictarum actionum:alio enim tempore
tollitur pignoratitia per præſcriptio-
nem: & alio tollitur hypothecaria:nam
actio pignoratitia cùm ſit perſonalis
tollitur ſpacio.xxx. annorũ.l. ſicut.C.
de præſcrip.xxx.anno.vt latius dictum
fuit ſuprà in.vj.parte.ij memb.nume.
28.hypothecaria autem interdum tol-
litur.x. annis interdum. xx.interdum
xxx.& interdum.xl.vt.l.j.C. ſi aduer.
credi.libro.vij.& latius dixi.ſ.in.d.vj.
parte.in.ij.mem.nume.1.&.2 vbi vide.
¶Et adde hic etiam quæ dixi ſuprà in
prima parte nume.4.vſq; ad nume.9.
vbi poſui tres differentias inter pignus
& hypothecam : hic autem poſui diffe-
rentias inter ipſas actiones,& iſtę qua-
tuor differentię,quas ſuprà retuli colli
guntur ex no.per Bartol.in.d.§.tertij.
quem refert & ſequitur Angel.de aret.
inſti.de actio.§.actionum.col.xxiiij.in
ver.quæro quomodo actio &c.
¶Adde etiam aliam & ſic quintã diffe-
rentiam:quã ſtatim ſubijciam in ſequẽ
ti membro.

Summarium.

1 *Actio pignoratitia,an ſit perſonalis vel realis.*
2 *Actio pignoratitia,an ſit in rem ſcripta.*
3 *Debitor poteſt redimere,vel reſoluere pignus datum pignori ſecundo creditori per primũ ipſi ſecundo creditori ſatiſfaciendo.*
4 *Debitor pignus redimens ſiue à primo creditore, ſiue à ſecundo reſoluit vtranq; hypothecam.*
5 *Debitor qua actione agere debeat cõtra ſuũ fideiuſſorem pignus redimentem.*
6 *Debitor qua actione agat contra ſingularẽ ſucceſſorem ſui creditoris.*
7 *Actio pignoratitia directa competens debitori quo tempore,& quare naſcatur.*
8 *Actio pignoratitia directa non naſcitur niſi prius ſoluto debito:falit quatuor caſibus.*
9 *Debito ſoluto oritur debitori actio pignoratitia directa ad repetendum pignus.*
10 *Debitor ſoluens alteri quàm creditori de voluntate tamen ipſius creditoris : an acquirat actionem hypothecariam contra ipſum creditorem.*
11 *Soluens pro debitore redimit pignus acquiritq; actionem hypothecariam contra creditorem ſi mandato debitoris ſoluit.*
12 *Debitor offerens debitum creditori,an ſi creditor nolit acceptare habeat ipſe debitor pignoratitiam directam contra creditorem.*
13 *Pignus licet pluries vel pluribus obligatum ſit:vnica tamen ſolutione liberatur.*
14 *Debitor dans pignus cum pacto quod creditor poſſit certo tempore illud vendere poteſt non obſtante pacto ipſum pignus ante venditionem redimere.*
15 *Debitor emens pignus à creditore poteſt agere contra creditorem pignoratitia:quia talis venditio nulla eſt.*
16 *Pignus quando intelligatur obligatum pro vſuris.*
17 *Pignoratitia non oritur ex ſolutione partis debiti.*
18 *Solutio de pecunia reprobata neminem releuat.*
19 *Pupillus non poteſt obligari pignoratitia nõ enim poteſt pignus recipere nec dare.*
20 *Actio pignoratitia non ſequitur tertium poſſeſſorem.*

¶Secundum membrum.vij.
partis principalis.

CApio igitur ipſum ſecun-
dum mẽbrum huius ſepti
mæ partis in quo tractabi
tur de natura iſtius actio-
nis

nis pignoratitiæ : & in hoc expediā me
per quæſtiones.¶ † Primò itaq; quero,
1 an iſta actio pignoratitia ſit perſonalis
vel realis?& ꝙ ſit perſonalis eſt tex. ex-
preſſus in.l.fi.C.de diſtrac.pig. vbi dici
tur ꝙ actio pignoratitia eſt in perſonā:
nō in rem:& ita tenēt Bar.& alij in.l.pi
2 gnoris.C.de pigno. ¶ † Sed dubitatur,
an licet ſit perſonalis ſaltem ſit in rem
ſcripta?& in hoc Bald. in rubrica.C.de
pigno.actio.dicit ꝙ quando pignorati-
tia datur contra vſurariū & ſic in con-
tractu vſurario : de æquitate canonica
eſt in rem ſcripta,& cōpetit contra quē
libet etiam ſingularem ſucceſſorem per
tex.& ibi no.per Hoſti.in.c. cū contrà.
extra de pignori. ſed de iure ciuili ſecū
dū Bal.dicta actio eſt ſimpliciter in per
ſonam & ratio eſt ſecundum eum:quia
naſcitur ex contractu vnde nō ſequitur
ſingularem ſucceſſorem cum quo non
eſt contractum:& idem tenet Bal. in.c.
primo.in fi. in vſibus feud. in titulo de
feu.da.in vim.l.cōmiſ. Abb. autē in .d.
c.cum contra. indiſtinctè tenet ꝙ dicta
actio pignoratitia ſit in rem ſcripta &
ꝙ ſaltem vtilis detur contra tertiū poſ-
ſeſſorem. Alexan. verò in prima conſti.
digeſtorum in.d.§.tertij.refert opinio-
nes & nihil firmat.¶ Sed in apoſtil. ad
Bal.in.d.c.j.de feu.da. in vim.l. cōmiſ.
tenet quod indiſtinctè iſta actio pigno-
ratitia ſit perſonalis & quod etiā in con
tractu vſurario non agatur contra ſin-
gularem ſucceſſorē pignoratitia actio-
ne:ſed condictione ex canone nam ſecū
dum eum ſæpenumero condictio ex le-
ge tanquā in rem ſcripta ſequitur fun-
dum allegat.l.fin.§. ſed ſi pręfatam.C.
de iure delibe.¶ Ego autem puto verio
rem eſſe illam opinionē ꝙ actio pignora
titia ſit ſimpliciter perſonalis & non ſe
quatur fundum ſeu tertiū poſſeſſorem
per tex.in terminis in.d.l.finali.C.de di
ſtrac.pigno.cui non poteſt reſponderi:
& ita etiam tenet Ange. de are. inſtitu.
de actio.§.item Seruiana.in penult.co-
lum.& in.§.actionum in materia pigno
ratitiæ.¶ Et non obſtat text.in.d.c.cùm
contra.de pigno.vbi eſt text.ꝙ hæredes
creditoris obligauerant alteri eorū cre-
ditori bona quæ eorum author pignori
acceperat ab ei⁹ debitore:& dicitur ibi
quod hæredes debitoris poſſunt agere
contra illum creditorē cui hæredes cre
ditoris obligauerunt bona ipſius debi-
toris & petere ꝙ fructus per eum per-
cepti computētur in ſortē & bona obli-
gata eis reſtituantur : etiam quòd , nec
debitor,nec hæredes debitoris cum di-
cto creditore cōtraxerint.¶ Super quo
text.canoniſte valde dubitauerunt qua
actione agere poſſunt dicti hæredes de
bitoris contra dictum ſecundum credi-
torem?& alij dixerunt ꝙ rei vendicatio
ne, alij ꝙ officio iudicis,& alij pignora-
titia in rem ſcripta de æquitate canoni
3 ca.¶ † Nam pro intelligentia dicti tex.
eſt aduertendū:ꝙ quando primus cre-
ditor dat pignus pignori ſecundo cre-
ditori poteſt debitor dicto ſecundo cre
ditori:ſoluere vel compenſare ad reſol-
uendum obligationem pignoris : vt eſt
tex.& ibi no. Bart.in.l.grege.§.cùm pi-
gnori.ff.de pign.& habetur in.l.nomē.
C.quæ res pigno.obliga.poſ.¶ Et ratio
eſt:quia ille ſecundus creditor cui pri-
mus dat pignus pignori : non cenſetur
in dicto pignore tertius poſſeſſor:ſed cē
ſetur quaſi idem creditor & eadem per
ſona cum primo.& idem pignus:& ea-
dem hypotheca quę erat apud primum
creditorem eſt etiā apud ſecundum:q̄a
cū ſit ius reale poteſt in aliū transferri
vt habet per Bar.in.l.Ariſto.in vlt. col.
ff.quæ res pigno.obli.poſ.& per Sal.in
l.j.



l.j.C.de his qui in prio.cre.lo.ſuc.& ſe-
cundus creditor cui primus ſuum pi-
gnus conceſsit ſubrogatur loco primi:
& ideo retinet naturam primi in cuius
locum ſubrogatur:arg.l.ſi eū.§.qui in-
iuriarū.ff.ſi quis cau.& hinc eſt ꝙ ſecū-
dus creditor cui primus pignus pigno-
ri dedit habet vtilem hypothecariā con
tra debitorem,quę directo competebat
primo creditori vt.d.l.grege.§.cùm pi-
gnori.&.d.l.nomen.&.l.j.&.ij.C.ſi pi.
4 pig.da.ſit.¶ † Et hinc etiā eſt,ꝙſiue de
bitor ſoluat vel ſatisfaciat primo credi-
tori,ſiue ſecūdo cui primus pignus ſuū
ceſsit reſoluit vtraq; hypotheca : vt eſt
tex.in.l.debitor.§.fi.& ibi Bar.ff. de pi.
actio.¶ Cōſideratis ergo præmiſsis,non
eſt mirum ſi contra creditorem ſecun-
dum cui primus pignus pignori dedit
ſoluto debito competat actio pignorati
tia : q̄a eadem hypotheca & idē pignus
quod fuit apud primū , eſt etiam apud
ſecundū & reputatur idem creditor:&
vtriq; poteſt ſolui:& directa hypotheca
ria quæ dat̄ primo dat̄ vtiliter ſecundo.
¶ Et hoc modo loquitur & ꝑcedit text.
in.d.c.cū cōtra. videlicet ꝙ hæredes de
bitoris poſſunt agere cōtra ſecundū cre
ditorem , cui hæredes primi creditoris
pignus pignori dederūt:vt fructus per
eum percepti compenſentur in ſortem:
nam indubitanter vt dictum eſt eis cō-
petit ad hoc actio pignoratitia directa:
ſicut competeret contra primum credi
torē,vel eius hæredes. & probatur iſta
cōcluſio per tex.& ibi no per gloſ. Bar.
Salic.& Paul.de caſtr.in.l.petenti.ff.de
pigno.actio.iuncta.l. debitor.§.fi.eodē
ti.vbi habetur ꝙ ſi creditor primus de-
dit pignus pignori:ſecundo ſi fiat ſolu-
tio primo creditori reſoluitur etiam pi-
gnus ſecundi : & debet pignus reſtitui
ipſi debitori abſq; eo quod ſoluatur ali-
5 quid ſecundo creditori.¶ † Sed licet ita
ſit in ſecundo creditore : tamē ſecus eſt
in alio ſingulari ſucceſſore:quia contra
eum non datur pignoratitia debitori:&
ideo ſi fideiuſſor debitoris ſoluat credi-
tori & ab eo recipiat pign⁹ quod ei à de
bitore datum fuerat:non poterit debi-
tor ſoluendo agere contra fideiuſſorem
pignoratitia directa ad recuperandum
ſuum pignus:ſed contra eū dabitur de-
bitori actio mandati,vt eſt tex.in.l.ij.ff.
de pigno.& ibi optimè declarat glo. di-
cens ideo non dari pignoratitiam:quia
illa oritur ex contractu:& inter fideiuſ-
ſorem & debitorem non intercelsit con
tractus pignoris,ſed mandati:& ſequū
tur ibi Bar.& Salic. & hoc modo debet
etiam intelligi text. in.l.ſi fideiuſſor.in
prin.ff.de pign.dum ibi dicitur,ꝙ fide-
iuſſor q̄ reluit pignora à debitore ſub
promiſsione de ſoluendo,& poſtea non
ſoluit:quod debitore ſoluente creditori
cogendus eſt reſtituere pignora debito
ri:nam debet intelligi per actionē man
6 dati vt dicit̄ in.d.l.ij.eo.ti.¶ † Et quod
dicitur in fideiuſſore : fortius dicēdum
eſt in alio tertio poſſeſſore,ſeu ſingula-
ri ſucceſſore creditoris , ꝙ ſcilicet cōtra
eū non cōpetat debitori pignoratia di-
recta:vt probat vltra prædicta per text.
in.l.ſi cū venderet. in prin.ff. de pigno.
actio.vbi eſt tex.quod ſi creditor vendi
dit pignus & cōuenit cū emptore:vt li-
ceret debitori ei ſoluere pretium, & re
cuperare rem venditā dicitur ibi quod
pignoratitia cōpetit debitori cōtra cre-
ditorem vt ei cedat actionem ex vēdito
contra emptorē : ſed quod ipſe debitor
non pōt agere cōtra emptorem pignora
titia,ſed rei vendicatione , vel in factu:
& ſic probatur ibi quod contra tertium
poſſeſſorem,& ſingularem ſucceſſorem
non datur debitori pignoratitia quæ ei

competit cõtra creditorem:ſed in ſecũ-
do creditore(vt dixi) eſt ſecus:quia pi-
gnus & hypotheca quod ſecundus cre-
ditor habuit à primo reſoluitur eo ipſo
quod debitor ſoluit primo creditori:vt
d.l.debitor.§.fi.ff.de pigno.ac ſed non
reſolueretur,quãdo creditor vendidit pi-
gnus ipſa emptio.vt.l.iiij.ff.de pigno.
actio.& ibi not.& l.j.& ij.C.ſi anti.cre
di.pignus vendi.& ſic apparet de diuer
ſitate rationis inter creditorẽ primi cre
ditoris recipientem pignus pignori,&
aliũ ſingularẽ ſucceſſorem dicti primi
creditoris ex titulo emptionis, vel alio
habili ad trãſlationẽ dominij:qa ius ſe-
ſecũdi creditoris reſoluitur per ſolutio
nem factã primo.ſed ius emptoris non:
& ideo cõtra creditorẽ põt intentari pi
gnoratitia : ſed contra emptorẽ non.&
ꝙ contra emptorẽ non cõpetat pignora
titia etiã in caſu in quo debitor pręten-
deret intereſſe,puta ex venditione dolo
facta : ſed cõtra creditorẽ qui vendidit:
eſt tex.in.l.j.C.ſi vendi.pig.aga.iunctis
glo.& maximè glo.magna : & not.Bar.
Bal.Sal.& alij ibidẽ.¶Et ita diſtinguen
dum puto licet non inueniam per doct.
examinacũ.¶Et ex his habes quintam
differentiã inter pignoratitiã & hypo-
thecariam . videlicet ꝙ pignoratitia eſt
actio perſonalis,& non ſequit̃ rem , nec
ſingularẽ ſucceſſorẽ creditoris:niſi ſolũ
creditorem creditoris habentẽ idem pi
gnus à creditore primo : hypothecaria
autẽ eſt actio realis:vt.l.pignoris.C.de
pig.cum concordantijs : & hanc quintã
differentiã adiunge alijs quatuor poſi-
7 tis in præcedenti membro &c.¶†Secũ
do quæro , an iſta actio pignoratitia di-
recta quæ datur debitori naſcatur tem
pore contractus pignoris,an verò naſca
tur ex ipſa ſatisfactione quam debitor
facit creditori?& breuiter in hoc dicen
dum eſt quod iſte cõtractus pignoris re
contrahitur:vt inſtitu.quib.mo.re con-
trahi.obli.§ fi.& ideo neceſſe eſt dicere
ꝙ iſta actio naſcat̃ ex ipſo contractu:ſed
tamẽ eius ortus ſit tempore ſolutionis
vel ſatisfactionis & nõ ante:naſcitur er
go talis actio hodie id eſt tempore ſatiſ
factionis:ſed ex materia antiqua : vt eſt
text.in.l.ſi rem alienam.§.omnis.ff.de
pign.actio.& ibi eſt gl.no. quæ hoc opti
mè declarat & ponit aliqua ſimilia exẽ
pla,ſeu caſus ſimiles , videlicet de mu-
tuo reconciliato cõſumptione.nã actio
oritur ex mutuo,ſequuta tamẽ cõſum-
ptione:vt.l.ſi quis pro eo.§.ſi nũmos.
ff.de fideiuſ.¶Similiter in actione tute-
læ quę demũ finita tutela & adminiſtra
tione naſcit:ſed ex geſtiõe præcedẽti:vt
l.ſi tutor.in fi.cũ.l.ſeq.ff.de tute.& ra.
diſ.idem & in delegatiõe iuriſdictionis
facta per proconſulem ſuo legato ante-
quam ipſe proconſul ingrediat̃ prouin-
ciam:qa talis iuriſdictio nõ competit le
gato,niſi demum poſtquam procõſul in
greſſus fuerit prouinciam : & ſic oritur
ex mãdato præcedendi,ſequuto tamen
ingreſſu:vt.l.obſeruare.§.fi.ff.de offic.
procõ.& legati.& ſimiliter euenit in a-
ctione ex ſtipulatu pro dote,quæ naſci-
tur demum ſoluto matrimonio & tamẽ
oritur ex contractu præcedenti : vt.l.j.
C.de repu.& l.ſi conſtante.§.j.ff.ſoluto
matrimonio.& ibi latè per Alexã.poſt
alios : niſi in caſu vergentis mariti ad
inopiam : quia tunc naſcitur conſtante
matrimonio:vt.l.hæc actio.ff.ſolut.ma
trimonio.& l.ſi conſtante.in principio.
eodem titulo:& l.vbi adhuc.C.de iure
dotium.& dictam gloſ.in.d.§.omnis ſe
quuntur.ibi Bart.& Salice.¶Et ex pre
dictis colliguntur in materia duæ regu
læ , vna negatiua & altera affirmatiua.
¶Negatiua eſt quod actio pignoratitia
quæ



quæ competit debitori,& ſic directa nõ
naſcitur,niſi prius ſoluto debito credi-
tori.¶Affirmatiua eſt quod ſoluto vel
ſatisfacto debito dicta actio naſcitur,&
vtranq; regulam examinabimus de per
8 ſe.†Primò igitur capio primam negati
uam,quæ eſt,ꝙ actio pignoratitia dire-
cta non naſcitur niſi prius ſoluto debi-
to:vt lege ſi rem.la prima.§.omnis.ff.
de pign.act.Iſta autem regula pro eius
declaratione recipit quatuor fallẽtias.
¶Fallit ergo primò,quando pignus da-
tum fuit creditori ſub ſpe futuræ nume
rationis pecuniæ:quam poſtea creditor
noluit ſoluere,& ſic obligatio pignoris
nõ fuit completa : nam iſto caſu poteſt
debitor agere pignoratitia contra cre-
ditorem ad repetendum ſuum pignus
abſq; alia ſolutione vel ſatisfactione vt
eſt tex.in.l.ſolutum.§.j.ff.de pig.actio.
& ibi not.Bar.Salyce.& Pau.de caſt.&
hanc limi.etiam ponit gl.in.d.l.ſi rem.
§.omnis.in verbo.actio.¶Et ex dicta.l.
ſolutum.§.j.not.ibi glo.Barto.& Pau.
de caſt.quod ad producẽdum actionem
pignoratitiam ſufficit quod res ſit data
ob cauſam pignoris,licet cauſa principa
lis ob quam datum fuit pignus non per
ficiatur:quod eſt notãdum.¶Secundò,
fallit quando pignus datũ fuit ſub con
ditione,& illa defecit : quia etiam tunc
competit directa pignoratitia ad repe-
tẽdum pignus abſq; ſolutione: & idem
ſi creditor fecit debitori pactũ de non
petendo pecuniam vel ipſum liberauit
per acceptilationem : vt de omnibus eſt
text.in.d.l.ſolutum.§.j.¶Tertiò,fallit
quando creditor res pignoratas iniuſtè,
ſeu inhoneſtè malè tractaret : nam ſi il-
las male tractet abſq; inhoneſtate põt
debitor agere contra eum pignoratitia
ad eius intereſſe.¶Si autem male tra-
ctet cum inhoneſtate , puta proſtituen-
do ancillam pignoratam , poteſt agere
pignoratitia repetendo illam:iſto enim
ſecundo caſu ſoluitur ius pignoris,pri-
mò autem non:& prædicta abſq; aliã ſo
lutionę vel ſatisfactione tex.eſt in.l.ele
ganter.§.ſi ua.ff.de pignora.actio.& ibi
no.Bart.& Pau.de caſt.¶Quartò fal-
lit quãdo debitor agere vellet cõtra cre
ditorem pignoratitia pro damnis & in
tereſſe paſsis per debitorem , ob dolum
vel culpam creditoris : qa ad ius poteſt
agere etiam ante ſolutionem , vel ſatiſ-
factionem debiti tex.in.l.fi.in princ.ſe-
cundo reſpõſo.ff.de pig.actio.& ibi per
Bar.& Pau.de ca.regula ergo habet lo-
cum quando agitur ad reſtitutionẽ rei
pignoratæ:& iſta ſufficiant quoad pri-
9 mã regulã negatiuã.¶†Secunda autẽ
regula affirmatiua eſt:quòd ſoluto de-
bito oritur actio pignoratitia directa de
bitori ad repetendum pignus:& iſta re
gula pro clariori intelligentia expedie-
tur per ampliationes & limitationes.
Primò ergo ponam ad dictam regulam
xv.ampliationes,ſeu extẽſiones:& poſt
ea ſubijciam octo fallentias.¶Primò er
go dicta regula extẽditur & ampliatur
vt nõ ſolum procedat ſoluto debito in
pecunia , ſed etiam aliter ſatisfacto de
voluntate tamen creditoris:puta ſi den
tur alia pignora creditori pro liberatio-
ne primorũ:vel ſi ſit data cautio etiam
nuda vel fideiuſsio de ſoluendo pro ob
tinenda liberatione à pignoribus : vel ſi
aliter creditor à primis pignorib⁹ receſ
ſerit etiã quod ſui facilitate creditor in
aliquo fuerit lęſus:nam priora pignora
erunt liberata,& agi poterit ad illorum
reſtitutionẽ directa pignoratitia : text.
eſt in.d.l.ſolutũ.§.oĩs.ver.ſatisfactũ.ff.
de pig.act.& ibi gl.Bar.Bal.Sal.& Pau.
de caſt.¶Et idẽ eſt ſi per nouationẽ vo-
lũtariã receſſum ſit à primis pignorib⁹

 vt eſt

vt eſt tex.in.d.l.ſolutũ.in prin.¶ Secun
dò,amplia regulam quę eſt quod ex ſo-
lutione debiti naſcatur pignoratitia:vt
non ſolum procedat in debitore ſoluen
te pro re ſua data pignori,ſed etiã ſi de-
diſſet pignori rem alienã:qa ſoluẽdo po
teſt agere ad eã pignoratitia vt eſt text.
in.l.ſi rem alienã.§.is quoq;.ff.de pign.
actio.¶ Tertiò , amplia vt dicta regula
procedat etiã in prædone:quia.ſ.ſi pdo
rem pignori ſuo creditori dedit:quãuis
ipſe prædo in dicta re nõ faciat fructus
ſuos:tamen ex quo creditor ea in bona
fide poſſedit:poterit ille predo debitor:
ſoluto debito agere contra creditorem
non ſolũ ad reſtitutionem pignoris,ſed
etiã ad cõpenſationẽ fructuũ percepto-
rũ p creditorẽ.iſte eſt tex.in.l.ſi pigno-
ris.§.ſi prædo.ff.de pign.actio.¶ Quar
tò,amplia regulã,vt procedat etiã quã-
do debitor egiſſet pignoratitia ante ſo-
lutũ debitũ:nã ſatis eſt ſi pendente iu-
dicio ſoluat ad obtinendũ in pignorati
tia:vt eſt textus in lege ſi rẽ alienã.§.
fi.de pignora.acti.& ex hoc ibi Bart.&
alij inferunt ad vnã theoricã generalẽ,
videlicet ꝙ ius ſuperueniens actori pen
dente iudicio ex cauſa de præterito de-
ducta,tñ in iudicio pdeſt actori ad ob-
tinendũ cõdẽnatoriã cõtra cõuentum.
¶ Intellige tñ tu dummodo ſolutio vel
illud ius ſuperueniat ante concluſum
in cauſa:nam ſi ſuperueniret poſt con-
cluſum in cauſa,videretur ſuperuenire
poſt ſententiã,& nõ prodeſſet:ita decla
rat & limitat Bar.in.l.ſi mater.§.ean-
dem.in fine.ff.de excep.rei iudi.& not.
Pau.de caſt.in.d.l.ſi rem.§.fi.& etiam
dicta theorica limitatur pluribus alijs
modis:vt per Alexan.in conſi.cl.in pe-
10 nul.col.in.v.vol.vbi vide.¶ † Quintò,
amplia regulam vt non ſolum ex ſolu-
tione facta per debitorẽ creditori oria-
tur pignoratitia,ſed etiã ſi ſit ſolutum
alteri de voluntate ipſius creditoris:vel
etiam ſi eſſet ſolutum ei cui poſtea cre-
ditor hæres extitit:vel etiã ſi eſſet ſolu-
tum creditori creditoris mei qui habe-
bat meum nomen,vel mea bona obliga
ta & iſto caſu etiam inuito creditore
meo:ſed ſi non haberet meum nomen,
vel mea bona obligata,ſed eſſet ſimplex
creditor creditoris mei:ſi ei ſoluam de
voluntate creditoris mei,vel ſi ſoluam
procuratori mei creditoris,vel alteri le
gitimè recipienti pro eo:nam in omni-
bus iſtis caſibus ex dictis ſolutionibus
oritur in debitori ſoluenti pignoratitia
actio ad repetendũ pignus datum credi
tori:tex.eſt & ibi no.Bar.poſt gl.& Sal.
& Pau.de ca.in.l.ſolutũ.§.ſolutã.ff.de
11 pig.acti.¶ † Sextò,amplia ꝙ iſta actio
pignoratitia directa non ſolum compe
tat debitori ſoluenti,ſed etiam cõpetat
tutori:curatori & procuratori,qui me-
diante legitimo mandato tutela,vel cu-
ra & cũ debitis ſolẽnitatibus pignoraue
rũt rem domini:ſicut enim tales potue-
rũt pignorare:ita & poſſunt luere & re
petere pignora directa pignoratitia:tex
tus eſt in l.ſolutũ.§.fi.cum.l.ſeq.& ibi
no Bar.ff.de pigno.actio.& vt declarat
ibi Pau.de caſt.talibus adminiſtratori-
bus pignorantibus,& ſoluentibus quę-
ritur directa pignoratitia : eorũ autem
principalibus quęritur vtilis:& quomo
do dicta directa poſſit per dictos admi-
niſtratores intentari:vide ibi per Pau.
12 de caſt.¶ † Septimò,amplia vt regula
procedat:non ſolum facta ſolutiõe.ſed
etiã ſi in iudicio debitor actualiter of-
ferat ſoluere,& creditor recuſet recipe
re:vel ſi extra iudicium debitor offerat,
deponat,& conſignet,& creditor nolit
recipere:quia per dictas oblatiões dabi
tur directa pignoratitia debitori,pinde
ac ſi



ac ſi ſoluiſſet cũ ſtet per creditorem ꝙ
non ſoluatur.tex.eſt in.l.aliena.§.j.ver.
ſi per creditorẽ iuncta gloſſ.ibi in verſi.
13 agitur.ff.de pig.actio.¶ † Octauo,am-
plia vt regula procedat,nõ ſolum quã-
do debitor dedit rem creditori vt eſſet
ei pignorata,ſed etiam ſi ei dedit rem
vt alteri poſſet pignorare:nam etiã iſto
caſu non ſoluto debito ipſi creditori po
terit debitor agere contra creditorem,
vt reſtituat rem,ſi creditor eam iam re-
luit ab eo cui pignorauit:ſi autem non-
dum reluit poterit agere vt illã reluat,
& reſtituat:vt eſt tex.in.l.petenti.ff.de
pigno.actio.qua autem actione ad hoc
poſſit agere debitor declarabitur infra
proximè ¶ Et ſic regula pcedit,qñ res
fuit data pignori ipſi creditori.Amplia
tio verò loquitur,quando non fuit da-
ta pignori creditori,ſed fuit data credi
tori ad hoc vt eã pignori poneret apud
alium.¶ Et inter regulam & ampliatio 14
nem eſt differentia in quatuor.Et pri-
mò,quia in regula quando,ſcilicet res
datur pignori creditori:creditor acqui
rit ius in illa re : in ampliatione autem
quando,ſcilicet datur res creditori,vt
eã pignoret alteri creditor in ea nõ acq
rit ius.¶ Secũda eſt differentia:quia in
regula quando creditor dictam rem pi-
gnorat alteri iuxta.l.grege.§.j.ff.de pi-
gno.cẽſetur pignorare ius quod habet
in re : & ſic ſuo nomine ex quo ſequit̃,
ꝙ ſoluto ei debito cum ius ſui pignoris
extinguatur.d.l.ſi rem.§.omnis.ff.de
pigno.actio.extinguitur etiam ius ſe-
cundi creditoris & res deſinit eſſe obli-
gata ambobus.l.debitor.§.fina.eod.ti-
tu.In ampliatione autem non cenſetur
ipſe creditor obligaſſe ius ſuum quod
non habet in re:ſed cenſetur obligaſſe
ipſam rem de voluntate debitoris,& ideo
licet ſibi ſoluatur à ſuo debitore : non
propterea liberat̃ pignus à ſecundo cre-
ditore.¶ Tertia eſt differentia : quia in
regula ſoluto debito competit debitori
ſoluẽti pignoratitia directa:in amplia-
tione autem competit actio præſcriptis
verbis,vel ad exhibendum.¶ Quarta
differentia eſt : quia in regula non po-
teſt debitor agere pignoratitia,niſi pri⁹
ſoluto debito.d.l.ſi rẽ.§.omnis in am-
pliatione autem ſic:ita declarat Pau.de
caſt.in.d.l.petenti.poſt glo.fin.ibi.¶ Ex
quibus apparet quòd in ampliatione cõ
petit debitori:vt dictum eſt actio præ-
ſcrip.ver.& ad exhibendum:& etiã po-
teſt eidem competere actio commoda-
ti:qa licet eſſet debitor ſui creditoris:
tamen per hoc nõ tenebatur ei rem ſuã
cõmodare:& cũ ex hoc nullam merce-
dem receperit ideò ei poteſt competere
actio cõmodati vt declarat gloſſ.in.d.l.
petenti:quam ſequuntur ibi Bar.Pau.
& alij.¶ † Nono,amplia ꝙ iſta actio nõ
ſolum detur contra creditorem cui eſt
ſolutum per debitorem : ſed etiam da-
tur contra alium cui primus creditor
ſuum pignus pignori dedit & ſic per
vnam ſolutionem liberatur pignus tam
à primo quã à poſteriori creditore cui
primus ſuũ pignus pignorauit:& nõ eſt
neceſſe ꝙ debitor ſoluat ſecundo credi
tori text.eſt in.l.debitor.§.fin.ff.de pi-
gnora.actio.Nec dictus ſecũdus credi-
tor poteſt ſe tueri per retentionem con
tra debitorem agentem pignoratitia,
qñ ipſe debitor ſoluit primo creditori:
vt eſt ibi tex.& declarat gl.Bar.& Pau.
ibi.¶ Decimò,ãplia ꝙ dicta actio pigno
ratitia facta ſolutiõe:nõ ſolũ dat̃ contra
creditorẽ primũ & ſecũdũ vt dictũ eſt:
ſed etiã datur cõtra fideiuſſorẽ q fide-
iuſſit p ipſo debitore:& dũ offerret di-
cto creditori impetrauit à iudice vt pign⁹
ſibi daretur.Nã ſi poſtea non ſoluit,vt
promiſit:

promiſit:poterit debitor facta ſolutio-
ne agere pignoratitia contra fideiuſſoré
ad reſtitutionem pignoris:vt eſt tex.in
l.fideiuſſor.in princip.& ibi not.glo.ff.
14 de pig ¶ † Vndecimò,amplia etiam ſi
eſſet data facultas per pactum creditori
vendedi pignus ſi nõ ſoluatur intra cer
tum tẽpus:q̃a ſiue debitor ſoluat intra
tempus prædictũ,ſiue etiã poſtea dum-
modo nõdũ ſit facta venditio per credi
torem:datur pignoratitia debitori ad
repetendũ pignus text.& ibi gl.& doct.
in.l.iij.C.de pig.& dixi ſuprà in ſexta,
parte primi mẽbri.¶ Duodecimò,am-
plia vt regula procedat,etiã ſi debitor
non ſoluat.ſed petat per creditorem cõ
penſari fructus perceptos & ſi quid re-
ſtat ei ſoluat:nã etiã iſto caſu competit
pignoratitia debitori perinde ac ſi ſol-
uiſſet totum:vt.l.j.&.ij.C.de pign.acti.
iuncta.l.ij.C.de pact.pig. ¶ Tertiodeci
mò,amplia vt regula procedat etiam ſi
debitor peteret per creditoré cõpenſari
illud q̃ creditor cõſequutus fuit à fure
extraneo qui pignus furatus fuit:ſiue
id creditor cõſequutus fuit per actioné
furti ſiue per condi.incerti:ſiue ſit ſim-
plũ ſiue duplũ:nã omne id debet cõpen
ſari cũ credito:& creditore hoc modo
ſatiſfacto debitor põt agere pignorati-
tia ad pignus:vt.l.ſi pignore.in princi.
& ibi per gl.& doct.ff.de pig.actio.& ra
tio eſt:q̃a creditor ex pignore nõ debet
aliq̃d lucrari:ſed omne lucrũ ex eo ꝓ-
ueniens debet in ſortem imputari vt ibi
declarat glo.Bart.& Paulus.de caſtr.
Iſtud tamen reſtringitur,niſi furtũ pi-
gnoris eſſet factum per ipſum debito-
rem:quia illud q̃ creditor conſequutus
fuit actione furti ab ipſo debitore,& ſic
ipſam pœnam furti non tenetur in ſor-
tem imputare?quia hoc modo furtum
remaneret impunitũ & eſſet contra re-
gulam.l.quod à quoq; am.ff.de regulis
iuris vbi dicit tex.quod à quoquam pe-
ne nomine exactum eſt eidem reſtitue-
re nemo cogitur & ibi per Decium:&
idem dicendum eſt quãdo creditor pro
futuro egiſſet contra debitorem condi-
ctiõe incerti.& ex hoc cõſequutus fuiſ-
ſet æſtimationé rei:quia ad eã non cõ-
peteret debitori pignoratitia,nec illa cõ
penſanda eſſet in credito:ſed ſi creditor
ex conditione conſequutus fuiſſet rem
ipſam pignoratã:tunc bene ſoluto debi
to ad eã cõpeteret debitori pignorati-
tia.¶ Et ideo iſto caſu vtilius eſſet debi
tori tradere ipſam rem quàm illius æſti
mationem:ita declarat Bart.& Pau.de
caſt.poſt glo.in dic.l.ſi pignore.in prin.
15 ¶ † Decimtertiò, amplia etiã ſi debitor
à creditore pignus emeret & pretiũ ſol-
ueret creditori:nã talis emptio nõ valet
tanquã facta de re ſua:ſed pretiũ debet
in ſorté imputari:& ſi illud eſſet minus
debito teneretur debitor reſiduũ ſup-
plere ipſi creditori:quo facto agere poſ-
ſet pignoratitia:nõ auté agere poſſet ex
empto:vt.l.debitor.in princ.ff.de pign.
actio.& ibi declarat Paul.de caſtro.
¶ Quindecimò, amplia etiam ſi debi-
tor fuiſſet cõdemnatus creditori ob nõ
reſtitutioné pignoris in plus quã eſſet
debitum cum vſuris:præſtito creditori
iuramento in litem contra ipſum debi-
torem:q̃a non obſtante dicto iuramen-
to & condemnatione in plus facta:pote
rit adhuc debitor ſoluere debitum cũ
vſuris:& eo ſoluto ex æquitate inuenie
tur liberatus:& poterit agere pignora-
titia ad pignus,tex.& ibi gloſſ. Barto.&
alij.in.l.ſi fundus.§.ſi pluris.ff.de pigo.
16 ¶ † Fallit modo dicta regula.& primò
quãdo eſſet ſoluta ſors,ſeu debitũ prin-
cipale:nam non ſufficeret hoc ad agen-
dum pignoratitia:niſi etiam eſſent ſo-
lute



lute vſuræ debitæ dicta de cauſa:quan-
do.ſ.etiã pro illis pignus erat obligatũ:
vt.l.ſolutũ.§.ſi ſortem.ff.de pig.ac.¶ Et
intelligitur pignus eſſe obligatũ,etiam
pro vſuris:quando hoc expreſſe actum
fuit:vt ibi eſt textus.Item quando ſim
pliciter eſſet obligatũ pignus & vſuræ
deberentur naturaliter & ciuiliter:ſe-
cus auté ſi eſſent debitæ naturaliter tan
tum:q̃a tũc pignus ſimpliciter datũ nõ
intelligeret datũ ꝓ illis vt eſt textus in
d.§.ſi in ſorté in verſi.ſiue auté &c.&
in.l.per retétioné.C.de vſur.Secus au-
tem ſi pignus eſſet datum pro ſorte tan
tum:nã tunc indiſtinctè nõ cenſeretur
obligatũ pro vſuris:vt declarat Bart.in
d.§.ſi in ſortem.& Pau.ibi.in dicto ver
ſicu.ſiue auté.quę vide:& in hoc adde
quę latè dixi ſuprà in quinta parte pri-
17 mi membri. ¶ † Secundo fallit regu-
la quando eſſet ſoluta integraliter por-
tio debita vni ex hæredibus creditoris:
quia ex hoc non datur debitori pignora
titia:niſi etiã ſoluatur altera portio de-
bita alteri cohæredi:vt.d.l.ſolutum.§.
ſi creditori & ibi no.ff.de pigno.actio.
¶ Tertiò fallit regula quando poſt ſolu
tum debitum creditori: ipſe creditor
emeret pignus à debitore:quia tunc nõ
dabitur vlterius actio pignoratitia debi
tori:ſed ipſi agenti obſtabit exceptio do
minij ſuperuenientis ipſi creditori:vt eſt
tex.in.l.aliena.§.fin.ff.de pign.actio.&
ſic iſto caſu ex ſolutione non competit
18 actio pignoratitia.¶ † Quartò fallit re
gula:quando ſolutio eſſet facta de pecu
nia reprobata:q̃a talis ſolutio non libe-
rat neq; pignus neq; ſoluentem:& ideo
ſoluenti nõ datur iſto caſu actio pigno-
ratitia.l.elegãter.§.qui reprobos.ff.de
pig.actio.& hoc procedit etiam ſi dicta
pecunia reprobata,fuiſſet poſtea appro
bata à campſore ad inſtátiã creditoris:
quia omnino nõ liberatur debitor:niſi
quando creditor ſcienter illam accepiſ-
ſet:ita declarat ibi Bar.Item iſtud pro-
cedit etiam ſi creditor,qui dictam mo-
netam reprobatam ignoranter accepit
poſtea illã expedidit pro bona:vt etiam
ibi declarãt glo.& Bart.aſsignantes ra-
tionem ſuper hoc. ¶ Poteſt tamen di-
ctus debitor qui ſoluit dictam pecuniã
reprobatam creditori:illam ab eo recu-
perare tam excipiendo quã etiã agendo
cõditione ſine cauſa:vt ibidem optimè
declarat Paul.de caſtr.quãuis gloſ.ibi
voluerit quòd hoc poſsit fieri ſolũ ex-
cipiendo & malè ſecundum Pau.ibi.
19 ¶ † Quintò,fallit quando pignus eſſet
datum pupillo ſine autoritate tutoris:
quia etiã q̃ ei ſoluatur debitum,tamen
contra ipſum non oritur pignoratitia
actio:nã ſicut pupillus non poteſt dare
pignus ſine tutoris autoritate:vt.l.j.in
princip.ff.quæ res pign.obliga.poſſ.ita
nec poteſt recipere:vt ex eo obligetur
pignoratitia actione:text.eſt & ibi glo.
cũm qua alij tranſeunt in.l.pupillo.ff.
de pig.acti.¶ Intellige tamen,vt ibi de-
clarat gl.niſi pupillus ex receptione pi-
gnoris effectus eſſet locupletior:q̃a tũc
etiã q̃ pignus ei datũ fuiſſet ſine tuto-
re:eſſet obligatus,& conueniri poſſet pi
gnoratitia actione,iuxta tamen latè no.
per Ange.de are.inſtitu.de auto.tuto.in
20 princ.¶ † Sextò fallit regula,ſeu po-
tius declarat:ſi creditor amiſit poſſeſ-
ſionem pignoris:& pro illa egit quaſi
Seruiana cõtra tertiũ poſſeſſoré , & ab
eo conſequutus fuit litis æſtimationé:
q̃a tali caſu nõ poteſt debitor repetere
ab illo tertio poſſeſſore ſuã rem:quãuis
creditor per ſolutioné ſibi factã ab illo
tertio poſſeſſore ſit liberat᷑,niſi ipſe de-
bitor reſtituat,vel offerat ipſi tertio poſ-
ſeſſori quod pro eo ſoluit:tex.eſt in.l.ſi.
creditor.

creditor.in principio.ff.de pign,actio. ¶Aduerte tamen ꝙ in caſu.d.l.ſi creditor: non datur debitori contra illū tertium poſſeſſorem pignoratitia,ſed oportet agere rei vēdicatione:quia(vt dictū fuit ſuprà)in iſto.ij.mēbro nu.7.& ſequentibus,actio pignoratitia eſt perſonalis,& non ſequitur tertium poſſeſſorem:& ita etiam tacitè not.glo.in.d.l.ſi creditor.in princi.in ver.offerat vbi ad hoc allegat plures concordantes,& de hoc eſt tex.in terminis in.l.ij.ff.quibus mod.pig.vel hy.ſol.& ſic iſta nō eſt ꝓpriè fallentia à regula ſed potius declaratio.¶ Septimò,fallit regula, quando eſſet ſoluta pars tantū debiti:quia non per hoc poſſet debitor agere pignoratitia ad partē rei pignoratæ: ſed omnino requiritur integra ſolutio debiti.l.quā diu.C.de diſtrac.pigno.& facit.l.ſi neceſſarias.§.ſi vnᵘ.ff.de pign.act.& iſtud procedit non ſolum quando vna res eſt data pignori,ſed etiam ſi plures eſſent datæ:quia non cogitur creditor,vnā ex illis liberare,niſi ſoluto integro debito. text.eſt.in.l.qui pignori.ff. de pigno. ¶ Octauò, fallit dicta regula quando etiam eſſet ſolutum integrum debitum vna cum vſuris iuxta.l.ſolutum.§.ſi in ſortem.ff.de pign,actio.& creditor vēdidiſſet aliquam ex rebus pignoratis: & pro ea obligaſſet ſe de euictiōe in caſibus permiſsis:nam donec debitor caueat ipſi creditori de indēnitate ſuper dicta euictione promiſſa:non dabitur ei pignoratitia ad repetendum alia pignora:vt eſt text.& ibi not.in.d.l.ſi neceſſarias.§.j.ff.de pigno.actio.

✠ Summarium. ✠


1 ☞ *In pignoratitia actione,quæ veniant.*

2 *Vſuræ,an debitori debeātur de illo pluri quo pignus venditum eſt per creditorem.*

3 *Intereſſe quod debitor paſſus eſt ex eo ꝙ creditor recuſauit reſtituere pignus an veniat in pignoratitia.*

4 *Pignoratitia directa datur ob dolum creditoris,ſimiliter ob latam & leuem culpam.*

5 *Creditor,an teneatur de caſu fortuito rei pignoratæ.*

6 *Creditor reſtituens pignus debitori ſoluto debito,tenetur repromittere debitori de dolo & culpa.*

7 *Creditor tenetur & cogi poteſt actione pignoratitia compenſare fructus perceptos in re pignorata.*

8 *Pignoratitia directa competens debitori ob deteriorationem rei à creditore factam,an datione pignoris inſolutum creditori cenſeatur remiſſa.*

9 *Pignoratitia directa datur contra dominum pro pignore dato eius ſeruo peculiari nomine.*

10 *Creditor non cogitur agere cōtra debitorem, nec conſtituitur in mora non agendo.*

11 *Pignoratitia directa cōpetit tam pro pignore prætorio quàm conuentionali.*

12 *Pignoratitia directa,an & quādo reijciatur per exceptionem dominij.*

13 *Pignoratitia contraria poteſt creditori competere contra directam.*

14 *Pignoratitia contraria competit creditori pro expenſis neceſſarijs & aliquando pro voluntarijs factis in pignore.*

15 *Expenſæ neceſſariæ quæ dicantur,*

16 *Creditor in repetitione expenſarum in re pignorata factarum præfertur cæteris creditoribus.*

17 *Creditor,an teneatur probare expenſas in re pignorata factas:& ſi præſumantur.*

18 *Creditor quando dicatur aliquid feciſſe in re pignorata tacito conſenſu debitoris.*

19 *Pignoratitia,contraria competit pro re aliena,vel alteri obligata data pignori creditori ignoranti.*

20 *Creditor agens pignoratitia contraria con-*







*tra debitorem pro re aliena ſibi obligata,ad quid agere debeat.*

21 *Actio pignoratitia contraria,an competat creditori decepto in pignore contra fideiuſſorem ſibi cum pignore datum.*

22 *Creditori multis caſibus competit pignoratitia contraria contra debitorem.*

23 *Debitor decipiens debitorem in re pignorata tenetur actione pignoratitia contraria,ſubmittens autem aliam pro iam tradita tenetur actione furti.*

24 *Debitor pignorans rem alienam tenetur pignoratitia contraria.*

25 *Libellus in pignoratitia directa qualiter ſit formandus.*

26 *Libellus in pignoratitia directa,an debeat continere probationem dominij.*

27 *Libellus qualiter ſit in pignoratitia contraria concipiendus.*


## ¶Tertium membrum.vij. partis principalis.

SEquitur modò
tertiū mēbrum huius.vij.
partis:in quo videbimus q̄
veniāt in actione pignora-
titia & pro quibus cōpetat tam directa
quā cōtraria:ſed primo de directa,poſt-
eà de contraria.¶ Capiēdo itaq; primò
directā pignoratitiā:ponā in ea pro fa-
ciliori & clariori intelligentia ſex cōclu
ſiões cōplectētes totā materiā,& poſtea
1 duas.q.¶† Prima igit cōcluſio ſit,ꝙ in
pignoratitia directa venit nō ſolū res pi
gnorata:qñ nō eſt vēdita ꝑ creditorem:
ſed etiā ſi creditor vēdidit pignus plus
ſuo credito venit illud plus cū intereſſe
vel vſuris:ſi illud plus creditor nō obtu-
lit & depoſuit(debitore recuſante reci-
pere)quia cū iſta ſit actio bonæfidei ve-
niūt in ea vſurę à die more.tex.eſt & ibi
declarat Bar.& Pau.de ca.in.l.quāuis.
§.fi.cū.l.ſeq.ff.de pi.actio.& in.l.credi-
tor.la.ij.eo.ti.¶Et dū Pau.de ca.in.d.l.
quāuis.§.fi.dicit,ꝙ quāuis iſta actio fue
rit inuēta principaliter ad recuperatio-
nē pignorū,tamen cū ſit bonæfidei dat
etiā ad reſtitutionē pretij ſuper exiſtē-
tis ex pignore vendito:ꝙ creditori tra-
ditum non fuit quaſi illud ſuccedat lo-
co rei traditæ:intellige tu iuxta not.per
Bart.in.l.j.ff.de diſtra.pig.declarando,
ꝙ dictum reſiduū pretij reperitur apud
creditorē ex cauſa lucratiua & ipſe de-
bitor cogitur habere ratam venditionē
pignoris factam per creditorē:iuxta no.
in.l.eleganter.§.ſi vendiderit.ff.de pig.
actio.iſtis ergo concurrentibus dicitur
dictum pretium ſuccedere loco rei: vt
habetur in.d.l.j.& dixi latè.ſ.in quinta
parte principali in primo membro.
2 ¶† Et puto iſtas vſuras debitas ipſi de-
bitori à creditore in illo pluri quo ven-
dita fuit res pignorata iuxta.d.l.quāuis
§.fina.deberi etiam de iure canonico:
prout debētur venditori re tradita em-
ptori:ſi emptor fuerit in mora ſoluendi
pretium.iuxta.l.ſecūdam.& ibi no.per
gloſ.C.de vſur.&.l.curabit.C.de actio.
emp.quaſi creditor vendiderit de con-
ſenſu ipſius debitoris ex quo ita ſemel
voluit:vt probatur inſti.quibus alie.li.
§.j.ibi voluntate debitoris intelligitur
pignus alienare & habetur per Bald.in
l.j.C.ſi ſer.extero in.q.de pelipario cre
3 ditori vendente.¶†Adde etiā quod in
iſta actione venit intereſſe, quod debi-
tor paſſus eſt:ex eo quòd creditor recu-
ſauit reſtituere inſtrumēta rei pignora
tæ iuxta tex.in.l.fi.in prin.ff.de pigno.
4 actio.¶†Secunda cōcluſio eſt,ꝙ in pi-
gnoratitia directa venit dolus, & lata
culpa etiam leuis:nō autem leuiſsima:
nec caſus fortuitᵘ.tex.& ibi notat Bart.
& Pau.

& Pau.de caſt.in.l.ſi cùm venderet.§.
ſi.de pi.actio.& in.l.ſi.§.ſi.e.ti.& in.l.ſi
creditor.& in.l.ſi nulla.cũ.l.ſeq.C.eo.&
de caſu fortuito eſt tex.clarus in.l.quæ
fortuitis.eo.tit.& ibi etiã gl.in ver.prę-
ſtantur.quæ allegat cõcordãtes.& opti-
mus text.in.l.ea igitur.ff.de pigno.act.
qui dicit ꝙ creditor tenetur in pignore
ad ea quæ diligens paterfamilias in ſuis
rebus præſtare ſolet.¶ Adde tu ꝙ in tã-
tum creditor tenet̃ in re pignorata de
culpa & dolo.ꝙ ſi res indiget aliqua ex
penſa neceſſaria.creditor debet illã fa-
cere.aliàs ſi res pereat,vel efficiat̃ dete-
rior tenet̃ de culpa : vt.l.ſi ſeruus.ff.de
pign.act.declarando tamen hoc ſecun-
dum Paulus.de Caſt.ibi quando credi-
tor talé expẽſam cõmode facere potuit.
nam non per hoc tenetur ſe & ſuas res
incommodare,vel diſtrahere ſua bona,
vel pecunias ad vſurã recipere : ſed tali
caſu quando ipſe non poteſt commodè
expenſam facere debet ſolum denun-
tiare & ſignificare debitori.ꝙ ſi etiã nõ
poſſet ex aliquo iuſto impedimẽto de-
nuntiare excuſaretur.arg.l.item quæri
tur.§.exercitu.ff.locati.Ita declarat ibi
Pau.quæ not.quia poſſunt contingere.
5 ¶† Illud auté ꝙ dictũ eſt de caſu fortui
to reſtringitur,niſi fortè creditor ré ſibi
obligatã propria autoritate ſine aliqua
licẽtia debitoris occupauerit.tũc enim
creditor teneretur de caſu poſtea cõtin
gente in illa re.tex.no.& ibi Bar.Saly.
ac.Pau.de caſ.in.l.qui ratio.ff.de pign.
actio.Et ſubdit ibi Pau.de ca.ꝙ ex quo
ſumus in culpa in cõmittendo ꝙ credi-
tor tenebit̃ de caſu qui etiã eueniſſet ſi
creditor non occupaſſet.iuxta no.in.l.ſi
vt certo.§.interdũ.ff.cõmod. & in.l.ſi
vehẽda.§.idé iuris.ff.ad.l.rhodi.de iac.
¶ Intellige tamen,& declara prædicta
ꝙ non obſtãte caſu fortuito cõtingente
in pignore quando creditor nõ occupa-
uit propria authoritate poterit creditor
agere ad debitũ.l.ſi creditor.& ibi per
doct.C.de pig.acti.& hoc niſi creditor
fuerit in culpa:puta q̃a potuit euadere
pignus à caſu fortuito & non euaſit.vt
l.ſicut.& ibi no.Bald.C.de pigno.tunc
enim quando creditor fuit in culpa.ſi
ageret & non offerret pignus ꝙ periiſ-
ſet ſua culpa repelleret̃ doli exceptio-
ne vt.l.apud Celſum.§.ité quæritur ſi
vniones.& ibi gloſſ.ff.de doli exceptio.
6 ¶† Tertia cõcluſio eſt,ꝙ quãdo credi-
tor reſtituit debitori pignus tanquã ab
eo ſatiſfactus,tenetur repromittere de-
bito & de dolo & culpa ſua etiam in ne-
gligendo cõmiſſa.ita ꝙ ſi res immobi-
lis pignorata habuiſſet ſeruitutem de
qua ipſe creditor habuiſſet notitiam.&
negligendo ea vti illam amiſiſſet tene-
retur etiam de hoc vt eſt text.not.in.l.
creditor.la.prima.ff.de pigno.act.& iſta
repromiſſio debet fieri cum fideiuſſore.
vt vult glo.in.l.debitor.§.ſi.cod.titu.in
gl.in ver.nec quicquã.Sed Salyc.ibi te-
net contrarium ex eo quia.d.l.debitor.
loquitur per verbum repromitto.nec ei
adiungitur aliquod verbum per ꝙ co-
gamur intelligere de fideiuſſore adhi-
bendo in dicta repromiſſione iuxta no.
in.l.j.ff.q̃ ſatiſ.cog.& in.l.ſancimus.C.
de verbor.ſignifica.& puto Salyce.rectè
7 ſentire.¶† Quarta cõcluſio eſt quod in
dicta actione pignoratitia venit ꝙ cre-
ditor cogatur cõpenſare fructus perce-
ptos ex re pignorata cum ſuo credito.
iuxta.l.j.&.ij.C.de pigno.act.ité venit
ꝙ creditor teneat̃ de deterioratione rei
pignoratæ facta , dolo,vel culpa ſua &
æſtimationé dictę deteriorationis tenet̃
reſtituere vel compenſare cum credito
ſuo:vt eſt tex.& ibi gl.& doct.in.d.l.ij.
in ſecundo rñ. ¶ Et proterea, vt dicit
Bald.



Bald.in.d.l.creditor.la ſecunda eod.ti.
per illum tex.creditor ſatiſfactus tenet̃
reddere pignus debitori in eadem qua
litate in qua illud recepit. Et iſtud no-
tandũ eſt ſecundũ eũ pro formatione li
belli in pignoratitia directa:q̃a debet pe
ti reddi rẽ in eo ſtatu intrinſeco in quo
erat tẽpore pignorationis:ita ꝙ credi-
tor tenetur de inciſione arborum fructi
ferarũ,ſed non de inciſione ſiluę ceduę
quæ eſt in fructu ſecũdum Bal.ibi per il
8 lũ tex.¶† Et in tantũ tenetur creditor
de deterioratione rei per ſuam culpam
facta : quod licet poſtea illam recipiat
ſimpliciter in ſolutum à debitore.tamé
adhuc remanebit obligatus debitori ꝓ
dicta deterioratione & dãno.vt eſt glo.
ſolennis in .l.eleganter . in principio in
glo.fina.in verſi.fortè quæ eſt paruula.
ff.de pigno.actio. & illam ſequitur ibi
Bart.& magnificat Paulus de caſtro,di
cens quòd eſt perpetuo tenenda menti.
& quòd ſuper illa eſt facienda vna ma-
gna manus:& quod alibi nõ deperitur.
& approbat ibi etiam Alex . allegando
pro ea tex.in.l.ſi.ff.arb.fur.cęſ.qui ſatis
9 bene probat . ¶† Adde etiam quòd di-
cta actio pignoratitia debitori datur cõ
tra dominũ pro pignore dato eius ſeruo
peculiari nomine & datur peculioten⁹:
vt eſt tex.in.l.ſi creditor.§.ſi.ff. de pig.
ac.& ibi gl.& doc . ¶ Quinta concluſio
eſt ꝙ creditor poſſidens pignus tenetur
ex fructibus quos percipit ſoluere colle
ctas & tributa:vt.l.in ſumma. & ibi gl.
& Bal.C.de pi.&.l.inter creditorem.ff.
de pac.Et ratio eſt q̃a collecta debet ſol
ui per poſſeſſorem percipiẽtem fructus
vt habetur in dictis locis.in tantùm ꝙ
pactum factũ in cõtrariũ vt.ſ.ſoluatur
per debitorem qui non poſſidet,non va
let in prętudicium fiſci.vt eſt tex.in.d.l.
inter creditorem . Si tamẽ creditor ſol-
ueret de ſuo collectas vel alia onera pu-
blica.puta expẽſas impoſitas pro muni.
tione viarũ:q̃a fructus nõ eſſent ꝑ eum
percepti vel nõ ſufficeret poſſet habere
regreſſum cõtra debitoré.vt habet̃ in.d.
l.in ſumma. Nõ tamẽ tenetur creditor
rem ſibi pignoratã ponere in ſuo ęſtimo
ſecundũ Bal.in.l.cũ notiſſimi.in.iij.co.
C.de pſcri.xxx. an. & habetur ꝑ Alex.
poſt Bar.in.l.Titio.in prin.ff.ad muni.
de quo tamé vide.ſ.in.iij.parte i primo
10 mẽbro.nu.48.vbi plenius de hoc.¶† Sex
ta cõcluſio eſt ꝙ licet creditor habẽs pi
gnus poſſit etiã ſi vult agere cõtra debi
toré vt ſibi ſoluat.tamen inuitus ad hoc
cogi non põt,ſed ipſe debitor ſi vult ſibi
pignus reſtitui tenetur offerre & depo
nere ipſi creditori.tex.eſt & ibi no.Bal.
in.l.creditor.C.de pig.Et facit pro hoc
titu.& maxime.l.j.C.vt nemo inui.age.
vel accu.coga.Sed bene eſt verũ ꝙ ſi cre
ditor vellet agere ad debitum tenebitur
offerre pignus:aliâs repelletur exceptio
ne doli.l.apud Celſum.§.item quęritur
ſi vniones.ff.de excep.do.& no.Bald.in
c.j.in ſi.in titu.de conten. inter dom.&
11 ſi.de inueſti.feu.¶† Quæritur modo in
materia,an ſicut actio pignoratitia dire
cta cõpetit debitori pro pignore cõuen-
tionali:vt.ſ.ꝓbatũ eſt . ita etiã cõpetat
pro pignore pretorio:puta ſi creditor fuit
immiſſus in poſſeſſionem bonorũ debi-
toris ex primo decreto. & per cõſequẽs
cõſtitutũ pignus pretoriũ.iuxta.l. non eſt
mirũ §.j.ff.de pig.act.Et debitor ſoluit,
vel obtulit & depoſuit ſuũ creditũ cre-
ditori,an poſſit agere contra cũ pignora
titia ad repetendũ bona in quibus facta
fuit immiſſio ? & breuiter dicendum
eſt ꝙ ſic.caſus eſt & ibi not.in.l.inquili-
no.cum.l.ſeq.ff.de dam.infec. & in.l.is
cui.§.quæri poterit.& ibi Bart.ff.vt in
poſ.lega. ¶ Dicit tamen ibi Barto.ꝙ in
iſta

iſta pignoratitia venit dolus & lata cul
pa.& nõ leuis.per allegata ibi per eum.
in cõuentionali autem venit etiã leuis
culpa.vt notaui.ſ.in mẽbro prętorij pi
gnoris in.iij.parte in ſecũdo membro.
& plenius in.v. parte principali. in.v.
mẽbro.nu.106.&.107.Et qđ etiam in
pignore prętorio detur pignoratitia.eſt
tex.& ibi Bar.in.l.ſi pecuniam.ff.de pi
gno.act.& ibi etiam per Pau.de caſt.&
per Bal.in rubri.C.eo.titu.& p Ang.de
are.inſti.de ac.§.actionũ.col. xxiiij. in
12 ver.quæro an pignoratitia.¶†Vlterius
quæritur an ſi debitor agat cõtra credi
torem directa pignoratitia ad reſtitu-
tionẽ pignoris poſsit creditor excipere
de dominio cõtra debitorem à quo cau
ſam habet? Et in hac.q pro intelligen-
tia præmittendum eſt ꝙ debitor ſoluto
debito poteſt agere cõtra creditorẽ ad
reſtitutionẽ pignoris duplici actione,
videlicet rei vẽdicatione,& actione pi-
gnoratitia.&ſic actiõe reali:& actiõe ꝑ-
ſonali ex cõtractu:vt.l.nec creditores.
& ibi gl.& Bal.C.de pigno.actio.an er-
go creditor poſsit excipere de dominio
contra debitorem agentẽ? Bald.in.d.l.
nec creditores.ponit quãdã diſtinctio-
nem.& ibidem Saly.ponit aliam diſtin
ctionem magis plenam.Sed Bar.in.l.ſi
alienã.ff.ſolu.mat.magis late & magi-
ſtraliter diſtinguit,& ex eius diſtinctio
ne quatenus pertinet ad terminos no-
ſtros,pono tres concluſiones. ¶Prima
cõcluſio eſt ꝙ qñ agit actiõe pſonali ad
id qđ directo deſcẽdit à cõtractu:de cu-
ius ſubſtantia eſt ꝙ agens ſit dñs poteſt
contra agentem opponi iſta exceptio
tu non eſt dñs:ſed onus probandi incũ
bit excipienti.ſ.ꝙ agẽs nõ ſit dñs.& cũ
hac cõcluſione Bart.tranſeunt commu
niter doc.vt latè per Alex.in.d.l.ſi alie
nam.Et ab hac concluſione Bar.ibi ex-
cipit.d.l.nec creditores.C.de pigno.ac.
qa ſecũdũ eũ ad producẽdum pignora-
titiam nõ requiritur ꝙ debitor qui dat
rem pignori ſit dominus illius rei.licet
quandoq; ad cõſtituẽdum ius in re,pu-
ta hypothecam ſic.& ſic vult Bar.ꝙ pi-
gnoratitia non requirat dominium ad
ſui ſubſtãtiam in debitore qui dedit pi-
gnus.& de hoc eſt tex.in.l.ſi rẽ alienã.
§.is quoq;.ff.de pign.actio.& dicam.j.
in libello pignoratitiæ.Et propterea cõ
cluditur,ꝙ ſub iſta prima concluſione
non cadit quæſtio noſtra.ſed cadit ſub
ſequenti concluſione. ¶Secunda igi-
tur concluſio eſt,ꝙ quando ad ſubſtan
tiam cõtractus non eſt neceſſe ꝙ agens
fuerit dominus:nõ poteſt per reum cõ
uentum habentem cauſam ab agente
opponi exceptio dominij, videlicet ꝙ
agens non ſit dominus niſi in vno caſu,
ſcilicet qñ res in qua debet fieri execu-
tio nõ extaret:qa tũc poſſet opponi ex
ceptio dominij ad effectum:vt per hoc
cõuentus teneatur ſolum ad æſtimatio
nem poſſeſsionis,nõ autẽ ad ęſtimatio-
nẽ proprietatis rei ꝑ.l.ſi mulier.§.qui
poſſeſsionem.ff.ꝙ me.cau. ¶Niſi forte
reus conueniatur ratione doli vel ſui
delicti:qa tũc agens nõ obſtante exce-
ptione conſequet̃ etiam æſtimationem
proprietatis.vt vult Bar.in.l.cõmoda-
re.ff.cõmoda.per.l.cõductores.C.loca.
&.l.nõ ab re.C.vnde vi.Sed iſtã reſtri-
ctionẽ Bar.in.d.l.cõmodare.reprehen-
dit Alexã.in.d.l.ſi alienã.& ſeqtur ſim
pliciter opinionem Bar.ibi quam.ſ.re-
tuli.Et(vt.ſ.dixi)ſub iſta cõcluſione ca
dit actio pignoratitia &.q.noſtra:qa ad
ſubſtantiam actionis pignorate non eſt
neceſſe ꝙ debitor qui dedit pignus fue
rit,vel ſit dñs rei pignori datæ: licet ad
cõſtituendũ hypothecã & hypothecariã
actionẽ requiratur bene ꝙ debitor pi-
gnorans



gnorãs ſit dñs:vt.l.aliena.in princip.&
ibi per gl.& doc.ff.de pig.actio.¶Vnde
cõcluditur quòd creditor cõuentus ex
cõtractu actione pignoratitia à debito-
re nõ poteſt excipere ꝙ agens nõ ſit do
minus:niſi in caſu notato per Barto.in
d.l.ſi alienã.ſ.relato. ¶Tertia conclu-
ſio eſt,ꝙ contra agentẽ ex cõtractu po-
teſt conuentus etiam habens cauſam
ab eo excipere de dominio ipſius exci-
pientis.per.l.qui rem.ff.depoſi.&.l.bo-
na fides.eo.tit.& ita tenet Alex.in.d.l.
ſi alienam.late defenſando opin.Bart.
per multa,quæ obmitto.¶Concluden-
do ergo in terminis noſtris:ſi cõtra de-
bitorem agentem pignoratitia creditor
excipiat de ſuo dominio.debet talis ex
ceptio admitti.ſi autem excipiat ꝙ de-
bitor agens non ſit dominus: ſua exce-
ptio non debet admitti.vt dixi.ſ.in ſe-
cunda cõcluſione.¶Et cũ iſta opinione
cõcordat etiam Salyc.in ſua diſtinctio-
ne in.l.nõ vnde.C.ſi cer.pet.in vltimo
membro.in ver.ſecundo caſu. quando
excipit de ſuo proprio dominio &c.Et
de iſta materia vltra not.per Bartol.&
Alexand.in.d.l.ſi alienam. vide etiã.ſ.
in ſecunda parte.in tertio membro. in
viij.limi.nume.62. vſq; ad nume.58.
& plene per Bart.etiam in.d.l.commo
dare.ff.commoda.Nam hic tetigi tan-
tum ea quæ faciunt ad terminos pigno
ratitiæ.Et per hæc ſit expedita pignora
titia directa &c.¶Videndum modo de
actione pignoratitia cõtraria cui.ſ.com
13 petat.& pro quibus.¶†Et primò ſcien
dum eſt ꝙ ſicut pignoratitia directa cõ
petit debitori:vt dictũ eſt.ſ.ita iſta pi-
gnoratitia cõtraria cõpetit creditori:vt
eſt tex.in.l.tutor.§.contrariam.ff.de pi
gnora.actio. ¶Et de hac actione & de
pluribus alijs actiõibus directis & cõ-
trarijs & quando & quomodo naſcant̃
habetur latè per Bartol.in.l.curatoris
C.de nego.geſt.& Cum Bar.tranſeunt
communiter alij. vt ibi per Alexand.
Competit autem iſta actio cõtraria pi-
gnoratitia creditori contra debitorem
14 in pluribus caſibus.¶†Et primo com-
petit pro expenſis neceſſarijs factis per
creditorem in re pignorata.puta in ful-
ciendo vel reficiendo domum pignora-
tã,vel in ſeruis pignoratis infirmis me-
dicandis, vel in illis cibandis: vel in
alijs expẽſis neceſſarijs vt eſt tex.& ibi
gl.& doc.in.l.ſi neceſſarias.in princi.ff.
15 de pig.act.¶†Et expẽſæ neceſſariæ di-
cuntur quibus nõ factis res erat peri-
tura,vel deterior futura:vt.l.impenſæ.
ff.de ver.ſigni.& no.gl.j.in.d.l.ſi neceſ-
16 ſarias.¶†Et per prædicta dixit Bar.in
l.interdum cũ.l.ſequẽ.ff.qui po.in pi-
gno.habean.ꝙ creditor non ſolum põt
repetere expẽſas factas in equo ſibi pi-
gnorato,puta in alimentis ipſius & in
famulo,ſeu ragatio eum cuſtodiente &
in penſione ſtabuli.ſed quod etiam in il
lis præferri debet omnibus alijs credi-
toribus anterioribus:cũ tales expenſæ
ſint factæ ad conſeruationẽ rei.per tex.
in.d.l.interdum.& faciunt no.per Bal.
in.l.in reſtituẽdo.C.de peti.hære.& vi
de.quæ circa hoc latè ſcripſi.ſ.in.v.par
te.in ſecundo mẽbro.nu.xxiiij.&.xxv.
17 ¶†Et pro declaratione prędictorũ ad-
de quòd quando creditor repetit tales
expenſas: abſq; alia probatione in du-
bio præſumuntur tales expẽſæ factæ,&
ꝑ eum factæ:vt no.Bar.in.l.cũ ſeruus.
in ver.eadem ratione dico &c.ff.de ver
bo.obliga.declarando tamen deciſionẽ
Bart.vt ibi ꝑ Alexand.poſt Imo.
¶Adde etiam ꝙ creditor equũ pigno-
ratum dedit ad vecturam tenet illam
vecturam computare cum expenſis fa-
ctis ꝑ dicto equo.& etiam ſi quid ſu-
Anto.de fa.de pi.& hyp. A pereſt

pereſt in ſortem:vt no.Bal.in.l.ij.C.de
par.pigno.& refert.& ſequitur Alexan.
in.l.ſi ſeruos.ff.de pigno.act.Item ad-
de qđ ſi res pignorata eſt penes ipſum
creditorem pro prædictis expenſis dať
ipſi creditori retẽtio:ſed ſi res ſit apud
alium.vel ſit aliquo caſu perempta: tũc
datur ei actio pignoratitia contraria
vt eſt tex.in.d.l.ſi neceſſarias.Et prædi
cta procedunt in expenſis neceſſarijs.
18 ¶†Sed ſi creditor feciſſet expenſas vti-
les tantum:tunc ita demum illas repe-
tere poterit.ſi illas feciſſet de voluntate
expreſſa,vel tacita ipſius debitoris: &
tacita volũtate dicitur fieri,quãdo cre-
ditori proſequutus fuit expenſam quã
facere inceperat debitor:dummodo ta-
lis expenſa non ſit nimis oneroſa debi-
tori : quod relinquiť arbitrio iudicis.
vt eſt pulcher tex.in.l.ſi ſeruos.ff.de pi-
gno.actio.& ibi clarè per Pau.de caſt.
Item intellige dummodo poſt impen-
ſam incœptam ꝑ debitorem ipſe debi-
tor nõ ſit lapſus facultatibus.ita quod
non ſit veriſimile,tunc debitorẽ voluiſ
ſe continuare dictam expenſam.nã tali
caſu creditor nõ poſſet repetere expen-
ſam voluntariam.Ita declarat Paul.de
ca.in.d.l.ſi ſeruos.& bene iudicio meo.
19 ¶†Secundò competit etiã dicta actio
pignoratitia contraria creditori,quan-
do ei fuit data pignori res aliena eo
ignorante,vel aliter debitor maliciosè
ſe geſsit in conſtituendo pignore:vt eſt
tex.in.l.ſi rem alienã.la prima.in prin.
ff.de pigno.acti.& glo.ibi exemplificat
illud verbum maliciosè,quando debi-
tor daret pignori rem quam ſciebat ſe
obligare nõ poſſe : puta quia obligatio
erat prohibita à teſtatore:vt.l.pater.§.
fundum.à filio.ff.de lega.iij.vel qa ſcié
ter obligauit ſeruum furem.l.ſi ſeruus.
ff.de pigno.act.In tantum quod ſi do-
minus rei quam debitor obligauit ſuc-
cedat ipſi debitori non reconualeſceret
pignus,nec creditori competeret dire-
cta vel vtilis hypothecaria ad dictam
rem:vt.l.rem alienam.ff.de pigo.actio.
ſed ſolum competeret ei contra illũ hæ
redem debitoris vtilis pignoratitia cõ-
traria pro damnis & intereſſe ſuis ob ré
alienam ſibi obligatã à debitore: vt eſt
tex.& ibi no.Bar.in.l.ſi titio.ff.de pig.
poſt gl.ibi.& latius declarat ibi Salyce.
quem vide omnino.Ad idé tex.in.l.tu-
tor.§.contrariam.ff.de pig.act.vbi ha-
betur quod ſi debitor rem alienam,vel
rem ſuam alteri hypothecatam pigno-
ri det ſecundo creditori.ſi res illa non
ſufficiat vtriq; creditori,dabitur ſecun
do creditori contra debitorem pignora
titia contraria.& idem ſi debitor det pi
gnori rem in publicum obligatã : vt eſt
text.in.d.§.contrariam. ¶Et prædicta
militant etiã ſi debitor ignorãter præ
dicta bona obligaſſet:quia non obſtan-
te eius ignorantia omnino tenebiť con
traria pignoratitia:quod ſi ſciẽter obli-
gaſſet vltra pignoratitiam tenebiť etiã
crimine ſtellionatus:vt eſt text.in.d.§.
contrariã.& ibi declarãt Bar.Salyce.&
Pau.de ca.Si autem creditor reciperet
ſcienter pignori rem alienatã, vel alte-
ri obligatã,vel morboſam : quia de illis
contentus fuit non haberet contrariã
pignoratitiã:vt eſt text.in.d.§.contra-
riam.in fin.& ibi optimè declarat gloſ.
20 ¶†Sed dubitatur in prædictis quan-
do creditor agit contraria pignoratitia
contra debitoré,ex eo quod res aliena
fuit ſibi pignori data ad quid agere de
beat? Et gloſſ.no.in.l.cùm debito.ff.de
pigno.ac.dicit quòd agi debet ad inter
eſſe.& iſtud intereſſe ſecũdũ gl.ibi põt
cõſiderari varijs reſpectibus.& primo ſi
creditor erat creditor alicuius alterius
debiti



debiti chyrographarij.Nam tũc ſi cre-
ditor habuiſſet hypothecam, potuiſſet
illam retinere pro credito chyrographa
rio contra debitorẽ.iuxta.l.vni.C.etiã
ob chiro.pec.ſecundo ſi erat naturale
debitum tantũ pro quo res pignori da-
ta fuit.nam tunc cum nõ haberet actio
nem de iure ciuili iuxta.l.legem.C.de
pac.potuiſſet ſibi per retentionem pro-
uidere.l.per retentionem.C.de vſu.ter
tio qa ſi habuiſſet pignus nõ fuiſſet li-
tigaturus : prout eſt facturus cum ſola
actione perſonali & ſupportaturus ex-
penſas litigãdo.¶Subdit gloſſ.quòd alij
dixerunt quod iſtis caſibus non poſsit
creditor agere ad intereſſe : ſed vt aliud
æque bonũ pignus ſibi detur.Sed Bar.
& Saly.in.d.l.cum debitore.in hoc vlti
mo tenent contra gl.quia licet debitor
iſto caſu poſsit liberare dando creditori
aliud pignus æque bonum.argumẽ.l.ſi
quis domũ.C.loca.Tñ iſtud ꝙ debitor
teneať dare aliud pignus nõ eſt in obli-
gatione,& ideo creditor nõ põt ad hoc
agere.& ita firmant ibi Bar.& Saly.ſe-
quẽtes gl.in alijs.& ſubdũt qđ.d.l.cum
debitore.cũ gl.eſt tenenda mẽti ꝑ for-
matiõe libelli in iſta actione pignorati-
tia cõtraria.Intellige tu in caſibꝰ ibi no
tatis,videlicet qñ res aliena, vel alteri
obligata fuit data pignori.nã ſecũdum
Bar.ibi æſtimabiť iſtud intereſſe tanti
quãti minus valet illud nomen propter
defectum dictæ rei pignoratæ.ꝑ.l.j.§.ſi
hæres.ff.ad trebel.Et ad iſtud intereſſe
aget creditor.In alijs aũt caſibus,in qui
bus vt dictũ eſt.ſ.in primo caſu.& dice
tur.ſ.in caſibus ſequẽtibus libellus erit
formãdus ſecundũ terminos illius ca-
ſus in quo pignoratitia contraria pote-
rit competere.Et adde prædictis not.ꝑ
Bal.in.l.creditor qui fraudes.C.de pig.
21 ac.¶†Vnum tamẽ in prædictis eſt no-
tandum, quòd quando creditor habet
pignoratitiam contrariã ex eo qua fuit
deceptus in pignore.iuxta.d.l.cũ debi-
tore.ꝙ ſi tali caſu vltra pignus fuit etiã
datus fideiuſſor creditori qđ cõtra talé
fideiuſſorem nõ dabiť creditori actio pi
gnoratitia cõtraria ad intereſſe prædi-
ctũ:ſed ſolũ ad pecuniam debitã: vt eſt
tex.no.& ibi etiã no.Barto.in.l.ſi in pi-
gnore.ff.de fideiuſ.q reddit rationẽ,vi-
delicet qđ fideiuſſor non ſe obligauit ꝑ
qualitate pignoris dati,ſed pro pecunia
22 ſoluéda.¶†Tertiò,cõpetit dicta actio
pignoratitia cõtraria creditori quando
debitor conduxit pignus à creditore.&
poſtea detractat illud reſtituere.nã da-
bitur creditori contraria pignoratitia
ad intereſſe.non autem ad pignus reſti
tuendũ:qa ad hoc habet creditor inter
dictum de precario vel hypothecaria:
vt eſt tex.iuncta glo.in.l.ſi pignore.§.ſi
poſt diſtractum.ff.de pig.ac.& ibi Bar.
Pau.de caſt.& Saly.¶Et iſto caſu cum
agatur de fide rupta:qa.ſ.debitor con-
ducens pignus,& promittẽs reſtituere
modo recuſat.& ſic fidem rumpit ob fi-
dem ruptam deferetur creditori iura-
mẽtum in litem.vt eſt text.in.l.ei apud
quem à contrario ſenſu.ff.depo.& not.
gl.in.d.l.ſi pignore.in.§.ſi poſt.in ver.
tenetur.& ibi ſequunť Bar.Pau.de ca-
ſtro & Salyce.quod eſt ſpeciale : vt.ſ.in
actione contraria deferatur iuramentũ
in litem ob fidem ruptam : aliàs autem
regulariter in actionibus cõtrarijs non
datur iuramentum in litem,ſed in dire
ctis bonæfidei ſic.vt no.gl.in.l.in actio-
nibus.in glo.in ver.bonæfidei.ff.de in
litem iur.& gl.in.l.j.§.in depoſiti.& in
d.l.ei apud qué.ff.depoſi.& habeť per
Alex.in cõſil.ccxiiij.quando dolus.vij.
volu.¶Quartò competit creditori pi-
gnoratitia contraria : ſi debitor pigno-

rauit ſeruum furem eidẽ creditori, cui
poſtea ſeruus furtum fecit. Nam iſto ca
ſu dabitur creditori pignoratitia cõtra
ria pro intereſſe furti ſibi facti cõtra ip-
ſum debitorẽ: & hoc ſi debitor ſcienter
ſeruũ furẽ pignorauit, videlicet ſciens
illum eſſe furem. Nam ſi ignoranter de
diſſet: excuſaretur dominus dando illũ
noxæ: vt eſt text. in .l. ſi ſeruus. ff. de pig.
actio. & ibi glo. Bart. Pau. de ca. & Sal.
23 ¶† Quintò, competit etiam contraria
pignoratitia creditori: quando debitor
conuenit dare vnam rem pignori: & lo-
co illius dedit aliam: puta quia pro au-
ro dedit æs. Iſto enim caſu datur contra
ria pignoratitia pro intereſſe. & etiam
actio ex crimine ſtellionatus tex. & ibi
no. doc. in. l. ſi qs in pignore. ff. de pign.
ac. Sed ſi debitor iam tradidiſſet aurum
pignori. & poſtea loco auri ſubmitteret
æs: teneretur debitor furti: vt etiam de
hoc eſt ibi caſus. ¶ Similiter teneretur
furti debitor: ſi nõdum tradidiſſet rem
obligatam creditori: ſed illam recogno
uiſſet tenere pro eo: & poſtea illam con
trectaret. nam cõtractando debitor cõ-
mitteret furtum, & teneretur furti: vt
no. Bart. in. l. c. ſed nec. in fi. ff. de condi.
furti. per allegata ibi per eum.
24 ¶† Sextò, datur etiam cõtraria pigno-
ratitia creditori, quando debitor ei pi-
gnorauit rem alienã: puta Titij. Et poſt
ea Titi⁹ dominus illius rei ſucceſsit de
bitori. nam per hoc nõ reconualeſcit pi
gnus. ſed bene contra Titiũ, vt hæredẽ
debitoris dabitur creditori ꝓ ſuo inter
eſſe vtilis pignoratitia contraria: vt. l. ſi
Titio. & ibi gl. Bar. & Saly. ff. de pig. &
dixi. ſ. in ſecũdo caſu. & ſic remanet ex
25 pedita materia pignoratitiæ. ¶† Reſtat
ſolùm ponere aliqua circa formã libel-
li: tam in directa q̃ in contraria pigno-
ratitia. ¶ In quo licet Ange. de are. in-
ſtitu. de actio. in. §. actionum. in mate-
ria pignoratitiæ vtrãq; formã libelli po
nat, videlicet tam in contraria q̃ dire-
cta. Tamen ipſe ponit formam libelli in
vno caſu tantùm, videlicet in directa pi
gnoratitia qñ debitor agit ad reſtitutio
nem rei pignoratæ. ¶ Et nihilominus vt
conſtat ex relatis. ſ. in pignoratitia di-
recta. in pluribus alijs caſibus poteſt cõ-
petere. Et primò, qñ pignus venditum
fuit per creditorem pluris q̃ ſit debitũ.
nam cõpetit directa pignoratitia ad il-
lud vt dictũ fuit. ſ. in hoc. iij. mẽbro. nu-
mero. 1. Secũdò cõpetit etiã pro damno
quod debitor prætẽderet in pignore ex
dolo, vel culpa lata, vel leui creditoris:
vt dixi. ſ. in hoc. iij. mẽb. nu. 4. tertiò cõ
petit etiam quando debitor prætendit
damnum ex negligentia creditoris: vt
dixi. ſ. in hoc. iij. mẽb. nu. 6. quartò cõ-
petit etiam vt fructus per creditorẽ cõ-
putentur in ſortẽ. & ſimiliter æſtimatio
deteriorationis: vt in hoc. iij. mem. nu.
7. & . 8. quintò competit etiam ꝓ pigno
re prętorio: vt ſuprà in hoc membro. nu
mero. 12. & etiã in alijs caſibus qui poſ-
ſunt colligi ex diſcuſsis in materia.
¶ Erit ergo formandus libellus in iſta a-
ctione pignoratitia directa ſecundum
occurrẽtiam caſus ex quo agendũ erit.
& ſic non ſemper eodem modo, vt vide
tur velle Ange. de are. in. d. §. actionum.
26 ¶† Inſuper in vno eſt aduertendũ cir-
ca formam dicti libelli directę pignora-
titiæ. ꝙ Ange. de are. in. d. §. actionũ. in
libello pignoratitiæ directæ præſuppo-
nit eſſe neceſſe in hoc libello deducere
quod res pignorata ad cuius reſtitutio-
nem agitur ſit ipſius debitoris, dum di-
cit: ideo ſe dixiſſe in libello meum librũ
qa licet quis rem alienã poſsit vendere.
& teneat venditio in pręiudicium ven-
ditoris. l. rem alienam. ff. de contrahen.
emp.



emp. nõ tamen poteſt quis rem alienam
obligare: niſi dñs conſentiat, vel fraudu
lenter diſsimulet: vt. l. ij. C. ſi alie. res
pig. da. ſit. Et ſic vult ipſe ꝙ ex quo res
aliena non poteſt pignori dari. ideo pro
ea non competat pignoratitia directa.
& per conſequens ꝙ in hoc libello de-
beat deduci dominium debitoris pigno
rãtis. ¶ Sed errat manifeſtè Ang. de are.
quia licet verum ſit ꝙ res aliena nõ poſ
ſit pignori dari: vt. l. alie. l. prin. & ibi no
tat glo. ff. de pig. act. & . d. l. ij. C. ſi alie.
res pig. da. ſit. Et ſi detur in ea non cõſi
ſtat hypotheca, vt dictis iuribus. Tamẽ
hoc non obſtante debitor qui dictã rem
pignori dedit ſoluto debito, poteſt ad
dictam rem alienã ſibi reſtituendã age-
re directa pignoratitia: vt eſt tex. in. l. rẽ
alienam. §. is quoq;. ff. de pigno. actio.
¶ Quinimò etiam prædo qui rem pi-
gnori dedit: ſoluto debito habet directã
pignoratitiam ad rem alienam pignori
datam. & etiam ad fructus vt in ſortem
computentur: vt eſt tex. & ibi no. Bart.
in. l. ſi pignore. §. ſi prædo. ff. de pigno.
acti. & nõ obſtat ꝙ in re aliena non poſ-
ſit conſtitui pignus & hypotheca, vt di-
ctum eſt: qa reſpondetur ꝙ ad produ-
cendum pignoratitiam actionem dire-
ctam ſufficit rem eſſe traditã ex cauſa
pignoris: ſed ipſum pignus nõ ſortiatur
effectũ: vt eſt tex. & ibi glo. Bar. & Pau.
de caſt. in. l. ſolutũ. §. omnis. ff. de pign.
act. quod no. qa Aret. nõ bene aduertit.
27 ¶† Libellus etiam in pignoratitia con-
traria quæ datur creditori ponitur etiã
per Arc. in. d. §. actionum. Sed ponitur
ſolũ quando creditor agit dicta ratione
ad expenſas per eum factas in re pigno
rata. ¶ Tu autẽ aduertas ꝙ poteſt for-
mari in ſex caſibus notatis ſuprà in hoc
iij. membro à nu. 19. vſq; ad nume. 33. In
quibus contraria pignoratitia cõpetere
poteſt & ideo ſecundũ contingentiam
conſiderabis dictos caſus. & libellũ tuũ
formabis aptè ſecundũ occurrentem ca
ſum. & hoc ſeruando errare non pote-
ris. Et per hæc ſit expedita tota mate-
ria pignoratitiæ: & tertium membrum
iſtius. vij. partis principalis.

## ¶ Octaua pars principalis.

SEquitur modò
viij. pars principalis, & vl
tima iſti⁹ noſtri tractatus:
in qua ponitur materia a-
ctionis hypothecariæ. Et diuiditur in
tres partes. In prima parte tractabitur
de natura iſtius actionis hypothecariæ,
& quæ requirantur vt illa competat. In
ſecunda videbimus, quibus perſonis, &
contra quas perſonas, & pro quibus re-
bus cõpetat. In tertia verò parte diſcu-
tiemus quãdo iſta actio oriatur, & quæ
ſint probanda ad obtinendum in ea. &
de modo libellandi &c.

### Summarium.

1 *Actio hypothecaria differt ab interdi-*
*cto Saluiano in pluribus.*
2 *Appellari poteſt à ſententia lata ſuper hypo*
*thecaria.*
3 *Appellari, an poſsit à ſententia lata interdi-*
*cto Saluiano.*
4 *Interdictum Saluianum in cuius fauorem*
*fuit introductum, & in quem finem.*
5 *Actio directa oritur, vbicũq; in aliqua diſpo-*
*ſitione iuris concurrunt verba & mens legiſ*
*latoris.*
6 *Interdictum Saluianũ dicitur poſſeſſorium:*
*& datur ſolum reſpectu poſſeſsionis.*
7 *Interdictum Saluianum à quo dicatur.*
8 *Actio hypothecaria, & quaſi Seruiana in ni*

*hil differunt.*

9 *Actio perſonalis & hypothecaria, an in eodẽ libello cumulari poſsint.*

10 *Agi non poteſt contra tertium poſſeſſorẽ hypothecaria, niſi prius actum ſit perſonali contra principalem debitorem, vel eius hæredes.*

11 *Actio hypothecaria non procedit contra tertium poſſeſſorẽ, niſi prius diſcuſsis bonis principalis debitoris & fideiuſſorum.*

12 *Excuſsio bonorum alicuius præſupponit citationem poſsidentium & fideiuſſorum.*

13 *Citatio in caſu excuſsionis bonorum alicuius debet eſſe ſpecialis.*

14 *Notorium releuat ab onere probandi.*

15 *Notoriè non ſoluendo quem eſſe qualiter intelligatur.*

16 *Excuſsio multis caſibus in actione hypothecaria non requiritur.*

17 *Caſu quo debitor lite pendẽte alienauit rem hypothecatam poteſt poſſeſſor abſq; debiti principalis excuſsione conueniri hypothecaria.*

18 *Creditor cui actualiter traditum eſt pignus ſi cadat ab eius poſſeſsione poteſt dimiſſo principali illud hypothecaria recuperare.*

19 *Nomine debitoris obligato creditori poteſt ipſe creditor ad illud agere vtili hypothecaria abſq; excuſsione debitoris principalis.*

20 *Creditor habẽs generalem & ſpecialem hypothecã, an poſsit cumulatè agere pro vtraq;.*

21 *Excuſsio non eſt neceſſaria in hypotheca legali.*

22 *Excuſsio quo iure fuerit introducta.*

23 *Excuſsio non requiritur in repetitione dotis.*

24 *Lex promittẽdo. ff. de iure dot. quo caſu procedat.*

25 *Lex poteſt fieri de caſu dubitabili.*

26 *Statutum generale quòd nulla mulier poſſit contrahere ſine certa forma, an comprehendat cauſam dotis.*

27 *Excuſsio, an procedat in cauſa dotis.*

28 *Iuris apex non conſideratur, vbi procedendũ eſt ſola facti veritate inſpecta.*

29 *Exceptio excuſsionis non competit mercatoribus, campſoribus, nũmularijs, & ſimilibus perſonis.*

30 *Exceptio excuſsiõis, an admitti poſsit coram arbitro & arbitratore.*

31 *Exceptio excuſsionis poteſt dupliciter conſiderari.*

32 *Excuſsio non procedit vbi agitur vigore inſtrumenti guarentigiati, vel habentis executionem paratam.*

33 *Præſcriptio impedit excuſsionem.*

34 *Exceptio excuſsionis quando ſit in iudicijs opponenda.*

35 *Exceptio excuſsionis opponenda eſt clare & ſpecifice.*

36 *Exceptio excuſsionis omiſſa in prima inſtantia non poteſt amplius opponi.*

37 *Excuſsionis exceptione pendente iudicio hypothecario oppoſita duobus remedijs prouidetur actori.*

38 *Excuſsio facta ad inſtãtiam vnius creditoris, an proſit alijs creditoribus in alijs cauſis.*

39 *Excuſsionis ſententia, an tranſeat in rem iudicatam, ita quòd ab illa appellari nõ poſsit.*

40 *Excuſsio facienda contra hæreditatem iacentem requiritur curatoris dationem aliàs eſt inualida.*

51 *Excuſsione facta contra debitorem, & lite conteſtata contra tertium poſſeſſorem: ſi poſt ea ſuperueniant bona debitori, poteſt tertius poſſeſſor etiam poſt litis conteſtationem de illis excipere.*

42 *Excuſsio, an ſit facienda de bonis extra territorium iudicantis exiſtentibus.*

43 *Res inutiles pro nihilo in excuſsionibus habentur.*

44 *Excuſsionis forma quæ ſit remiſsiuè.*

*Excuſsio fit de illis bonis tantũ quæ ſine controuerſia poſsideri poſſunt.*

45 *Sententia hypothecariæ non transfert dominium in creditorem, & ſententia lata in ea contra vnum non poteſt exequi cõtra alium.*

46 *Hypothecaria obtenta pro aliqua re quæ non*



*non ſufficit pro toto debito, non tollit perſonalem in reſiduo.*

47 *Hypothecaria non oritur ex obligatione contractu in diem rectam pendente die, niſi debitor ſit ſuſpectus de fuga.*

48 *Hypothecaria datur inſolidum contra vnũ ex poſſeſſoribus bonorum obligatorum.*

49 *Dictio omnis in ſingulari numero eſt diſtributiua & attribuit actum cuilibet inſolidũ.*

50 *Hypothecaria ideo competit inſolidum: quia eſt acceſſoria, ſicut dicitur in pluribus fideiuſſoribus.*

51 *Hypothecaria quæ datur pro legatis contra hæredes datur ad inſtar perſonalis: nec datur inſolidum, ſed pro hæreditarijs portionibus.*

52 *Hypotheca quæ datur pro grano, vino, & oleo extenditur ad incrementum, ſeu æſtimationem.*

53 *Creditor, an poſsit propria authoritate occupare hypothecam.*

## ¶Octauæ partis primum membrum.

CApiendo itaq;
primũ mẽbrũ huius octa-
ue partis in qua videndũ
eſt de natura iſtius actio-
nis hypothecariæ. ¶Et pro intelligẽtia,
primò premitẽdũ eſt ꝙ iſta actio hypo-
thecaria differt ab actione pignoratitia
in quinq;: vt latè dictũ fuit. ſ. in. vij. par
te. in. j. membro. nu. 1. cum pluribus ſe-
quentibus. vbi abſq; repetitione vide-
re poteris. ¶Quo premiſſo pro facilio-
ri intelligentia ponã in materia iſta no-
uem concluſiones: in quibus omnẽ na-
turam iſtius actionis complectemur.
1 ¶† Prima igitur concluſio ſit, ꝙ iſta a-
ctio hypothecaria differt ab interdicto
Saluiano in pluribus. Et primò differt
quia actio hypothecaria de ſui natura
auocat ſolã poſſeſsionem ratione iuris
hypothecæ: vt. l. ſi cũ venditor. in prin.
ff. de euic. Et ideo iudiciũ quod inten-
tatur pro ea dicit᷑ petitoriũ. l. pignoris.
ff. de pig. ſicut etiã dicitur in rei vendi.
quæ aliqñ auocat poſſeſsionẽ tantũ, ali-
quando nudã detentationẽ ratione do-
2 minij: vt. l. officiũ. ff. de rei vend. ¶† Ex
quo infertur ꝙ à ſentẽtia lata ſuper hy-
pothecaria de iure põt appellari: qa non
eſt cauſa momẽtaneæ poſſeſsiõis, ſed ſa-
pit naturã petitorij: vt ſingulariter vo-
luit Bar. ſ. l. j. C. de ſal. interdi. & ibi Sal.
& Flori. & etiã Bar. in. l. j. ff. eo. ti. & fir-
mat Sal. in. l. vni. col. fi. vj. q. C. ſi de mo.
poſ. fue. ap. In interdicto autẽ Saluiano
eſt ſec⁹: qa illud eſt poſſeſſoriũ. Et in eo
de ſola poſſeſsiõe cõtendit᷑: & ideo à ſen
tẽtia lata ſuper eo, nõ licet appellare de
iure ciuili: vt in. d. l. vni. Ita firmat Bar.
in. d. l. j. ff. & C. de Salui. inter. & Ange.
de are. inſtitu. de actio. §. itẽ Seruiana.
in. v. col. & Cor. in cõſi. cxc. j. volu. in li-
3 tera. c. & f. ¶† Et dũ dictũ eſt non poſſe
appellari de iure ciuili, intellige regula
riter. Fallit aũt in pluribus caſibus not.
per Iaſo. in. l. j. C. de bo. poſ. ſecũdũ tab.
Et hoc niſi per ſtatutũ eſſet diſpoſitum
ſimpliciter, ꝙ in cauſa poſſeſſorij nõ poſ
ſit appellari: qa tũc cũ ſtatutũ cõtineat
iuris iam conceſsi extenſionẽ, intellige
retur preciſè ꝓhibere appellationẽ etiã
in caſibus de iure permiſsis. ne alias red
datur ſuperfluũ. Ita no. Bald. in. l. ij. C.
de appel. Sequitur Areti. in conſi. cv. in
præſenti dubitatiõe in fi. quod facit ad
conſtitutionem Marchiæ anchonitanæ
per quam prohibet᷑ appellatio in cauſa
poſſeſſorij. ¶Et prædicta procedunt de
iure ciuili: ſed de iure canonico regula-
riter appellari poteſt, etiam à lata ſen-
tentia ſuper mero poſſeſſorio ſecũdũ cõ
munem opi. vt inquit Salic. in. d. l. vni.

C.ſi de mo.poſ.col.de Spec.de appel.§.
j.ver.vj.Io.an.& Abb.poſt alios in.c.cũ
ad ſedem.de reſtitu.ſpo.Auge.de are.in
l.fi.§.iuſſus.col.pe.de Appel.Decius in
cõſi.xxviij.in.iiij.col.Et in hoc cõſiſtit
prima differẽtia inter hypothecariã &
4 Saluianũ interdictũ.¶ †Secunda diffe
rẽtia eſt:ꝗa interdictũ Saluianũ princi-
paliter fuit introductũ in fauorem loca
toris contra conductorẽ prædij ruſtici
pro adipiſcẽda.ſ.poſſeſsione rerũ tacitè
obligatarũ,pro penſione,ſeu affictu &
inductarũ in prædiũ de ſcientia domi-
ni.Et ideo directum cõpetit ſoli locato
ri cõtra conductorẽ prædij ruſtici:quia
verba interdicti loquunť de tali locato-
re & cõductore:vt.l.j.in prin.ff.de Sal.
5 inter.¶ † Et quando in aliqua diſpoſi-
tione iuris cõcurrũt verba & mens le-
giſlatoris,tunc habet locũ & oriť actio
directa:vt no.gl.Bar.Alexã.& alij in.l.
curatoris.C.de neg.geſt.¶ Sed quia ex
mẽte legis & dicti interdicti colligitur
ꝙ iſtud interdictũ venit etiã dandũ lo-
catori prædij vrbani contra inquilinũ,
& etiã cuilibet creditori contra debito-
rẽ:vt declarat Barto.in.d.l.j.in princip.
Ideo ex mẽte legis datur etiã illis iſtud
interdictũ:ſed ꝗa hoc nõ ꝓcedit ex ver
bis legis,ſed ex mẽte tantũ ideo nõ da-
tur iſtis directũ:ſed vtile interdictũ:vt
ibi declarat Bar.ꝗa qñ habet locũ mẽs
& nõ verba,oritur ſolũ vtilis,& nõ di-
recta actio:vt per glo.& Bart.in.d.l.cu
ratoris.vnde quãdo iſtud interdictum
Saluianũ datur pro adipiſcenda poſſeſ-
ſione bonorũ debitoris obligatorũ cre-
ditori exiſtentiũ apud tertiũ poſſeſſorẽ:
vel etiã apud debitorẽ cum tunc detur
ex mente legis:& verba deficiant datur
vtile & nõ directũ:vt eſt text.& ibi de-
clarant gl.Bar.& alij in.d.l.j.in prin.&
§.j.ff.de Sal.inter.& gl.Bar.& Sali.in.l.
j.C.e.ti.¶Et ex hoc reſultat ſecũda diſ-
ferẽtia inter Saluianũ interdictũ & hy-
pothecariã:ꝗa qñ Saluianũ interdictũ
datur cõtra tertium poſſeſſorem bono-
rũ bebitoris eſt vtile.Sed hypothecaria
eſt directa:vt declarat Bart.in.l.fi.ff.de
ſalui.inter.¶ † Tertia differentia reſul
6 tat inter hypothecariam,& Saluianum
interdictum:ꝗa iſtud interdictũ (vt di-
ctũ eſt:) eſt poſſeſſoriũ.nã datur ſolum
reſpectu poſſeſsionis coloni vel inꝗlini
vel debitoris:nec præſupponit pignus,
vel hypothecã cõpetere ſuper re:ꝗa nõ
fundatur in ꝓprietate,vel dominio:ſed
præſupponit quaſi pignus,vel quaſi hy
pothecã in ſola poſſeſsione pignorãtis,
vel hypothecantis,prout in ſimili dici-
mus,in eo qui habuit titulum à poſſeſ-
ſore bo.fi.qui nõ eſt dñs.nã ille nõ fun-
dat ſuã intentionem in dominio:ſed in
quaſi dominio:ſed in quaſi dominio,ex
quo cauſatur publiciana:vt in.c.abbate
ſanè.de re iudi.lib.vj.& no.per gl.& do
cto.in.l.j.ff.de publi.& inſtit.de acti.§.
alie.& declarat ſolenniter Cor.in cõſil.
cxc.in litera b.primo vol.Et ꝓpterea in
hoc interdicto Saluiano ſufficit ꝓbare,
ꝙ colonꝰ,vel inꝗlinus,vel debitor poſ-
ſidebat tẽpore cõtractæ obligationis.&
ſic ſolã poſſeſſionẽ debitoris.¶Sed in hy
pothecaria reꝗriť alia ꝓbatio.vt.ĩ.ſuo
loco dicetur Ita no.gl.& ſequiť Bar.re
ſpectu ꝓbationis reꝗſitæ in iſto interdi
cto in.d.l.j.C.de Sal.inter.& in.d.l.j.in
prin.ff.eo.& ſic habes tertiã differẽtiã.
¶ Et iſtas differẽtias ponit Bart.in.d.l.
j.C.de Sal.inter.poſt glo.ibi.& in.d.l.j.
in princ.&.§.j.& in.l.fi.ff.eo.& Ange.
de are.inſti.de acti.§.itẽ Seruiana.col.
v.vbi dat cautelã ꝙ ſemper intentetur
iſtud interdictũ obmiſſa hypothecaria
propter faciliorem probationẽ,& alias
vtilitates,de quibus ſuprà: & dicetur
*infrà,*



infrà,in. iij. parte huius. viij. partis.in
7 vj.concluſione.¶ † Et adde p̃dictis,ꝙ
Saluianũ interdictũ dicitur à Saluio au
tore:vt vult Saly.in rubr.C.de ſalui.in-
8 ter.¶ †Secũda cõcluſio eſt circa natu-
rã hypothecariæ,ꝙ actio hypothecaria
& quaſi Seruiana idem ſunt:& in nihi-
lo differũt:vt eſt tex.inſti.de acti.§.itẽ
Seruiana.in prin.& declarat Bart.in.l.
fi.ff.de Sal.inter.dicens ibi gl.eſſe cor-
ruptam:inquãtũ dicit,ꝙ aliud eſt in hy
pothecaria,& aliud in quaſi Seruiana.
non enim debebat dicere in quaſi ſer-
uiana:ſed in ſeruiana.Nã Seruiana a-
ctio datur pro rebus coloni,vel inquili-
ni,tacitè obligatis.& tunc dicitur pro-
priè Seruiana.Sed quando agitur pro
rebus aliter obligatis:tũc dicitur quaſi
Seruiana,quæ eſt idẽ cũ ipſa hypotheca
ria:vt eſt tex.in.d.§.item.Seruiana.iun
ctis gl.& not.per Bar.in.d.l.j.ff.de Sal-
ui.inter.¶ Et ſic iſta actio Seruiana vel
quaſi ad idẽ cõpetit ad quod cõpetit in-
terdictũ Saluianũ, videlicet ad perſecu
tionẽ rerũ colonorũ,& inquilinorũ,&
etiã aliter obligatorũ.& quando datur
ad res colonorũ vel inquilinorũ dicitur
Seruiana.qñ autẽ competit ad alias res
aliter obligatas dicitur quaſi Seruiana,
veluti improprieť à ſui natura qñ datur
cõtra alias res quã coloni:vel inꝗlini.vt
eſt tex.in.d.§.itẽ Seruiana.¶ Seruiana
tñ,vel quaſi differt ab interdicto Saluia
no in duobus.Primò,ꝗa ſiue Seruiana
detur ad res coloni vel inquilini , ſiue
quaſi Seruiana ad res aliorũ debitorũ
ſemper datur directa:ſed qñ Saluianũ
interdictum datur ad res inquilinij,vel
aliorũ debitorũ datur vtile:nã directũ
ſolũ cõpetit cõtra res coloni:vt no.Bar.
in.d.l.fi.ff.de Sal.inter.iũctis no.per eũ
in.l.j.in prin.&.§.j.eo.ti.Secũdo diffe-
runt:ꝗa Seruiana,vel quaſi reſpicit ꝓ-
prietatẽ.interdictũ autẽ Saluianum re-
ſpicit poſſeſsionẽ tantũ:vnde in Seruia
na,vel quaſi oportet probare res fuiſſe
colonorũ vel inquilinorũ vel aliorũ de-
bitorũ.In interdicto autẽ Saluiano ſuf-
ficit probare res per eos fuiſſe poſſeſſas
tẽpore contractæ obligationis,vel poſt
quãdo ſumus in generali obligatiõe &
hypotheca.Ita declarat gloſſ.in.d.§.itẽ
Seruiana.in gl.in ver.quaſi.& not.Bar.
in.d.l.j.in prin.ff.de Salui.inter.¶Adde
etiam ꝙ iſtæ actiones,ſcilicet Seruiana,
vel quaſi dicuntur à ſeruãdo fortè hoc
modo dictæ:ꝗa omne ius aut in acqui-
rendo,aut in ſeruando,aut in amittẽdo
cõſiſtit:vt l.fin.ff.de legi.ita tenet gloſſ.
in.d.§.item Seruiana.in.d.ver.quaſi.&
ſunt iſtæ actiões p̃toriæ:vt eſt tex.ĩ.d.§.
itẽ ſeruiana.Intellige tu reſpectu appro
bationis:ꝗa.ll.j.à prętoribus approbatę
ſunt:vt.l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iure.&
l.j.ff.cõmo.licet inuentæ ſint de iure ci
uili.d.l.ius ciuile.Ita declarat Areti.in
9 d.§.itẽ Seruiana.in col.fi.¶ † Tertia cõ
cluſio eſt ꝙ quãdo agitur cõtra debito-
rem põt in eodẽ libello cumulari perſo
nalis & hypothecaria:vt in auť.de fide-
iuſ.§.ſed neq;.Sed iſta cumulatio fieri
non põt agendo inſimul cõtra debitorẽ
& tertiũ poſſeſſorẽ:ꝗa inter eos debet
ſeruari ordo vt prius agatur cõtra debi
torem,& poſtea contra tertiũ poſſeſſo-
rem:vt in auť.ſed hodie.C.de actio.&
obli.Ita notant Bal.& Sali.l.fi.eo.titu.
10 ¶ † Et ideo nõ põt agi contra tertium
poſſeſſorẽ hypothecaria,niſi prius actũ
ſit perſonali cõtra principalem debito-
rem,vel eius hæredes,vel hæreditatem
iacentem , vel fideiuſſores.ſi extant:&
niſi prius obtenta ſententia contra eos.
vt firmant Cyn.Bart.in.l.perſecutione.
C.de pig.argu.l.ignoti.ff.de his quę in
frau.credi.Et ita etiã tenent Bal.& Sa-
ly.in

ly.in auté.hoc ſi debitor.C.de pign.&
plene per Alexand.in conſi.lj.pro deci-
ſione.pen.col.v.vol.& in cõſil.c.diſcuſ-
ſis &c.pen.col.eo.volu.¶ Et hoc,niſi in
caſu notabili:qué ponit Bar.in.d.l.per-
ſecutione.in verſic.qd dicemus.videli-
cet qñ lite iam incepta contra debitoré
ipſe debitor alienauit bona hypotheca-
cata.nã licet iſto caſu nõ cõtrahatur vi-
tiũ litigioſi:quoad alia:tamé cõtrahit̃
quo ad hoc vt poſſeſſor habens cauſam
à debitore poſsit conueniri ante ipſum
debitorem.ita no.ibi Bar.& ſequuntur
Bald.& Saly.in.d.aut̃.hoc ſi debitor.&
no.Alex.poſt Bar.in.l.d.ꝑſecutione.ꝙ
eſt perpetuo notandum.¶ Et adde prę-
dictis ꝙ multo fortius requirit̃,ꝙ ante
quam agatur hypothecaria contra ter-
tios poſſeſſores,debitor principalis ſit
in mora ſoluendi:& ita probetur:vt no.
Bar.in.l.rem alienam.in vlt.col.in ver.
vnum tamé nolo obmittere.ff.de pign.
ac.ꝑ.l.debitores.C.de pig.vbi etiã hoc
vult gl.mag.in fi.& ibi Bar.& Salyc.&
Saly.in.l.cũ res.C.ſi alie.res pig.da.ſit
& Ang.de are.inſti.de ac.§.itẽ Seruia-
na.in.iiij.colũ.in verſi.vnũ addas.quod
eſt etiã valde notãdum:qa vidi aliquã-
do expertos cauſidicos in hoc errare.
11 ¶ † Quarta concluſio eſt ꝙ etiã ante-
quã deueniat̃ cõtra tertiũ poſſeſſorem
per hypothecariã,eſt neceſſaria diſcuſ-
ſio bonorũ principalis debitoris & fide
iuſſorũ:vt in.d.aut̃.hoc ſi debitor.C.de
pig.& ibi gl.Bar.Bal.Saly.& alij.& in
aut̃.de fideiuſ.§.ſed neq; ad res.colla.j.
& in aut̃.ſed hodie.& ibi per docto.C.
de act.& ob.& habetur ꝑ Bar.poſt Dy.
in.l.inter eos.§.creditor.ff.de fideiuſ.
Et obmiſſa excuſsiõe quoad fideiuſſo-
res:ſed inſiſtendo ſolũ in excuſsione q̃
reqrit̃ antequã intẽtetur hypothecaria
contra tertios poſſeſſores,quæ pertinet
ad tractatum noſtrum.vt iſta materia
ordinate expediatur.primo ponam re-
gulam,poſtea ampliationem ad illam:
& demum ſubnectam fallentias.Regu-
la ergo ſit iam dicta,ſcilicet ꝙ antequã
agat̃ hypothecaria cõtra tertiũ poſſeſſo
rem debet præcedere excuſsio bonorũ
principalis debitoris ꝑ iura.ſ.proxime
allegata.¶ Iſta auté regula ampliatur,
vt non ſolũ debeat præcedere excuſsio,
ſed etiã pronuntiatio iudicis,ꝙ ipſa ex-
cuſsio ſit legitimè facta.ita firmat Bar.
in.l.prętor.§.hoc interdictum.ff.de no.
oper.nuntia.& ibi latè Alexan.qui de-
fendit & comprobat opin.Bart.& Ale-
xan.in.l.fi.in prin.ff.ſi cer.pet.& latius
idem firmat Iaſo.in.l.ſtipulatio.§.ha-
bet autem.ff.de no.oper.nun.vbi dicit
opinionem Barto.eſſe magis veram &
cõmunem:idé latiſsime cõprobat Ang.
de are.inſtit.de act.§.itẽ ſi qs in fraudé.
12 col.v.¶ † Item amplia,& declara regu.
p̃dictã ſecũdo modo,videlicet ꝙ in tali
pronũtia faciéda ſuper excuſsione req-
ritur citatio fideiuſſorũ & poſſeſſorum:
vt cõcludit Bar.poſt Iac.de are.in.l.de-
cé.ff.de ver.ob.& opinioné Bar.ibi late
defendit cõprobat,& cõmuné eſſe dicit
Iaſ.in.x.colũ.in verſi.ſucceſsiue quærit
Bar.&c.Ita etiã tenet Ang.de are.in.d.
13 §.ité ſi qs in fraudé.in.iiij.col.¶ † Ter
tiò,amplia & declara regulã ꝙ talis ci-
tatio nõ debet eſſe gñalis,ſed reqrit̃ ꝙ
ſit ſpecialis de fideiuſſoribus & poſſeſſo
ribus,qñ ſunt certi:vt per Alex.in cõſi.
cvj.viſis&c.pe.col.v.vol.Iſtud tñ de ſpe
ciali citatiõe intelligi debet in ipſa peti
tione ꝓnũtiæ ſuꝑ excuſsiõe:ſecus auté
añ talé petitionem in proceſſu p̃cedéti
cõtra principalé debitoré:nã tũc ſuffi-
cit gñalis citatio ſecũdũ Io.de imo Are
ti.& Alex.in.d.l.decé.ſed ibi Iaſ.in.xij.
col.in ver.ij.principaliter &c.tenet in-
diſtincte



diſtincte ꝙ tam in primordio proceſſus
quã in ipſa petitione ꝓnuntiæ requirat̃
ſpecialis citatio,& nõ ſufficiat gñalis ꝑ
fundaméta de qbus ibi per eũ.Et hoc
ſecundũ eũ,p̃terquã in vno caſu ſingu-
lari,videlicet qñ eſſet citãda multitudo
perſonarũ:qa tũc etiã quã ꝑſonæ eſſent
certæ:tñ ꝓpter multitudiné admittere
tur citatio ꝑ p̃coné publicũ in gñe.ita
dicit ſentire Bar.in extrauag.ad repri-
mendũ in ver.citatũ,& exp̃ſſe notari ꝑ
d.Io.bap.cacialupũ in repe.l.cũctos po
pulos.in col.l.C.de ſum.tri.& fi.catho.
à quo Iaſo.dicit ſe didiciſſe hoc,& eſſe
paucis notũ & perpetuo tenendũ méti.
¶ Iſta autem reg.recipit.xij.fallentias.
14 † Et primò,fallit:qñ notorie cõſtaret
principale debitoré nõ eſſe ſoluẽdo:tũc
eñ nõ reqritur excuſsio:vt habet̃ ꝑ gl.
Bar.Alex.Iaſ.& alios in.l.fi.in prin.ff.ſi
cer.pet.& facit:qa notorium releuat ab
onere ꝓbãdi vt in cle.appellãti.de app.
& habet̃ ꝑ legiſ.in.l.ſi vero.§.q pro rei.
ff.q ſatiſ.cog.debet tñ allegari glo.ſing.
in.d.cle.appellãti.Barto.in.l.j.ff.de ex-
cep.Inn.Imo.& Abb.in.c.p̃terea.de di
la.Imo.& Philip.in.c.ex parte.de app.
vñ ſi qs vellet obtinere agẽdo hypothe
caria cõtra tertiũ poſſeſſoré:nõ p̃cedé-
te excuſsiõe:deberet ꝓponere,& allega
re ꝙ debitor principalis notorie non ſit
15 ſoluẽdo.† Sed dubitat̃ qñ & qbus mo-
dis dicat̃ qs notorie non ſoluendo?& re
ſpõdetur ꝙ iſtud inter alios modos po
teſt probari per librũ æſtimi:vt habet̃
per Ang.de are.inſti.de ac.§.itẽ ſi quis
in fraudẽ col.iij.& iiij.ꝑ Alex.in.d.l.fi.
in prin.in.j.col.ff.ſi cer.pet.latiſsimè ꝑ
Iaſo.in.l.decé.in.viij.colũ.in ver.iuxta
iſtã gl.quærit Bar.ff.de ver.obl.¶ Item
iſtud ꝓbat quãdo debitor ceſsit bonis,
vel ſi vadit hoſtiatim mendicando:vt ꝑ
Iaſ.in.d.l.decé.in.x.colũ.& per Angel.
de are.in.d.§.ſi itẽ qs in fraudé.in.iiij.
col.idé eſt ſi debitor erat cõdénatus ꝓ
delicto:& eius bona eſſent fiſco publica
ta:vt tenet Bar.in.d.l.fi.in prin.per gl.
ibi:& ibidé Alexã.in.j.col.Qui tamen
iſtud reſtringit procedere quo ad bona
debitoris:nã ſtante publicatiõe eorum
excuſsio non requiritur,ſed cõtra fiſcũ
bene requiritur,ex quo fiſcus debet ſol
uere debita illius,cuius bona ſunt con-
fiſcata:& ita etiã tenet ibi Iaſo.in pen.
col.dicens modernos in hoc communi-
ter tenere contra Barto.quãuis Abb.in
cõſi.xxix.in.ij.volu.in præſenti.q.&c.
pen.col.teneat deciſioné Bar.& reſpon
16 deat argumentis contrarijs.¶ † Secun-
dò fallit regula:quãdo ille qui poſsidet
eſſet vnus de debitoribus,puta vnus ex
hęredibus debitoris:quia ſicut quando
eſt vnus debitor & ille poſsidet ré hy-
pothecatam poteſt ſimul & ſemel con-
ueniri actione perſonali & hypotheca-
ria vt in autẽtico de fideiuſ.§.ſed neq;.
& dixi.ſ.in.iij.cõcluſione.ita & quan-
do ſunt plures debitores,puta plures
hęredes debitoris:nam licet quilibet ex
actione perſonali teneatur pro portione
hęreditaria:vt.l.j.C.de hære.acti.Ta-
men ex hypothecaria põt vnus ex eis in
ſolidũ cõueniri:etiã antequã cęteri diſ-
cutiantur.ita not.gl.in.l.mulier.ff.qui
po.in pi.hab.& ſequitur ibi Bar.dicens
eſſe notandum.hoc etiam ſequitur ibi
Saly.dicens eſſe tenendũ cordi:ad idem
facit ꝙ no.Bar.in.l.ſi creditor.§.ſequi-
tur.in fi.ff.de diſtrac.pig.& habetur in
l.j.& per totum.C.ſi vnus ex plu.hæ-
17 redi.credit.vel debi.¶ † Tertiò fallit
reg.quando debitor alienauit rem hy-
pothecatam lite pendente:nam iſto ca-
ſu emptor,ſeu poſſeſſor poterit dimiſ-
ſo debitore principali & ante illius ex-
cuſsionem conueniri hypothecaria gl.
Ang.

Ang.& alij in.d.autẽ.hoc ſi debitor.C. de pigno.& facit.l.j.ij.& ſi.cũ auten.ibi poſita.C.de litigi.& firmat Ang.de are. in.d.§.itẽ ſi qs in fraudẽ.in fin.quartæ col.in ver.vnũ tamẽ tene mẽti.¶ Quarto fallit regula quãdo debitor principalis cõſtituit ſe ſimpliciter,vel etiã precario bona hypothecata tenere ꝑ ſuo creditore iuxta.l.ꝙ meo.in prin.ff.de acq. poſ.& l.interdũ.e.tit.Nã tũc ſi debitor alienet dicta bona,quę tẽpore cõſtituti, vel precarij per eũ detinebãtur:poterit creditor cõuenire poſſeſſorẽ in quẽ facta ſit alienatio:tanquã ſua poſſeſsione priuatus conditione.l.fi.C.de acq.poſſ. per tex.ibi in ver.quiſpiã.Ita eleganter dixit Iac.but.in.d.aut.hoc ſi debitor.in fi.& ſequitur Imo.Roma.& Alex.in.l. exitus.ff.de acqui.poſſ.nec iſto caſu requiritur excuſsio bonorum principalis debitoris:vt etiã firmat Alex.vltra prędicta in cõſil.lxxxiij.viſo proceſſu &c. nu.2.vj.volumi.¶ Intellige tu duobus concurrentibus.Primò,ꝙ probetur ꝙ iſta bona poſſeſſa fuerint per debitorẽ tempore cõſtituti vel precarij,iuxta.d. l.ꝙ meo.in prin.ff.de acqui.poſ.ſecũdo ꝙ intentetur conditio.d.l.fi.C.de acq. poſſeſ.non autem hypothecaria:vt not. Bal.in.l.j.C.de reuo.his q̃ in frau.cred. & latè Alex.in.d.l.exitus.in fi.& Areti. in conſil.cxxvj.in cauſa.do.Antoniæ.in vlti.col.& adde hic quæ ſcripſi.ſ̃.in.j.

18 parte in.j.membro.¶ † Quintò,fallit reg.quando pignus fuiſſet per debitorem actualiter traditum ipſi creditori: nam tũc,ſi creditor cecidit ab eius poſſeſsione etiã ſua culpa:poſſet illam per hypothecariam recuperare à poſſeſſore: abſq; eo ꝙ prius habeat excutere principalem debitorem: & ratio eſt quia: ſi creditor teneretur iſto caſu, prius excutere principalẽ:agendo contra ipſum debitorẽ teneretur prius reſtituere illud pignus debitori directa exceptione pignoratitia cùm illud ſua culpa amiſerit,vel exceptione doli.l.apud Celſum. §.idẽ quæritur.ff.de except.doli.regula ergo procedit,quãdo hypotheca fuit contracta per ſolam conuentionẽ abſq; cõditione:tunc enim nõ põt agi contra tertium poſſeſſorẽ,niſi excuſſo principali debitore: vt in iuribus allegatis in regula.Secus autem eſt quando pignus traditum fuit creditori & creditor cecidit ab illius poſſeſsione ſua culpa: & iſtã limitationẽ ad dictam regulã ponit Alexã.poſt Rapha.in repe.l.ſæpe.ff.de re iudi.col.xxx.ver.ſecundario dicitur quam dicit eſſe valde notandam:& pro ipſa dicit Alexan.facere ea quæ allega. ſunt.ſ̃.in.iiij.fallen.de clauſula conſtituti vel precarij.¶ Et pro ea etiam facit optimè tex.in.l.fi.C.de pręto.pi.vbi eſt tex.ꝙ ſi creditor cadat à poſſeſsione pignoris cõuentionalis,vel prętorij,vel caſu fortuito,vel etiam ſua culpa poteſt agere ad illius recuperationem contra poſſeſſorem: & vt dicunt ibi Bald.& Alexan.poſt eum illo caſu non requiritur excuſsio debitoris principalis per not.per Bald.in.l.j.C.de reuo.his quæ

19 in frau.cred.¶ † Sextò fallit reg.in nomine debitoris obligato creditori: quia ad illud creditor agere poteſt vtili hypothecaria abſq; excuſsiõe debitoris principalis ita tenent Iaco.de are.& Iac.de belui.Rayn.Cyn.Bartol.& Ange.in.l. nomen.C.quæ res pig.obli.poſ.& dicit ibi Ray.quòd ita tenet totus mundus: & ratio eſt ſecundũ predictos doc.quia ius nominis debitoris dicitur reſiſtere penes ipſum principalem debitorem:& quando debitor principalis habet penes ſe rem hypothecatam nõ eſt neceſſaria excuſsio vt habetur in.d.autenti.

hoc ſi

hoc ſi debitor.idem tenet Bar.in.l.grege.§.cũ pignori.in fi.ff.de pignor.¶ Ad idem Bar.in.l.ſi cõuenerit.la ſecũda in princip.ff.de pi.actio.vbi refert ita tenere Iac.Bald.Odofre.Alber.papien.& Nic.de matta.& cũ Bar.tranſit ibi Rapha.Fulgo.idem tenet Imol.in.l.Iulianus.ff.de ver.obli.ita etiã tenet Spec.& Io.an.in tit.de ꝓcura.§.fi.verſi.ſed qd ſi mihi obligaſti nomen &c.¶ Contrariam veram opinionẽ tenet Saly.in.d.l. nomẽ.ꝑ text.in.d.auť.de fide.§.ſed neq;.vbi videť ponit ordo:vt ſemper prius excutiatur principalis debitor in ſuis rebus ſecundo in iuribus:ſiue nominibus debitorũ: & demũ deueniatur ad pignorum poſſeſſores:& pro hoc ſecũdum eum facit etiam id ꝙ ibi not.glo. magna.facit etiam ibi text.in ver.idem dicere.¶ Nec obſtat ꝙ creditor ad nomen obligatũ habeat vtilẽ actionẽ ſuo nomine.d.l.nomen.qa illud ſolũ eſt ad ſecuritatẽ ſui crediti.¶Nõ obſt.ꝙ actio ſit ſemper penes debitorẽ:qa hoc nõ eſt curãdũ ſed attẽdi debet penes quẽ ſint res quas conſequi volumus vt patet in hypothecaria quã intẽtare nõ poſſumus cõtra extraneos poſſeſſores nõ facta excuſsione principalis debitoris:ergo fortius dicẽdũ eſt in alia quę nobis cõpetit ꝓpter ipſam hypothecam & ita reſidet Saly.in.d.l.nomẽ.idẽ tenet Saly.in.d.l. grege.§.cũ pignori.in fi. ¶ Ang.de are. inſti.de actio.§.itẽ Seruiana.dicit opinionẽ Bar.& ſequaciũ eſſe magis cõmunẽ:ſed nõ reſpõdet argumẽtis Saly.quę etiã ipſe refert eandẽ opinionẽ ante Saly.ꝙ etiã in nomine debitoris requirať excuſsio tenuit Bald.in.l.ij.C.quando fiſ.vel priua.& in.d.l.nomẽ & in.l.hęredẽ.C.de hære.actio.ꝑ.l.j.C.de cõuẽ.fiſ. debi.lib.x.ſecũdũ vnã lecturã.¶Tamen iſtis nõ obſtãtibus indubitãter tenenda eſt opinio cõmunis ꝙ.ſ.iſto caſu nõ requirať excuſsio:ꝑut vltra.ſ̃.allegata tenet Alex.in cõſil.xv.viſo & cõſiderato themate.vj.vol.vlti.colũ.vbi reſpondet argu.Saly.iunctis reſponſionibus Spe. in loco.ſ̃.allegato & Cy.in.d.l.nomen.

20 ¶ † Septimò.fallit reg.quãdo creditor habet ſpecialẽ & generalẽ obligationẽ in quibus debet agere ſecundum ordinem.l.ij.C.de pigno.¶ Nam licet talis creditor donec poteſt ſibi ſatiſfacere in ſpeciali hypotheca nõ poſsit vti generali in præiudicium poſterioris creditoris vt.d.l.ij.¶ Tamen illa lex non videtur habere locũ quando agitur cõtra tertiũ poſſeſſorem extraneum non habentem ius hypothecæ in re:ſed ſolum videtur habere locum,quãdo adeſſet ſecundus creditor q̃ haberet ius hypothecæ in dicta re ſpecialiter vel generaliter in omnibus bonis:& propterea nõ videtur,ꝙ qñ primus creditor agit hypothecaria cõtra tertiũ poſſeſſorẽ etiã ꝙ habeat ſpecialẽ & generalem hypothecã,teneatur excutere priꝰ de ſpeciali hypotheca antequã deueniat ad generalẽ iuxta terminos.d.l.ij.ſed quòd tũc ſuo arbitrio poſſit agere contra tertium poſſeſſorem iuxta.l.creditoris.ff.de diſtrac.pi.&.l.q̃ generaliter.in prin.ff.qui po.in pi.hab. quæ leges corriguntur.per.d.l.ij.vt ibi per gl.& doc.¶Et ita tenet Soci.in cõſi. cxviij.primo aſpectu.ij.volu.in fin.duplicato in conſil.lxxv.in.iiij.volu. Dicens non reperiri iure cautũ ꝙ qui habet bona ſpecialiter & generaliter obligata nõ poſsit agere cõtra tertium poſſeſſorẽ,qui non ſit creditor antequàm excutiat bona ſibi generaliter obligata, & ita etiam retuli.ſ̃.in.ij.membro quintæ partis.Nunc autem ſubtilius conſiderans inuenio quod glo.in.d.l.ij.in gl. fin.tenet quòd.d.l.ij.habeat locũ,etiam quan-

quando extranea ꝑſona poſsideret bo-
na obligata creditori:& dictam glo.cō-
probat ibi Bart.dicens,quod eadem eſt
ratio ſiue bona poſsideantur per debi-
torem ſiue per primum creditorem:ſi-
ue per extraneum poſſeſſorem:nā ſem-
per requiritur ꝙ primus creditor ſibi
ſatiſſaciat in bonis ſibi ſpecialiter obli-
gatis antequā agat ad bona generaliter
obligata:& dictā gl.ſequuntur etiā ibi
Bal.& Saly.& propterea videtur reddi
dubitabilis deciſio Socin.in.d.conſilio.
cxviij.¶ Niſi dicamus ꝙ intentio dictæ
gl.& doc.ſ.allegatorū ſit.ꝙ quādo ex-
tat primus & ſecundus creditor:& pri-
mus habet ſpecialem & generalē hypo-
thecā iuxta terminos.d.l.ij.tūc ſiue bo
na poſsideātur per ipſum debitorē,ſiue
per ipſum creditorē primum,ſiue etiā
per alium extraneum poſſeſſorem,non
poſsit primus creditor in pręiudiciū ſe-
cundi creditoris deſcēdere ad generalē
hypothecā,donec ei pōt ſatiſſieri in ſpe
ciali hypotheca,nō autē loquāt gl.quā-
do nullus extat ſecundus creditor,ſed
ſolū primus agit cōtra tertiū poſſeſſo-
rem & nullus alius concurrit creditor.
Nam tunc talis tertius poſſeſſor nō po-
teſt excipere cōtra creditorē agentē:ꝙ
nō poſsit vti generali hypotheca:ante-
quā ſibi ſatiſfaciat in ſpeciali:quo caſu
loquutus fuit Soci.in.d.cōſi.cxviij.¶ Et
propterea puto Soci.rationabiliter lo-
quutum,tenēdo etiā ꝙ creditor habeat
ſpecialē & generalē hypothecam:tamē
poſsit experiri cōtra tertiū poſſeſſorem
generali hypotheca:nō facta excuſsiōe
ſpeciali:qn̄ nō cōcurrit alius ſecūd⁹ cre
ditor.& ſic ꝙ.d.l.ij.habeat locū ſolū qn̄
extat ſecūdus creditor:nā in illius præ-
iudiciū nō pōt obmiſſa ſpeciali deueni-
ri ad generalē hypothecā:nō autē quā-
do nullus alius extat creditor,& agitur
cōtra tertiū poſſeſſorē.¶ Tēperando ta-
mē prædicta, niſi ille tertius poſſeſſor
emiſſet,vel alio tit.acquiſiuiſſet illa bo-
na à debitore:& ꝓ obſeruātia.vt cōmu
niter ſolet fieri in inſtrumento fuiſſent
ſibi obligata bona debitoris: quia tunc
cū reſpectu obligationis prædictæ præ-
tēdat hypothecā:poſſet excipere de ob-
ſeruātia.d.l.ij.cōtra creditorē agētē:&
de intellectu.d.l.ij. vide latè ſuprà in
21 ſecūdo mēbro q̄ntæ partis.¶ † Octauò,
fallit regula ſecūdū aliquos in hypothe
ca legali:ꝗa in illa nō videtur neceſſaria
excuſsio argu.l.fi.C.commu.delega.&
iſtud etiā videt̄ ratione oſtēdi poſſe. Nā
aut agitur pro legato in ſpecie,aut pro
legato in genere:ſi in ſpecie nō eſt opus
excuſsione:quia ipſa ſpectat ad legata-
riū vt dicit Bal.in rub.C.de his quæ in
frau.credi.circa prin.ſi in genere bona
hæredis nō ſunt obligata ꝓ legatis:etiā
ſi non fecit inuentariū:ꝗa licet tunc te-
neat̄ inſolidum ad legata.vt in auten.de
hære.& falc.§.ſi verò nō.fecerint:tamē
nō reperitur iure cautū ꝙ iſto etiā caſu
bona hæredis ſint obligata: vt eſt caſus
not.in.l.j.in fi. Quo autem ad bona te-
ſtatoris quæ ſunt obligata pro legatis
non eſt opus excuſsione: dicendo alia
bona teſtatoris extant:quia quāuis ex-
tēt alia bona:tamē eſt in electione:cre-
ditoris quādo ſunt plura bona obliga-
ta perſequi inſolidum contra vnū poſ-
ſeſſorem quem vult.d.l.creditoris.ff.de
diſtrac.pi.& ita firmat Ange.de are.in-
ſti.de actio.§.item Seruiana.in pen.col.
in ver.& ꝙ dixi.ſ.de excuſsione.¶ Ta-
men puto aduertendū ad hanc fallen-
tiam:quia non credo illam de iure pro-
cedere: quia aut quærimus,an legata-
rius poſsit agere pro legatis conſequē-
dis contra tertium poſsidentē bona te-
ſtatoris:& tunc non eſt dicēdum ꝙ hoc
poſsit



poſsit facere,niſi prius facta excuſſione
de bonis teſtatoris exiſtentibus penes
hæredem vel hæreditatē iacentē: & in
hoc nō obſtat.d.l.creditoris.ꝗa ſiue cre
ditor, ſeu legatarius velit agere contra
vnū tātùm poſſeſſorem ſiue cōtra plures
vt diſponitur in.d.l.creditoris. omnino
debet p̄cedere diſcuſsio bonorū debito
ris,& ſic teſtatoris.d.aut̄.hoc ſi debitor.
C.de pigno.¶ Aut q̄rimus,an legatari⁹
poſsit agere hypothecaria cōtra vnū ex
hæredibus obmiſſo alio?& etiam in hoc
dicendum eſt ꝙ nō:ꝗa licet in hypo.cō
uentionali poſsit creditor conuenire in
ſolidū vnū ex obligatis ſeu ex poſſeſſori
bus bonorū hypothecatorum ꝑ.d.l.cre
ditoris.tamē in tacita hypothe.introdu
cta pro legatis aliud eſt:ꝗa illa nō datur
cōtra hæredes in ſolidum:ſed datur pro
rata tantùm ad ſimilitudinē ꝑſonalium
actionū:vt eſt text.ī.d.l.j.in fi.C.cōmu.
deleg.& ibi no.gl.& Bar.¶ Et ideo puto
cōcludendum ꝙ tam in expreſſis quā ta
citis hypothecis anteq̄ agatur cōtra ter
tios poſſeſſores: regulariter requiratur
excuſsio:vt no.ꝑ gl.& do.in.d.autē.hoc
ſi debitor.dum gl.opponit de autē. hoc
ita.eo.ti.& datur vna ſolutio inter alias
ꝙ illa loquit̄ in expreſſa:& aut̄.hoc ſi de
bitor.in tacita hypo.& tamē illa ſolutio
reprobatur ibi ꝑ gl.& communiter doc.
& firmatur cōmuniter ꝙ idē ſit in taci-
ta ꝙ eſt in expreſſa:& ita etiā tenet Bar.
in.l.ſi conſtāte.in prin.in.ij.q.tertiæ.q.
prin.ff.ſol.ma.per allegata ibi per eū &
Alex.in apoſtil.ad Bald.in.l.j.in prin.in
iij.col.C.commu.deleg.licet aliqui te-
nuerint contrarium & male vt ibi ꝑ eū:
& ita etiā tenet Cor.in cōſi.cclxvij.quā
22 quàm in fi.pri.vol.¶ † Quinimo forti⁹
videtur dicendum ꝙ in tacita hypothe
ca requiratur excuſsio quā in exp̄ſſa:ꝗa
de iure.C.in expreſſa non erat inducta
excuſsio:ſed fuit inducta de iure auten
ticorum per dicta autentica hoc ſi debi
tor.et in corpore vnde ſumitur:ſed in ta
cita hyp. inducta erat excuſsio de iure.
C.& digeſtorū per.l.moſchis.& ibi glo.
& Bar.ff.de iure fiſ.& no.gl.in.d.autē.
hoc ſi debitor.& in corpore vnde ſumi
tur.& in.l.iij.§.fin.ff.de adminiſtra.tu-
to.vnde non puto eſſe tenendā hanc fal
lentiā:ſed veriorem eſſe opi.ꝙ tā in ta-
cita ꝙ in exprę̄ſſa hypot. requiratur ex
cuſsio antequā agatur cōtra tertios poſ
ſeſſores arg.l.cùm ꝗd.ff.ſi cer.petatur.
23 ¶ † Nono fallit regula ſecūdū aliquos in
dote, videlicet ꝙ pro eius reſtitutione
poſsit agi hypothecaria contra tertios
poſſeſſores bonorum mariti vel alterius
obligati aliter non excuſsis bonis prin-
cipalis debitoris:& iſtam opinio. tenet
Roma.in.l.ſi conſtante.in princ.ff.ſol.
ma.dicēs ſe ita conſuluiſſe per gl. repu-
tatam ſingularem in.l.ſi poſt mancipiū.
§.j.ff.de euictio.q̄ vult ꝙ exceptio p̄po
ſterationis vnius actionis ad aliā eſt de
apicibus iuris & idē vr̄ in exceptione ex
cuſsionis vt.ſ.cenſeatur de apicibus iu-
ris cū nō cōcernat facti veritatē: ꝓut ēt
tenet Bar.in.l.j.ad fi.ff.de cōdi.inde.&
in.l.cū ꝗs.ad fi.C.de iur.& fac.igno.&
ideo nō videtur attendenda vbi agitur
de bono & ęquo ꝓut in cā dotis in qua
agit̄ de publica vtilitate:vt.l.j.ff.ſo.ma.
&.l.aſſiduis.C.ꝗ po.in pi.hab.ꝗa eaquę
ſunt de apicib⁹ iuris nō debēt attēdi in
cā ī qua agitur de bono publico.l.ita vul
neratus.ad fi.ff.ad.l.aql.& iſtā opinio.
Romani tenet Bal.no.in tract.dotis.in
viij.parte in priu.37.¶ Tn̄ cōtraria opi.
videlicet ꝙ ēt ī cā dotis reqrat̄ excuſſio,
vr̄ magis vera & cōis,& illā tenet Bart.
in.d.l.ſi cōſtāte.ī.d.ij.q.tertię.q.princi
palis & gl.in.l.vbi adhuc.in ver.ꝗ potio
ra iura.C.de iure.do.& ibi Cy.in.xj.q.
& etiam

& etiam Bal.dicens quod licet mulier
in dote habeat plures fauores, & plura
priuilegia:tamen qđ non reperiť habe-
re aliquod priuilegium in excuſsione
facienda de bonis mariti iuxta dicta au
thẽtica hoc ſi debitor.idem tenet Spe-
cula.in titulo de dona.inter vi.& vxo.
§.fi.verſicu.ſed quo iure & Saly.in.d.l.
vbi adhuc.in.xij.q.& plenè Alexã.poſt
Bar.in.d.l.ſi conſtante in.d.ij.q.tertiæ
ꝑtis.Idẽ tenet Cor.in cõſi.cclxvij.quã-
quã.iij.vol.& iſta opinio tãquam cõis
eſt tenẽda,ſaltem in cõſulendo & iudi-
cãdo.¶Quãuis Iaſ.in.d.l.ſi cõſtãte car.
xj.nu.66.coneť.defenſare opinionẽ Ro
ma.cõtra cõmunẽ vnica ratione,videli
cet ꝙ cũ excuſsio ſit introducta de iure
nouiſsimo authẽticorũ,vt in.d.authẽ.
hoc ſi debitor.& in corpore vñ ſumiť:
quãuis dicta iura gñaliter & indiſtinctè
loquanť tñ nõ cenſenť comprehendere
cãm dotis ex quo de ea nõ faciũt ſpeci-
ficã mẽtionẽ:vt ſignanter voluit Salyc.
in.l.fi.in prin.in.iiij.no.ꝑ.illũ tex.cũ gl.
C.de iure do.idẽ etiã tenet Iaſ.in.l.j.in
iij.no.in pri.lectura.ff.ſo.ma.& ſic con
cludit Iaſ.tam in.d.l.j.quã in.d.l.ſi cõ-
ſtãte.in prin.ꝙ ſtatutũ,ſeu lex gñaliter
loquẽs nõ cõprehẽdit cãm dotis:& mo
ueť etiam Iaſ.vltra doctrinã Saly.in.d.
l.fi.ꝑ authoritatẽ Bal.in.cõſi.cccxxiij.
quẽadmodum imperator &c.vbi vult
qđ diſpoſitio.l.oẽs &.l.bene à zenone.
C.de quadri.præſcri.excludẽs habẽtes
ius,vel hypothecas in bonis venditis ꝑ
fiſcũ:non habet locũ in rebus dotalibꝰ
venditis,etiã ꝙ dictæ.ll.gñaliter & indi
ſtinctæ loquanť ꝑ rationes ꝑ Bal.addu-
ctas.¶Nam contra iſtã deciſionem Iaſ.
fundatam:vt.ſ.tenet Decius in conſil.
v.& in cõſil.cccj.vbi latiſsimè inſtat,&
firmat quòd dicta cõcluſio ita indiſtin-
ctè ſumpta,videlicet quòd lex genera-
liter loquens non comprehendat cau-
ſam dotis non ſit vera,ſed quòd tũc de-
mum procedat quãdo in caſu diſpoſito
per.l.gñalem cauſa dotis inuenitur ſpe
cialiter priuilegiata : prout eſt in caſu
d.l.fin.C.de iure do.in qua diſponitur,
ꝙ etiã dos data ab extraneo vltra ſum-
mam taxatam à lege non indigeat inſi-
nuatione:vnde cùm dos inueniatur ſpe
cialiter priuilegiata in caſu inſinuatio-
nis:congruenter Saly.ibi infert ꝙ ſtan-
te ſtatuto gñali quòd inſtrumẽta nõ re-
giſtrata in publicis memorabilibus nõ
probent:in tali ſtatuto non comprehen
denť inſtrumẽta dotalia:ita dicit De-
cius debere intelligi deciſionẽ Saly.&
ideo ſecũdũ eũ ſi lex gñaliter loquať in
caſu in quo dos nõ ſit ſpecialiter priui-
legiata cõprehendet etiam cauſam do-
tis.¶Tamẽ licet dicta cõſultatio Decij
ſit ſubtilis & elegans more ſuo:non pu-
to eſſe recedẽdũ ab opinione Saly.Bal.
& Iaſ.in locis.ſ.allegatis , videlicet ꝙ
dicta deciſio procedat indiſtinctè abſq;
reſtrictione data per Decium.Nam eã-
dem deciſionem indiſtinctè refert & ſe
quitur Soci.in conſi.46.eleganter.iiij.
volu.in.vj.col.nu.25.verſic.vj.reſpõde:
eandem etiam refert inſignis doct.d.
Franc.pepus aduocatus Florentinus in
quodam ſuo conſil.inter conſilia Soci.
nume.76.vias tuas.in fin.nume.8.eo.
volu.licet allegat Salyce.in.l.vbi adhuc.
& non in.d.l.fin.per errorem.
¶Idem etiam tenet Bald.nouel.in tra-
cta.dotis in.vj.parte in ſpeciali . 47.in
fi.& in ſeq.in quibꝰ locis doctores gña-
liter intelligunt dictam deciſionem Sa-
ly.& ſic nõ ſolum in caſu in quo dos re-
periť ſpecialiter priuilegiata: ſed etiam
in alijs caſibus:& cũ iſta ſit communis
opinio vt patet ex quotis.ſ.allegatis:
ſaltẽ in cõſulendo & iudicãdo nõ vide-
tur



tur ab illa recedẽdum.c.ne innitaris.de
conſti.&.l.omnis diffinitio.ff.de regu.
iuris. Præterea etiam in puncto iuris
videtur ſuſtentabilis opinio cõmunis:
quia licet.d.l.fi.C.de iure do.ex qua fa
cit ſuam illationem Salyce.loquatur de
inſinuatione,& in ea ſpecialiter priuile
giet cauſam dotis.¶Tamen illatio Saly
ce.eſt remota à terminis inſinuationis:
quia Saly.infert ad ſtatutum diſponens
quòd inſtrumenta notariorum non pro
bent niſi reperiantur regiſtrata in me-
morialibus publicis,& vult quòd quã-
uis tale ſtatutum generaliter loquať ta
men non cõprehendat inſtrumentum
dotis:& tñ in iſto caſu dos non inueniť
priuilegiata in ſpecie de iure:qa licet in
d.l.fi.dicatur ꝙ inſinuatio non ſit neceſ
ſaria in dote:tñ hoc nõ inuenitur deci-
ſum in deſcriptiõe faciẽda in memoria
libus publicis.¶Vnde ſecũdũ reſtrictio
nẽ Decij dicta illatio & deciſio Saly.eſ
ſet falſa.& tñ doc.illam cõiter ſequunť.
¶Idem etiam probatur ꝑ deciſionem
Bal.in.d.cõſi.cccxxiij.vbi vult ꝙ diſpo
ſitio.d.l.oẽs &.d.l.bene à zenone.quã-
uis gñalis,tamẽ nõ cõprehendat res do
tales:& nihilominus cauſa dotis in ter-
minis illis non inueniebať in ſpecie pri-
uilegiata:& illi cõſi.Decius nullum de-
24 dit reſponſum.¶†Item.l. promitten-
do.ff.de iure do.per quam etiã moueňť
doctores firmantes opinionẽ cõmunẽ
bene videť ꝓbare eorum intentionem:
quia ibi eſt caſus,ꝙ omnes cuiuſcunq;
ſexus & cõditionis ſint,ꝓmittendo do-
tem obliganť:& ibi glo.exponit dũ ta-
men legitimè ætatis ſint : & ſic ꝑ illam
l.nõ remouetur defectus etatis & cor-
poris:ſed alij defectus.¶Et ideo nõ ob-
ſtat reſpõſio.Decij ad.d.l.dum dicit ꝙ
debet intelligi de habilibus ad contra-
hendum:& non de pupillis vel mente
capitis:quia fateor hoc eſſet verum , vt
colligiť ibi ex gloſ.Sed negari nõ poteſt
quòd ꝑ illam legem nõ excludatur alia
inhabilitas iuris vltra inhabilitatẽ cor-
poris & intellectus: & ideo inhabilitas
ſexus:puta in muliere ꝓpter Velleianũ
per quòd prohibentur mulieres gene-
raliter ꝓ alijs intercedere:vt in toto ti-
tu.ff.&.C.ad velle.non obſtabit in ꝓ-
miſsione dotis:& ſic generalis diſpoſi-
tio ꝙ mulieres nõ poſsint intercedere:
non comprehendit intercẽſsionem quę
fit in cauſa dotis.& hoc modo doctores
volunt inducere.d.l.ꝓmittendo.nõ au
tem eo modo quo cõſiderauit Decius
vt colligitur etiam ex gloſ.in.d.l.pro-
mittendo.dum allegat.l.fin.C.ad velle.
¶Nec obſtat inquantum Decius fun-
dat ſe in.d.l.fin.C.ad velle.videlicet ꝙ
ex quo ibi imperator decedit quòd cau
ſa dotis non cõprehendať in velleiano:
ſequitur quod ſi iſtud ibi nõ fuiſſet de-
ciſum ꝙ illa fuiſſet cõprehenſa:& ſic ſe
cundum eum.d.l.fi.retorqueri videtur
25 in contrariũ. ¶†Quia põt reſponderi
qđ lex debet fieri de caſu dubitabili.l.
ꝙ labeo.ff.ad carbo.Bald.in.l.voluntas
C.de fideicõ.vnde cùm eſſet dubiũ de
hoc an.ſ.cauſa dotis cõprehendereť,vel
nõ cõprehendereť in velleiano:ad tollẽ
dum iſtud dubium imperator motus
fuit ad deciſionem.d.l.fin.vnde non eſt
dicendum ( vt vult Decius ) quòd an-
te.d.l.fi.cauſa dotis fuiſſet comprehen
ſa in velleiano : quia ſi hoc eſſet.d.l.fi.
eſſet correctoriè introducta,qđ tamen
doc.non dicunt:nec eſt dicendum arg.
l.precipimus.C.de appel.ſed potius di
cendum eſt qđ.d.l.fi. introducta fuerit
declaratorie & deciſorie ſuper caſu du
bio:& qui prius nõ erat deciſus in ſpe-
cie,licet in genere ſic ꝑ.d.l.ꝓmittendo.
& iſtud probať per tex.in.l.ſi dotare.C.

ad velle.vbi mater promiſerat dotē ge-
nero pro filia:& putabat ſe tutam velle
iano:& ibi imperator reſpondet q̄d iſta
exiſtimatio eſt falſa:q̄a hanc cām dotis
à dicto beneficio velleiani eſſe remouē-
dam prudētesviri putauerunt:& ſic eſt
ibi tex.ꝙ iuriſconſulti etiã ante.ll.edi-
tas ab imperatoribus tenuerūt cām do
tis nō fuiſſe cōprehenſam in velleiano:
& hoc pōt ꝓbari ꝑ.d.l.promittendo ſe
cundum gl.ibi.¶Concluditur ergo q̄d
etiã de iure.ff.cauſa dotis non erat cō-
prehenſa in velleiano quãuis generali-
ter diſponeret de omni interceſsione fa
cta ꝑ mulieres & hoc fauore dotis.d.l.
ꝓmittendo.&.d.l.fi.C.ad velle.voluit
hoc in ſpecie decidere:q̄d prius ſub ge-
neralitate erat deciſum ꝑ.d.l.ꝓmitten
do.& hoc ad tollendū omnem dubieta
tem vt clarè probatur ex.d.l.ſi dotare.
iuncta gl.ibi:& ſic patet etiã in puncto
iuris poſſe defendi cōmunem opinionē
26 contra Decium.¶†Inſuper ſi eſſemus
in terminis in quibus loquit̃ Decius in
d.conſilijs,videlicet ꝙ ſtatutum diſpo
neret ꝙ nulla mulier poſsit contrahere
ſine certa forma res videret̃ magis clara
quòd talis diſpoſitio non cōprehende-
ret mulierē etiam minorem.xxv.annis
puberem,tñ ꝓmittentem dotē pro ſe:
quia mulier etiã minor : vt dixi poteſt
ſe dotare abſq; curatore,moderate ta-
mē:& hoc fauore dotis:vt.l.j.C.ſi ad-
uer.dotem.& ibi bona gl.quam doc.ſe-
quunt̃:& hoc dūmodo nō det in dotem
illa bona quæ aliàs ſine decreto iudicis
alienari non poſſunt vt no.ꝑ gloſ.ibi &
eſt tex.in.l.lex quę.tutores.C.de admi.
turo.cum ergo dos in hoc inueniat̃ ſpe
cialiter priuilegiata vt.ſ.etiam ꝑ mulie
rem minorem cōſtitui poſsit: ergo ſta-
tutum generale ꝙ nulla mulier poſsit
cōtrahere ſine certa forma nō cōprehē-
deret cām dotis:etiã ſecundū reſtrictio
nē datã ꝑ Decium ad dictū Saly.in.d.l.
fi.& ita in iſto caſu.ſ.ſtante dicto ſtatu
to ꝓhibente mulierem cōtrahere,tenet
Bal.no.in.d. tracta.dotis in.d.vj.parte
in ſpeciali.48.& expręſſe Soci.in con-
ſi.lxxx.præſens cōſultatio.iiij.volu.vbi
ad ꝓbandum ꝙ mulier prohibita cōtra
here ex forma ſtatuti ſine Mundualdo,
poſsit ſe dotare:adducit tres ratiōes: &
inter alias rationes fundat ſe ꝙ ſtatuta
laicorum ſicut nō poſſunt diſponere cir
ca matrimonia,ita nō poſſunt diſpone-
re circa dotes:quæ acceſſoriè & conſe-
quutiuè veniunt ad ipſa matrimonia:
vt ibi latè ꝑ eum:vnde redeundo ad fal
lentiam noſtrã,videt̃,ꝙ iura authē.lo-
quentia de excuſsione ꝓut facit authē.
hoc ſi debitor.non cōprehēdat cauſam
dotis prout vult Iaſon in locis.ſ.allega
tis,non obſtante impugnatione Decij.
27 ¶†Tamen hoc nō obſtante idem Iaſ.
in.d.l.ſi cōſtante.in princ.in.xj.char.in
prin.col.tenet opinionem cōem,ꝙ etiã
in dote requiratur excuſsio.& non ob-
ſtat illa deciſio fundata in dicto Salyce.
in.d.l.fin.C.de iure do.videlicet ꝙ lex
generaliter loquens nō comprehendat
cauſam dotis:quia ante ius authē.erat
inducta excuſsio in tacita & legali hy-
potheca etiã de iure fforum.vt habet̃ ꝑ
gl.Bart.in.d.l.Moſchis.ff.de iure fiſ.&
ideo etiam in dote in hypotheca tacita
introducta per.l.vni.§.& vt plenius.C.
de rei vxo.actio.de iure fforum.& co-
dicis requirebatur excuſsio vt proba-
tur in.l.vbi adhuc.C.de iure do.dum
dicitur in tex.ſecundum diſtinctionem
legum:quæ verba ſecundum glo.ibi in
ver.qui nō potiora debent intelligi fa-
cta diſcuſsione bonorum mariti ante-
quàm agatur contra extraneos poſſeſ-
ſores pro dote:& ſic ibi eſt caſus quòd
in



in dote ante.d.aut̃.hoc ſi debitor.req-
rebat̃ excuſsio:& ꝑ cōſequēs ceſſat illa
argumentatio ꝙ.d.aut̃.etiã ꝙ gñaliter
loquat̃ nō comprehendat cām dotis:ex
quo de illa nō exprimit ꝑ no.ꝑ Salyc.in
d.l.fi.q̄a(vt dictū eſt)añ diſpoſitionem
authē.iã in dote erat inducta excuſsio:
vt ꝓbatur in.d.l.vbi adhuc.vnde rema
net cōcluſio ꝙ etiã in dote requirat̃ ex-
cuſsio & ſic quod iſta.ix.fallen.non ſit
28 vera. ¶†Decimò,fallit reg.quando in
cã ex forma ſtatuti , vel reſcripti eſſet
ꝓcedendū ſola facti veritate inſpecta:
quia in huiuſmodi cauſis nō attendun
tur ea quæ ſunt de apicibus iuris:vt in-
quit Bal.in.l.clarū.in.j.colū.C.de aut̃.
præſtan.ꝑ.l.ſi fideiuſſor.§.quædã.& ꝙ
ibi no.ff.mãda.& excep.excuſsionis cū
reſpiciat ordinē & præpoſterationē,di-
cit̃ de apicibus iuris vt colligit̃ ex no.ꝑ
gl.notabilē in.l.ſi mancipiū.§.j.in ver.
actū eſſet.ff.de eui.& ibi no.Bal.in ſuis
antiquis additionibus dicēs ꝙ quilibet
excep.reſpiciēs ordinē ꝓcedendi dicit̃
de apicib⁹ iuris & ita tenet Alex.in cōſ.
cxiiij.viſo ꝓceſſu in vlt.col.nu.9.vj.vo
lu.vbi cōcludit ꝙ in cauſa in qua ſola
facti veritate inſpecta ꝓceditur reijcit̃
excep.excuſsionis tãquã excep.de api-
cibus iuris.¶Sed Angel.de are.inſtit.de
ac.§.itē ſi quis in fraudem in.vj.col.in
verſi.quæro ſtat.cauet̃ &c.dicit ꝙ dicta
gl.in.d.l.ſi mancipiū.§.j.hoc nō ꝓbat.
¶Tu autē dic ꝙ.d.gl.allegatur ꝑ doct.
ad hoc,videlicet ꝙ excep.quæ reſpicit
ordinē dicit̃ de apicibus iuris:& ex hoc
inferunt poſtea doc.quòd excep.excuſ
ſionis dicatur de apicibus iuris cum re
ſpiciat ordinē vt.ſ.prius conueniat̃ de-
bitor quàm tertius poſſeſſor per.d.au-
then.hoc ſi debitor.& ideo quòd in cau
ſis in quibus proceditur ſola facti veri-
tate inſpecta nō admittat̃ exceptio ex-
cuſsionis & ſic glo.bene probat.
¶Ipſe tñ Ang.de are.ꝑ alia fundamen-
ta ſequit̃ opinionem doc.ꝙ in huiuſmo
di cauſis non admittatur excep.excuſ-
ſionis.¶Et ex prædictis idē videt̃ poſſe
inferri q̄ñ ex forma ſtatuti,vel reſcripti
in cã deberet ꝓcedi ſummariè de pla-
no & ſine ſtrepitu & figura iudicij vt.ſ.
etiã hoc caſu non ſit neceſſaria excuſsio
vt firmat Marianus Soci.in cōſi.xxiiij.
pri.vol.in vl.col.¶Similiter idē videtur
dicendum:ſi ſit talis iudex qui debeat
procedere ſecundū æquitatem , vel de
bono & æquo:vt per Bal.in.d.l.ſi man-
cipium.ad idē text.in.l.ſi fideiuſſor.§.
quædã.ff.mãda. iuncta gl.ibi in ver.de
apicibus.vbi dum tex.dicit quòd quan
do agitur de bona fide non congruit de
apicibus iuris diſputare glo.ſupplet q̄d
ſola bona fides & veritas eſt inſpicien-
da.¶Et ita in proprijs terminis tenet
Aret.in conſi.cxxvj.in cauſa dñe Anto
niæ.in vltima col.in verſi.præterea etiã
29 †& ex his etiam inferunt doc.ꝙ exce-
ptio excuſsionis nō competat mercato-
ribus:cãpſoribus, nūmularijs,& ſimili-
bus ꝓpter vtilitatem publicã:vt eſt gl.
ſingularis in aut̃.de fideiuſſo.in.§.argē
tariorum qui eſt.§.penul.& ſequuntur
Bal.& Saly.in.l.fruſtra.C.de nō nu.pe
cu.& Bal.in.l.fi.ad fin.C.de fal.& fir-
mat Ang.de are.in.d.§.item ſi quis in
fraudem in.vj.col.dicens iſtud nunquã
exeat mentem tuam:pro quo etiã facit
id q̄d no.Bar.in.d.l.ſi fideiuſſor.§.quæ
dã.& in.l.quintus eo.tit.videlicet ꝙ in
curia mercatorū ꝓceditur de bono &
æquo:nō attētis apicibus iuris quæ ve-
ritatē negotij nō tãgunt:vt ſi eſſet intē
tata actio directa & competebat vtilis
& etiã refert Ang.de are.in.d.§.item ſi
30 quis in fraudē.in.vj.col.¶†Et ex præ-
miſsis poſſet etiã dubitari,an iſta exce-

 ptio

ptio excuſsionis poſsit opponi & admit
ti debeat coram arbitro & arbitratore?
& Bal.in additionibus Specul.in tit.de
arbitro ver.pen.tenet ꝙ non:qa coram
arbitro non debet ſeruari ordo iudicij:
& exceptio excuſsionis eſt exceptio or-
dinis:vt dictum eſt.ſ̄. ¶Et dictam opi-
nioné Bal.refert Areti.in d. cõſi.cxxvj.
colũ.vlti.& Soci.in conſi.xxiiij. ad fi.j.
vol.in contrarium auté tenet Bald.in.l.
fi.§.ſed & ſi quis.in.j.colũ.in verſi. fuit
à me quæſitum.C.commu.delega.& ad
illud quod dicebatur ꝙ arbiter pòt pro
cedere ſine ordine:reſpondet ipſe ꝙ il-
lud intelligitur ſine ordine arbitratoris
ſed ꝙ ordo excuſsionis eſt ordo partiũ,
allegat.l.j.C.de appella.& ꝓpterea vult
ipſe ꝙ ſi laudũ ſit latum cõtra tertium
poſſeſſorem in hypothecaria non facta
excuſsione:ex hoc ſolo poſsit peti redu
ctio.¶Et iſtud dictum pro ſingulari re-
fert Alex.dicens alibi non legiſſe in.d.l.
ſi conſtante.in prin.in.iij.q. tertiæ par-
tis principalis:& aſsignat rationem,vi-
delicet ꝙ talis exceptio excuſsiõis non
ſolũ concernit ordiné iuris:ſed etiã par
tis & illud dictũ refert etiã Fely.in.c.ca
nonũ ſtatuta.vlti.char.ſuper illa clauſu
la reiecta iuris ſubtilitate.& Iaſo.in re-
pe.d.l.ſi conſtante.in .ij.q. tertiæ partis
principalis refert dictas opi.& non deci
31 dit quę ſit verior & tenẽda.¶† Ego pu
taré omnibus ſupradictis caſibus nota-
tis in hac.x.fallétia,& etiam in hoc arti
culo de arbitro:eſſe aduertédum ꝙ iſta
exceptio excuſsionis pòt dupliciter cõ-
ſiderari:vno modo reſpectu ordinis iu-
diciarij vt.ſ.de ordine iudicij ſit ꝙprius
excutiant̃ bona principalis debitoris q̃
poſsit agi hypothecaria contra tertium
poſſeſſoré:& ſi iſte ordo præpoſteretur
poteſt excipi de nullitate proceſſus con
tra creditorem agentem per.d.auť.hoc
ſi debitor.vel quod agés nõ ſit audien-
dus obmiſſa excuſsione principalis de-
bitoris.¶Secũdo modo poteſt conſide-
rari dicta excuſsio non habito reſpectu
ad dictũ ordiné,& præpoſterationem iu
dicij ſed cõſiderato ſolo intereſſe tertij
poſſeſſoris:quod conſiſtit in hoc vt ſi de
bitor principalis ſit ſoluẽdo ipſe exigat
anteq̃ moleſtet̃ tertius poſſeſſor:& ꝙ in
hoc poſsit tertius poſſeſſor ſe tueri exce
ptione:nõ quidem excipiẽdo de ordine
iudicij nõ ſeruato,ſed præpoſterato:ſed
ſolum de ſuo intereſſe & in eo fundãdo
ſuam exceptionem iuxta.l.perſequutio
ne.C.de pigno.& ibi no.per Bar.& do.
& iſtud eſt quod voluit Bal. in.d.l.fi.§.
ſed & ſi quis.& Alex.in.d.l.ſi cõſtante.
in.d.iij.q.ſecundæ partis.dũ dicũt ꝙ ex
ceptio excuſsionis nõ ſolũ concernit or
dinem iudicij,ſed etiã ordinem & inter
eſſe partis.¶Et ideo per prædicta. Cor.
ingenioſè & ſubtiliter in conſi.lv.in.iij.
volumi. in litera.s. concludit quòd in
cauſa in qua debet ꝓcedi ſola facti veri-
tate inſpecta:non poteſt opponi excep.
excuſsiõis reſpectu ordinis & præpoſte
rationis iudicij:ſed ea nõ obſtãte pote-
rit inſimul,& cumulatim agi contra de
bitorem & tertiũ poſſeſſoré:& in eodé
iudicio diſcuti de bonis vtriuſq; inſi-
mul : nec obſtabit exceptio prepoſtera-
tionis & ordinis obmiſsi,& ꝙ ita proce
dit id quod no.gl.& Bal.in.d.l. ſi mãci
piũ.§.j.ff.de euictio. qa loquunt̃ reſpe-
ctu exceptionis cõcernẽtis ordiné quæ
eſt de apicibus iuris:ſed reſpectu inter-
eſſe partis,videlicet ꝙ donec debitor ſol
uẽdo non moleſtet̃ tertius poſſeſſor nõ
concernit apices iuris & ordinem : ſed
æquitaté:& ideo licet reſpectu ordinis
prepoſterati tertius poſſeſſor non poſsit
ſe tueri:ſed creditor poſsit in eodé pro-
ceſſu inſimul vtrũq;.ſ.debitoré, & ter-
tium



tiũ poſſeſſoré conuenire & diſcutere ſol
uendo ſibi prius de bonis debitoris:ta-
men quando creditor obmiſſo penitus
debitore vellet ſolũ agere contra tertiũ
poſſeſſoré:poſsit tertius poſſeſſor ſe tue
ri exceptione:ꝙ non eſt æquum:vt do-
nec debitor ſit ſoluendo ipſe,poſsit con
ueniri:& ſic vis eſt in modo excipiẽdi.
¶Nam exceptio quæ reſpicit ordinem
iudicij non debet admitti in caſibus.ſ̄.
notatis:ſed exce.q̃ reſpicit intereſſe par
tis & æquitatem quæ eſt vt donec debi
tor eſt ſoluendo tertius poſſeſſor non
moleſtetur,debeat admitti : & ita puto
tenẽdum:quæ nota in practica & bene
32 conſidera.¶† Vndecimò,fallit.d.reg.ſe
cundũ aliquos:qñ agitur vigore inſtru-
menti guarẽtigiati vel alterius inſtrumé
ti publici habenti executioné paratam:
quia cũ per illud videatur cõſtitutũ pi-
gnus prætoriũ:ſicut per ſententiã : non
videt̃ ꝙ debitor potuerit poſtea præiu-
dicare creditori alienãdo bona in tertiũ
poſſeſſorem per not. in.l. à diuo Pio.§.
j.ff.de re iudi.& per Bar.|in eadé.l.§. in
venditione.in ver.iure enim guarẽtigię
habet̃ pro condẽnato:ideo tunc nõ vide
tur neceſſaria excuſsio ſecundũ Soci.in
conſi.xxiiij.in ſi.pri.vol.& facit qa in pi
gnore prætorio nõ requiritur excuſsio
vt ſingulariter per Bal.in.l.j.in.ij.colũ.
C.de his quæ in frau.credi.& dixi.ſ̄.in
iij.parte.ij. membri.¶Ego autem puto
hanc fallentiam ita demum procedere:
quando in obligatione bonorũ facta in
huiuſmodi inſtrumento interueniſſet
traditio rei hypothecatæ vera, vel ficta:
puta per conſtitutum,vel precarium a-
liàs non puto poſſe dici fuiſſe conſtitu-
tum pignus pretorium:cũ illud de iure
non conſtituatur niſi facta immiſsione
vt .l.non eſt mirum.§.j.ff.de pigno.act.
Alias ſine traditione vera vel ficta : non
crederem fallentiam poſſe procedere.
33 ¶† Duodecima fallentia ad dictam re-
gulam poteſt dari vt.ſ.illa nõ procedat,
qñ excuſsio eſt impoſsibilis : puta qa ſit
præſcriptũ actioni perſonali:& ſuperſit
ſola hypothecaria iuxta not.per gl. Bal.
& Sal.in.l.ij.C.de luitio.pig. & notata.
ſ̄.in.vj.parte.ij.memb. tunc enim cùm
ſit impoſsibilis excuſsio ſuꝑ perſonali
actione cõtra debitorem:ideo ea obmiſ
ſa:poterit agi hypothecaria contra ter-
tium poſſeſſoré & etiã debitoré,ſi poſsi
deat bona hypothecata ita colligitur ex
not.per Bar.poſt Dy.in.l.Marcellus.in
vlt.col.ff.de fideiuſ. dũ dicit ꝙ diſpoſi-
tio auť.præſente.C.de fideiuſ.debet in-
telligi qñ diſcuſsio poteſt fieri de iure,
vel de facto:ſecus aũt ſi fieri non poteſt
idem tenet Bar.in.l.cùm quis.§.ſi quis
pro reo.vlti.col.ff.de ſol.vbi dicit quod
d.auť.præſente. nõ habet locum quãdo
principalis conueniri nõ pòt:idé expreſ
ſius vult Bald.in auť. ſed hodie.in vlti-
ma.q.C.de actio.& obl.& ex hoc infert
idem eſſe qñ obligatio pignoris eſſet fa-
cta pro naturali obligatione tñ:qa tunc
diſcuſsio perſonalis obligationis prin-
cipalis,eſt impoſsibilis de iure& ibi idé
tenet Salyc.in ſi.¶ Poſſem etiam plures
alias fallentias adducere in quib⁹ non
eſt neceſſaria excuſsio:ſed qa illę nõ ſpe
ctãt ad materiam hypothecariæ:ſed ad
materiam fideiuſſorũ,de qua in.d. auť.
præſente. quæ eſt diuerſa à terminis no
ſtri tractatus:ideo illas obmitto : ſubdã
tñ in materia excuſsionis cõmunicabi-
li etiam hypothecariæ aliquas qões.
34 ¶† Et primò,quærit̃ qñ ſit opponenda
in iudicio iſta exceptio excuſsionis?&
reſpondet̃ ꝙ debet opponi ante lité cõ-
teſtatã:aliàs ea nõ oppoſita iudiciũ va-
let & poſtea opponi non pòt:vt no. Cy.
& Bal.in.l.exceptioné.C. de ꝓbatio.&

ratio eſt:q̃a exceptio excuſsionis eſt ex-
ceptio dilatoria:vt firmat Bart. in.l.iij.
in ver.quæro quid de exceptione ordi-
nis.ff.de excepti. & exceptio dilatoria
de iure debet opponi ante litem conte-
ſtatam:vt.l.ita demum.C. de procura.
¶ Et iſtam opinionem tenet Barto.in.l.
prolatam.in prin.C.de ſen. & Barto.in
d.aut̃.hoc ſi debitor.C.de pig. & in.l.ij.
C.commu.diui.& in.d.l. ſi mãcipium.
§.j.ff.de euic.& Bal.in.l. conuenticulã.
in.iij.col.C.de epiſ.& cle. & ita etiã te-
net Alexã.in conſi.lxxiij.in cauſa appel
lationis &c.in.vj.volu.in.j.colũ. nu.1.
35 ¶ † Et adde prædictis, ꝙ qñ opponitur
iſta exceptio debet opponi ſpecificè &
clarè. Ita no.Alex. in cõſi.xxix.clariſsi-
36 mè doc.&c.nu.28.vij.vol.¶ † Et ex prę
dictis etiã notabiliter infert ꝙ talis ex-
ceptio excuſsionis cũ ſit dilatoria(vt di
ctum eſt)ſi nõ fuit oppoſita in prima in
ſtantia non poterit amplius opponi in
cauſa appellatiõis.ꝑ tex.in.l.ita demũ.
C.de ꝓcur.q̃ ſecũdũ Bal.& Pau. de ca.
ibi eſt ſingularis ad hoc,videlicet ꝙ di-
latoria q̃ nõ fuit oppoſita in cauſa prin-
cipali ante lité conteſtatã nõ poſsit am
plius opponi in cauſa appellatiõis dato
etiã quod in cauſa appellationis nondũ
eſſet lis cõteſtata ſecũdũ Bal.& Pau.ibi
Et idẽ no.ibi Iaſ.poſt Alex.l.ij.notabili.
Et ita in ſpecie per dictũ fundamentũ
tenet. Cy.in.l.per hanc.ij.q.C. de tem-
po.ap.& expreſsè ibi Bal.in.iiij.colũ.in
ver.vel pone exemplũ in exceptiõe præ
poſterationis &c.clarè Alexan.in conſi.
xxxiij.cõſultus &c.in ver.ij.&c.in iiij.
vol.& in cõſi.lxxiij.vj.volu.in.j.colum.
& Iaſ.in.d.l.ita demum.in pen. col. in
ver.iiij.per iſtum tex.&c.de materia ha
betur remiſsiuè ꝑ Alexan.in.l.fi.in fine
37 principij.ff.ſi cer.pet. ¶ † Secundo quæ
ritur in materia excuſsionis,an in caſi-
bus in quibus regulariter requiritur ex
cuſsio:ſi de ea excipiat̃ ſit dare remediũ
mota iam lite contra tertiũ poſſeſſorem
pro validitate iudicij?Nam ſi de ea non
exciperetur iudicium valeret:vt.ſ.pro-
ximè dictum fuit?& reſpondet̃ quod du
plici remedio poteſt ſuccurri creditori
agẽti ꝓ validitate iudicij moti.¶ Primũ
eſt ꝙ pẽdente lite mota contra tertium
poſſeſſoré pariter,& inſimul fiat excuſ-
ſio contra principalem debitoré: vt per
Bal.in.l.cũ teſtamento.C.de teſtamen.
ma.vbi dicit ꝙ excuſsio facta pẽdente
hypothecaria fingit actum factum cum
ordine:q̃a declarat retro ante lité cõte-
ſtatam bona debitoris non fuiſſet ſolué
do:idé tenet Bal. in.l.ij.C.cõmu.diui.
& in aut̃.cõtra rogatus.in fi.C.ad treb.
& in.l.j.C.ſi in frau. patro. & in.l.j.C.
de reuo.his quæ in frau.credi. & Ange.
in.l.decẽ.ff.de ver.obli.& in authen.de
fideiuſ.§.ſed neq;.& etiã tenẽt Bart.&
alij.in.d.aut̃.hoc ſi debitor.C. de pign.
¶ Et ratio iſtius deciſionis eſt:q̃a ius ſu
perueniens actori pendente iudicio ex
cauſa de præterito validat iudicium.l.
ſi ré.§.fi.& ibi Bar.ff.de pig.actio. & il
lum text.ad hoc in ſpecie not.ibi Bald.
¶ Et ita etiam tenet Ange.de are. inſti.
de actio.§. item ſi quis in fraudé in.iij.
colum.in verſi.quæro ego reuocatoria.
idem etiã tenet Alex. in conſi.cxiiij.vi-
ſo ꝓceſſu in fi.vj.vol.& ſubdit ibi quod
ſi actor eſſet minor, poſſet reſtitui in in
tegrum aduerſus non factam excuſsio-
nem ꝑ.l. minor.xxv. annis.ff. de mino.
ſed quod hoc non eſt neceſſarium:idem
etiã tenet Are.in.d.cõſi.cxxvj.in cauſa.
d.Antoniæ.in vlt.colũ.¶ Secundum re-
medium eſt quando debitor in veritate
nõ eſſet ſoluendo:ꝙ ſi tunc poſſeſſor ex
cipiat de excuſsione nõ facta ante li.cõ
te.quod agens replicet, tua nõ intereſt:





nec es audiendus in hoc:quia alia bona
debitoris non extant & ita offero me in
continenti probare. ¶ Iſta practica col-
ligitur ex gloſſ.ſingulari in.l. niſi.ff. de
pac.in ſecunda ſolutione quæ ſolutio li
cet ad illum tex.reprobetur ibi ꝑ Bart.
alios tamẽ Bald.ibi & Ange.& Imol.in
l.exitus.ff.acqui.poſ.notant illã ad hoc,
ꝙ quando re vera non intereſt excipié-
tis nõ põt opponi exceptio excuſsionis
& ita refert & ſequitur Iaſo.in.d.l.niſi.
quã legit in.l.ſi tibi.§.in his.in fi.eo.tit.
ita etiã tenet Ange.de are.in.d.§. item
ſi quis in fraudem.in.iiij.col.in ver.ad-
uertas tamen &c. dicés hoc eſſe perpe-
38 tuo tenendum mẽti.¶ † Tertiò,quæro
in materia excuſsionis,an ſi ad inſtan-
tiam vnius creditoris & cõtra vnũ poſ-
ſeſſorem ſit facta excuſsio de bonis de-
bitoris,& ſuper ea pronũtiatum per iu
dicem iſtud ꝓſit,vel noceat alij credito
ribus,vel poſſeſſoribus?& in hoc Iac.de
are.& Ange.in.d.aut̃.hoc ſi debitor.C.
de pigno.dicunt ꝙ ſic.q̃a cũ ſemel facta
ſit excuſsio licet ſit vnũ factũ & vnũ iu
diciũ tamẽ per dictã ſentẽtiã inducitur
notoriũ quod debitor nõ ſit ſoluẽdo:vt
l.emptorem.ff.de actio.emp.¶ Cũ ergo
notoriũ ſit debitoré non eſſe ſoluendo:
nõ eſt neceſſaria alia exceſsio iuxta glo.
& ibi no.in.l.decẽ.ff.de ver.obli.& dixi
ſ.in prima fallẽtia in hac materia excuſ
ſionis & hãc cõcluſioné refert & ſequit̃
Ange.de are. in.§. itẽ ſi quis in fraudẽ.
in fine.iiij.col.in verſ. quæro,an excuſ-
ſione facta &c.¶ Et quãuis Alex.in apo.
ad Bal.in.d.l.j.C.de his quę in frau.cre
di.referens dictum Iac.de are.& Ange.
relinquat ſuper hoc cogitandum:ex eo
quod acta facta in vno iudi.non faciant
fidem in alio inter alias perſonas : vt.l.
cum lite.ff.iud.ſol. tamen indubitãter
tenenda eſt deciſio Iac.de are. & Ange.
¶ Quia quo ad ea,quæ tendunt ad præ
parandum viam alteri ad agendum ſen
tentia lata inter alios prodeſt etiam al-
teri,& fidẽ facit:vt.l.j.C. vbi cauſ.fiſ.&
ibi hoc notat Bal.ad fi.& Bal.in.l. ſi q̃s
homicidij.C.de accuſa.& in.l.j.in fi.C.
de aduo.diuer.iud.& late no.Alex.in.l.
ſæpe.in.xj.col.in ver. vel dic.& notabi-
39 lius.ff.de re iud.¶ † Quartò,quæritur
in materia excuſsionis,an à ſentẽtia la-
ta ſuper excuſsione poſsit appellari?&
Bal.in.l.ij.colũ.fi.verſi.quid ergo ſi ve-
niãt &c.C.quãdo fiſ.vel priua.poſt Ni
co.de matta.tenet quòd a tali ſententia
non poſsit appellari:quia cùm poſsit in
fringi probando contrarium nõ debet
poſſe appellari ꝑ.l.ante.C.quo.app.non
reci.quod dicit eſſe notabile:& illud di
ctũ refert Alex.in.l.fi.in apoſt.ad Bart.
ff.de appel.recip. ¶ Subdit tamen quod
Barto.in.l.à diuo Pio.§.in venditione.
videtur tenere contrarium & remittit
ſe ad dicta ibi per eũ.¶ Sed ibi Alex. ni-
hil dicit in proprijs terminis.ſ.excuſsio
nis de qua nos loquimur : ſed tam Bar.
quã Alex. ibi diſputant,an obmiſsio or
dinis de quo in.d.§.in venditione.quia
ſcilicet nõ fuit incepta executio à mobi
libus:vt ibi diſponitur vitiet executio-
né?ibi Bar.dicit quod executio nõ erit
nulla:ſed ſi pars grauet̃ in hoc poteſt ap
pellare.¶ Alex.auté ibi poſt Imo. & etiã
Iaſ.tenent contra Bart. videlicet quod
executio ſit nulla ex obmiſsiõe ordinis
de quo in.d.§. in vẽditione per funda-
menta, de quibus ibi per eos. ¶ Tamen
præfati doc.nõ decidũt ibi, an poſsit ap
pellari vel non:quãdo executio non eſ-
ſet ipſo iure nulla.¶ Bal.verò in.l.j.in vl.
col.in ver.modo ego q̃ro &c.C.de app.
determinat qđ ſi fuit oppoſita exceptio
præpoſterationis & iudex ꝓnũtiauit ſuꝑ
ea aſſumpta cauſa iuris:puta quia dixit

exceptionem ineptam,cum tamen eſſet
apta:& ſentẽtia erit ipſo iure nulla:aut
pronũtiauit aſſumpta cauſa facti:vt qa
dixit exceptionem non veram:vel nul-
lam aſsignauit cauſam in ſententia:ſed
iudex ſimpliciter exceptionẽ impugna
uit:& tũc ſententia valebit:ſed poterit
appellari quia non pronuntiauit ſuper
ordine iuris qui eſt immutabilis:ſed ſu-
per facto,quod eſt mutabile:& ſic Bal.
videtur velle ꝙ à ſentẽtia lata ſuper ex-
ceptione excuſsionis quæ concernit or-
dinem & præpoſterationem vt per glo.
& doct.in.l.ſi mancipiũ.§.j.ff.de euict.
poſsit appellari:& pro hoc videtur tex.
in.l.j.C. de appella.ſecundũ intellectũ
Bar.ibi:q ſummat illũ tex.ꝙ qñ ꝑuerti
tur ordo vnius cauſæ ad aliã valet ſen-
tentia:ſed ab ea poteſt appellari cũ igi-
tur ſententia lata ſuper excuſsione,qñ
eſt iniuſta præuertat ordinẽ cauſæ quæ
eſſet inchoanda contra debitorẽ & non
contra poſſeſſorẽ:valere debet:ſed ab ea
debet poſſe appellari.¶ Et iſtã opinionẽ
puto eſſe veriorẽ:non obſtãte eo ꝙ vo-
luit Bald.in.d.l.ij.C.qñ fiſ.vel priua.&
iſta opinio vltra p̄dicta cõprobat̃ ex no.
ꝑ Barto.in.l.ij.in.v.q.ff.de appel.recip.
vbi vult,ꝙ à ſententia lata ſuper exce-
ptiõe dilatoria in qua ꝓnũtiatũ fuit nõ
eſſe procedendũ ad vlteriora ſtãte exce
ptione:vel ecõuerſo procedẽdũ eſſe nõ
obſtãte exceptiõe põt appellari:quia in
prima ꝓnũtia nõ ſperatur alia ſentẽtia
ſuper inſtãtia à qua per talẽ pronuntiã
cõuẽtus fuit abſolutus.¶ In ſecũda au-
tem pronuntia infertur tale grauamen,
ꝙ reparari nõ põt per appellationem à
diffinitiua:& idẽ firmat Barto.in omni
exceptione quę opponit̃ ad ꝓceſſum:&
cũ Bar.tranſeunt alij.Cum ergo exce-
ptio excuſsionis ſit dilatoria.vt.d.l.ita
demum.C.de ꝓcura.& habet̃ per Cor.

in cõſil.lv.iij.volu.in litera e.& dictum
fuit.ſ.quomodocũq; ſuper ea fuerit ꝓ-
nũtiatũ iniuſte ꝑmitti debet appellatio.
& vide Alexan.in cõſil.lxxxiij in cauſa
app.vj.vol.nu.1.& ita puto tenẽdũ licet
nõ inueniã examinatum per alios &c.
40 ¶ † Quintò adde in materia excuſsio-
nis,ꝙ quãdo illa eſt faciẽda cõtra hære
ditatem iacentẽ debet ei dari curator:
alias excuſsio nõ valeret vt no.Iaco.de
belui.in autẽ.de fideiuſ.ſed neq;.in.vj.
q.dũ allegat.l.j.&.ij.ff.de cura.bo.dã.&
latè firmat Alex.in cõſil.c.diſcuſsis &c.
v.vol.& ibi etiam plus ſubdit ꝙ ſi facta
eſſet excuſsio contra hæreditatẽ iacen-
tem:& tẽpore quo inceptũ eſſet iudiciũ
contra tertiũ poſſeſſorẽ hæreditas eſſet
adita oporteret iterũ facere excuſsionẽ
cõtra dictos hæredes:nedũ de bonis hę
reditarijs:ſed etiã de bonis ipſorum hæ
redum:& ita dicit tenere Pet.& Cy.in
autẽ.pręſente.C.de fideiuſſo.in pe.q.&
Bald.in.l.peremptorias.in vlti.colũ.C.
41 ſen.reſ.non poſ.¶ † Subdit etiã ꝙ ſi fa
cta excuſsione contra debitorem,& lite
poſtea conteſtata cõtra tertium poſſeſſo
rem,ſi de nouo ſuperueniãt bona prin-
cipali debitori,tertius poſſeſſor etiam
de his bonis ſuprauẽtis poterit excipere
cõtra creditorẽ poſt litem conteſtatã:&
iterũ debebit fieri excuſsio ꝑ late alle-
gata per dictũ Alex.in.d.cõſi.c.vlt.col.
42 ¶ † Sextò adde in materia excuſsionis
ꝙ illa nõ eſt faciẽda de bonis q̃ ſunt ex-
tra territorium iudicis cognoſcentis de
cauſa vt inqt Bal.in.l.ſciẽdũ.in prin.ff.
q ſatiſ.cog.arg.autenticæ p̄ſente.C.de
fideiuſ.per no.ꝑ gl.& doct.in.l.fi.C.de
princip.agẽ.in reb⁹ facit.l.ſi fideiuſſor.
§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſ.cog.& ꝙ ha-
betur in.c.corã.de electio.vbi ad electio
nẽ vocant̃ illi ſolũ q ſunt in ꝓuincia ad
quos ſpectat electio:nõ autẽ illi q ſunt
extra



extra ꝓuinciã:ſaltẽ ſi hoc cõmode fieri
nõ poſsit vt ibidẽ notatur & in.c.cũ in
eccleſijs.de p̄ben.lib.vj.¶ Et ita ꝑ p̄di-
cta tenet Alex.in cõſi.xcj.repetitus.vij.
col.nu.5.idẽ tenet Ang.in aut̃.de fide-
iuſ.§.ſed neq;.dũmodo ſecundũ eũ:ta-
lis excuſsio de rebus exiſtentibus extra
territoriũ nõ poſsit fieri abſq; difficul-
tate:ſecus ſecũdũ eũ ſi nulla ſubſit diffi
43 cultas.¶ † Itẽ adde ꝙ in diſcuſsiõe res
inutiles ꝓ nihilo reputantur ſecundum
Bal.in aut̃.ſed hodie.C.de acti.ob.in fi.
per.l.ſi inutiles.ff.vt in poſ.lega.& ſimi
liter ſi res debitoris eſſent in loco forti,
vt in caſtello,vel arce ita ꝙ non poſsint
diſcuti:nã de illis nõ eſt faciẽda excuſ-
ſio vt no.Ang.in.d.§.ſed neq;.dicẽs ita
ſentire gl,in.l.ij.circa prin.ff.q ſatiſ.co-
44 gantur.¶ † Et vltimo forma faciẽdæ
excuſsiõis ponit̃ ꝑ Ang.in.d.§.ſed neq;.
in fi.& dicit ꝙ illa bona ſunt diſcutien-
da q̃ ſine aliqua controuerſia poſsideri
poſſunt:& ſic innuit ꝙ ea q̃ ſunt in con
trouerſia ſunt dimittẽda:nec ꝑ illa de-
bet retardari ꝓceſſus cõtra tertiũ poſ-
ſeſſorẽ:& ꝓ hoc optime facit tex.& ibi
no.doc.in.l.à diuo Pio.§.ſed & illud.ff.
de re iudi.& de forma excuſsiõis.Adde
Guido.papæ.q.432.vbi multa ponit:&
hęc ſufficiãt in materia excuſsiõis quã-
tum concernit actionem hypothecariã.
45 ¶ † Quinta cõcluſio circa materiã hy-
pothecariæ in hac prima parte octauæ
partis principalis eſt,ꝙ ſententia lata in
hypothecaria nõ trãſfert dñiũ in ipſum
creditorẽ & ideo ſi lata ſit ſentẽtia ſup
hypothecaria in fauorẽ creditoris cõtra
vnũ qui nõ poſsidet:non poterit credi-
tor agere iudicati vigore dictæ ſentẽtię
cõtra aliũ,qui dictã rem hypothecatam
poſsideat vendicãdo illã ab eo:ſed con-
tra eum debet iterato agere hypotheca
ria:& ſi excipiat̃ per cõuentũ ꝙ lata ſit

ſententia ſuper hypothecaria cõtra aliũ
& per cõſequẽs quod videatur facta no
uatio poterit replicari duobus modis.
Primò ꝙ iſta nouatio non tollit veterẽ
obligationem,ſed adijcit nouã.Secũo,
ꝙ ſententia lata ꝓ ipſo creditore ei no-
cere nõ debet:iſte eſt tex.no.in.l.ſi fun-
dus.§.creditor.& ibi glo.Bar.& Salyc.
optimè declarantes prædicta.ff.de pig.
46 ¶ † Sexta cõcluſio eſt,ꝙ etiam ſi credi
tor elegerit agere hypothecaria contra
debitorem,vel aliũ tertiũ poſſeſſorem:
tamen ſi in totũ nõ potuit ſuum credi-
tum cõſequi ex venditione pignoris:nõ
tollitur perſonalis ꝓ reſiduo:vt eſt tex.
in.l.aduerſus.& ibi gl.Bar.& Bal.C.de
acti.& obl.& idẽ eſt etiã ſi creditor ob-
tinuit illã rem hypothecatã ad quã egit
ſibi inſolutũ dari pro certa æſtimatio-
ne:quia ꝓ reſiduo remanet firma actio
perſonalis vt ibidem declarat Salyce.
47 ¶ † Septima concluſio eſt quod actio
hypothecaria non oritur ex obligatione
contracta in diem certam pendẽte die:
vt firmat Bal.in.l.j.ij.colum.in verſic.
quæro nunquid ante diem.C.commu.
delega.text.& ibi notatur in lege ſolui
tur.§.ſi paciſcatur.ff.quib.mod.pig.vel
hypo.ſol.hoc tamen limitatur,niſi debi
tor eſſet ſuſpectus de receſſu vel fuga.
Nam ſi ſuſpitio ſuperuenit poſt obliga
tionem cõtractam vel ſi aderat tempo-
re contractæ obligationis:tamen illam
creditor ignorauit etiam pendente die
poterit creditor agere hypothecaria:
tex.eſt & ibi no.gl.Bar.Saly.in.l.quæſi
tum.ff.de pignori.ꝙ nota:qa poteſt de
facili cõtingere.¶ Octaua cõcluſio eſt,
quod ſtãte ſtatuto quod in caſibus de-
pendentibus ex inſtrumento guarenti-
giato vel alijs agatur ſummarie &c.ꝙ
tale ſtatutum habebit etiam locũ,quã-
do ageretur hypothecaria ex obligatio-
ne bo

ne bonorum adiecta in huiuſmodi in-
ſtrumentis:& hoc ſi agatur contra de-
bitorem obligatum in dicto inſtrumen
to:ſecus auté ſi ageretur cõtra tertium
poſſeſſorem:ita tenet Bal.in.l.j.C.com
mu.deleg.in.j.col.in verſ.& facit ad.q.
& faciunt quæ late ſcripſi.ſ.in.iiij.mē-
48 bro ſecundæ partis principalis.¶ † No
na conclu.eſt ꝙ hypothecaria de ſui na
tura datur inſolidū contra vnū ex poſ-
ſeſſoribus bonorum obligatorū:vt.ſ.res
quam ille poſsidet auocetur ab eo in to
tum,niſi ſoluat integrū debitū:qa quę-
libet res eſt inſolidū obligata credito-
ri.l.j.C.ſi vnus ex plu.hære.cre.vel de-
bi.& niſi totū debitū ſoluatur nulla res
obligata liberatur:ſed etiā ſi pars debi-
ti ſit ſoluta:remanet quęlibet res inſoli
dum obligata pro reſiduo.l.quādiu.C.
de diſtrac.pigno.& .l.ſi rem.§.omnis.ff.
de pig.acti.& ideo eſt in electione cre-
ditoris habentis plures res obligatas,
vnam ſolā pro vniuerſo debito vende-
re.l.creditoris.ff.de diſtrac.pig.Intelli-
gendo tñ:vt dixi ſupra in primo mem-
bro ſextæ partis & prædicta procedunt
nō ſolū aduerſus ipſos debitores & eo-
rū hæredes:ſed etiam aduerſus tertios
49 poſſeſſores.† vt eſt tex.in.l.moſchis.
in prin.ff.de iure fiſ.& ibi no.gl.& Bar.
pōderādo tex.dū dicit poſſeſſoré oēm:
nā dictio omnis in ſingulari numero eſt
diſtributiua & attribuit actum cuilibet
inſolidū vt declarat ibi Bar.& Bart.&
Imo.in.l.hoc articulo.ff.de hære.inſti.
& Bar.in.l.fin.C.de debi.ciui.libro.xj.
50 ¶ † Et ratio iſtius deciſionis eſt qa licet
in principali obligatione indefinita tam
reali quā perſonali inducat̃ obligatio ꝓ
rata.l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duo.
reis:tñ ſecus eſt in obligatiōe acceſſoria
quia.ſ.ſi plures obligent̃ acceſſorie inde
finitè vel collectiuè : q̄libet mero iure
obligatur inſolidū:vt in pluribus fide-
iuſſoribus:vt.l.inter fideiuſſores.&.l ſi
cōtendat.& in.l.inter eos.ff.de fideiuſ.
& cū hypotheca bonorū veniat acceſſo-
rie ad obligationé principalé:vt ꝑ Bar.
in.l.ſolutū.§.per liberā.ff.de pig.actio.
ſequitur ꝙ etiā illa cōpetat inſolidū in
quibuſcūq; bonis obligatis.& ratio ra-
tiōis aſsignari pōt,videlicet ꝙ ſi in obli
gatiōe bonorū in qua veniūt præſentia
& futura:vt.l.fi.C.q̄ res obli.poſſ.dice-
remus ꝙ q̄libet res eſſet obligata ꝓ ra-
ta:reſultaret icōueniēs:ꝙ ſi eſſent mille
res in qualibet re creditor habéret ꝑſeq
milleſimā parté,ꝙ eſſet abſurdū:& qa
ſi eſſent mille res de p̄ſenti:poſſent de
futuro ſuꝑuenire aliæ mille & ſic dimi
nueretur hypotheca primarū rerum &
creditor eſſet in incerto:merito ergo ad
euitādū talia inconuenientia fuit deci-
ſum,ꝙ q̄libet res hypothecata ſit inſoli
dum obligata:& ita declarat & firmat
Cor.in conſi.cxxxv.ſupra ſcripti &c.in
51 fi.j.vol.† Prædicta tamé fallunt in hy-
potheca q̄ cōpetit pro legatis:qa illa cō-
tra hæredes teſtatoris non datur inſoli-
dū,ſed ſolū pro portionibus hæredita-
rijs ad inſtar perſonalis actionis:vt.l.j.
in fi.& ibi no.Bart.C.cōmu.delega.&
Bart.in.l.legatorū.in prin.ff.de lega.ij.
licet alias cōtra hæredes debitoris hypo
theca in bonis defuncti cōpetat inſoli-
dū:vt.l.j.& ibi Bar.C.de hære.actio.&
l.j.& ibi ꝑ doct.C.ſi vnus ex plu.hære.
52 credi.vel debi.¶ † Decima cōcluſio eſt,
ꝙ hypotheca cōſtituta pro grano,vino,
& oleo ſimpliciter extēdit̃ ad incremen
tum,ſeu æſtimationé,quæ creuit à tem
pore moræ:iuxta.l.vinū.ff.ſi cert.peta.
Nā illud incremétū,ſeu intereſſe venit
per officiū iudicis à tépore moræ:vt.l.ſi
ſeruum.§.fi.ff.de ver.ob.& no.Bart.in
d.l.vinū.in vlti.colū.in verſi. veniamus
ad vltimam partem &c.& ſicut tale in-
tereſſe ꝙ venit officio iudicis ratiōe rei
promiſſæ propter moram auget obliga
tionem fideiuſſoris qui ſimpliciter in-
terceſsit:vt no.Barto.in.l.fi.in vlti.col.
in verſi.pro declaratione &c.ff.de eo ꝙ
cer.loco in ſua diſtinctione,in tertio ca-
ſu:ita & dicendū eſt de hypotheca ſim-
pliciter accepta.qa id quod dicitur iſto
caſu in fideiuſſore,eſt etiam dicendū in
pignore & hypotheca:vt not.Bart.in.l.
ſolutum.§.ſi in ſortem.ff.de pig.actio.
& de materia æſtimationis quæ creſcit
propter morā,iuxta terminos.d.l.vinū.
vide pulchrū cōſi. Alex.in cōſi.ccxx.pō
deratis his.vj.vol.&c.ſec⁹ auté eſſet de
eo quod creſceret ex cōtumacia debito
ris,iuxta.l.j.ff.de in litem iur.vbi vide
&c.¶ Aliud auté eſſet dicendū,ſi hypo-
theca taxatiuè fuiſſet cōſtituta ꝓ grano
tantum:quia tūc nō teneretur pro au-
gméto:& hoc modo puto procedere id
quod vult Roma.in conſil.xvij.in caſu
propoſitæ &c.quod prima facie videba
tur cōtrariari præmiſsis:ꝓ qua concor
dia faciūt etiā notata.ſ.in v.parte pri.
53 mem.nume.13.vbi vide.¶ † Vndecima 1
concluſio ſit ꝙ creditor non poteſt pro-
pria autoritate occupare hypothecam
ſed debet procedere decretum,vel au-
toritas iudicis,niſi fortè immineret ſu-
ſpitio fugę debitoris:vel ſuper hoc eſſet
factū pactū:alias incideret creditor in
pœnam:vt eſt tex.& ibi glo.Bal.& Sa-
in.l.pignoris.C.de pignora.actio.& ibi
eſt glo.pleniſsima de hoc.

¶ Summarium.

1 *Hypothecaria quibus perſonis cōpe-*
*tat,& contra quas.& pro quibus rebus.*
2 *Iuramentū qualiter deferatur in hypotheca*
*ria,& creditore in litem iurāte cōdēnabitur*
*debitor,& inquantum.*
3 *Iuramentum in lité in materia hypotheca-*
*riæ diuerſimode conſideratur.*
4 *Agens hypothecaria ex obligatione generali*
*contra tertium poſſeſſorem poteſt vnam rem*
*inſolidum eligere.*
5 *Emens ré à debitore vt ſatiſfaciat creditori*
*ſi nō ſatiſfaciat tenetur hypothecaria.*
6 *Hypothecaria cōtra debitorem poteſt cumu-*
*lari cū perſonali,& poteſt prædictum libellū*
*in perſonali tantum.*
7 *Hypothecaria datur cōtra tertium poſſeſſo-*
*rem in ſubſidiū ad pretiū re p̄ſcripta,vel pe-*
*rempta,qn̄ ille poſſidet ex cauſa lucratiua.*
8 *Actio hypothecaria datur ad bona ſita,extra*
*territorium contractus.*

¶ Secundum membrū.viij.
partis principalis.

SEquitur modò
ſecūdum membrū iſtius
octauæ partis principalis
In qua videndum venit
quibus perſonis,& contra quas ꝑſonas,
& pro quibus rebus cōpetat actio hypo
thecaria.¶ † Et primò clarū eſt ꝙ cōpe
tit creditori cui bona ſunt hypotheca-
ta:vt inſti.de acti.§.ité Seruiana.verſi.
quaſi Seruiana.ité competit hæredibus
creditoris:vt.l.j.C.ſi vn⁹ ex pluri.hære.
cred.vel debi.& iſtis cōpetit hypotheca
ria directa.Ité competit ceſsionario,vel
emptori pignoris & hypothecę iuxta to
tū titulū.ff.&.C.de hæredi.vel acti.vē-
di.faciūt not.per gl.& Bart.in.l.ſi pig.
ff.fa.erc.ꝑ Bar.& Pau.de ca.in.l.ſi hæ-
res pecuniam.ff.ad treb.& in.l.Ariſto.
ff.quæ res pigno.oblig.poſ.Item cōpe-
tit alteri creditori cui primus creditor
obligauit ſuū nomen debitoris,iuxta.l.
nomé.C.quę res pigno.obliga.poſſ.vel
cui pignus pignori dedit iuxta.l.grege.
§.cum

§.cū pignori.ff.de pignori.& totū titulum.C.ſi pign.pign.datū ſit.& iſtis caſibus iſta hypothecaria eſt vtilis quę directo cōpetebat principali creditori:vt habetur in dictis locis:competit autem iſta actio contra principalē debitorem: vt.l.perſequutiōe.& autētica hoc ſi debitor.C.de pignori.Item cōpetit cōtra hæredes debitoris:vt.l.j.&.ij.C.ſi vnus ex pluri.hære.credi.& debi.item cōtra tertium poſſeſſorē:qa eſt realis & ſequitur fundum vt.l.pignoris.ff.de pigno. & ibi Barto.&.l.pignoris.C.eod.tit.& ibi Barto.& Bal.itē contra nomē debitoris obligatū.d.l.nomen.& ibi Bar.& alij datur autē ad rē pignori datam: & ad omnia quæ comprehendūtur in expreſſa,ſeu tacita obligatione:vt apparet ex his quæ dicta ſunt.ſ.in ſecūda parte principali in.iij.membro vbi poſui ea quæ poſſunt in ſpecie obligari: & in.d. ij.parte in.iiij.membro vbi poſui caſus in quibus à lege inducitur tacita hypo. & ex his quæ poſui.ſ.in.d.ſecūda parte in ſecūdo mēbro vbi poſui ea q̄ veniant in generali oblatione:in omnibus enim caſibus notatis in dictis locis,& pro rebus in illis expreſsis cōpetit hypothecaria datur etiā ad recuperandā poſſeſsionē à qua cecidit creditor tā in pignore conuētionali quā prætorio vt.l.ij.C.de præto.pigno.Itē datur etiā pro legatis iuxta.l.j.C.cōmu.de leg.Itē datur etiā ſi pign⁹,vel hypotheca eſſet data ob aliquā turpē cauſam:qa hypothecaria nō fundatur in cōtractu:ſed datur ad rem vt tenet gl.in.l.ij.C.de cōd.ob tur.cau. & habetur p Bar.& alios in.l.j.ff.eo.tit. & in.l.iuriſgentiū.§.ſi ob maleficiū.ff.
2 de pact.Alios caſus ponā infrà.¶ † Secundò in materia dubitatur,an ſi conuentus hypothecaria dolo deſijt poſſe reſtituere rē,an iſto caſu creditor poſſit iurare in litē & cōuentus debeat cōdemnari quāti creditor iurauit?& breuiter reſpōdetur ꝙ ſic:vt eſt text.in.l.ſi fundus.§.in vendicatione.ff.de pigno. & ibi gl.& Bart.& hoc eſt verum etiam ſi creditor in libello petijſſet poſſeſſorē condemnari alternatiue vel ad reſtituēdum rem vel abſoluendū debitum.Nā licet videretur dicendū nō eſſe locū tūc iuramento in litē ex quo petitū eſt cōdemnari ad ſoluendū debitum cū tale iuramētū præſtet ſolū,quādo poſſeſſor deſijt poſſe reſtituere rem dolo.vt.l.in actionibus.ff.de in lit.iur.Tn̄,cū ſolutio debiti veniat in actiōe hypothecaria ex natura obligationis,cū poſſeſſor volēs, poſsit illud ſoluere.l.mulier.ff.qui pot. in pig.hab.&.l.Paulus.§.ſi.ff.quib.mo. pi.vel hy.ſol.Ideo ſi conuentus non reſtituat rem,neq; ſoluat debitū & deſierit poſſe reſtituere ex dolo:poterit creditor ob reſtitutionē nō factā iurare in litē quāti ſua interſit ob rē nō reſtitutā ita declarat Bar.in.d.§.in vēdicatione. & ſequitur Saly.dicēs in actione hypothecaria non eſſe in obligatiōe ſoluere debitū,ſed eſſe in facultate ſoluendi:qa poſſeſſor pōt,ſi vult illud ſoluere:ſed in obligatiōe eſſe reſtitutionē rei hypothecatæ.ex prædictis ergo cōcluditur ꝙ qn̄ reus cōuentus hypothecaria dolo deſijt poſſe reſtituere rē creditor iurat contra eū in litē quanti ſua interſit & prędicta militāt,qn̄ agit contra tertiū poſſeſſo-
3 rem.¶ † Sed ſi agatur hypothecaria cōtra debitorē,& ipſe dolo deſierit poſſe reſtituere creditor nō poterit iurare in litē cōtra eū quāti ſua interſit: ſed ſolū quātū eſt creditū ſuū cū vſuris ſibi debitis:vt eſt tex.& ibi declarat Bar.in.d. l.ſi fundus.§.ſi pluris.ff.de pig.& optimus tex.in.l.ſi inter.§.ſi.e.tit.vbi ponit iſta differentia inter iuramētū in litem ꝙ defertur creditori cōtra tertium poſſeſſorē dolo deſinētem poſſe reſtituere: & illud ꝙ deferꝉ cōtra debitorē:vt ſcilicet cōtra tertiū poſſeſſorē iuretur quāti intereſt creditoris:cōtra verò debitorē non iuretur vltra debitum.¶ Et ratio differētiæ eſt:qa illud ꝙ creditor cōſequitur à tertio poſſeſſore vltra ſuum debitum:tenetur poſſe reſtituere debitori per directā pignoratitiam: ſed iſtud in debitore cōuento ceſſat:ideo cōtra eum non debet exigi,niſi quod eſt debitū.d. l.ſi inter.§.ſi.& declarat Barto.in.d.l.ſi fundus.§.ſi pluris.& ibi ſequitur Salic. & Alex.¶ In vno tamē caſu etiā quādo agiꝉ cōtra debitorē poterit creditor iurare in litē vltra debitū hypothecariū. videlicet quādo creditor eſſet etiā creditor chirographarius:nam ſi creditor cecidit à poſſeſsione pignoris,& illa reuerſa ſit ad debitorē intereſſet dicti creditoris vltra debitū hypothecarium pignus ſibi reſtitui vt poſſet illud retinere ꝓ credito chirographario iuxta.l.vni. C.ſi ob chirogra.pecu.& ideo iſto caſu cōtra debitorē qui dolo deſijt poſſe reſtituere:poſſet creditor iurare in litem quāti ſua intereſt,reſpectu debiti chirographarij & ſic vltra debitū hypothecariū ita declarat Bart.in.d.l.ſi inter.§.ſi.
4 & ibi etiā Saly.¶ † Tertiò in materia eſt etiā notādū,ꝙ creditor habēs generalē hypothecā in omnibus bonis debitoris: pōt eligere vnā rē ex pluribus agendo hypothecaria cōtra tertiū poſſeſſorē cū omnia bona ſint inſolidū obligata?vt ſæpius dictū eſt.ſ.& habetur p Bart.in.l. moſchis.ff.de iure fiſ.cū cōcordātijs de
5 quib⁹ ibi p Alex.¶ † Quartò notādum eſt quòd dicta actio hypothecaria competit etiam contra emptorem qui rem hypothecatam emit à debitore,vt ſatiſfaceret de pretio creditori: nam ſi poſtea non ſatiſfaciat conueniri poteſt hypothecaria à creditore:vt eſt text.in l.diſtractis.iuncta auten.ſequenti.C.de
6 pig.& ibi hoc not.Bald.¶ † Quintò, adde in materia ꝙ creditor agens contra debitorem poteſt cumulare actionē perſonalem & hypothecariā quādo debitor poſsidet.l.perſecutiōe.& ibi Bar. & doc.C.de pig.& eodem modo quando ageret cōtra fideiuſſorem poſsidentem pignus:vt per gl.in autē.hoc ſi debitor.C.de pi.& ibi Bar.quā legit cum l.perſecutione præcedenti.in.ij.colū.in verſi.vlterius quæro.¶ Et prædicta procedunt,etiam ſi libellus eſſet productus in perſonali actione duntaxat:nam oppoſita exceptione præſcriptionis.xxx. annorū creditor poterit cumulare hypothecariam:quia ex iſta cumulatione nō læditur reus debitor:& ideo cumulari poteſt:vt colligitur ex gl.in.l.nemo ex his.ff.de reg.iur.arg.l.pe.ff.quæ res pig.obli.poſ.& quia ibi duo ꝓpter vnū ibi vnū tātū.l.qui libertatis cauſam.§. ſeruus.ff.de euictio.merito hic fingitur vna petitio & nō plures ita not.Bald.in rep.l.ædita.in materia cumulationis in v.q.& adde Bal.in auꝉ.cōtra rogatus. C.ad treb.& ꝙ cumulari poſsint perſonalis & hypothecaria cōtra debitorē,eſt tex.in auꝉ.de fideiuſ.§.ſed neq;.colla. pri.& no.gl.ſi.in.d.l.nemo ex his.ad fi.
7 ¶ † Sextò,dicta actio hypothecaria daꝉ cōtra vēditorē rei hypothecatæ prætēdentē cauſam lucratiuā in ſubſidiū(qn̄ res hypothecata eſſet præſcripta,vel ꝑempta)ad pretiū illius vt p gl.Bar.Saly. & alios in.l.j.ff.de diſt.pig.& latè dixi. ſ.in.v.parte pri.memb.& in.iiij.memb.
8 ſecundæ partis.¶ † Septimò,dicta actio hypothecaria daꝉ etiā ad bona ſita extra locū cōtractus vt eſt gl.no.in auꝉ.vt omnes obedi.in prouin.§.hæc conſiderantes

rantes in glo.in ver.hypotheca.colla.vj.
& ſic debitor ſortitur forū in loco con-
tractus,etiā quoad bona exiſtētia extra
illū locū:quādo agitur hypothecaria ita
dicit ibi gl.& illam valde notat.& dicit
tenendā mēti Bald.in,l.ij.in fi.C.man-
da.¶ Plures alij caſus in hac parte poſ-
ſent cumulari circa perſonas & res, in
quibus datur hypothecaria: ſed omnes
ſunt relati.ſ.in illis locis:ne igitur idē
ſæpius repetatur his paucis ero con-
tentus.

### ✤ Summarium. ✤

1 ☞ *Actio dotis non oritur conſtante matrimonio,niſi in caſu emergentis inopiæ mariti.*

2 *Actio hypothecaria in cōtractu emptionis pro euictione non oritur,niſi ſecuta euictione.*

3 *Hypothecaria in legato conditionali,vel in diem non oritur,niſi purificata conditione. Idem in quacunq; obligatione.*

4 *Hypothecaria in fideicommiſſo vniuerſali facta reſtitutione verbali adhuc competit:facta autem reſtitutione reali non.*

5 *Hypothecaria in contractibus puris oritur à die obligationis contractæ.*

6 *Probanda quando agitur hypothecaria contra debitorem.*

7 *Agens hypothecaria contra hæredem debitoris,cuius bona defunctus obligauit,quid probare debeat.*

8 *Agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorem quæ probare debeat.*

9 *Diſpoſitio.l apud Ceſum.§.de autoris.ff.de doli exceptione,quo caſu procedat.*

10 *Emens non dicitur confiteri rem quam emit eſſe venditoris:nec hoc tenetur confiteri ſi conueniatur.*

11 *Creditor agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorem nō habentem cauſam à debitore, quid probare debeat.*

12 *Actio realis vel perſonalis in rem ſcripta cōpetens contra autorem, opetit etiam contra eius ſingularem ſucceſſorem.*

13 *Actio hypothecaria vtilis competit vbi reconualuit: quia debitor ſucceßit domino rei obligatæ.*

14 *Hypothecaria directa datur quando debitor tempore obligationis emerat,ſed nōdum erat ſibi res tradita,ſed fuit tradita poſtea.*

15 *Hypothecaria directa compitit quando debitor obligauit rem ſub conditione,ſi res ſua fieret & poſtea fuit acquiſita.*

16 *Hypothecaria directa competit ex obligatione generali in bonis poſtea acquiſitis.*

17 *Hypothecaria non competit ad poſſeßionem obligatam ſi debitor illam amiſit,& fuit occupata per alium.*

18 *Hypothecaria,an & quibus caſibus locum habeat pro poſſeßione amiſſa per debitorem.*

19 *Interdictum Saluianum vtile competit cuilibet creditori hypothecario.*

20 *Actio hypothecaria quemadmodum diuerſimodè intentatur: ita diuerſimodè libellus in ea concipitur.*

21 *Libellus in hypothecaria directa,vel vtili alternatiuè conceptus,an nō declaratus procedat.*

22 *Libellus in actione hypothecaria diuerſimodè venit conſiderandus.*

23 *Res illa dicitur eſſe in bonis:quando agitur ad illam,licet non poſsideatur:& ſi poſsideatur cum exceptione.*

24 *In libello hypothecario quid & qualiter ſit concludendum.*

25 *Dominium qualiter in actione hypothecaria probetur.*

26 *Forma libelli hypothecarij in quo differat à forma libelli vtilis Saluiani interdicti.*

27 *Sententia in iudicio hypothecario cuius formæ eſſe debeat.*

### ¶Tertium membrum.viij. partis principalis.

Sequi



SEquitur tertium
membrū iſtius octauę par
tis principalis:in qua vi-
dēdū eſt primò q̄n oriatur
actio hypothecaria.Secūdò q̄ ſint probā
da ad obtinēdū in ea.Tertiò de mō libel
lādi circa illā & circa Saluianū interdi-
1 ctū &c.¶† Primò itaq; notādum eſt,ꝙ
actio de dote cōpetēs ad eius reſtitutio-
nē:nō orit̃ cōſtante matrimo. ſed demū
eo ſoluto:niſi in caſu inopiæ mariti, vel
alterius obligati ad reſtitutionem dotis
ita latè diſputādo concludit Alex.dicēs
hanc eſſe cōmunē opi.in.l.ſi conſtāte.§.
j.in duabus vltimis co.ff.ſo.ma. & ratio
eſt:qa mulier dicit̃ creditrix pro dote cō
ditionaliter, videlicet ſi matrimonium 2
ſoluatur morte mariti:vt ibi habetur:&
ideo pēdente conditione nō orit̃ actio.l.
cedere diē.ff.de ver.ſign.¶Ita ēt firmat
Alex.in conſi.cvj.viſis & opportune. in
prim.co.in.v.vol.Orit̃ ergo actio de do
te ipſi vxori ſtatim ſo.ma.morte viri:nō
expectato lapſu anni:q indulget̃ marito
& eius hęredibus ad reſtitutionē dotis 3
miſerationis cauſa:iuxta.l.vni.§.ex ctio.
C.de rei vxo.acti.qa iſte annus nō ineſt
actioni,vel obligationi: ſed datur miſe-
rationis cauſa:ideo nō impedit natiuita
tem actionis. ¶Et probatur iſtud: quia
ſolu.matrim.ſtatim incipit currere pręſcriptio contra actionem de dote:vt.l.in
rebus.§.fi.C.de iure do.ꝙ vtiq; nō eſſet
ſi tūc actio orta non eſſet.l. cùm notiſsi-
mi.C.de p̃ſcr.xxx.an.qa nō valenti age
re non currit p̃ſcrip.l.j.in fi.C.de anna.
exce.¶Et ſicut actio de dote non oritur
niſi demum ſo.matr.(vt dictum eſt) ita
& dicendum eſt in actione hypotheca-
ria quæ oritur ex exprēſſa,vel tacita hy
potheca pro dote:qa actio hypothecaria
à principio non naſcitur:niſi prius nata 4
principali obligatione perſonali cui ip-
ſa accedit vt per Bar.in.l.fideiuſſor obli
gari.in prin.ff.de fideiuſ.& iſtud firmat
Bal.nouel.in tractatu dotis in .x. parte
principali.in.xvj.& vl.limi.¶Vbi tamē
declarando dicit, ꝙ licet hypothecaria
pro dote nō oriatur cū actione perſona
li,niſi demū ſol.mat. Tamen ꝙ ex tunc
retrotrahitur ad tempus contracti ma-
trimonij:qa dicta obligatio dotis reſti-
tuēdæ cōtrahitur ſub quadā cōditione,
videlicet ſi matrimoniū ſoluatur: q̄ cō
ditio cū ſit caſualis retrotrahi debet,ꝑ-
ut eſt regulare in contractibus, ꝙ condi
tio purificata retrotrahatur ad diē con
tractus:vt.l.potior &.l.qui balneū.ff. q
po.in pi.hab. vt ibi per eū, & ſæpiſſime
dictū fuit.ſ.¶†Similiter dicendum eſt
in actione euictionis:quia etiā illa nō na
ſcitur ante ſequutam euictionem.l. ha-
bere licere.ff.de euictio.&.l.qui rem.C.
eo.ti.& ſimiliter hypothecaria pro eui-
ctione tunc demum naſcitur per ratio-
nem.ſ.adductam in proximo præceden
ti articulo:& ita no.Alexā.in .d.conſil.
cvj.in pri.col.v.vo.¶† Idem etiam di-
cendum eſt in legato cōditionali, vel in
diē:qa ante purificatā conditionem vel
diem non oritur actio in rem, nec hypo
thecaria pro dicto legato.ita not.Bal.in
l.j.in.ij.co.in verſi.q̄ro nūquid ante diē
certam &c.C.cōmu.deleg. ¶Et idē di-
cendum eſt in quacunque alia obligatio
ne conditionali, vel in diem vt.ſ. non
oriatur hypothecaria,niſi demum puri
ficata cōditione,vel die vt eſt tex.& ibi
gl. Bar.& alij in.l.grege.§.pen.ff. de pi-
gno.Si tamen egiſſet creditor pendente
conditione,& propterea ſuccubuiſſet:ſi
poſtea purificetur conditio iterū agere
poterit nec ei obſtabit exceptio rei iudi
catæ: vt ibidem eſt tex.& vult glo.ibi in
verò.agere.¶†Sed dubitatur, an in fi-
deicō

deicommiſſo vniuerſali purificata con-
ditiõe:poſsit fideicõmiſſarius agere hy
pothecaria facta reſtitutione verbali:
ante reſtitutionem realé? & Bal.in.d.l.
j.in prin.C.cõmu.deleg.in verſi.quæro
nunquid ex fideicõmiſſovniuerſali &c.
tenet ꝙ ſic mouetur ꝑ tex.in authé.cõ-
tra rogat⁹.C.ad treb.vbi eſt tex.expreſ
ſus ꝙ fideicõmiſſario vniuerſali cõpe-
tit hypothecaria pro rebus fideicom-
miſſo ſubiectis:& gl.ibi in ver.in ré du-
bitat quomodo poſsit competere talis
pypothecaria cum videantur res eſſe 5
ſuæ.& ideo nõ videt̃ poſſe dici ꝙ dictæ
res ſint obligatæ ipſi fideicommiſſario
l.ſi rem alienam.ff.de pigno.actio.&.l.
neq; pignus.ff.de reg.iur.vnde glo.ibi
reputat iſtud mirabile:& non obſtat.d.
l.neq; pignus.quia vt declarat Sal.in.d.
authen.contra rogatus in.iiij.oppo. &
ſentit ibi Bal.in verſi.item no.ꝙ in ea- 6
dem re.ad hoc reſponderi poteſt ꝙ an-
te reſtitutionem realem factam fideicõ
miſſario vniuerſali per ſolam verbalem
reſtitutionem fideicõmiſſarius non ac-
quiſiuit perfectum & verum dominiũ:
& ideo reſpectu iuris quod ſibi defecit
in rebus fideicõmiſſo ſubiectis poſſunt
illæ res dici obligatæ ipſi fideicommiſ-
ſorio.argu.etiam text.in.l.ex ſextante.
§.latinus.ff.de excep.rei iudi.& ibi eſt
gl.no.in ver.cõſtituto.quæ ita intelli-
git,videlicet ꝙ donec quis nõ eſt plenè
dominus rei.non obſtat.l.neq; pignus.
& ita intelligit.l.in reb⁹.C.de iure do.
¶Iſtam etiam intelligẽtiã firmat Paul.
de ca.in.l.j.in pri.col.in verſic.Sed op-
pono extra gl.videtur &c.commu.C.
delega.vbi dicit ꝙ illa regula quæ dicit
ꝙ ſemel meũ amplius effici meum non
põt,vt inſti.de leg.§.ſed quia noſtra.ꝓ
cedit quãdo res eſt perfectè mea & mi-
hi acquiſita ꝑ regulas iuris:& ideo non
habet locum in re legata quæ acquirit
ipſo iure ſine traditione extra regulas
iuris. ¶Concluditur ergo ꝙ fideicom-
miſſarius vniuerſalis poſt factam reſti-
tutionem verbalem poſsit agere hypo-
thecaria:ſed non poſt factam reſtitutio
nem realem:quia tunc ꝑfectè eſſet do-
minus vt.l.reſtituta.&.l.facta.in princ.
& ibi no.ff.ad treb.& ita tenẽdũ puto:
quãuis Iaſ.in.d.l.j.in.vij.limi.C.cõmu.
deleg.reliquerit articulũ indeciſum di
cendo nũquã de eo fuiſſe bene clarũ &
nũquã audiuiſſe decidi ꝑ aliqué.¶†In
alijs aũt obligationibus & cõtractibus
puris dicendũ eſt ꝙ hypothecaria oria
tur indiſtinctè à die ortæ obligatiõis ꝑ
ſonalis vt habetur in.l.res hypothecæ.
ff.de pign.&.l.grege.§.pen.cum.l.ſeq.
ff.de pign.&.l.grege.§.pen.cum.l.ſeq.
eo.tit.& faciunt not.per Bart.in.l.fide-
iuſſor obligari.in princ.ff.de fideiuſſo.
¶†Secundò loco in iſta tertia parte
octauæ partis principalis videndum eſt
quæ ſint probanda in hac actione hypo
thecaria:& in hac parte complectendo
totam materiam & diſtinctè & clarè ꝓ
cedendo ponam ſeptem cencluſiones.
¶Prima igitur concluſio ſit,ꝙ quando
agitur cõtra debitorem principalé hy-
pothecaria ꝙ ſi hypotheca fuit ſpecia-
lis de aliqua certa re:debet ꝓbari ꝙ de
bitor tempore obligationis illam poſ-
ſederit:ſi autem hypotheca fuit gene-
ralis omnium bonorum:ſufficit proba-
re ꝙ poſt contractam obligationem de-
bitor aliquando poſſederit. ita probat
text.no.in.l.quæ nondum.§.j.ff.de pi-
gno.& iſto caſu non eſt neceſſe probare
de dominiovel quaſi debitoris:ſedvt di
ctũ eſt,ſufficit ꝓbare illius poſſeſsioné:
dũmodo creditor agens alleget in ſuo
libello & in poſitionibus dominiũ debi
toris:nam abſq; alia probatiõe reſultat
præſumptiua probatio dominij. Aliàs
ſi nõ



ſi nõ poneretur de dominio debitoris:
creditor agens ſuccũberet non obſtante
ꝙ probaſſet poſſeſsionem.ita not.Bart.
in.l.rem alienam in.ij.colum.in verſic.
quæro circa iſtam partem &c.ff.de pi-
gno.actio.& Ang.de are.inſti.de actio.
§.ité ſeruiana in.iij.colũ.& ratio iſtius
deciſionis eſt ꝙ qñ debitor ꝗ obligauit
cõuenitur à creditore hypothecaria nõ
poteſt refricare quæſtioné dominij,vel
excipere & negare ſe nõ eſſe dominum
ꝗa ita excipiẽdo repelleretur per repli-
cationem doli,vt eſt text.& ibi not.per
doc.in l.ſi inter.§.j.ff.de pig.& ideo ſuf
ficit ꝓbare poſſeſsionem & allegare do
minium debitoris ex quo pro eo præſu
mitur:nam præſumptio nõ requirit ꝓ-
bationem:ſed ſufficit eam allegare vt
per Bart.in l.ſi adulterium cum ince-
ſtu.§.idem pollioni.ff.de adul.¶Dum
tamen dictũ eſt ꝙ ſufficit probare poſ-
ſeſsionem debitoris,intellige tu dum-
modo probetur cum bona fide poſſediſ
ſe,videlicet ꝙ eã poſſedit vt ſuam & ſic
bona fide.iux.l.titia.ff.ſol.nã cũ poſsi-
derit bo.fide &vt ſuã:pręſumit̃ dñs vel
quaſi vt.l.j.C.de priui.fiſ.&.l.ij.C. ne
vxor pro ma.& ita in prædictis firmat
Saly.in.l.cum res in.v.col.C.ſi alie.res
pig.da.ſit.¶Illud auté qđ dictum eſt,ꝙ
debitor cõuentus hypothecaria non po
teſt negare ſe dominũ, per.d.l.ſi inter.
§.j.ff.de pigno.Intellige tu procedere
quando debitor obligauit in ſpecie ali-
quam certam rem.nam cum obligaue-
rit illam expreſsè vt ſuã:ſi nũc negaret
illã fuiſſe ſuam,& ſe nõ fuiſſe dominũ, 7
conuinceretur de mẽdacio,& repellere
tur exceptiõe doli.d.l.ſi inter.§.j.&.d.
l.rem alienam.in fi.ſecus auté eſt:quan
do debitor omnia ſua bona obligaſſet
in genere.Nam tunc conuentus ſuper
vna re in ſpecie nõ prohibetur debitor
excipere ꝙ illa res nõ fuerit ſua:ſed al-
terius:dummodo nominet eũ cuius di
cit illã rem eſſe,& probet ſe fructus per
cipere nomine illius.aliàs ſi hoc nõ pro
baret ex quo poſsidet & res præſumit̃
eſſe ſua ſuccumberet& deberet cõdem-
nari.iuxta not.in.l.ij.C.vbi in rem act.
Et facit ꝙ cum ſit præſumptio pro cre-
ditore agente contra debitoré onus ꝓ-
bandi tranſfertur in debitorem.l.ſiue
poſsideris.C.de ꝓba.Sed ſi debitor ex-
ciperet ꝙ illa res nõ ſit ſua, & nomina-
ret dominũ& ꝓbaret, abſolueret̃:ꝗa in
gñali obligatione nõ cõuincitur de mẽ-
dacio,ꝓut in ſpãli:quia ſtant iſta ſimul
ꝙ veraciter debitor obligauerit oĩa ſua
bona:& ꝙ iſta res ad quã in ſpecie agit̃
nõ fuerit:nec ſit debitoris.& ideo ceſſat
diſpoſitio.d.l.ſi inter.§.j.&.d.l.ré alie-
nam.§.fi.Et ita refert & firmat Saly.in
d.l.cũ res in.v.colũ.C.ſi alie.res pign.
da.ſit.& in.l.rem alienã.in pe.col.ff.de
pigno.ac.& ibi Alex.in apoſt.ad Bar.&
Angel.de aret.inſtitu.de ac.§.item ſer-
uiana.in.iij.col.in verſi.& prædicta pro
cedunt in ſpeciali hypotheca. ¶Item
creditor agens hypothecaria contra de
bitorem debet etiã probare ꝙ debitor
cõuentus poſsideat etiam tempore mo
ti iudicij:quia cũ iſta ſit actio in rem,vt
l.pignoris.ff.de pigno.&.l.pignoris.C.
eo.titu.requirit̃ ꝙ reus conuentus poſ-
ſideat:vt.l.j.C.vbi in ré ac.&.l.j.C.de
alie.iudi.mutan.cau.fac.& ita in ſpé te
net Pau.de ca.in.d.l.ré alienam.in pe.
col.in verſi.qualiter aũt ꝓbetur.quod
nota ne erres.¶†Secunda cõclusio eſt,
ꝙ quando debitor obligauit rem illius
qui poſtea fuit hæres debitoris obliga-
uit tamen illam vt propriam non vt a-
lienam:tunc ſi creditor agat contra illũ
qui eſt dominus rei modo effectũ hære
dem debitoris,hypothecaria hæres non

poterit refricare quæſtionem dominij:
ſicut nõ poſſet ipſe debitor defunctus:
qa iſto modo detegeretur mẽdaciũ de-
functi.& ideo iſto caſu ſufficit probare
poſſeſsionem defuncti tempore contra
ctæ obligatiõis,& de præſenti poſſeſsio
nem hæredis deducendo & allegando
etiam eius dominium: vt.ſ.in præce-
denti concluſione dictum eſt in princi-
pali debitore,vt de hoc eſt text.in.d.l.
rem alienam.in fin.& ibi per docto.ff.
de pigno.actio.¶Similiter idem dicen-
dum eſſet, ſi defunctus feciſſet dictam
obligationem & contractum nomine
hæredis & promiſiſſet de rato ꝑ eo:tũc
enim teneretur hæres habere ratum
dictum contractum& ſufficeret eadem
probatio de qua.ſ. ita no. Pau.de ca.in
l.ſolutũ.§.ſolutã.in prin.& in.d.l.rem
alienã.in.ij.col.in verſic.ex ſecũda ꝑte.
ff.de pigno.act.¶Sed ſi extra iſtos duos
caſus defunctus obligaſſet rẽ quæ non
erat ſua:ſed erat illius qui poſtea fuit
ſuus hæres,an tũc recõualeſcat pignus
vt competat hypothecaria.habetur per
glo.in.d.l.rem alienam.& ibi Saly.po-
nentem plenam diſtinctionẽ in.iij.col.
& latè poſui.ſ.in.ij.parte principali.in
8 ij.mẽbro.nu.55.vbi vide. ¶† Tertia cõ
cluſio eſt,qđ quando agitur hypotheca
ria contra tertium poſſeſſorem ſeu aliũ
ſingularem ſucceſſorem habentem cau
ſam in pignore ſeu hypotheca à princi-
pali debitore,ꝙ ſecũdũ magis verã opi.
tenetur creditor ꝓbare de dominio di-
recto vtili vel quaſi debitoris. Et hoc ſi
ue ille ſucceſſor prætẽdat cauſam lucra
tiuam ſiue onerofam: ſiue nullam cau-
ſam. Iſtam opi.tenet Barto.in.d.l. rem
alienam in.ij.col.ff.de pig.ac.¶Repro-
bata opi.Cy.in.l.cum res.C.ſi alien.res
pigno.da.ſit.quam ibi Barto.ſequutus
fuit:ſecũdũ quã opi.diſtinguebat̃ inter
cauſam lucratiuã,& cauſam onerofam.
Nã in lucratiua dicebant ſufficere pro-
bationem quæ ſufficit contra debitorẽ
principalẽ:vt dictũ fuit.ſ.in.j.conclu-
ſione.in onerofa autem dicebant requi
ri probationem dominij vel quaſi.arg.
l.apud celſum.§.de auctoris.ff.de doli
except.vbi habetur qđ dolus auctoris
obſtat ſingulari ſucceſſori qñ vult vti
9 acceſsione ſui auctoris. ¶† Ad quod re
ſpondet Bar.in.d.l.rem alienã.ꝙ diſpo
ſitio.d.§.de auctoris.habet locum quã-
do ſucceſſor ſingularis agit: tunc enim
dolus auctoris obſtat ſingulari ſucceſ-
ſori:& habet locũ.d.§.de auctoris.Nõ
aũt habet locũ qñ ſucceſſor poſsidet &
cõuenit̃ in iudicio:quia tunc ei indiſtin
ctè non nocet dolus auctoris vt.l.an vi-
tiũ.ff.de diuer.& tẽp.præſcrip.& no.in
l.ij.§.j.ff.de doli excep.vñ cũ in termi-
nis noſtris tertius poſſeſſor poſsideat &
conueniatur hypothecaria;non autem
agat:nõ debet ei nocere dolus auctoris.
ita not. Bar.in.d.l.rem alienã.¶Salyce.
verò in.d.l.cũ res.& in.d.l.rẽ alienã ap
probat opi. Bar.inquantũ Bart.repro-
bauit diſtinctionem Cy.inter cauſam
lucratiuam & cauſam onerofam.¶Sed
inquantũ Bar.concluſit qđ indiſtinctè
creditor agens hypothecaria cõtra ter-
tium poſſeſſorẽ habentẽ vel non haben
tem cãm à debitore teneatur ꝓbare de
dñio debitoris:ipſe Saly.tenet contra-
rium,& in hoc ipſe dicit qđ ſufficit pro
bare cõtra tertium poſſeſſorem habẽtẽ
cauſam à debitore:ꝙ debitor bona fide
poſſederit:abſq; eo qđ de alio illius ti-
tulo ꝓbetur:& mouetur Salyc.quia ex
quo cõſtat iudici ꝙ tertius poſſeſſor di-
ctam rem accepit à debitore vt propriã
ipſius debitoris:ſicut debitor excipien
do quòd res non fuit ſua,repellit̃ repli-
catione doli ꝓpter mendaciũ.d.l.ſi in-
ter.



ter.§.j.ita debet repelli tertiꝰ poſſeſſor
qui dictã rem accepit vt propriã debito
ris:& iſtud corroborat Salyce.pluribus
alijs rationibus ꝑſuaſiuis cõcludẽdo ꝙ
poſſeſſor habẽs titulũ à debitore videt̃
fateri debitorem eſſe dominum. ¶Sed
iſtis nõ obſtantibus opinionem Bar.in
d.l.rẽ alienã.tenet Ang.de are.inſti.de
actio.in.§.itẽ ſeruiana.& dicit illam in
practica obſeruari pręterquã in caſu qñ
appareret debitorẽ alienaſſe in tertiũ
poſſeſſorẽ cũ ꝑticipatiõe fraudis in dã-
nũ creditoris ſecũdum Bal.in rub.C.
quæ in fraud.credi.Et mouet̃ Areti.ad
hoc tenẽdũ:qa creditor prætendit tãtũ
modo ius in re, videlicet hypothecam
quæ nõ tribuit titulũ habilẽ ad acquiſi
tionẽ dominij vel ad vſucapionẽ:ſed ex
ea põt ſolũ conſeq poſſeſsionẽ vt.l.ſi cũ
vẽditor.in prin.ff.de euictio. ¶Tertius
aũt poſſeſſor ꝗ emit bona fide habet ti-
tulũ & poſſeſsionẽ de pręſenti:ergo tã-
quã habẽs pinguiora iura debet obtine
re ſicut in ſimili dicit̃ in petitione hęre
ditatis quæ nõ dat̃ cõtra titulo poſsidẽ
tẽ.vt.l.j.&.ij.C.de peti.hæredi.& facit
illud ꝙ habet̃ in.l.ſiue aũt.§.ſi duobꝰ.
ff.de publicia. Nec obſtat ſecũdũ Aret.
ꝙ præſens poſſeſſor ꝗ habet cãm à debi
tore nõ poſsit dicere rẽ nõ fuiſſe debito
ris:qa rñdet ꝙ poſſeſſor cõuentus iſtud
nõ negat nec affirmat ſed ſimpliciter di
cit habere titulũ à debitore vt in ſimi-
li.no. Bar.in publiciana in.l.põponius.
10 §.ſi iuſſus.ff.de acqui.poſ. ¶† Dictam
etiam opi.Bart.in.d.l.rem alienã.tenet
Ange.in.l.j.ff.de publicia. ſuper glo.in
ver.à non domino.vbi ex no.ibi per gl.
colligit quòd emptor nõ cenſetur cõfi-
teri rem eſſe venditoris: & ideo ſubdit
quòd ſi emptor conueniatur hypothe-
caria ſuper re empta à creditore vendi
toris poterit negare rem fuiſſe illius vẽ
ditoris nõ obſtante quod ab eo habeat
cauſam,& dicit ſe hoc de facto pluries
practicaſſe:& iſtam opi.ex fundamento
Ang.tenet etiã Alexã.in conſi.cxv.viſo
proceſſu in.vj.vol.in fi.vbi etiã dicit ꝙ
Salyc.qui tenuit in.d.l.cum res.qđ ha-
bens titulũ vel cauſam ab aliquo cen-
ſeatur fateri illũ eſſe dñm fuit deceptꝰ:
qa eius fundamentũ non probat̃ iure:
ſed imo cõtrarium eſt de iure per.d.gl.
in.d.l.j.& ibi per Ang.¶Idem etiã fir-
mat Alex.in conſi.xliij.viſis & pondera
tis in.ij.col.in verſi.pręterea ad ꝓbãdũ
locationẽ &c.iiij.vol.& in cõſi.clxxxv.
in cauſa appellationis &c.ij.col.verſic.
nec etiã dictus.v.vol.vera ergo videtur
concluſio,qđ licet ꝗs habeat cauſam ab
aliquo:ſi cõueniatur actione reali,poſ-
ſit negare illum à quo cauſam habuit
nõ fuiſſe dñm:ſed in caſu cõtrario vide
licet an ille à quo ego cãm habeo,poſsit
negare cõtra me fuiſſe dñm:dicendum
eſt,ꝙ nõ vt tenent Bar.Bal.& alij in.d.
l.cùm res.C.de probat.& Alex.in.l.cõ
modare.in fi.apoſtille magnæ.ff.cõmo.
& in.l.ſi alienã.poſt Bar.ibi & alios.ff.
ſol.ma.in pri.col.¶Ratio autem diffe-
rẽtiæ inter primũ & ſecũdũ caſum eſt:
qa in primo caſu qñ ille qui habet cãm
ab alio,negat eum à quo cauſam habet
fuiſſe dñm,nõ allegat ſuam turpitudi
nem,nec de mãdacio cõuincitur.In ſe-
cundo autem caſu quando ille à quo
ego habeo cauſam,negat ſe fuiſſe dñm,
detegit ſuam turpitudinẽ & mẽdaciũ.
ita dicit Alex.in.d.l.ſi alienã. ¶Et iſtã
puto eſſe veram cõcluſionem in hoc ar-
ticulo & tenẽdam:& ꝑ eam apparet qđ
quædam diſtinctio quam ponit Pau.de
caſt.in.d.l.cum res.in vlt.col.in ver.no.
iſtã glo.C.de probat.inquantũ dicit qđ
ſi tertius poſſeſſor habẽs cauſam ab vno
conueniatur ab alio aut ipſe agat con-

tra aliũ non prohibeť negare illũ à quo
cauſam habet fuiſſe dñm & hoc modo
procedãt no.per glo.in.d.l.cũ res. ſed ſi
ille q habet cauſam ab vno agat contra
illũ,vel ab eo conueniať:tũc adinuicem
non poſſunt referre quæſtionẽ dñij : nõ
eſt vera;qa vt dictũ eſt, faciẽda eſt diffe
rẽtia,an ille à quo qs habet cauſam,ne-
get ſe eſſe dñm & nõ poſsit,qa allegaret
ſuã turpitudinẽ ; an verò ille q cãm ha-
bet ab alio neget illũ fuiſſe dñm:& poſ-
ſit:qa ex hoc nullã turpitudinẽ allegat:
& hoc ſiue inuicẽ agant vel cõueniant;
ſiue cõtra alios agant vel conueniant ab
alijs:nã ſemper eadẽ ratio militat & ita
ſi rectè aduertať,tenet gl. in.d.l.cũ res.
in gl.in verſi.in vacuã.¶Similiter p iſta
tollitur quædã modificatio quam idem
Paul.de caſt.in.d.l.rem ailenam, dabat
ad deciſionẽ Bar.ibi videlicet ꝙ deciſio
Bar.ꝑcedat qñ tertius poſſeſſor nõ alle
garet ſe habere cãm à debitore;quia ex
quo ipſe hoc non allegat,non põt etiam
allegari per creditorẽ:ſed ſi tertius poſ
ſeſſor allegaret ſe habere titulũ à debi-
tore;tunc nõ procedat opi.Bar.quaſi vi
deatur tũc fateri rem fuiſſe in bonis de
bitoris : quia iſta modificatio Paul. eſt
verbalis potius q̃ realis:quia eadem ra-
tio eſt,ſiue titulus habit⁹ à debitore pro
betur per creditorẽ ſiue allegeť per ip-
ſum poſſeſſorẽ.¶Et propterea tenenda
eſt concluſio illa ſupra firmata tanq̃ ve
rior & cõmunior,ꝙ poſſeſſor cõuentus
hypothecaria à creditore:etiã quod ha
beat titulũ vel cauſam à debitore poſsit
negare debitorẽ fuiſſe dominũ : qa ne-
gando hoc non allegat ſuã turpitudinẽ:
& ideo creditor agens debet docere de
dñio vel quaſi ſui debitoris : aliàs obti-
nere non põt : ſed ſi cauſa agereť cũ de-
bitore qui cauſam & titulũ alteri cõceſ
ſit:ſiue debitor agat ſiue cõueniatur,&
ſiue iudiciũ ſit inter ipm & illũ cui cau
ſam dedit ſiue ſit inter alios:non pote-
rit ille qui cauſam vel titulũ dedit,alte
ri negare ſe fuiſſe dñm illius rei:qa hoc
negãdo allegaret ſuã turpitudinem iu-
xta concluſionẽ Alex in.d.l. ſi alienã.&
11 alia ſupra allegata.¶†Quarta conclu-
ſio eſt quæ reddiť clara ex dictis in præ
cedenti concluſione:quod creditor hy-
pothecaria agens contra tertium poſſeſ
ſorem non habentẽ cauſam à debitore
debet probare de dñio directo vtili vel
quaſi ſui debitoris in re ad quã agit ; &
in hoc cõcordant Cy. Bart.& Sal.cõiter
alij in.d.l.cũ res. C. ſi alie.res pi. da.ſit.
& in.d.l.rem alienã.C.de pig.act.& ra-
tio iſtius concluſionis eſt:qa hypotheca
ria non confert titulũ habilẽ ad domi-
nij acqſitionẽ nec ad vſuca. ſed ſolũ ad
obtinẽdã poſſeſsionẽ:vt.l.ſi cũ vẽditor.
in prin.ff.de euic. & ideo agẽs hypothe
caria de bet fundare ſuã intẽtionẽ in ti
tulo & iure ſui debitoris:& illud ꝑbare
quod ipſe debitor teneret ꝑbare,ſi vel-
let obtinere cõtra talẽ poſſeſſorẽ , vt eſt
tex.& ibi no.per gl.& doc.in.l. ſi ab eo.
ff.de pigno. & ita etiã firmat Ange. de
are.in.d.§.itẽ ſeruiana.i.iiij.col. in ver.
quarto caſu principali &c. ¶Sed circa
duas præcedentes concluſiones poteſt
dubitari:quid ſi ex aliqua legereť quod
in hypothecaria ſufficeret ꝑbare quod
poſſeſſor haberet titulum ſeu cauſam à
debitore(vt eſt Florentiæ vbi ſtatutum
ita diſponit)an in tali ſtatuto cõprehen
datur nõ ſolũ ille q habet titulũ ꝓpriè
ab ipſo debitore:ſed etiã ille qui impro
priè & fictè ab eo titulũ ſeu cauſam ha-
bet;vt ĩ eo q miſſus eſt in tenutã aucto
re prętore in bonis dicti debitoris,vel q
ex ſecũdo decreto iudicis illa bona inſo
lutum habuit iuxta.l.nõ eſt mirũ.ff. de
pig.act.vbi habetur de tenutario ex pri
mo



mo decreto &.l.j.C.ſi ĩ cauſam iudi.pi.
cap.ſit.&.l.ſi ob cauſam.C.de euict.vbi
habetur de ſecũdo decreto : & in dictis
locis diciť quod factũ iudicis reputatur
factũ partis.¶Et breuiter dicendum eſt
quod nõ:qa adeptus poſſeſsionẽ ex pri
mo vel ſecundo decreto iudicis,fictè &
impropriè dicit habere cauſam à debito
re:vt habeť in dictis iuribus:& no. Bar.
in.l.elegãter.in prin.in ver.ad tertiũ op
pono &c.ff.de pign.ac. vnde cũ ſtatutũ
loquať de habẽte cauſam vel titulum à
debitore & loquať præter ius cõe,debet
intelligi de eo q ꝓpriè & verè habet cau
ſam à debitore : non aũt de eo q fictè &
impropriè per tex.iuncta glo.in.l.iij.§.
hæc verba.& ibi no.Bar.& Pau.de caſ.
ff.de ne.ge.& tãtò magis cũ diuerſa ſit
ratio qñ quis acquirit titulũ vel cauſam
ab ipſo debitore q̃ quãdo acquirit me-
diante iudice & eius decreto p not.in.l.
iuſtè poſsidet.ff.de acquir. poſ. ¶Vnde
ſtãte diuerſitate ratiõis ſtatutũ loquẽs
in caſu vero nõ debet trahi ad caſum fi
ctũ iuxta no.in.l.gall⁹.§.& quid ſi tan-
tũ.ff.de libe.& poſ.& ita vidi obſeruari
12 in practica,& puto tenẽdũ.¶†Põt etiã
dubitari in dicto ſtatuto,an locũ qñ poſ
ſeſſor q cõuenitur hypothecaria nõ ha-
bet cãm à debitore immediatè,ſed me-
diatè:qa.ſ.emit ab alio qui emit ab ipſo
debitore?& puto dicendũ ꝙ ſic:qa pro-
bationes quæ ſufficiebant cõtra primũ
emptorẽ videnť etiã ſufficere cõtra ſe-
cũdũ iuxta no.per Bar.in.l. ſi ſuperat⁹.
in fi.ff.de pigno.& in.l.ſæpe. in fi.ff.de
rei iud.& in.l.ſi mater.§.fi.ff.de excep.
rei iud.& in omnib⁹ dictis locis p Alex.
& no.quaſi in proprijs terminis Sozi.in
conſi.lxxxix.in cauſa agita pri. volu.in
ver.ſi ergo ſatis eſt &c. ¶Probatur etiã
quia quando ſumus in actione reali vel
perſonali in rem ſcripta ius agẽdi quod
competebat contra auctorem competit
etiam contra ius ſingularem ſucceſſo-
rem,vt tenet Bar.in.l.ſi terti⁹.§. ſi quis
prius in ver.ſecundo quæro vtrum ius
agẽdi.ff.de aqua plu. arcẽ. ¶Vnde illud
ius quod competebat creditori contra
primũ emptorem competere etiã debet
contra cũ qui emit ab illo:& ita puto te
nendũ & obſeruari vidi in practica &c.
& ita expreſsè loquitur dictum ſtatutũ
Florentinũ,videlicet de habẽte cauſam
à debitore vel eius ſucceſſore vniuerſali
vel ſingulari vnde ceſſat omnis diſputa
13 tio &c. ¶†Quinta concluſio eſt,ꝙ qñ
debitor à principio obligauit ſimplici-
ter rem quæ non erat ſua:ſed erat alte-
rius cuius poſtea ipſe debitor fuit effe-
ctus hæres illa obligatio & hypotheca
ex hoc quòd debitor effectus fuit hęres
domini illius rei recõualuit:& hoc caſu
dabitur creditori vtilis hypothecaria,
non directa:qa directa competit quãdo
à principio pignus potuit cõſtitui & va
luit:vtilis autẽ competit quando à prin
cipio hypotheca non valuit : qa data in
re aliena,ſed ex ſuperuenienti dominio
ipſi debitori fuit cõfirmata:nã licet tũc
verba non ſeruiant:tñ ex mẽte legis da
tur:& de his habetur in tex. iunctis gl.
in.d.l.rem alienam.ff.de pigno.actione.
¶Et prædicta procedunt quando ſim-
pliciter ſuperuenit dominiũ ipſi debito
ri : ſed ſi debitor poſt ſuperuenientiam
dominij declaret expreſsè ꝙ hypothe-
ca ex nunc valeret vel illam expreſsè ra
tificaret tunc competeret directa ꝓpter
expreſsionẽ verborũ.ita declarat Paul.
de ca.in.d.l.rem alienã.in.ij.col.in ver.
14 ſequẽdo igitur ordinẽ glo. ¶†Item in
tellige iſtam concluſionem,qñ tempore
hypothecæ conſtitutæ nullum ius cõpe
tebat debitori in.d.re ſpecialiter obliga
ta.Nam ſi à principio debitori in dicta

re vel ad dictã rem cõpetijſſet aliquod
ius:puta quia emerat illam:ſed nõdum
fuerat ſibi tradita:tunc obligãdo illam
cẽſeretur obligaſſe actioné perſonalem
ſibi contra venditoré cõpetenté:& obli
gatio dictæ actionis valeret à principio
& ſi poſtea virtute dictæ actiõis ſibi tra
daĩ res extinguetĩ obligatio dictæ actio-
nis perſonalis,ſicut extinguitur ipſa a-
ctio per traditioné:& ipſum dominium
ſuperueniens ipſi debitori ex cauſa de
pręterito,orta etiã ante pignorationem
confirmabit hypothecã etiã quoad di-
rectã hypothecariã.tex.eſt & ibi not. in
l.j.in prin.ff.de pigno.& in.l.iij.§.cũ ex
cauſa.ff.q po.in pig.hab. & optimè de-
clarat Pau.de caſt.in.d.l. rem alienã.in
ij.colũ.in ver.nunc circa iſtum paſſum.
15 ¶† Et idé dicendũ eſt ſi tẽpore obliga-
tionis debitor nullũ ius habuiſſet in di-
cta re nec ad rem : ſed obligauit eã non
purè:ſed ſub cõditione,ſi ſua vel cũ ſua
erit. Nã licet à principio obligatio non
valuerit ſed fuerit in ſuſpenſo:tamé pu
rificata poſtea cõditione:qa res effecta
ſit debitoris : valebit obligatio vſq; à
principio etiã quoad directã hypothe-
cariã:nã debitor verbis expreſsis voluit
obligare adueniente conditione , vt eſt
tex.in.l.ſi fund⁹.§. aliena res.ff. de pig.
Secus aũt ſi obligaſſet purè ré quæ erat
aliena:nã tunc voluit obligationé vale-
re à principio : & qa tũc valere non po-
tuit etiã quod poſtea ſuperueniat domi
niũ de rigore ipſa hypotheca reconuale
ſcere non põt obſtante regula catonia-
na.vt.l.cætera.§.j.ff.de le.j.ſed de æqui
tate daĩ vtilis.d.l.rem alienã.in cõditio
nali autẽ obligatiõe.videlicet ſi ſua erit
ceſſante impediméto,valet quòd res ef
ficiaĩ ſua valet etiã de rigore vt.l.pe. &
fi.ff.de reg.catonia.ideo datur directa.
16 ¶† Similiter idem dicendũ eſt in obli-
gatione generali omniũ bonorum:qa.ſ.
ſi debitor poſt talem obligationé acqui-
rat bona:in illis etiam valet hypotheca
quoad directam hypothecariã : quia in
illis cenſetur contracta obligatio ſub ea
dẽ cõditione,videlicet ſi ſua erũt ita in
telligitur.d.l.j.in prin.ff.de pign. & ita
optimè declarat Pau.de caſ.in.d.l. rem
alienam.in.ij.col.in verſic. idem ſi non
habeo ius in re nec ad rem &c.¶ Habes
ergo ex premiſsis,qñ in terminis.d.l.ré
alienam.creditori directa hypothecaria
competat,& quando vtilis. Cuius auté
effectus ſit iſta diſcuſsio,videlicet an cõ
petat directa ve lvtilis videbis infra dũ
17 tractabiĩ de libello hypothecarię.¶† Se
xta cõcluſio eſt quod ſi debitor tẽpore
obligationis nullum aliud ius habebat
in re hypothecata:niſi ſolam poſſeſsio-
nem:non poſſet creditor per hypotheca
riam auocare poſſeſsionem ſibi per debi
torem obligatam à tertio poſſeſſore ad
quẽ dicta res deuenit poſt obligationé
cõtractã,& ratio eſt:quia hypotheca ex
tinguitur peremptione rei hypotheca-
tæ:puta ſi ſeruus obligatus moriaĩ:ſed
dicta poſſeſsio quæ erat penes debitoré
tempore obligationis : ſtatim cùm per
eum fuit amiſſa & per alium occupata
extincta fuit:& nouus poſſeſſor nõ dici
tur habere illam poſſeſsioné quã prius
habuit debitor,ſed nouam & diuerſam
ab illa:licet ſecus ſit in dominio, vt latè
per Iaſ.in.l.j.§.per procuratorem.ff.de
acquiren.poſſeſ.Imo ſi debitor de nouo
inciperet poſsidere etiã in eo noua poſ-
ſeſsio diceretur:vt.l.ſi is qui pro empto
re.§.pe.ff.de vſucap. merito nouus poſ
ſeſſor non poteſt conueniri hypotheca-
ria pro poſſeſsione ſeu iure poſsidendi:
quod debitor obligauit. ita ſolenniter
determinat Bar.in.d.l. rem alienam.in
ij.col.in ver.ſed cõtra hoc oppono &c.
Et cum



Et cum eo tranſit ibi Salycet.in .v.q. &
idem Salyc.in.d.l.cũ res.in fi. C. ſi alie.
res pigno.da.ſit.& ita etiam ante eos te
nuit Cy.vt ipſi referunt.& firmat & cõ-
probat Ang.de areti.inſtitu.de act.in.§.
item ſeruiana.in penul.colum.in glo.in
ver.appellatione &c.¶ Prædicta tamen
intellige : niſi res in qua poſſeſsio fuit
obligata creditori tranſlata fuiſſet in ter
tium per debitorem ex contractu com-
modati,locati,vel ſimili: quia ex huiuſ-
modi contractibus tranſfertur in reci-
pientes quędam detentatio:& dicuntur
potius eſſe in poſſeſsione quã poſsidere:
vt.l.iij.in fi.ff.de acquir. poſſ. & contra
eos agi poteſt per dominum actione in
rem:vt.l.officiũ.ff.de rei ven.&.l.ſi ven
tri.§.pen .ff. de priui.credi . Sicut ergo
poſſunt conueniri actione in rem ita di-
cendum eſt eos poſſe cõueniri hypothe
caria pro illo iure poſſeſsionis ad ſimili
tudinem actionis in rem. Et tales deten
tatores transferent in creditorem agen
tem hypothecaria quãtũ in eis eſt.ſ. illã
detentationem ſicut dicimus in rei ven_
dicatione.d.l.officium. cùm enim tales
potuerint per debitorem cõueniri actio
ne in rem ad dictam detentationem .d.
l.officium. illa actio de futuro cõpetit
debitor fuit obligata per ipſum in gene
rali obligatione bonorũ.& ideo illa po-
teſt intentari vtiliter per creditoré. iux
ta.l.nomen.C.quæ res pig.obli. poſ. ita
declarant Bart.& Sa.in.d.l.rem alienã.
in verſi.ſ.allegatis.& ſequitur etiã Sal.
in.d.l.nomen.Et faciũt notata per eun
dem Saly.in.d.l.nomen.in vlti.q.Et ita
firmat Alex.in conſi .cxij. viſo quodam
18 &c.vj.vol.num.5.¶† Et licet vt dictum
eſt , quando fuit obligata ſola poſſeſsio,
& illa fuit amiſſa per debitorem non
poſsit agi hypothecaria contra tertium
poſſeſſorem extra caſus proximè nota-
tos:tamen bene poterit auocari per cre-
ditorem vtili interdicto quod directo
competit debitori.iuxta.d.l.nomen.Nã
cùm debitor priuatus fuit à tertio ſua
poſſeſsione,incepit ei cõpetere interdi-
ctum poſſeſſorium directũ.& illud tem
pore obligationis fuit obligatum in ge-
nerali obligatione bonorũ:meritò credi
tor illud vtiliter intentare poterit. d.l.
nomen.ſed non hypothecariam. ita ſub
iũgit Bar.in.d.l.rem alienam.in.iij.col.
in ver.itẽ oppono contra prædicta. quæ
omnia bene nota vt effugias æquiuoca-
19 tioné:& ſcias bene practicare.¶† Septi
ma cõcluſio eſt,ꝙ dicta.ſ.in præceden-
tibus cõcluſionibus procedunt quoad
actionem hypothecariã, ſed in vtili ſal-
uiano interdicto ꝙ eſt poſſeſſoriũ & cõ-
petit cuilibet creditori hypothecario:vt
declarat Bar.in.l.j.ff.&.C.de ſal.inter-
di.& competit.etiam contra extraneos
poſſeſſores : vt. d.l.j. §.j. ibi extraneos
poſſeſſores.ff.de ſal.inter . vt dixi.ſ. in
iſta.viij.parte nn.5.&.6.ſufficit agẽtiex
eo ad obtinendum victoriam probare
poſſeſsioné debitoris de pręterito vide-
licet tẽpore obligatiõis vel poſtea & poſ
ſeſsionem cõuenti de præſenti nã ſicut
ſi debitor amiſiſſet ſuã poſſeſsioné po-
tuiſſet eam auocare à tertio poſſeſſore
aliquo directo interdicto:ſic etiã credi-
tor illius q habet obligata omnia bona
& iura debitoris poterit dictã poſſeſsio
nem vtili interdicto ſaluiano auocare à
tertio poſſeſſore. Et ſicut debitor in di
recto interdicto obtinuiſſet victoriam
probando de ſua antiquiori poſſeſsiõe:
ita debet obtinere eius creditor in vtili
ſaluiano interdicto.ita declarat. Bar.in
d.l.rem alienam.l.iij.colum.in verſ.itẽ
oppono cõtra prædicta . Et cum Bar.
trãſeũt ibi Paul.de caſt.& Salyc.& Sal.
in.l.cũ res.in vlt.col.in verſi.quæro nũc

tertio &c.C.ſi alie.res pig.da.ſit.& Ange.de aret.in.d.§.itẽ ſeruiana.in verſic. & aduertas ſecũdũ Bar.in.d.l.rem alienam &c. Admonẽs ibi aduocatũ actoris vt omiſſa hypothecaria ſemper intentet ſaluianũ interdictũ in quo ſufficit ꝓbatio poſſeſsiõis debitoris abſq; ꝓbatione dominij.& habeť ꝑ Alex.in cõſ.clxxxv. in cauſa &c.nu.4.vj.vol.¶ Et ſi quiſpiã diceret,fatuus erit q̃libet qui de cætero intentabit hypothecariã ſi ſemꝑ poteſt intẽtare ſaluianũ interdictũ:& ſic ſuperflua videtur hypothecaria.¶ Rñdeo ꝙ põt dari caſus in quo actor cogetur intẽtare hypothecariam:puta qñ debitor hypothecaſſet rẽ:q̃ erat in bõis ſuis tpe obligatiõis:ſed eã nõ poſsidebat.nã potuit debitor obligare rẽ ſuã:licet alius poſsideret illã.& iſto caſu cũ fuerit obligatũ ius ꝓprietatis & nõ ius poſſeſsionis.ꝙ non habebat debitor non poterit intentari ſaluianũ interdictũ,quod eſt poſſeſſoriũ:ſed erit neceſſe intentare hypothecariã.Et ita declarat Pau.de caſt. in.d.l.rẽ alienã.in vlti.col.dicẽs ex ꝓdictis iſta duo remedia nõ eſſe ſuperflua. ¶ Intellige tamen quod dictũ eſt quãdo tempore obligationis non competebat aliquod interdictum poſſeſſoriũ debitori pro ſua poſſeſsione puta quia culpa ſua ceciderat vel alia ex cauſa:nam ſi cõpetijſſet aliquod interdictũ:tunc creditor habens illud obligatum poſſet vtiliter illud intentare:vt.d.l.nomen.& dictum fuit.ſ.vel intellige quando debitor obligaſſet bona mobilia & immobilia.nam tũc cum in tali obligatione nõ veniſſent iura & actiões:vt.l.ã diuo pio. §.in venditiõe.ff.de re iudi.&.l.quam tuberonis.§.pe.ff.de pecu.lega.& dixi late.ſ.in.ij.membro ſecũdæ partis.nu. 9.non poſſet creditor intentare vtiliter interdictum quod directo pro auocatione poſſeſsionis competeret debitori: ſed opus eſſet intentare hypothecariam & multi alij caſus poſſent cõſiderari in quibus non ſeruiret ſaluianum interdictum:ſed neceſſe eſſet intẽtare hypothecariam : quos omitto tanquam minus neceſſarios.Et adde premiſsis que ſubdam.ĩ.in materia libelli.¶ Vltimo loco in hac.iij.parte iſtius.viij.partis princi. videnda ſunt ea quæ pertinent ad libellum hypothecariæ actionis & ſaluiani interdicti vtilis.Et primò ponã q̃ ſunt narranda & deducenda in libello actionis hypothecariæ tam directè quam vtilis:ſecundo ſubdã de libello vtilis ſaluiani interdicti.¶ Capiendo itaq; libellum hypothecariæ actionis.Notãdũ eſt quod prout actio hypothecaria aliquãdo datur directa,& aliquando vtilis,& aliquando contra debitorem principalem vel eius hæredem & aliquando contra tertios poſſeſſores : & in dictis caſibus poſitæ ſunt diuerſæ cõcluſiones habentes diuerſas cõſiderationes:vt.ſ.in ſeptem præcedentibus concluſionibus eſt demonſtratũ:ita diuerſæ formæ libelli ſeruandæ ſunt,& ideo ne fiat inculcatio & incurratur æquiuocatio de vna
20 quaq; videndũ eſt.¶ † Primò itaq; circa directã hypothecariam narrandum eſt in libello ꝙ res ad quã agitur fuit in bonis debitoris tẽpore obligatiõis contractę & alia ex quibus deprehendať ꝙ directa hypothecaria intentatur.iuxta ea quæ dixi.ſ.in hac.viij.parte.in.v.cõclu.nume.38.cũ ſeq.¶ In vtili autẽ hypothecaria narrari debet quod illa res ſuperuenit & effecta fuit de bonis debitoris poſt obligationem contractam:& alia ex quibus datur vtilis hypothecaria:vt habetur in.d.v.conclu.& ea que narrantur ſunt etiam probanda:ita ꝙ ſi narretur forma directæ,videlicet ꝙ res



res fuit in bonis debitoris tẽpore obligationis contractæ,& probetur ꝙ illa res ſuperuenit in bonis debitoris poſt obligationem contractam agens ſuccũberet:& ſimiliter ecõuerſo:q̃a hoc modo intentaſſet vnam actionẽ & probaſſet in alio quæ non eſſet intentata:& in qua nõ eſſet lis cõteſtata.& ſic nõ poſſet obtinere.l.non põt videri.ff.de iudi.&.l.habebat.ff.de inſtit.ita magiſtraliter not. Pau.de ca.in.d.l.rem alienam. in fi.iij.colũ.in ver.ſed iſte text.facit ad
21 vnã.q.¶ † Et ſubdit ibi ꝙ ſi agẽs deduceret alternatiuè vtranq; formã actionis directæ & vtilis.Narrando quod dicta res erat in bonis debitoris tẽpore obligationis cõtractæ:vel ꝙ poſtea effecta fuit de bonis debitoris:poſſet reus excipere ꝙ actor declaret ſuper qua actione velit inſiſtere : quia actor hoc modo videtur intẽtaſſe duas actiones incompatibiles.contra not.in.l.j.C.de fur.& hoc niſi fortè talis incertitudo ꝓueniſſet ex facto rei.iuxta not.in.l.j.§.ꝙ ait. ff.quo leg.ſed ſi reus nõ exciperet procederet libellus & in quacunq; dictarũ actionũ actor probaret obtineret.iuxta no.in.l.fi.C.de anna.exc.Ita dicit Pau. in.d.l.rem alienam.& hoc modo ſunt intelligenda & ducenda ad practicam
22 notata.ſ.in.d.v.cõcluſione.¶ † Secũdò quando agitur hypothecaria contra ipſum debitorem principalem : tunc ſi ſumus in ſpeciali obligatione alicuius certæ rei:debet narrari in libello & poſt ea probari quod debitor illam poſſedit tempore obligationis contractæ.Si autem ſumus in generali obligatione omnium bonorũ,ſufficit narrare in libello & probare quòd debitor poſt cõtractam obligationem aliquando dictam rẽ poſſedit.vtroq; tamẽ caſu vltra poſſeſſionẽ narrandã & probandam cum bona fide debet allegari & poni ſeu articulari,ꝙ dominiũ directũ vtile vel quaſi ſpectat ad debitorẽ hoc tamẽ nõ eſt ꝓbandum de neceſsitate:ſed ponendũ tãtum,vt latius deductũ & probatũ fuit, ſ.in prima concluſione.Similiter quãdo agitur hypothecaria ad bona hæredis quæ fuerũt obligata per defunctum debitorẽ in caſibus in quibus obligatio valuit,iuxta notata.ſ.in.ij.concluſione narranda & probãda & poſſeſsio debitoris cũ bonafide.& allegandũ dominiũ:vt ſupra in.d.j.& ij.concluſione deductũ fuit.& etiã eſt narrãda & probanda poſſeſsio de præſenti illius cõtra quẽ agitur:vt in.d.j.cõcluſione fuit dictũ.¶ Tertio quãdo agitur cõtra tertiũ poſſeſſorem hypothecaria eſt narrandũ in libello,& poſtea probandũ dominiũ directũ debitoris vel vtile vel quaſi:vt de directo habeť in.l.ij.& in.l.aliena.& in.l.tutor.in prin.ff.de pigno.actio.De vtili autẽ habeť.in.l.tutor.§.fi.& in.l. lex vectigalis.ff.de pign.De quaſi vero dominio habeť in.l.ſi rẽ alienã.la.ij.ff. de pig.actio.declarando vt ibi per Bart. & Saly.& ita firmat Bar.in.d.l.rẽ alienã.in.j.col.in verſi.tu dic clarius &c.Et ibidẽ Saly.in.iij.col.in verſi.nũc venio ad.q.& not.Bar.in.l.ſi ab eo.ff.de pign. ¶ Et quãuis vnum de tribus prædictis ſufficiat ad obtinẽdũ in hypothecaria: & per conſequens ſufficiat vnũ narrare in libello & probare.Tamẽ omnia tria poſſunt ſimul in libello cumulari dicẽdo dictã rẽ ſpectaſſe & ꝑtinuiſſe,& ſpectare & ꝑtinere ad debitorẽ iure directi dominij vtilis vel quaſi,prout in ſimili dicit in libello rei vendicatiõis.vt no.gl. & Aretinus inſtit.de actionibus.§.alie. & habetur in ca.abbate ſanè.de re iudica.lib.vj.q̃a non põt aſsignari ratio diuerſitatis inter rei vendicationẽ & hypothe
pothe

pothecariam.¶ Et ſicut ſi ipſe debitor
ageret rei védicatione ad dictã rem nó
teneret exprimere cauſam dominij dire
cti vtilis vel quaſi.vt.l.& an eadem.§.
actiones.& ibi no.ff.de exceptio.rei iu-
di.Ita & creditor agés hypothecaria có
tra tertiũ poſſeſſoré nó tenetur cauſam
dñij dicere,vt vult Bar.in.d.l.ré alienã.
in penul.colum.in verſi.ex prædictis li-
quet &c.Et ibidé Saly.in.iij.col.in ver.
quæ ergo ſunt illa &c.& in verſic.quę-
ro ſecundo &c.& idem Salyce.in.l.cum
res.in tertia.q.C.ſi alie.res pign.da.ſit.
¶ Item adde,ꝙ etiã ſi nullũ dictorum
trium narretur in libello ſed ſimplici-
ter dicatur ꝙ tempore obligationis con
tractæ res fuit in bonis debitoris,ꝓce-
deret libellus in hypothecaria per.l.&
quæ nódũ.§.ꝙ dicitur.ff.de pig.ita ibi
vult Bar.& tenet Saly.in.d.l.ré alienã.
in.iij.col.in verſ.ſed adde ꝙ licet exꝑſ-
23 ſim &c.¶† Et ratio eſt:q̃a res dicit̃ eſſe
in bonis:qñ nó poſsidés haberet actio-
nem ad illã:& qñ poſsidés habet ꝓ illa
exceptioné:vt.l.ré in bonis.ff.de acqui.
re.domi.& no.Bar.in.d.l.rem alienam.
in.ij.colũ.in verſi.& ſic ex prædictis pa
tet.Ité dicitur eſſe in bonis illa res quã
quis bona fide poſsidet vt ſuã.l.ſeruos.
in princi.ff.de lega.iij.&.l.bonorum.§.
in bonis.ff.de verb.ſignifi.& ſic iſta ꝓ-
poſitio res eſt in bonis poteſt compre-
hendere quodcunq; ex prædictis:vide-
licet dominium directũ vtile vel quaſi
& etiã ſolã poſſeſsioné bona fide,vt etiã
declarat Salyc.in.d.l.rem alienã.in.iiij.
col.& habetur per Alex.in cõſi.cxij.vi-
ſo.quodam &c.nu.7.vj.vol.vnde libel-
lus conceptus dicto modo,videlicet ꝙ
res fuit in bõis debitoris poteſt adapta
ri ad quãlibet formam ſupradictam:&
ſuper eo poſſunt poſtea adaptari proba
tiones neceſſariæ:videlicet cõtra debi-
toré & etiã eius hæredé & tertios poſ-
ſeſſores:& libell⁹ ſaluabitur & ꝓcedet.
¶ Quartò reqritur in libello hypothe-
cario ꝙ narretur debitũ,videlicet pro
quo & quãto debito res ſit obligata.nã
cum res poſsit eſſe obligata ex diuerſis
debitis:debet narrari ꝓ quo debito ſit
obligata:licet dominium nó poſsit eſſe
niſi vnum.& ideo eius cauſa nó eſt ex-
primenda de neceſsitate.vt.l.& an ea-
dem.§.actióes.& ibi gl.parua.ff.de ex-
ceptione rei iudica.Ita not.Bart.in di-
cta.l.rem alienam.in tertia colũ.in ver-
ſicu.item habet narrare &c.& ſequitur
ibi Saly.in tertia.q.& in dicta.l.cũ res.
in.iiij.q.¶ Quintò reqritur ꝙ in libel-
lo narretur ꝙ debitor fuit in mora ſol-
uendi & non ſoluit:& ſi agatur contra
tertiũ poſſeſſoré debet etiã narrari ex-
cuſsionem eſſe legitime factã,vel aliqd
quod idé importet,vt in aut̃.hoc ſi de-
bitor.C.de pign.& not.Salyce.in.d.l.ré
alienam.in.iiij.quæſt.& in.d.l.cũ ré.in
24 v.q.¶† Sextò videndũ eſt quomodo
debeat cõcludi in libello hypothecario!
& in hoc Bar.in.d.l.ré aliena.in.iij.col.
in verſic.quæro qualiter concludatur.
dicit quod aliqui doct.voluerunt quod
ſicut in rei vendicatione actor cõcludé
do petere debet declarari ré ad ſe perti
nere iure dominij vel quaſi,ita in hypo
thecaria creditor debeat concludendo
petere declarari rem ſibi obligatã eſſe,
& conuentum cogi ad reſtituendum:&
hoc dicit ſatis ſibi placere.¶ Tñ ſubdit
quod communis conſuetudo ſe habet
quod concludatur.Quare peto dictum
reum conuentum cogi ad tradédũ poſ-
ſeſsionem dictæ rei detinendam in cau
ſam pignoris vel dic tu loco pignoris &
hypothecæ pro quantitate debita:ad-
de tu & pro expenſis donec de prædi-
ctis fuerit ſatiſſactum.& hunc libellum
dicit



dicit Bart.ibi optime procedere per.l.ſi
cũ véditor.in princ.ff.de euictio.& ibi
ſequit̃ Saly.in.v.q.& in.d.l.cũ res.in.vj.
q.& Ang.de are.in.d.§.ité ſeruiana.in
fine:ponit etiam Barto.in.d.l.rem alie-
nam.in.d.verſi.alios modos concluden
di:quos refert Aret.in.d.§.item ſeruia-
na.in fine.ſed vt dicit Bar.optimus mo
dus eſt ille qui fuit ſupra relatus quem
ſeruat cõſuetudo,& illum ſeruabis &c.
25 ¶† Septimò dubitari poſſet, quando
eſſet probandum dominium quomodo
illud probari poſsit?& Bart.in.d.l.rem
alienam.in.ij.col.in verſi.ad probandũ
auté dominiũ.dat modũ probandi per
præſcriptioné vel vſucapioné,videlicet
probando poſſeſsioné.xxx.annorũ vel
xl.vel lõgi téporiscũ ti.in rebus immo-
bilibus:in rebus auté mobilibus probã-
do poſſeſsioné triennalé cũ titulo:verũ
quia talis ꝓbatio eſt difficilis.ideo dat
aliũ modũ,videlicet ꝙ ponatur & ꝓbet̃
ꝙ debitor poſſedit ré aliquo modo té-
pore obligationis cõtractæ,& poſtea po
nere ꝙ illa res eo tépore quo poſſeſſor,
ſcilicet debitor incepit eam poſsidere,
erat in nullius bonis,vt ibi per Barto.
¶ Sed Saly.in hoc ibi & in.d.l.cũ res.ad
ſi.tenet cõtra Bar.per rationes quas ibi
adducit & iſtũ articulũ late reaſſumit
Alex.in.l.ré quã nobis.in penul.vlt.col.
ff.de acquir.poſſ.¶ Et tandé cõcludit ꝙ
opi.Bar.nó ꝓcedat niſi mittantur nũcij
& exploratores per iudicé,qui inquirãt
& referãt an ante tempus quo talis ince
pit poſsidere,alius fuerit domin⁹ illius
rei:quia ſi tales nũtij referãt nullũ aliũ
fuiſſe ante dominũ:tunc ꝓcedet doctri
na Bar.in.d.l.ré alienã.& non aliter:&
hoc per no.& ꝑ eundé Bart.in.l.in illa
ſtipulatione ſi calédis.ff.de ver.obli.ita
reſidet ibi Alexan.vbi remiſsiue ponit
etiã alios modos ꝓbãdi dominiũ:& qñ
eſſet neceſſariũ in iudicio hypothecario
ꝓbare dominium ſecundum concluſio-
nes ſupra relatas recurre ad eum in.d.l.
26 rem quam nobis.¶† Reſtat modo ali
quid ponere ſuper libello vtilis ſaluiani
interdicti ꝙ hodie in palatijs magis fre
quentatur quam actio hypothecaria.
¶ Aduertere igitur debes ad cognoſcen
dum in quibus differat forma libelli in
hypothecaria à forma libelli in ſaluia-
no interdicto.Nam ſi in libello narra-
tur quòd res ad quam agitur, tempore
obligationis erat in bonis debitoris:&
non dicitur aliter quod debitor eã poſ-
ſederit:tunc cenſetur intentata ſola hy-
pothecaria:ſi auté narretur & dicatur,
quòd debitor tempore contractę obli-
gatiõis poſsidebat:& nó dicitur ꝙ eſſet
in bonis illius:tũc cenſetur intentatum
ſolũ ſaluianũ interdictũ:ꝙ eſt adipiſcé-
dæ poſſeſsionis & in quo ſufficit proba
re ſolã poſſeſsioné,vt dictum fuit.ſ.in
vij.concluſione.ſi autem in libello nar-
retur vtrũq;,videlicet ꝙ dicta res erat
in bõis debitoris & per eũ detinebatur
tpe obligationis cõtractæ tãquã res ſua:
tũc videbit̃ intétatũ vtrũq; remediũ.ſ.
hypothecaria & ſaluianum interdictũ:
& talis libellus ꝓcedat:q̃a iſta remedia
nó ſunt cõtraria:nã petitoriũ põt cumu
lari vna cũ poſſeſſorio adipiſcédæ vt in
c.paſtoralis:de cauſa.poſ.& ꝓprie.&.l.
cũ fundũ.§.fi.ff.de vi & vi arma.& ex
his infert̃ ꝙ licet creditor libellãs vt ſu-
pra nó ꝓbaret ré fuiſſe in bonis debito-
ris vel directũ vtile vel quaſi dñiũ,ꝓut
reqrit̃ ad obtinendum in hypothecaria
qñ agitur cõtra tertiũ poſſeſſoré:tamen
ſi probet debitoré tépore obligationis
cõtractæ bona fide & vt ſuã poſſediſſe,
obtinebit in ſaluiano interdicto.ita ſo-
lenniter firmat Pau.de caſt.in.d.l.rem
alienã.in vlt.col.Dicens ita ſemel con-
ſuluiſſe

ſuluiſſe in ciuitate Piſtorij.licet tunc cõmuniter procuratores & aduocati ſentirent contrariũ non bene aduertentes: & dicit hoc eſſe tenendũ mẽti : quia eſt de pane lucrando:& ꝙ ex hoc multi ꝓceſſus poſſunt ſubſtineri:& ꝙ iſta ſunt veriſsima,& ꝙ paſſus eſt quotidianus, addens ibi ꝙ verba libelli ſemper ſunt conſideranda. Nam licet dicatur in eo rem eſſe obligatã & rem fuiſſe in bonis debitoris tẽpore obligationis:nõ tamen per hoc dicendũ eſt nõ fuiſſe intentatũ ſaluianũ interdictũ:quia etiã ille ꝗ agit tali interdicto dicit & præſupponit rem ſibi obligatã vt ibi per eũ:& adde eũdẽ in cõſi.vj.in cauſa quę vertitur.&c.¶ Et de materia hypothecaria & ſaluiani interdicti,& quomodo cognoſcatur quod eorum ſit intentatum,vide etiã Pau.de ca.in conſi.cclxxviij.viſo puncto ſupra ſcripto & omnibus alijs &c.& Alexã.in cõſi.cviij.v.volu.& Soci.in conſi.ccxij.iiij.vo.& Cor.in cõſi.lv.iij.volu.& Firmanum in ver.libellorũ formæ variæ.

27 ver.j.¶† Et ex prædictis etiam colligi põt qualis debeat eſſe forma ſententiæ in iudicio hypothecario:ꝗa cũ ſentẽtia debeat eſſe conformis libello.l.vt fundus.ff.cõmu.diui.&.c.licet Hely.de ſimo.debet condẽnari cõuentus ad reſtituendum rẽ creditori per eum retinendam in cauſam pignoris donec ei fuerit ſatiſſactum,vt not.Bart.in.l.ſi fundus.§.in vendicatione.ff.de pignor.poteſt etiam ſententiari rem petitam eſſe obligatam creditori,& ei poſſeſsionem eſſe reſtituendam vt no.Bart.in.l.creditor.in prin.ff.ꝗ pot.in pi.hab.& bonus tex.in.l.ſi cũ venditor.in prin.ff.de euictio. ¶ Poſtremò in materia addendum eſt vnũ,videlicet ꝙ ſi creditor hobeat hypotecam ex inſtrumento publico cuius vigore ex forma ſtatutorum loci poteſt executiuè tam contra bona quam contra perſonam debitoris : quod licet ille eligat viã realem,& immiſſus ſit in tenutam vigore ſue hypothecæ non tamẽ prohibetur facere etiam executionem perſonalem contra debitorem & illum capi facere:quia quãdo quis habet plura remedia,electio vnius non præcludit viam ad aliud.l.j.§.quid ergo.ff.de vẽ. inſpi.ita tenet Bar.in.l.conſentaneum.in vl.col.in verſi.quæro ſecũdò.C.quo.do & quãdo iud. Allegat Archi.in.c.fi.lib.vj.de eo ꝗ mit.in poſ.cauſa rei ſer. Sequitur Pau.de ca.in.l.ſi ſtichũ.§.idẽ Celſus.ff.de noua.& in.l.iiij.§.ait prætor.ver.quid ergo ſi elegit vnã viã &c.ff.de re iudi.& Pau.de caſt.in.l.qui legati.C.vt in poſ.lega.& multa ad hoc allegantur per Alex.in.l.hæres à debitore.§.ꝙ ſi ſtipulor.ff.de fideiuſ.& plenius per eundẽ in.l.iiij.§.ex cõuentione in.j.col.ff.de re iudi.¶ Nec habet obſtare illud ꝙ vult Bald.& ibi ſequitur Alex.& Iaſ.in.l.creditor.la.ij.ff.ſi cert.pet.dum cõcludunt ꝙ creditor habens pignus nõ poteſt iurare debitorem ſuſpectum de fuga:niſi ſecundum Alexã. ibi probetur quod pignus non ſit ſufficiens:quia tunc ratio Bal.non concluderet:quia termini in quibus docto.loquuntur.in.d.l.creditor.la ſecũda.ſunt diuerſi à concluſione præcedenti : quia in illa licet intentare diuerſa remedia donec ſit ſatiſſactum creditori.¶ Sed in terminis notatis in.d.l.creditor.la ſecũper dationem pignoris ceſſat ſuſpitio debitoris , ſicut enim ſuſpitio ceſſat per dationem fideiuſſoris.vt.l.quoties.§.ſi ſatiſdatum.ff.qui ſatidſ.cogan.&.l.iiij.§.ſi debitorẽ.ff.de his quæ in fau.cred. Ita & ceſſat per dationẽ pignorũ : quia qui tenetur ſatiſdare liberatur dãdo pignora gl.& Bar.in.l.prętorię.ff.de prę-



to.ſtipu.glo.Bar.& cõmuniter docto.in l.j.ff.qui ſatiſd.cogan. Imo ſecurius eſt incumbere pignori quã perſonæ.l.plus cautionis.ff.de regu.iur.& latẽ dixi.ſ. in.v.parte principali in primo membro numero.1.cum pluribus ſequentibus. ¶ Cũ ergo ceſſet ſuſpitio debitoris non poteſt debitor iurari vel capi tanquam ſuſpectus:quia ceſſante cauſa ceſſat effectus.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro.&.c.cum ceſſante.de appella.

¶ Epigramma authoris in detractorem.

Error ineſt operi ſi quis,mea culpa notanda eſt.<br>
Que bona ſunt:per me ꝓtulit illa Deus.<br>
Inuide quę mea ſunt carpas impune licebit:<br>
Dũmodo laudeĩ pars bona & ipſe Deus.

Regeſtum.

aa bb cc a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z A B C.

Omnes quidem quaterni ſunt.

¶ Excudebat Lugduni ſuis typis Iacobus Berionus,ſumptibus verò & impenſis hæredum Iacobi Giunctæ.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA